35. 19. fol.
... emptus ll. 9. ...

L,
VII, 3.

9.1.34



Oratio 16. Celij Bargalij [illegible] habet de [illegible] f. 815. sub die 4. Julij 1587 est in [illegible] ihuius auctoris.

L. VII. 3

VARIÆ PRACTICABILIVM RERVM RESOLVTIONES

In Tres Libros digeſtæ;

In quibus accuratiſſimè tractantur complures materiæ, & quæſtiones grauiſſimæ Iuſdicentibus, & Patrocinijs.

IN FORO ECCLESIASTICO, CIVILI, ET criminali operam dantibus maximè vtiles.

AVCTORE

MARIO ANTONINO MACERATEN
I.V.D. PROTHONOTARIO APOSTOLICO,
AC GENERALI VICARIO

Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi DD. GVLIELMI BASTONI Epiſcopi Papienſis, & comitis; &c. In Neapolitanóque Regno Nuntij Apoſtolici.

Duo præterea Indices locupletiſs. Prior Argumentorum, Poſterior Rerum notabilium.

BIBLIOTECA NAZIONALE

AVGVSTÆ TAVRINORVM,
Apud Ioan. Baptiſt. Bellagambani.
M·DC·XIX

Illuſtriſ. & Reuerendiſs.

D. D. GVLIELMO
BASTONO EPISCOPO PAPIEN. ET COMITI,
AC IN REGNO NEAPOLITANO NVNTIO APOSTOLICO

Marius Antoninus. S. O. P.

VT primùm inter homines egi, AMPLISSIME PRAESVL, in eos ex Sapientum conſilio animaduertendum didici, qui in optimarum artium ſtudijs diutiſſimè verſati, in agro tamen fermè ſterili degentes, nullum laborum ſuorum veſtigium reliquiſſe videantur. Hoc ipſe ſorum declinare volens, Librum VARIARVM RESOLVTIONVM excudendum curaui. quem, cum in aſpectum publicum propellendum duxerim, non diù mihi fuit de patrono cogitandum: ſiquidem Tu vnus multorum præ cæteris occurriſti: cuius pietas, & conditio bonorum omnium animos ad ſui admirationem rapiunt. Ea es prudentia, & gerendarum rerum vſu inſignis, vt ad omnem laudem natus, & educatus videaris. Quamobbrem mirum videri non debet, ſi, tam multis, ac magnis Orthodoxæ Eccleſiæ muneribus ſuſceptis, ita honorificè perfunctus fueris. Teſtis R. MA ipſa, quam ea dexteritate, grauitate, ac animi manſuetudine gubernaſti, vt ij fœlices viderentur, quibus tua benignitate, & clementia frui liceret. Teſtis iſta TICINENSIS Ciuitas, quæ talem gloriatur habere Patrem, & Paſtorem. Quis enim in animarum ſa-

lute vigilantior? Quis in Eccleſiæ iuribus tuendis accuratior? Quis denique immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ tam acerrimus propugnator? Nec tanta virtus, & morum probitas nequiuit non alijs honoribus cohoneſtari. Hinc à CLEM. VIII. fœl. record. ad CATHOLICVM REGEM in Hiſpaniam extraordinarius NVNTIVS deſtinaris. Hinc PAVLVS V. Diuino nobis numine datus, & cuius talis eſt ſapientia, & vitæ Sanctitas, vt nullus ſit terrarum angulus, qui eius gloria non perſonet, Te vnum omni laude cumulatum nuperrimè in Ampliſſimam Italiæ Vrbem NEAPOLIM NVNTIVM miſit ORDINARIVM. Ego verò ſingulari quodam, præcipuòque animi ſenſu ita ſum commotus, vt ad officij, pietatiſque in te meæ ſignificationem nulli neque venti, neque remi ſufficiant, eo tamen, licèt immerentem fauore complexus es, vt tantum tibi debeam, quantum qui maximè. Nihil dico interim, quòd me multis ab hinc annis, quibus mea opera qualicunque vteris in Vicarij Generalis munere obeundo, ita tuis deuinxiſti officijs, vt grauiter ipſe mihi ſuccenſeam, cum nihil habeam, quod vel ad vmbellam tuis valeat meritis reſpondere. Tuæ erunt partes, ILLVSTRISS. PRAESVL, oblatũ munus multis tibi nominibus debitum exporrecta fronte accipere, quod velut animi, cultúſque mei in te pignus, & perpetuæ voluntatis argumentum tibi voueo, dico, & inſcribo. Hoc ſi ex ſua Dignitate ponderes, perexiguum ſi ex Antonini facultate, mediocre: ſin verò ex optima voluntate, & perpetuo in te animo, maximum. In ſinu manſuetudinis tuæ ſcriptorem foue, & hæc Studia, quorum ſcientia plurimùm ad cæteras tuas laudes ornamenti addit, benignè defende. Hæc ſi pectoris candore, quo es præditus, ingenuo ſanè, & liberali exceperis, honeſtiſſimum mihi AMPLITVDINI TVAE placendi deſiderium expleueris. Vale, fœlixque diù viue.

LVDOVICVS SOMASCVS TICINENSIS I.V.D. ET IN PATRIA CIVITATE collegiatæ S.Inuentij præpoſitus.

Ad Lectorem.

TRIA ſunt,Platone teſtante,hominum ſtudia, vltimum nempè ac tertium,pecuniæ;medium,corporis;Animi,primum.Atqui re vera in primo hoc firma,&ſolida hominis fœlicitas ſita eſt:cùm hoc vnicum ex hominis labore pendeat,& in eius prçelectione ſit cõſtitutum.Hoc formati dicuntur boni.cùm huius ope omnia dirigantur in bonum,& cuius vſu ad SVMMI BONI contemplationem homines eleuantur.Huius qui floſculos olfacere non negligit, & à recto viuendi tramite,gubernandique non deuiat,& ad perfectionis gradum,vt homini licet, feſtinanter properat. Quamobrem Præſtantiſſimi Viri continuò anhelare ſolent, quò humanum hoc Animi Studium bonúmve adipiſcantur,quo formati ſibi nõ ſolùm ipſis,ſed alijs etiam nati videantur;ſic perfectæ Charitatis ratio iubet. Inter horum ordines,en Studioſe Lector,iure merito collocãdus venit ILLVSTR. & M.R.D. MARIVS ANTONINVS ILLVSTRISSIMI, & REVERENDISS.D.D.GVLIELMI BASTONI PAPIÆ EPISCOPI,ac S. APOSTOLICÆ SEDIS in Neapolitano Regno NVNTII,prudentia ſingulari magnis etiam in rebus,negotiiſque tractandis,quibus PRÆLATVS fuit,& nunc eſt,à Prudentiſſimis commendati non ſatis, &, vt ſemel eius laudes complectar,æterna memoria digni; meritiſſimus in PAPIENSI DIOECESI GENERALIS VICARIVS, cuius (vt cæteras animi dotes egregias omittam:etenim tanti viri nota Religio, & Modeſtia, quæ præconio non indigent,id vetat)deſudatas in Iuriſperitia vigilias,indefeſſaſque lucubrationes in hoc Doctiſſimo eius Opere publicitus tradito deguſtare poteris.Deprehendes mehercule veram rerum doctrinam, eamque non mediocrem, vnà cũ admirabili ingenij acie.Mirificè oblectaberis practico non minus quàm ſuauiſſimo ſtylo,ac methodo facili,qua ipſe pergit, & qua in enodandis ſubtiliſſimis quorumcumque Fororum ambiguitatibus, ac cõtrouerſiis ſemper vſus fuit.Dignoſces etiam,Doctiſſimum hunc Virum altiori ſemper contemplatione tenebricoſam veritatem è horrendo antro,in quo,eam dixit Heraclitus latitare, exquiſiuiſſe,exquiſitam comperiiſſe,compertam vberiori luce communi profectui ita nunc tandem donaſſe, vt nihil idcirco intactum videatur, quod ad Nobiliſſimum illud Animi Studium perfectè aſſequendum deſiderari queat.Huius ergo ſi affectu ſepoſito,& ſano iudicio periculum facies,ſtudio,& labore LAVDATISSIMI VIRI maximo cum animi fructu fruere fœliciter. Vale.

Ad Illuſtriſſ. ac Reuerendiſs.

D. GVLIELMVM BASTONIVM PAPIÆ EPISCOPVM, ET COMITEM, Nuntium præterea in Neapolitana Ditione Ordinarium,

ANTONII MARIAE SPELTAE POETAE REGII ODE.

LVX ab OCTAVO radijs coruſcat
Orbe CLEMENTI, regione fulgens
Sidus Eoå recreat ſereno
Lumine Mundum.
Pontifex Cœlo veniens ab alto,
Præſul, Antiſtes, Pater, Inſtitutor,
O Sacerdotum nitor, ac honeſtæ
Regulæ vitæ.
Magne TICINI GVLIELME fulgor,
Diues & rerum, triplici tiarâ
Dignus, à recti procul amoueri
Tramite neſcis.
Roma BASTONI recolens honores
Nullus, exclamat, fuit aptiori
Corde cordatum Populum gubernans
AEquus in omnes.
Quis vel humana pietate maior
Pauperes erga? Quis & acriori
Mente iam mitis, vigilans, pudicus,
Extitit olim?
Feruor innatus teneris ab annis
Hæſerat Cordi, ſimul & medullis;
Semper hinc ſacra Charitatis ignis,
Ardor & ingens.
Doctor excellens ſophia micanti,
Vtilis mitra Biſida, ſerenus
Regiam vultu reſoues PAPIAM,
PARTHENOPENQVE.
Præſulis tanti refugit Thalia
Noſtra ſed laudes meritas referre,
Non opis cuius titulos ſuperbos
Concelebrare:
Surgat Illuſtris MARIVS Cothurno
Lesbio dignus, fidibus Canoris
Suauis excelſos DOMINI triumphos
Tollat ad aſtra.
Qui bibit ſacra monimenta legis,
Hauſit & nectar ſpeculationis,
Detegit fraudes, referans honeſtum
Dogmate ſancto.
Codicem Cedris, folium Sybillæ
Sub tuo dignum dedit hic figuris
Nomine æternis, tineas edaces
Deſpicientem.
Pignus hoc caſti rutilans amoris
Ad Caput noſtræ patriæ coruſcum
It ſuis plenus numeris in Vrbem
Parthenopæam.
Explices vultus, oculos, & aures
SPELTA, quos lætus modulatur, hymnis,
Et Pater nobis benedic, fideli
Luſimus ore.
Hac adhuc Romæ renouare ludos
Cum procul feſtos dul'io licebit,
Altius de te grauiore Clio
Plura Canemus.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM, QVÆ IN toto hoc opere continentur.

Ex Libro Primo.

Reſolutionis Primæ

ARGVMENTVM.

Statutum Eccleſiæ collegiatæ ſuper ſolutione annatæ facienda per Canonicum nouiter receptũ quando valeat.

Reſolutionis 2.

Sponſalia de futuro quando quis poſſit cogi ad ſeruanda.

Reſolutionis 3. & 4.

Præſentatus ad Capellam quãdo debeat eſſe actu Sacerdos.

Reſolutionis 5.

In alienatione bonorũ Eccleſiæ, ſiue loci pij copulatiuè ſolemnitas,& cauſa requiruntur,& ita ſimul, vt altero corũ deficiente contractus nullus dicatur,licèt accedat confirmatio Apoſtolica cũ clauſula,ſupplentes,&c.

Reſolutionis 6.

Collegium Ghiſlericorum eſt Eccleſiaſticum,vel ſaltem locus pius.

Reſolutionis 7.

In iurepatronatus, in quo ad præſentandum vocantur maſculi, fœminæ, & hæredes,an ſint vocati ordine ſucceſſiuo,an verò ſimul,ita vt cum illis de Parentela veniant etiam ſimul hæredes extranei ſubſtituti.

Reſolutionis 8.

Prouiſus de beneficio iuriſpatronatus ab Ordinario loci,licèt adeptus fuerit poſſeſſionem,debet tamen illam cedere prius prouiſo cum derogatione iuriſpatronatus à Papa;NecCommiſſio cauſæ prouiſum ab Ordinario iuuat, quin cedere debeat poſſeſſionem, ſi in Commiſſione ſit inſerta clauſula , ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum. *Reſolutionis 9.*

Clauſula in literis Apoſtolicis derogationis Iuriſpatronatus; Dummodo alteri tempore datę præſentium non ſit in ea ſpecialiter ius quæſitum;non pręſeruat ius ad rem, ſed tantùm ius in re, eò magis,ſi ius ad rem,quod prætenditur ſit conditionale.

Item,per ſolam præſentationem, non ſecuta inſtitutione , non acquiritur ius ad rem.

Item,per clauſulam; Anteferri; appoſitam in dictis literis , eſt ſublatũ omne ius ad rem quouis modo quæſitum.

Reſolutionis 10.

Eſto,quòd ex dicta clauſula;Dummodo alteri &c. præſeruaretur ius ad rem quæſitum per præſentationem, non tamen ob id executio literarum Apoſtolicarum cum derogatione iuriſpatronatus eſſet ſuſpendenda.

Reſolutionis 11.

Præſentatio ad beneficium Iuriſpatronatus ſpectans ad Capitulum , ſi fiat per ſolum Prælatum abſque conſenſu Capituli,eſt nulla.

Reſolutionis 12.

In fundatione Iuriſpatronatũs poteſt inſtitutio reſeruari inferiori.

Reſolutionis 13.

Poſſeſſio capta poſt prouiſionem Papæ cum derogatione Iuriſpatronatus, & cum decreto irritanti eſt nulla.

Et quando ſpoliatus ſit reſtituendus.

Reſolutionis 14.

Alienari quãdo, & quomodo poſſint bona Hoſpitalis.

Reſolutionis 15.

Clericus in prima inſtantia eſt cõueniendus coram eius Ordinario.

Reſolutionis 16. & 17.

Conſideratur materia Conſeruatorũ Religionum.

Reſolutionis 18.

Ordinarius loci eſt Iudex competens tàm Regularium, quàm Sæcularium clericorum exercentiũ curam animarũ.

Reſolutionis 19.

Præſentari ad beneficium Iuriſpatronatus quando poſſit ſuſpenſus ab ordine. *Reſolutionis* 20.

Beneficium quando dicatur Regulare, & quando ſæculare.

Reſolutionis 21.

De alienatione bonorum Eccleſiæ.

Reſolutionis 22.

Retinere quando liceat Emphyteutæ rem Eccleſiæ ob aſſerta melioramenta.

Reſolutionis 23.

Melioramenta quando reſtituuntur, an ſint ſoluenda iuxta ſtatum, in quem reperiuntur reſtitutionis tempore, an verò iuxta id, quod impenſum eſt, quãdo fuerunt facta.

Reſolutionis 24.

Excommunicato propter alienationem bonorum Eccleſiæ factam abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ non prodeſt abſolutio à cenſuris, ſi literas abſolutionis impetratas pręſentauerit, poſtquàm proceſſatus fuerit criminaliter.

Et quando ſit citandus Fiſcus.

Reſolutionis 25.

Conceſſio bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam abſque ſolemnibus non conualidatur ex receptione Canonis. *Reſolutionis* 26.

Inſtrumento Originali deperdito, ſi Copia ipſius reperta extra Protocollũ probetur per teſtes concordare cum Originali, poterit haberi pro Originali.

Item, An ſuper re Eccleſiæ poſſit trãſigi abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ. *Reſolutionis* 27.

Cambium reale an poſſit celebrari pro primis Nundinis, & ſecũdis, ac aliis.

Reſolutionis 28.

Deflorans virginem an poſſit cogi ad illam ducendam in vxorem.

Reſolutionis 29.

Iuſpatronatus quando dicatur litigioſum.

Item, ex quibus dignoſcatur merus, & mixtus executor literarum Apoſtolicarum.

Item, quando literæ Apoſtolicæ poſſint redargui de obreptione, & ſubreptione. *Reſolutionis* 30.

Bona eſſe Emphyteutica, in præiudicium emptoris probatur ex confeſſione venditoris, & ex inueſtituris.

Item, in inueſtituris perpetuis licet apponere pactum, quod ceſſans in ſolutione Canonis per biennium non cadat à iure, quamuis tale pactum non præiudicet ſucceſſori.

Reſolutionis 31.

Sub prætextu nullitatis, vel reductionis penſionis non eſt ſolutio ipſius retardanda, cuius tamen reductio tentari non poteſt, ſi centum ducati pro Præpoſito, aut Rectore remaneant.

Reſolutionis 32.

Licèt regulariter laudemium non debeatur ob diuiſionem factam inter fratres, debetur tamen, ſi tota pars Emphyteotica vni ſoli adiudicaretur in diuiſione. *Reſolutionis* 33.

Beneficium non præſumitur de Iurẽpatronatus, maximè in Potẽte. Et in eo præſumitur Iuſpatronatus potius ex vſurpatione. *Reſolutionis* 34.

An Emphyteuſis Eccleſiaſtica, deficientibus maſculis, trãſeat in fœminas.

Reſolutionis 35.

Separatio matrimonii quoad thorum

rum quando ſit concedenda.

Reſolutionis 36.

Identitas bonorum quomodo probetur. *Reſolutionis* 37.

Quando poſſit intentari remedium poſſeſſorium Canonis reintegrandæ.

Reſolutionis 38.

Tranſactio facta ſuper re Eccleſiæ quomodo poſſit dici nulla.

Reſolutionis 39.

Executor mixtus literarum Apoſtolicarum poteſt declarare, illas non mereri executionem, ſi fuerint obreptitiæ, & ſubreptitiæ. Et Epiſcopus iure ordinario poteſt inſtituere præſentatum, ſtante dicta declaratione.

Reſolutionis 40.

Iuſpatronatus reſeruatum cũ dictione taxatiua non tranſit ad extraneos.

Reſolutionis 41.

Quibus denegandum ſit beneficium c. Odoardus de ſolutionibus.

Reſolutionis 42.

Ex forma S. Concil. Trident. à quibus detur appellatio in foro Eccleſiaſtico.

Reſolutionis 43.

Matrimonium contractum à furioſo nullum dicitur.

Reſolutionis 44.

In cõſtitutione Cenſus requiritur vera, & actualis pecuniæ numeratio.

Reſolutionis 45.

An ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare locationi per prædeceſſorẽ factæ.

Reſolutionis 46.

Fructus beneficiorum inexacti tempore mortis Beneficiati, an ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, an verò ad hæredes tranſmittantur.

Reſolutionis 47.

Vniuerſitas quomodo poſſit acquirere iuſpatronatus.

Reſolutionis 48.

Pro bonis, & fructibus Eccleſiæ poteſt laicus conueniri coram Eccleſiaſtico Iudice.

Reſolutionis 49.

Inſtantia inchoata coram iudice ſæculari contra laicũ defunctum, cui ſucceſſit hæres Clericus, non continuatur in Clericum, qui debet propterea conueniri coram Eccleſiaſtico.

Reſolutionis 50.

Poſſeſſio quãdo non dicatur attẽtata.

Item quando ſententia dicatur ſubiacere nullitati, & quando non.

Item, quando locatio poſſit dici ſimulata, & in fraudem.

Item, quando mandatum de manutenendo non ſit concedendum.

Item quando intret regula de annali poſſeſſione.

Reſolutionis 51.

Quando electio vni tantùm competit, iſte ſe ipſũ eligere non poteſt. Quòd ſi electio ad plures ſpectet, tunc vnus ſimul cum aliis poteſt ſeipſum eligere.

Reſolutionis 52.

An à ſententia lata ſuper caducitate detur appellatio.

Reſolutionis 53.

Beneficium Curatum habitu tantùm eſt compatibile cum Canonicatu habente perſonalem reſidentiam.

Reſolutionis 54.

Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus omiſſas probationes.

Item, An requiratur citatio partis in petenda reſtitutione in integrum.

Reſolutionis 55.

Intruſus non dicitur, qui ad beneficiũ Iuriſpatronatus eſt ab Ordinario inſtitutus. Nec de intruſione poterit redargui, ſi affixæ fuerint literæ edictales ad valuas Eccleſiæ.

Itẽ executor mixtus poteſt declarare, reſcriptum eſſe obreptitium, & ſubreptitium. *Reſolutionis* 56.

Occupãs bona Eccleſiæ eſt excõmunicatus, qui propterea non poterit vti reſcripto Apoſtolico, nec erit audiendus, niſi prius relaxatis bonis detentis.

Reſolutionis 57.

Reſtitutio in integrum non eſt concedenda, niſi parito prius iudicato.

Item, ſententia non poteſt dici nulla ex defectu citationis, ſi conſtet, quod ſit facta domi habitationis ſolitæ.

Reſolutionis 58.

Ad immittendum aliquem in poſſeſſionem beneficij per alium poſſeſſi an requiratur citatio ipſius poſſidentis.

Reſolutionis 59.

Legatum relictum vxori, quòd hęres ſoluat certum quid annuatim, donec integras dotes non ſoluerit, an ſapiat vſurariam prauitatem.

Reſolutionis 60.

An fœminæ ſuccedant in iurepatronatus.

Item, An iuſpatronatus tranſeat in fideicommiſſarium.

Itē, An ex vnica pręſentatione acquiratur poſſeſſio, ſeu quaſi præſentandi.

Reſolutionis 61.

Emphyteota ob non ſolutionem Canonis cadit à iure ſuo. Et quando purgatio moræ eum non excuſet.

Reſolutionis 62.

Alienans bona emphyteotica Domino irrequiſito, cadit à iure ſuo. Et ſi interuenerit actualis traditio bonorũ ſic alienatorum, non iuuatur illa proteſtatione, Dũmodo accedat conſenſus Domini, nec aliter, &c. nec alio modo, &c.

Reſolutionis 63.

Abbatiſſa poteſt de iure cõmuni cõferre beneficia, etiamſi ſint Curata. Pro iſtis tamen eſt faciendum examen per concurſum coram Ordinario, in cuius facultate eſt eligere digniorem.

Reſolutionis 64.

Attentatum quando dicatur præceptum factum ab vno Conſeruatore, cũ aliud iam eſſet tranſmiſſum ab alio Cõſeruatore. *Reſolutionis* 65.

Edictum factum à Communitate alicuius loci, quòd homines de Communitate eant ad Molendinum ipſius Cõmunitatis, non valet in præiudicium Eccleſiæ habentis aliud Molendinum in eodem loco.

Reſolutionis 66.

Confraternitates Laicorum ſubſunt Epiſcopo.

Item, Quando poſſit Confraternitas deferre inſignia Confraternitatis in Vrbe, cui eſt aggregata, ſi alia Confraternitas eſſet ſolita prius ea deferre.

Reſolutionis 67.

Fœminæ an ſuccedãt in Emphyteuſi Eccleſiaſtica. *Reſolutionis* 68.

Pendẽte lite ſuper Iurepatronatus in Curia, non poſſunt Patroni litigantes præſentare in partibus, nec Ordinarius inſtituere. *Reſolutionis* 69.

An lex puniens facientem comprehendat etiam mandantem.

Reſolutionis 70.

Demonſtratur, Plateam paruam Ciuitatis Papiæ eſſe Eccleſiæ.

Reſolutionis 71.

Terminus aſſignãdus in præcepto excommunicationis repoſitus eſt in iudicis arbitrio, qui propterea illum abbreuiare poterit ex cauſa.

Item, excommunicato quando ſit deneganda appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum. *Reſolutionis* 72.

Diſcutitur, An excommunicatio lata poſſit ſuſpendi.

Reſolutionis 73.

Subijciũtur excommunicationi, tàm vſurpantes iura, & bona Eccleſię, quàm mandantes, conſulentes, & quoduis auxilium præbentes.

Et quando hos ignorantia excuſet.

Reſolutionis 74.

Epiſcopo, vel alio graui viro credendum eſt, ſibi conceſſam fuiſſe auctoritatem oretenus à Summo Pontifice abſoluendi aliquem ab excommunicatione cum reincidẽtia ad tempus ad ipſius beneplacitum, Quæ auctoritas ex primo actu

mo actu abſolutionis cum reincidentia non euaneſcit, ſed durat iteratis vicibus pro libito ipſius abſoluentis.

Nec etiam morte ipſius Papę expirat.

Reſolutionis 75.

Cácellarius,& Notarij Curiæ Epiſcopalis, cùm ſint familiares, vel ſaltem de familia Epiſcopi, gaudét priuilegio fori.

Reſolutionis 76.

Occupator bonorum Eccleſię eſt excommunicatus, qui tamen publicè vitandus non erit, ſi nõ ſit publicatus excommunicatus.

Item, An geſta per excommunicatum valeant. *Reſolutionis 77.*

Decimæ in dubio prędiales pręſumũtur; Et hæ ad Rectorem ſpectãt ratione Curæ. *Reſolutionis 78.*

Gratia nulla eſt, ſi in impetratione exprimatur maior valor beneficij.

Item, Ad quem ſpectet probare valorem beneficij.

Reſolutionis 79.

Prima ſponſalia non diſſoluuntur per ſecunda, etiamſi prima non eſſent iurata; Et etiamſi in ſecundis ſponſalibus interueniſſet copula carnalis.

Reſolutionis 80.

Iuſpatronatus an poſt Concilium Tridentinum probetur per verba enunciatiua, per famá, & per præſcriptioné.

Reſolutionis 81.

Collegium Muſicorum Cathedralis Papiæ an debeat præcedere in proceſſionibus Collegio Capellanorum eiuſdem Cathedralis.

Reſolutionis 82.

An nomine Domus, ſeu Caſatæ, veniant omnes, qui habent eandem Parentelam, an verò ij tantùm, qui ſunt de agnatione.

Reſolutionis 83.

Quando licitum ſit emendare libellum, vel illi addere.

Item, Quando Monaſterium ſuccedat in bonis Monachi.

Reſolutionis 84.

Quæ ſint ſeruanda in recuſatione Iudicis ſuſpecti.

Item, quando non ſit locus regulæ de annali. *Reſolutionis 85.*

Quando Canonici Eccleſię Collegiatæ teneantur reſidere perſonaliter.

Reſolutionis 86.

An Papa poſſit infeudare Feuda Epiſcopatus abſque conſenſu Epiſcopi.

Reſolutionis 87.

Iuſpatronatus quando dicatur hæreditate acquiſitum, & quando non.

Item, an in tranſlatione iuriſpræſentandi requiratur Epiſcopi conſenſus.

Reſolutionis 88.

Bona donata à patre filio, vt ad ſacros Ordines promoueretur, potiuntur priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ.

Reſolutionis 89.

Delegatus Principis ad totã cauſam poteſt alteri ſubdelegare examẽ teſtiũ.

Reſolutionis 90.

Habens plura beneficia Curata an iuuetur regula, De triennali poſſeſſore.

Et an fecerit fructus ſuos.

Reſolutionis 91.

Sæcularis iudex an poſſit ſe intromittere in beneficiis quoad poſſeſſorium recuperandæ, adipiſcendę, & retinédę.

Reſolutionis 92.

Ægrotanti quando debeatur ſalariũ, & quando non.

Reſolutionis 93.

Capitula quãdo nõ veniãt admittẽda.

Item, Ex quibus probetur, quod aliqui ſint maritus, & vxor.

Reſolutionis 94.

Sententia quando nulla dicatur.

Reſolutionis 95.

Capitula notoriè impertinentia non ſunt admittenda.

Item, quando vna Eccleſia non ſit alteri ſubiecta. *Reſolutionis 96.*

Beneficij reſignatio coram Ordinario facta ad fauorem certæ perſonæ an

dicatur nulla,& ſimoniaca.

Reſolutionis 97.

An Clerici collectari poſſint pro bonis patrimonialibus.

Reſolutionis 98.

Enumerantur aliquot cauſæ, ex quibus Emphyteota cadit à iure ſuo. Item, An ſucceſſor poſſit declarare caducitatẽ incurſam tempore prædeceſſoris ſui.

Reſolutionis 99.

Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt, etiam cum pacto retrouendendi, ſine debitis ſolemnitatibus.

Reſolutionis 100.

Spoliatus an, & quando veniat reſtituendus. *Reſolutionis 101.*

Quando dicatur concluſum in cauſa. Item an ſolutio facta per vnum emphyteotam proſit alteri. Item, An, emphyteota bannito,& eius bonis confiſcatis, res dicatur deuoluta.

Reſolutionis 102.

Carcerato quando debeantur diſtributiones quotidianæ,& quando non.

Reſolutionis 103.

Confraternitates laicorũ poſſunt ab Epiſcopo compelli ad accedendum ad proceſſiones, pœnis etiam pecuniariis.

Reſolutionis 104.& 105.

Quando variatio Patroni noceat præſentato.

Item,quando literæ Apoſtolicæ derogationis Iuriſpatronatus poſſint redargui de obreptione, & ſubreptione; Et quando ſint exequendæ.

Reſolutionis 106.

An teſtes poſſint examinari poſt didicita teſtificata. Item,ad obtinendum in re medio poſſeſſorii reintegrandæ quæ requirantur. Item, identitas bonorum quomodo probetur.

Reſolutionis 107.

Diſtributiones quotidianę quãdo debeantur abſenti pro alia Eccleſia. Item, An correctio Capitulorum Cathedralium Vicario Epiſcopi ſit permiſſa.

Reſolutionis 108.

Dilatio quinta an veniat concedenda. Item, Legitimatus quando ſuccedat in iurepatronatus. Item, Quando Patronus præſcribat iuſpatronatus contra alterum compatronum.

Reſolutionis 109.

Vnio beneficij,quod ſit de iurepatronatus,quomodo ſit nulla.

Itẽ,Ex quib. probetur iuſpatronatus.

Reſolutionis 110.

Liber Viſitationum an probet.

Reſolutionis 111.

An Coloni bonorum Eccleſiæ teneãtur ad Hoſpitationem militum pro certa parte.

Reſolutionis 112.& vltimæ.

Cõtinentis plures caſus practicabiles,tàm in foro Fori, quàm in foro Poli, argumenta ſunt in Indice Rerum.

Ex Libro Secundo.

Reſolutionis Primæ.

ARGVMENTVM.

An fructus per vſufructuariam percepti antę præſtitam cautionem ſint reſtituẽdi. Item, An ex diſpoſitione Statutorum Papiæ prohibeatur augmentum dotis. Item, Bona mobilia quando, & quomodo per vſufructuariam ſint reſtituenda. *Reſolutionis 2.*

Laudum quando poſſit dici nullum; Et quando ſit exequendum.

Reſolutionis 3.

Minor an poſſit opponere exceptionẽ nullitatis. *Reſolutionis 4.*

An à laudo detur appellatio.

Reſolutionis 5.

Interdictum Saluianũ quando præſcribatur.

Item, A quo ſit probanda negatiua.

Reſolutionis 6.

Teſtificatio famuli quando probet.

In expẽſis nõ poteſt fieri condẽnatio, ſi eſt delatũ iuramẽtum ſuppletorium.

Reſolu-

Reſolutionis 7.

Teſtes quando probent & quando coniungantur.

Reſolutionis 8.

Quando commiſſa cauſa appellationis à grauamine cenſeatur etiam commiſſa principalis. Item Quando Inuentarium confectum ab hærede ſit nullum.

Item, Quando ſententia ſit nulla. Item, Quando ſit denegandum beneficium reſtitutionis in integrum.

Reſolutionis 9.

Quando admittenda ſit appellatio in poſſeſſorio ob complicationem cauſarum.

Reſolutionis 10.

A ſpolio attentato an detur appellatio.

Reſolutionis 11.

Ex quibus probetur quem eſſe hæredem. Item, Inſtrumentum emptionis, & venditionis ex quibus probetur eſſe verum, vel ſimulatum. Item, Quomodo confeſſio procuratoris noceat Domino.

Reſolutionis 12.

A ſententia interlocutoria an detur appellatio.

Item, Hebræis permiſſum eſt fœnerari.

Reſolutionis 13.

Periculum & deterioratio pecuniæ depoſitatæ ad quem ſpectet, an ad depoſitarium, vel ad deponentem.

Reſolutionis 14.

Pendente inhibitione nihil eſt innouandum.

Reſolutionis 15.

Remedium legis 2. C. de reſcind. vendit. quando competat: Ex quibus intentatum dignoſcatur.

Reſolutionis 16.

Quando quis teneatur de euictione.

Reſolutionis 17.

Quando agens ad reſciſſionem contractus ſit obaudiendus.

Reſolutionis 18.

An maior pars creditorum in præiudicium minoris partis poſſit remittere creditum, vel concedere dilationem debitori: Et quomodo.

Reſolutionis 19.

Liber priuatus quando probet.

Item, quando poſſit dici de nullitate rei iudicatæ.

Reſolutionis 20.

Seruitutem imponere domui vicini quando liceat.

Reſolutionis 21.

Teſtamentum eſt nullum præteritione filiorum.

Reſolutionis 22.

Poſſidenti eſt dandum mandatum de manutenendo.

Item, Spoliatus quando non ſit reſtituendus.

Reſolutionis 23.

Dos quibus ſit reſtituenda.

Reſolutionis 24.

Minor quando valeat ſe obligare ex cauſa contractus abſque ſolemnibus.

Reſolutionis 25.

Procurator vigore mandati poteſt obligare mandantem principaliter, & inſolidum.

Reſolutionis 26.

Aſſecurator quando teneatur ex caſu fortuito.

Reſolutionis 27.

Legitimæ ſupplementum an poſſit peti à filia dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione.

Reſolutionis 28.

Legitimatus an poſſit petere legitimæ ſupplementum.

Reſolutionis 29.

Immiſſio in poſſeſſionem quando poſſit per eundem Iudicem reuocari. Vſusfructus vxori legatus quando reſtringatur ad alimenta tantùm.

Reſolutionis 30.

Decretum, & ſententia quando ſit nulla, & iniuſta.

Reſolutionis 31.

Alienatio rerum minoris quando ſit nulla.

Reſolutionis 32.

Attentatum quando dicatur. Et quando reuocandum.

Reſolutionis 33.

Statutum loquens in genere habet locum in quauis eius ſpecie, etiāſi in vna ſpecie maior ſit ratio, quàm in alia.

Reſolutionis 34.

Venditio cum pacto redimendi an ſit contractus vſurarius.

Reſolutionis 35.

Vxor vſufructuaria quando, ſtantibus filiis, habeat plenum, & integrum vſumfructum.

Reſolutionis 36.

Attentatum non dicitur aliquid factum, ſi appellans appellationi renunciauerit,

vel ſi appellatio friuola fuerit.
Item, quæ exceptiones non admittantur quando agitur ex contractu celebrato in forma Cameræ Apoſtolicæ.
Reſolutionis 37.
In libello quando dicatur intentatum poſſeſſorium,& petitorium.
Reſolutionis 38.
Appellatio alternatiuè.aut copulatiuè interpoſita quando dicatur deſerta.
Reſolutionis 39.
Quæ poſſit extendere notarius ſub clauſula,& cætera.
Reſolutionis 40.
Facultas libere conceſſa faciendi aliquid intelligitur in tempore habili.
Reſolutionis 41.
Legatum creditoribus factum valet. Item quis dicatur creditor. Item,Banniti quæ retineant.
Reſolutionis 42.
Quibus modis quis efficiatur ciuis.
Reſolutionis 43.
Ex quibus dos conſtituatur.
Reſolutionis 44.
Dominium rei transfertur & per aſſignationem,& per legatum.
Reſolutionis 45.
An priuato liceat facere aliquod opus in ripa fluminis pro diuertenda inundatione.
Reſolutionis 46.
Fratribus exiſtentibus in communione, ſi alter nubat propriam filiam. an cenſeatur nupta de communi patrimonio, an verò tempore diuiſionis fiendæ debeant dos. iocalia imputari in partem fratris, qui filiam nupſerit.
Item, An id, quod impenderit vnus frater ex causa criminali ſtante dicta communione.& tacita ſocietate omnium bonorum.debeat ei imputari.
Et an hæredes fratris præmortui teneantur reddere rationem adminiſtrationis alteri fratri ſocio ſuperſtiti.
Reſolutionis 47.
Impoſitio perpetui ſilentij facta per Iudicem quid operetur.
Reſolutionis 48.
Latè diſcutitur, Vtrum confeſſio facta à marito de dote recepta conſtante matrimonio præiudicet creditoribus..
Reſolutionis 49.
Aſſignatio bonorum ſeu donatio facta à patre filio exiſtenti in poteſtate ancit nulla.
Item, quando legitimatus non excludat ſubſtitutum.
Reſolutionis 50.
Hypothecaria actio quando intentata dignoſcatur: Et quomodo quis obtinere poſſit in ea.
Reſolutionis 51.
Habens ſolum partem in re, & agens ad totam rem,obtinere non poteſt.
Reſolutionis 52.
Legatum quando tranſmittatur, aut efficiatur caducum.
Reſolutionis 53.
Quæ requirantur vt intentari poſſit remedium,can.reintegræ.3.q.1.
Reſolutionis 54.
Detractio legitimæ, & Trebellianicæ quãdo non habeat locum.
Reſolutionis 55.
Bona eſſe de territorio, & dominio quomodo probetur.
Reſolutionis 56.
Forenſis an pro bonis, quæ poſſidet in aliquo loco poſſit cogi ad ſolutionem onerum per Communitatem dicti loci.
Reſolutionis 57.
Actio hypothecaria quando competat.
Item ſimulatio quid operetur: Et quando excudatur.
Item delegatio quando cenſeatur facta:Et quid operetur.
Reſolutionis 58.
Licet contra plures lata eſſet ſententia. & in appellatione nomina aliquorum appellantium eſſent tantum expreſſa, victoria tamen eorum proderit aliis.
Reſolutionis 59.
In qua conſideratur materia Succeſſionum per plures caſus practicabiles diſtincta pro habenda celeriori & faciliori veritate in contingentia facti.
Horum caſuum argumenta ſunt in Indice Rerum.
Reſolutionum 60. & vlt.
In qua de more congeruntur plures caſus practicabiles.
Horum caſuum argumenta ſunt in Indice Rerum.

Ex Libro Tertio.

Reſolutionis Prima.

ARGVMENTVM.

Pendente cauſa criminali, an ſit ſuperſedendum in ciuili.
Item, An acta facta coram Laico iudice probent coram Eccleſiaſtico.
Item, Correi debendi quando dicantur: Et quando factum vnius ex ipſis alteri noceat.
Item, Actio negotiorum geſtorum quando competat.
Et quando agere liceat actione iniuriarum.

Reſolutionis 2.

Clericus aſſaſſinus an poſſit puniri à iudice laico.
Item, ſi talis clericus remittatur iudici laico per iudicem Eccleſiaſticum, an ſit tradendus proceſſus factus contra dictum clericum per eundem iudicem.

Reſolutionis 3.

Procurator an ſit admittendus in criminalibus.
Item, Homicida quando præſumatur habuiſſe animum occidendi.

Reſolutionis 4.

An exemptus ſubiacet Ordinario ratione delicti.

Reſolutionis 5.

Teſtes in criminalibus quando non probent.
Item, Ex quibus quis conuincatur de aſſiſtentia, & auxilio ad homicidium.

Reſolutionis 6.

Calumniator verus, & præſumptus quis dicatur.

Reſolutionis 7.

Stuprum quomodo probetur.

Reſolutionis 8.

Aſſiſtens homicidio an aliqua pœna ſit plectendus.

Reſolutionis 9.

Obtinẽs à Iudice Laico ſequeſtrari fructus Eccleſiæ an incurrat excommunicationem.
Et præceptum pœnale quando dicatur nullum.

Reſolutionis 10.

Auxilium præſtare homicidio quando quis dicatur.

Reſolutionis 11.

Percutiens clericum quando incurrat excommunicationem, cuius abſolutio ſit reſeruata Papæ, vel Epiſcopo.

Reſolutionis 12.

Blaſphemus poteſt ab Epiſcopo puniri.
Item, Quomodo præſcribatur iuriſdictio.

Reſolutionis 13.

Forenſis an poſſit excommunicari ob contumaciam.

Reſolutionis 14.

Epiſcopus poteſt officialem ſuum laicum punire.

Reſolutionis 15.

Conſiderantur aliqui caſus concernentes immunitatem Eccleſiarum.

Reſolutionis 16.

Examinantur aliqua circa irregularitatem.

Reſolutionis 17.

Contractus quando dicatur vſurarius.

Reſolutionis 18.

Iudex Laicus mandans capi clericum, & capiens, quando incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, aut Can. ſi quis ſuadente.

Reſolutionis 19.

Alloquens bannitos an ſit puniendus.

Reſolutionis 20.

Aliqui caſus in materia furti.

Reſolutionis 21.

Confeſſio erronea an poſſit reuocari.

Reſolutionis 22.

Vindicandi animus quomodo probetur.

Reſolutionis 23.

Pax quando dicatur fracta.

Reſolutionis 24.

Communitates tenentur defendere territoria, eáque ſecura tenere à latronibus.

Reſolutionis 25.

Quando in cauſis criminalibus concedendæ ſint Remiſſoriæ.

Reſolutionis 26.

Occidens quemquam pro ſui ipſius defenſione excuſatur.

Reſolutionis 27.

Confeſſio rei quando ſit nulla.

Reſolutionis 28.

Pater vigore Conſtitutionum obligatus pro delicto filij an teneatur pro contumacia filij.

Reſolutionis 29.

Tractatur per nonnullos caſus de fideiuſſione præſentandi delinquentem.

Reſolutionis 30.

Fideiuſſio de non diſcedendo de loco quã-

do expiret.

Reſolutionis 31.

Fideiuſſor de non offendédo quando non ſit obligatus.

Reſolutionis 32.

Bannitus quando poſſit impunè offendi.

Reſolutionis 33.

Remiſſio capti quando, & quomodo ſit concedenda.

Reſolutionis 34.

Simonia quomodo probetur.

Reſolutionis 35.

Confitens crimen quomodo ſit condemnandus.

Reſolutionis 36.

Quando poſſit procedi ad capturam.

Item, Mortem euenisse caſu, aut delicto hominis, quomodo probetur.

Reſolutionis 37.

Ex quibus quis conuincatur de aggreſſione.

Reſolutionis 38.

In crimine ſacrilegij quando poſſit iudex Eccleſiaſticus cognoſcere, licet ſæcularis præuenerit.

Reſolutionis 39.

Statutum imponens pœnam dicenti verba iniurioſa in Concilio Generali an habeat locum in colloquio, ſeu Concilio particulari.

Reſolutionis 40.

Donatio facta per delinquentem an præſumatur in fraudem Fiſci facta.

Item, Donatio facta propter benemerita eſt valida.

Reſolutionis 41.

Appellatio Fiſci ab abſolutoria rei non eſt admittenda.

Reſolutionis 42.

Ius paſcendi eſt Vniuerſitatis.

Item, Quando dicatur illata vis.

Reſolutionis 43.

Priuato quando liceat carcerare aliquem.

Reſolutionis 44.

Quinam poſſint puniri de falſo.

Reſolutionis 45.

Propter impoſitionem ſecundæ pœnæ poſt primam an cenſeatur receſſum à prima.

Reſolutionis 46.

Sodomiæ crimen poteſt coniecturis; Poteſtque per Eccleſiaſticum iudicem puniri: Ac ſeparari matrimonium quoad thorum, vnà cum reſtitutione dotis.

Reſolutionis 47.

Quibus quis conuincatur de mandato ad occidendum etiam per venenum. Quáque pœna plectendus.

Reſolutionis 48.

Cognoſcere an aliquis ſit clericus ſpectat ad ſolum iudicem Eccleſiaſticum.

Item, Quando clericus captus per iudicem laicum gaudeat fori priuilegio, & remittendus ſit.

Reſolutionis 49.

An ſententia in cauſa hæreſis poſſit ferri à die feſto.

FINIS INDICIS.

VARIARVM RESOLVTIONVM RERVM PRACTICABILIVM IN FORO ECCLESIASTICO.

LIBER PRIMVS.

AVCTORE D. MARIO ANTONINO MACERAT.
I.V.D. Prothonotario Apoſtolico, & Vic. Generali
Perill. & Reuerendiſſimi D.

GVLIELMI BASTONI PAPIEÑ. ET COM. &c.

ARGVMENTVM.

Statutum Eccleſiæ collegiatæ ſuper ſolutione annatæ faciẽda per Canonicum nouiter receptum quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ, quod receptus in Canonicum ſoluat medietatẽ annatæ non ſapit ſimoniam.*
2 *Cõſuetudo valet diſponens ſuper dicta annata, vt ſtatutum præſatum.*
3 *Argumentum valet de conſuetudine ad ſtatutum.*
4 *Statutũ confirmatum à Papa dicitur Papale.*
5 *Obſeruãtia habet vim conſuetudinis.*
6 *Capituli appellatione, an veniat Eccleſia.*
7 *Effectus attenditur, non verba.*
8 *Statuti vna pars declarat aliam.*
9 *Dictio alius, eſt repetitiua ſimilium.*
10 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
11 *Pium opus quod dicatur.*

RESOLVTIO I.

OMNIPOTENTIS Dei; Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, ac S. Michaëlis Archãgeli inuocatis nominibus, & ſuffragiis.

Fuit mota lis per Venerād. Capitulū Eccleſiæ collegiatę S. Michaelis Papię cōtra R. Stramedium Canonicū ſuper ſolutione medietatis annatę vigore ſtatutorū præfatæ Eccleſiæ, cum in eis inter cætera diſponeretur, quod medietas fructuū, redituū, & prouentuū primi anni præbēdę cuiuſlibet perueniret in dictū capitulū pro oneribus ipſius capituli ſupportandis.

In qua omnis difficultas ad duo principaliter reducebatur, nēpè. Primò an præfatum ſtatutū ſaperet Simoniam.

Secūdò an dictę annatæ medietas perſoluta conuerteretur realiter in pium vſum. Viſis autem allegationibus partium, negotióq. maturè perpenſo, fuit tandem.

In primo reſolutū (ſuppoſito dictā annatæ medietatē in pium vſum cō-
1 uerti) † ſtatutū ſupradictū nullatenus ſapere ſimoniam ex pluribus.

Primò ex authoritate grauiſſimorū doctorum id firmātium, & præcipuè poſt alios Abb. in cap. Iacobus, n 3. de ſimo. Alb. de Roſ. in prima parte ſtat. q. 80. Rip. de arb. & arbitr. reſp. 1. numer. 11. Monet. de diſtr. quoti. part. 2. quæſt. 18. n. 55. & Flam. Pariſ. de confid. quæſt. 38. nu. 27. cum ſeq. vbi ita fuiſſe deciſū teſtatur per S. Cōgregationē Illuſtriſſimorum ſuper decl. S. Concilij Tridentini. Et licet aliud viſum fuerit Pariſ. in conſ. 93. n. 1. cum ſeq. vol. 1. ac Fel. in ca. cum M. Ferrar. n. 20. de conſtit. Tamen eorum pace non eſt ipſorū ſequēda opinio, vti cōtra veriorē, & ſentētiam magis receptam, ac in practica obſeruatam.

2 Secūdo nā † valida eſt cōſuetudo, vt aliquid detur à Canonico nouiter recepto, dūmodo id in pios vſus erogetur. Abb. in d. cap. Iacobus, n. 3. & in cap. ſicut. n. 2. eodem tit. Felin. in d. cap. cum M. Ferrar. n. 20. Graff. deciſ. aur. de ſimon. cap. 96. n. 49. par. j. lib. 2. Nauar. de ſimon. lib. 5. conſil. 1. n. 3. Vnde & ſtatutū ſimile valere debet,
cū † de cōſuetudine ad ſtatutum licitū ſit arguere. 3
Io. de Amic. conſ. 11. n. 2. Surd. conſ. 2. n. 29. Franc. Becc. conſ. 76. nu. 11.

Et quamuis hoc argumentum non placeat Fel. in d. c. cum M. Ferrar. n. 20. vbi rationē diuerſitatis allegat. Nihilominus pro veritate dicitur, dictā rationē diuerſitatis allegatā per eum nō inhærere veritati, nec vllaten⁹ poſſe hic applicari, cū ab initio dictū ſtatutū fuerit volūtarium, vti cōditum à Præpoſito, & Canonicis dictę Eccleſiæ ſpontè, ob diuini cultus augmentum.

Tertiò vrgebāt aliquæ ſāctiones irrefragabiles, videlicet ca. ſuſcepti. extrau. ne ſed. vac. vbi approbātur ſtatuta nō excedētia in exactione medietatē fructuū. Et licet Guliel. de Mōte ibidem, n. 15. dicat. d. capitulum eſſe intelligendū de ſtatutis cōfirmatis à Papa. Tamē d. intellectus nō aridebat; vtì diuinatiuus, & nimis reſtrictiuus. Ale. in l. 1. §. de illo. ff. ad Treb. Grat. cōſ. 2. nu. 35. vol. 1. Et inſuper quia aliàs ille tex. eſſet de indubitabili, cōtra l. quòd Labeo. ff. de Carb. ed. l. 1. ff ad munici. Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres, n. 2. ff. de ver. obl.

Cum † ſtatutū accedente Papæ cō- 4
firmatione dicatur Papale. Ro. cōſ. 37. Pariſ. conſ. 33. n. 49. vol. 3. Gabr. conſ. 127. n. 24. vol. 1. Turret. conſ. 35. num. 10. vol. 1. Ant Gabr. de ſtatut. cōcl. 11. num. 8. Contard. in l. 1. lim. 22. n. 8. C. ſi de mom. poſſeſſ.

Itē cōſtit. 106. Pij. V. fœl. record. incip. Durū nimis, & incōmodū arbitramur. verſ. & nihilominus ſtatuim⁹ vt vbicumque &c. Demúmq. S. Concil. Trident. de reform. ſeſſ. 24. c. 14. verſ. quæcumque in pios vſus nō conuertun-

uertuntur, non permittant, arguẽdo a cõtrario ſenſu, prout in pũcto ſic arguiſſe comperitur Nauar. in Manua. c. 23. n. 102. verſ. vndecimo, & Vgol. de ſimon. tab. 1. cap. 9. §. 11. nu. 3.

Quartò fauebat obſeruantia immemorabilis ſubſecuta dicti ſtatuti, præſertim cõcurrente ſciẽtia, & approbatione omnium Epiſcoporũ Papien. & Viſitatoris Apoſtolici, qui & viderũt præfatũ ſtatutũ, & ſciuerũt illius vsũ. Turret. conſ. 99. n. 3. vol. 1. Fran. Becc. conſ. 6. n. 16. & in ſimili vide Monet. de diſtrib. quoti. par. 2. qu. 2. n. 6. Et † 5
talẽ obſeruantiam habere etiam vim cõſuetudinis tenuerũt poſt alios Corbul. de Emphit. in rub. de cauſ. pri. ob non ſolut. &c. lim. 2. n. 4. Et Caualc. deciſ. 32. nu. 14. par. 3.

Nec dictę reſolutioni obſtare dictũ fuit c. ex multis. 1. quæſt. 3. propè finẽ. Nã ille tex. loquitur in collatione, & inſtitutione, & ac in onere impoſito ipſi canonico, nõ autẽ prębendæ, & in his terminis intelligendũ eſſe voluit Abb. in d. cap. Iacobus, n. 3. quẽ refert, & ſequitur Pariſ. de confid. qu. 38. nu. 44. Inſuper eundem intellectum recipere dicebatur cap. ſignificatum de præbend.

In ſecũdò fuit reſolutũ affirmatiuè ex plurib'. Primò, quia licet dictũ ſtatutũ loquatur de capituli onerib. ſupportãdis, & † capituli appellatione nõ 6
veniat Eccleſia, ſecundũ Doct. ſed nõ è contra, ſecundum Dec. in c. cam te nu. 22. de reſcript. quem ſequitur ibidem Rip. nu. 15. Tamen cum conſtitiſſet ex libris Camerarius dictę Eccleſiæ, præfatas annatas perſolutas fuiſſe cõuerſas verè & realiter ad ſupportãda onera, & ſubueniendũ neceſſitatibus Sacriſtiæ dictæ Eccleſiæ, nõ autẽ ad repletionẽ ventris, & burſæ Canonicorũ, fatendum eſt illas conuerti in piũ vſum, attendi † etenim debet effectus, non autem verba c. in tantum de ſimon. Soci. ſen. conſ. 36. nu. 6. vol. 1. Surd. conſ. 3. nu. 26. cum ſeq. 7

Secundò quãdoquidem † vna pars ſtatuti declarat aliã l. ſed & poſt. ff. de legib. Soc. ſen. conſ. 51. in princi. vol. 1. Surd. deciſ. 43. nu. 14. Non. conſ. 94. num. 14. Turret. conſ. 37. nu. 5. vol. 1. Cæterum in dictis ſtatutis legitur aliud capitulum tenoris huiuſmodi. (Item ſtatuerũt, quod omnes reditus, & prouentus capituli remaneãt in communi pro Sacriſtia, & aliis neceſſitatib' capituli.) ex quib' verbis colligi expreſsè videtur, onera capituli reſpicere onera Sacriſtiæ, & illa verba, & aliis neceſſitatibus, eſſe intelligẽda de oneribus reſpiciẽtibus piam cauſam, cum dictio aliis, † ſit repetitiua ſimilium. vulg. iur. 8 9

Ampliúſque in alio capitulo eorũdẽ ſtatutorum limitantur reditus qui dari debent canonicis, re ſeruatis aliis reditibus pro vſu d. Sacriſtiæ: in dicta autem limitatione, nõ fit mentio Annatæ ſupradictæ. Vnde cẽſetur reſeruata omninò vſui d. Sacriſtiæ † arg. l. cum prætor. ff. de iud. Franc. Bec. cõſ. 82. nu. 2. Surd. conſ. 36. nu. 2. Facítque illa vulgata cõcluſio, non fuit expræſſum pro Canonicis, ergo nolitum. l. 1. §. ſinautem. C. de cad. toll. Franc. Bec. conſ. 1. nu. 14. & conſ. 32. nu. 16. Surd. conſ. 245. num. 45. vol. 2. 10

Tertiò, & poſtremò loco videbatur aliqualiter facere fundamẽtum deductum per D. Aduocatum d. capituli, nempè, quòd etiãſi d. annata applicaretur diſtributionib' quotidianis, nihilominus diceretur in piũ vſum cõuerti, cum pium opus dicatur. † quòd pertinet ad diuinũ cultum. Nauar. de redit. eccl. q. 1. nu. 26. Diſtributiones autem quotidianæ reſpiciunt diuini 11

cultus augmētum.c.1.de cler.non reſi.in 6.Pariſ.conſ.33.n.1.cum ſeq.vol.4.Monet.de diſtrib.quotid.par.1.q.5.n.35.& colligitur ex S. Conc.Trid.de refor.ſeſſ.21.c.3.Et ſtante hac reſolutione partes ſe concordarunt.

ARGVMENTVM.

Sponſalia de futuro quando quis poſſit cogi ad ſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Verbū futuri temporis importat conditionem.*
2 *Conditione non purificata non poteſt agi.*
3 *Sponſalia de futuro contrahere qui iurauit poteſt cōpelli ad celebrandum matrimonium.*
4 *Niſi ſubſit cauſa iuſta, & rationabilis non contrahendi.*
5 *Cauſa iuſta dicitur diſparitas.*
6 *Error qualitatis non tollit matrimonium.*
7 *Cauſa iuſta dicitur etiam periculum mali exitus.*
8 *Item odium exortum. Indignatio paterna, num.9.10.*
11 *Cauſa iuſta quæ ſit, relinquitur arbitrio iudicis.*
12 *Iuramentum eſt præſtandum tactis ſcripturis.*
13 *Cauſæ falſæ expreſſio vitiat actum.*
14 *Damnum quando ſit reſarciendum ob fidei violationem.*
15 *Matrimoniū contractum appellatione pendente nō dicitur attentatū.*

RESOLVTIO II.

IN vna ſponſaliorū Nobilis D.Ioſephi Beccariæ cū. N.viſis ſedulò actis omnibus,& pluries partibus auditis vnà cū aduocatis, fuit reſolutū, d.Ioſephū nō eſſe compellendum ad contrahēdum matrimonium cum d. N.ſed eidem licere cum altera matrimonium liberè,& licitè contrahere.

Primò quia ſpōſalia fuerāt cōcepta per hæc verba, *(Prometto di pigliarla per mogliē,& ſpoſarla, quāto prima hauerà licenza da Superiori Eccleſiaſtici, ancora sēza publicarla in Chieſa, ſe coſi ſarà cōceſſo.)* Et propterea fuerūt indicata cōditionalia, cū illud verbum,
hauerà, †vti futuri tēporis importet 1
cōditionē de futuro. l.Stichus qui ff. de leg.1. Pariſ.conſ.20. nu.15.vol.2.& proindē formā Nau.de ſpōſ.li.4.cōſ. 13.n.4. Nō purificata igitur pri' cōdi-
tione †nō poterat deueniri ad cōpul- 2
ſionē, vt in pūcto firmarūt Doct.in c. de illis.de cōd.ap.Thad.Piſ. de ſpōſ. par.1.n.8.Hēriq.in ſum. Theol.mor. li.11.de matrim.c.14.n.5.Nau.de cōd. app.li.4.conſ.1.n.1.& 6.& conſ.2.Pariſ.conſ.60.n.5.& conſ.58.n.58.vol.4 Caputaq.deciſ.338.n.2 p.1.

Secūdò, quia licet aliàs poſſit deueniri ad cōpulſionem, præmiſſa tamē moni-
tione, † cōtra illum, qui iurauit ſpōſa- 3
lia contrahere. cap. ex literis. el 2.de ſpōſ.Tho.Triu.deciſ.9.li.1. & de priuil.ſpōſ.priu.2.n.11. & priu.3.n 1.Rot. Ro.in nouiſſ.dec.497.n.1.par.1.Gabr. cōſ.159.vol.2.Io.Bap.Ferr.cōſ.171.n.1. Decia.conſ.66. n.15 vol.5.Pet.de Ledeſ.ſuper 3.par.5.Tho.q.43.ar.1.verſ. ſecunda cōcl. Tamen quando ſubeſt iuſta, & rationabilis cauſa nō contrahēdi, †iudex debet tātū monere. d.c. ex literis.&ibi Doc.omnes.in c.requiſiuit.n.4.de ſponſ. Alex.conſ.212.n.5. vol.5.Marc.dec.delph.521.n.3.& deci. 744.par.2.Thom.Triu. d.priu.3.n.3. & priu.7.n.3. Gabr.conſi.159.& conſ. 186.n.2.vol.2.Nau. in Man.c.22.n.27. & 72.Pet.de Led.in d.q.43.art.1.verſ. tertia

tertia concl. Rot.Ro.in d. deciſ.497. nu.1. Plures autem hic concurrebant cauſæ non contrahendi matrimonium.

5 Prima † erat, diſparitas magna inter d.Ioſephum, qui erat ditiſſimus, & N. pauperrima. in terminis Pariſ. conſ. 58.nu.37.vol.4. Item Ioſeph.nobilis, N.vilis familiæ. Inſuper Ioſeph ex legitimo matrimonio ortus, N. ex coitu damnato Pariſ.in d.conſ.58. nu.39. quæ licet poſtea diceretur fuiſſe legitimata per ſubſequens matrimonium, tamen macula originis eſt multum conſiderabilis. cap.tanta.qui fil.ſint legit.Cou.par.2.relect.c.8.§.2. nume.7.de ſponſ. & matrim. Cæſ.de Graſ.de ſponſ. deciſ.6.num.5. quamuis de iure canonico per ſubſequens matrimonium legitimetur proles ad omnia ſecundum Caſſad. de ſponſ. & matr. deciſ. 1. num. 6. cum ſeq. & Cou.d.§.2.num.10. Et quando adeſt magna diſparitas, iudex eccleſiaſt.debet omninò abſtinere à coactione, Nau. in Man.c.16.num.18. & in conſ. 49.num.3.de ſponſ.lib.4.Abb.in d.c. requiſiuit. num.4.Gabr.d.conſil.186. num. 4. & 8. Coadiuuabatur, ex eo quòd d. Ioſeph tẽpore ſponſaliorum de futuro contractorum ignorauit d. N. eſſe procreatam ex damnato coi-
6 tu, & licet † error qualitatis non tollat matrimonium. Nau. in d. Man. cap.22. num.32. tamen videtur eſſe non modici impedimẽti in adimplemento ſpõſaliorum.c.raptor.37.qu.2. Silu.in verb.matrimonium viij. nu.1. cum error excludat conſenſum.cap.1. 29.quæſt.1.

7 Secunda erat cauſa, † periculum mali exitus.d.c.requiſiuit.& ibi Abb. num. 3. cum ſeq. vbi inquit, ſufficere eccleſiæ, dictos malos exitus veriſimiliter futuros eſſe, licet non poſſent contingere. Gabr.in d.conſil.186.nu. 4.8. & 11.S.Anto.in d.par.3.tit.1.cap. 18.in fin.Pet.de Ledeſ.in d. quæſt.43. art.1. verſic.tertia concluſ. Henriq.d. lib.11. de matrim. c.6.§.5.& c.13.§.4.

Erat tertia cauſa † capitale odiũ or- 8
tum inter prædictos.c.2.& d.c.requiſiuit. vbi Abb. num.4. de ſponſ. Menoch.de arb.iud.lib.2.cent.5.caſ.455. numer.3. cum ſeq. Thad. Piſ. in rub. Quot mod.ſponſ.diſſol.nu.9. Thom. Triuiſ. de priuil.ſponſ. priu.7. num. 14. Petr.de Ledeſ.d.art.1. verſ.tertia concluſ. Gabr. in d.conſ.186. num.8. Quod verum eſſe addebatur, etiamſi odium eſſet cauſatum à dicto Ioſepho, cum non conſideretur in hac materia, à quo proueniat odium, ſed an ex odio timeatur malus exitus, ſecundum Abb.in d.c. requiſiuit, num. 4. & Petr. de Ledeſ. in d. artic. 1. verſ. tertia concluſ. quicquid dicat Thom. Triuiſ.in d.priu.7.num.15.

Quarta erat cauſa, † indignatio pa- 9
rentum d. Ioſephi. Abb. in d. c. requiſiuit.num.4. Felin.conſi.26.num. 21. Nauar.in d.cap.16.num.18.& proinde indignatio etiam Dei, cum aliqui teneant, filium contrahentem matrimonium ſine conſenſu patris,& & ſine iuſta cauſa, peccare. cap. non omnis. 32. quæſt. 2. Nauar. in d.Manua cap.14. num.15. S.Thom. in 2.2. q.89. artic. 7. vide Bellarm.de controuer.Chriſtianæ fidei. to.2. de ſacr. matr.lib.1.c.19.ver. tertia propoſitio.

Ex qua indignatione † im- 10
minebat periculum certum amiſſionis bonorum paternorum, quòd eſt iuſtus metus ad diſſoluendum contractum. Bart. in l. ſi ob turpem. num 6.ff.de cond. ob turp.cau. Crau. conſil. 49. num. 2. Ruin. conſil. 23. num.9.lib.1, Oſaſch. deciſ.179. num. 3. & ita in ſimili fuit deciſum in vna

Tullen. matrimonij coram R. P. D. Pegna.die 13.Maij.1596.de qua infra.

Et hęc reſolutio corroborabatur,tũ
11 quia,quæ nã ſit iuſta cauſa †relinquitur arbitrio iudicis ſecundũAbb.in d. c.requiſiuit. nu.4. quem refert,& ſequitur Menoch.de arb.iud.li.2.cent.5. caſ.455.nu.2.Alex.conſ.212.nu.5. vol. 2.Gabr.in d.conſil.159.nu.3. & conſil. 186.nu.6. Hẽriq.d.lib.11.de matr.cap. 14.§.7. circa finem. Rot.Ro. in d.deciſ.497. nu.2. Tum quia eccleſia debet eſſe difficilis ad finalẽ compulſionem, præſertim quando dignoſcitur pertinacia. Abb.in d.c.requiſiuit.nu. 6.in fi.Io Bapt.Ferr. in d conſi.171.n. 6.cum ſeq.& Gab.in d.conſi.186. n.3. 5.& 11.Tũ quia apprimè dubitabatur,
12 an ſponſalia eſſent iurata, † cũ iuramentum non fuerit præſtitum tactis ſcripturis. c.hortamur.3. qu. 9. Surd. deciſ.159.num.10. Abb. in c.fraternitatis,num.13.vbi etiam Felin.num.12. de teſtib.videCouar.primæ partis relect.§.1.numer.1.fol.261.rub.de pact. Cap. Tholoſ. quæſt. 161. in ſponſalibus autem non iuratis leuiſſima cauſa ſufficit ad recedẽdum, ſecundũ Gabr. in d.conſ.186.num.8.

Dúmque opponeretur de voto d. Ioſephi contento in ſingrapha ſponſaliorum,per illa verba nempè, Ioſephum id facere, quia vouit ducere in vxorem pauperem mulierẽ. Fuit reſponſum primò, illam cauſam voti non fuiſſe veram, ſed falsò expreſſam in ſingrapha, prout conſtare ex actis videbatur: Vnde ſingrapha in totum nullitati ſubiacere dicebatur
13 cum † expreſſio falſæ cauſæ in totum vitiet actum.l.prima. §.fi.ff.quæ ſent. ſine appel.reſcin. Iaſ. in authen. ex cauſa, numero decimooctauo. C de lib.præter. Secundò, dict.N.non ſolùm eſſe pauperem, ſed etiam pati alios defectus,vt ſup.dictum eſt.Tertiò, ſi non attendi debet iuramentum ob cauſas ſupradictas, nec videtur attendenda cauſa voti, iuxta dicta per Nau.in d.Man.ca.duodecimo. numero trigeſimoſecundo,verſ.tertiò pręſupponimus. Henriq.in d.ſum.de indulg.libro ſeptimo, cap.trigeſimo.§. quinto.

Propoſita poſtmodum fuit difficultas, † an dict.Ioſeph.teneatur ſaltem 14
reſarcire damnum, & detrimentum illatum d.N.ob fidei violationem.Et ad fauorem Ioſephi dicebatur, ipſum nullatenus poſſe cogi ad aliquã damni aſſerti refectionem. Tum quia nõ fuit petitum reſarciri damnum, ſed tantùm inſtatum pro celebratione matrimonij, ſententia autem debet eſſe cõformis libello. Vant.de nullit. in rubr.ex def.ſententiæ, numero 97. Turret. conſilio 55. numero quinto. volumine primo. Surd.deciſione ducenteſima nonageſimaquinta, numero vigeſimo. Tum quia aliqui tenent, id habere locum in foro poli tantùm.

Ex aduerſo tamen allegabatur,communem eſſe Doctorum concluſionẽ, quòd omninò damnum ſit reſarciendum, aliàs iudex peccaret, & teneretur ipſe ad reſtitutionem, ſecundum Pet.de Ledeſ. in dict. quæſtion. quadrageſimatertia,artic.primo.verſ.vltima concl.Thad. Piſ.de ſponſ.par.1. in rub. quot modis ſponſ. diſſol. numero 6.Nau.in d.cap.16. numero decimooctauo.per cap.ſicut.de ſponſ.Et propterea fuit facta oblatio certæ quantitatis pecuniarum pro tutiori via,ſed d.N.recuſauit recipere.

Lata ſententia, & interpoſita ex parte.N.appellatione,fuit per d.Ioſephum contractum matrimonium cum quadam nobili muliere, quod fuit

15 fuit dictum † non ſubiacere nullitati. per text.in cap.1.de ſponſ.duor.gloſ. in cap.veniens.de ſpõſ. Ang.in verb. mattimonium.iij.numer.2. Et id verum eſſe allegabatur,etiamſi interueniſſet prohibitio iudicis ad quem,per cap.2.de matrim.contr.contra interd. eccleſ. & Lancell. de atten. lite pend. par. 2. cap. 4. ampl. 1. numero decimoſeptimo , & lim. 17. numero primo,cum ſeq.

DECISIO.

Die Lunæ xiij. Maij 1596. coram R. P. D. Penia Tullen. matrimonij.

CVm Iacobus de Burgo , & Heſter de Bleiſtain nobiles , & honeſti iuuenes mutuo , & caſto amore forent capti , die 1. Iulij anni 1592. ſequentem promißionem reciprocam in hæc verba fecerunt, eidémque ſubſcripſerunt,ſicut Deo placuit facere naſci inter nos vnam amicitiam ſanctam , & honeſtam tendentem ad finem matrimonij,& deſiderantes illam reddere inuiolabilem cum vna ſecuritate de numquam mutando voluntatem , nos vno conſenſu mutuo, & non violento promißimus, & promittimus vnus alteri fidem matrimonij de nos in ſimul deſponſando , ſtatim quod commoditas id permiſſerit , in cuius fidem ſignauimus hanc præſentem noſtris manibus.

Officialis Tullenſis die 13. Iulij anni ſequentis 1593. Iacobum renitentem condemnauit ad adimplendam ſupradictam promißionem matrimonialem, & cum in gradu appellationis dubitarem , An ſententia illius officialis eſſet confirmanda , vel reuocanda , Vtraque parte informante , Rota reuocandam cenſuit , quia licet propter illa verba promiſſimus , & promittimus vnus alteri fidem matrimonij , ſponſalia dicerentur fuiſſe contracta cap.ex litteris il 2. cap. ſicut , & cap. requiſiuit de ſponſal. Couarr.in Epitome libro quarto , decretal. parte prima. capite quarto. Iacobi tamen promißio , non fuit ſimplex,& abſoluta, ſed modificata, & temperata per illa verba , ſtatim quod commoditas id permiſſerit. Quibus non ſolùm intelligebatur commoditas reſpectu turpitudinis,& infamiæ,vt ſcilicet ſine aliqua turpitudinis nota ſponſalia ad effectum perducerentur l. nepos Proculo. ff. de verborum ſignificationibus. l. auus. ff. de iur. dot. ſed etiam reſpectu commoditatis bonorum, vt ſine illorum iactura ad matrimonium per verba de præſenti peruenire poſſent vt in dicta l.nepos Proculo , voluerunt Alciatus & Ioannes Brocheus in princ.verſicul. aut ſine magno rerum ſuarum : & rurſus circa medium verſicul. vnde dignitatis iacturam , & ibidem Rebuffus verſicul. non abſimile eſt : hanc enim fuiſſe veriſimilem mentem contrahentium tradit Alciatus. in d.l.nepos.

Item commoditas etiam intelligebatur reſpectu paternæ voluntatis , in cuius indignationem noluerat filius incidere , ſicut ipſemet Iacobus declarauerat.

In caſu propoſito , non potuiſſe Iacobum contrahere matrimonium , niſi cum maximo detrimento ſuo , & iactura bonorum , & cùm paterna indignatione per publicum inſtrumentum pater oſtenderat , qui imprecatus filio fuerat æternam maledictionem, ac inſuper declarauerat iuxta poteſtatem per leges , & ordinationes Principis , ac Patriæ ſibi tributam , ſe

illum exhæredaturum, ac priuaturũ omnibus bonis, & commodis, quæ poſt patris obitum poterat ſperare, Notum autem erat, ex ſerie ſtatutorum, ſeu conſuetudinum generalium Lotharingiæ tit. 1. cap. 17. quarum copia data fuit, graues pœnas fieri contra filiosfamilias cõtrahentes matrimonia ſine conſenſu, & voluntate Parentum, quæ licet manifeſtè ſint inualida ex quo violant matrimoniorum libertatem, quam iura Pontificia vbique requirunt. cap. cum locum cap. requiſiuit cap. Gemma de ſponſalib. cap. nullus 36. quæſt. 2. Concil. Pariſien. in cap. 6. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 9. de reform. matrim. ad incutiendum tamen iuſtum timorem, & excludẽdam commoditatem, quam contrahentes expreſſè in promiſſione reſeruauerant, ſatis erat, ea de facto in Lotharingia obſeruari, & hinc propterea oriebatur cauſa rationabilis ob quam foret ab huiuſmodi compulſione abſtinendum præſertim cum aliàs ex indignatione paterna, & probabili periculo amiſſionis bonorum iuſtus metus induci dicatur ad diſſoluendos contractus Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſact. Craneta conſil. 49. num. 2. Oſaſcus deciſione Pedemon. 179. num. 3. Bart. in l. ſi ob turpem, num. 6. ff. de condit. ob turp. cau. Ruin. conſil. 23. num. 9. lib. 1.

Atque ex his reſpondebatur ad iura, & argumenta, quibus informantes pro puella nitebantur docere, Iacobum fuiſſe compellendum: licet enim verum ſit, contrahentem ſponſalia de futuro, etiam ſine iuramento compelli poſſe ad contrahendum matrimonium per verba de præſenti cap. ex literis il 2. & cap. requiſiuit de ſponſalib. vbi communiter Doctores Gabriel. conſil. 159. lib. 2. & cenſuit ſæpe Rota, & ſignanter in vna Abulen. matrimonij coram Reu. D. meo Blanchetto die 28. May 1593. & parentum contradictionem non poſſe illa impedire, cum illorum conſenſus non ſit neceſſarius. cap. ſufficiat 27. q. 2.

Paternæ tamen maledictionis timor, & metus, & pœna à Patre comminata, qui in bonorum ſucceſſione, legitima excepta, poterat ei valde præiudicare, ſicut iam per publicum inſtrumentum proteſtatus fuerat, iuſtam excuſationis cauſam præbere viſa ſunt, vt non deberet compelli ad matrimonium contrahendum, præſertim cum eadem cauſæ antecedentem iuuenis conſenſum in contrarium diſſenſum commutaſſe putarentur.

ARGVMENTVM.

Præſentatus ad Capellam quãdo debeat eſſe actu Sacerdos.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt conferre Capellam de iurepat. liberè, ſi patroni præſentauerint indignum.*
2 *Capella Sacerdotalis de iurepat. debet conferri ſacerdoti tantum, etiam ſi liberè conferatur.*
3 *Capella Sacerdotalis quando dicatur, & num. 6.*
4 *Papa poteſt derogare qualitati fundationis.*
5 *Et quando non cenſeatur derogare.*
7 *Geminatio declarat magis enixam voluntatem.*
8 *Obſeruantia ſubſecuta declarat diſpoſitionem.*
9 *In claris non eſt opus coniecturis.*
10 *Clauſula acceſſoria non mutat, neque alterat diſpoſitionem. Sed declarat, num. 11.*
12 *Declarans nihil de nouo facit.*

13 Ver-

13 *Verba partis quæ dicantur in inſtrumento.*

14 *Hæres fundatoris poteſt immutare qualitatem beneficij.*

15 *Narratiua eſt probanda, & numero 16.*

17 *Notariatus non habet in ſe dignitatem.*

18 *Prouiſus Apoſtolicus, quæ debeat verificare, & nu. 19.*

20 *Diſpenſatio euaneſcit ceſſante cauſa.*

21 *Qualitas extrinſeca non præſumitur.*

22 *Valor beneficij eſt probandus, etiamſi non opponatur.*

RESOLVTIO III.

VACANTE Capella ſacerdotali S. Mariæ Virginis ſita in Eccleſia Parochiali Burgifranchi Papien. Diœc. per mortem Reu. Pauli de Forte vltimi capellani fuit ad illam præſentatus Clericus Ioannes Paulus de Forte ætatis ſuæ annor. 12. per Blaſium eius patrem, & aliquos prætenſos compatronos infra legitima tempora. Elapſis 4. menſibus, & ob præſentationem dicti Ioannis indigni, ſeu non idonei ex defectu ætatis, deuoluta facultate Reuerendiſſimo Epiſcopo Papien. ſeu eius Vicar. Ge-
1 ner. † conferendi liberè dictam Capellam iuxta diſpoſita in cap. perpetuo. de elect. in 6. & c. ſi verò. de iurep. & prout firmarunt communiter doct. vt Abb. in cap. congregato, numer. 3. de elect. Felin. in c. qualiter & quando, num. 1. de iud. vbi inquit, ordinarium habere ſolum 4. menſes, ſi patroni ſint laici, licet habere ſex menſes ſecundũ receptiorem ſentẽtiã teſtetur Claud. Tut de iurep. quæſt. 14. numero ſeptimo, cum ſeq. Rot. Rom. in nou. de iurep. deciſ. 4. Fuſch. de Viſitat. libro ſecundo. cap. decimo, numero vndecimo, & Maſcard. de prob. vol. 3. concluſ. 1351. numero 6.

Dominus Vicar. contulit dictã Capellã presbytero Franciſco Delicato, put de iure cõferenda erat † ſacerdoti 2
iuxta dicta per Felin. in cap. cum acceſſiſſent, numero decimooctauo. de conſt. Lamb. de iurep. libro ſecundo. par. 1. quæſt. 7 princip. art. 30. nu. 4. qui eiuſdem pacificam apprehendit poſſeſſionem.

Poſtmodum fuerunt coram Domino Vicario exhibitæ literæ prouiſionis dictæ Capellæ ad fauorem dicti Ioannis cum diſpenſatione quoad ætatem. Et cum fuiſſet oppoſitum per d. Delicatum de nullitate dictarum literarum ex pluribus cauſis, & tranſmiſſa eſſent peremptoria. Singulis hinc inde deductis ſedulò inſpectis, & maturè perpenſis. Videbatur fore reſoluendum d. literas Apoſtolicas nullam mereri executionem pluribus rationibus, & præſertim duabus infraſcriptis.

Prima, ex quo in eis falsò expreſſum fuit Papæ, Capellam præfatam nullum habere annexum ordinem ſacrum, Et tamen verè erat ſacerdotalis, quod dicitur verificari primo ex illis verbis teſtamenti Margarithæ fundatricis, (qui Capellani celebrent duas Miſſas in hebdomada, &c.) prout in † ſpecie poſt alios firmat Lamb. 3
de iurep. libro ſecundo, par. 1. quæſt. 7. prin. art. 27. numero primo, cum ſequen. & numero decimo, teſtatur ſe pluries ſic obtinuiſſe. Rip. de inſt. reſp. 1. num. 5.

Et licet † dictæ qualitati Papa dero- 4

gare poſſit ſecundum Rebuff. in praxi beneſ. verſic. tertia pars ſignat. numero 44. tamen non cenſetur
5 derogare † per clauſulas generales Rot. Rom. in antiquit. de conceſſ. præbend. deciſ. 41. & in nou. de conſuetud. deciſ. 5. in fin. Caputaq. deciſ. 127. numero 2. parte 1. Mandoſ. de ſignat. grat. in rub. derogationes iuriſp. verſ. clauſula non obſtantibus.

Secundò verificata dicitur dicta qualitas ſacerdotalis ex illa Docto-
6 rum reſolutione, † quod ad cognoſcendam qualitatem beneficij patronati ſit inſpicienda prima patroni prouiſio. Lamb. in d. quæſt. 7. artic. 30. numero 22. Dicta autem Margarita nominauit in Capellanum primum d. capellæ Presbyt. Io. Iacobum de Milo, qui fuit inſtitutus, eámque pacificè poſſedit. Et hoc magis comprobabatur tum ex aliis ſubſequentibus verbis d. teſtamenti, videlicet (& poſt mortem d. Presbyteri Io. Iacobi nominauit illum presbyterum, & ſacerdotem, qui erit, & reperietur eſſe de parentela de Forte in proximiori gradu, & de
7 habitatoribus in d. Burgo) † & ex geminatione dicti verbi presbyteri elicitur magis enixa dict. teſtatricis voluntas. l. Baliſta. ff. ad Trebell. Crau. conſilio vigeſimo. numero ſecundo. Franciſc. Becc. conſilio ſeptuageſimo. numero decimo. Surd. conſilio decimo. numero quinquageſimoquarto. & conſilio ſeptuageſimotertio. numero ſexageſimoquar-
8 to. Tum † ex obſeruantia ſubſecuta, quæ multum prodeſt. in ſimilibus ſecundum Becc. conſilio ſexto. numero decimoſexto. Fab. Turret. conſilio nonageſimonono. numero ſecundo. volumine primo. Surd. deciſio. centeſima vigeſimanona, numero decimonono. nam poſt mortem d. Io. Iacobi fuit præſentatus, & inſtitutus presbyter Hieronymus de Milo, & poſt eum d. presbyter Petrus Paulus.

Tertiò dicitur clarè verificari dicta qualitas ex illis verbis fundationis, (quam quidem Capellam, & quod ſacerdotale beneficium d. Ioann. Iacobus creari, & erigi procurauit vt ſupra, ſub & cum modis, & formis ſupraſcriptis &c.) Et cum res ſit in cla-
ris † non eſt opus alijs coniecturis. 9
l. 2. Cod. de legibus. l. prima, §. cum in verbis. ff. de legat. tertio. Socin. ſenior. conſilio quadrageſimotertio. in princip. volumine primo. Beccar. conſilio primo. numero quarto. Surd. deciſione ducenteſima decima. numero primo. Flam. Pariſ. de reſig. benef. libro duodecimo. quæſtione. 5. num. decimoſexto. Et dum replicaretur, ſupradictam clauſulam, quam quidem &c. eſſe clauſulam ac-
ceſſoriam † quæ non alterat, nec mu- 10
tat principalem diſpoſitionem clem. prima de præbend. Natt. conſilio trecenteſimoſeptuageſimoſecundo, numero decimoquarto, & conſilio 582. numero ſeptimo. Bero. conſil. octuageſimoquarto, numero quinquageſimonono, vol. 2.

Fuit dictum primò ex illa clauſula
non alterari, † ſed declarari volunta- 11
tem dict. teſtatricis. clem. 1. de præbend. Magon deciſ. Lucen. 7. numero
tertio. † Declarans autem nihil de 12
nouo facit. l. hæredes. §. ſed etſi. ff. de teſtamen. Socin. ſen. conſilio quadrageſimonono. numero quinto. volumine primo. Rol. conſilio decimoquinto. numero vigeſimoſeptimo. volumine tertio. Gabr. de regul. iur. libro quinto. concluſione tertia, numero

mero

mero primo.& quadrageſimooctauo. vbi ampliat, etiamſi addat qualitatem.

Secundò dictum fuit, illa verba eſſe verba d. Ioan. Iacobi hæredis vniuer-
1 ſalis d. teſtatricis † iuxta doctrinam Bald. in l. mater. columna ſecunda, numero ſexto, C. de rei vend. qui eſt communiter in hoc approbatus ſecundum Natt. conſilio trecenteſimo quinquageſimoſeptimo, numero ſecundo. Menoch. de præſumpt. libro ſecundo. præſumptione ſexageſimaoctaua, numero decimoquinto. & de arbitr. iud. libro ſecundo. centuria ſecunda, caſu centeſimo quadrageſimoquarto, numero decimo. Vel cenſentur appoſita de voluntate d. teſtatricis. ſecundum Maſcard. de probat. volumine ſecundo, concluſ. milleſima nonageſima nona, numero primo. cum ſequent. cæterum hæres fundatoris non ſolum poteſt declarare, ſed poteſt etiam im-
14 ponere conditionem † & immutare qualitatem beneficij, cum conſenſu tamen Epiſcopi Lamb. de iurep. libro primo, parte prima. quæſtione ſecunda, princip. articulo duodecimo, numero ſeptimo. Præſertim in ipſo actu fundationis, & erectionis, vt hic. Caputaq. deciſ. ducenteſimanonageſima, numero quarto, in fine part. ſecund. & quando conditio eſt vtilis eccleſiæ, Roch. de Curte. de iurep. verſ. pro eo quòd de diœceſani conſenſu, num. 30.

Secunda principalis erat ratio pro non executione dictarum literarum,
15 † nam narratiua earum, vti pars gratiæ, veniebat per prouiſum verificanda, cap. ſecundo, de reſcript. Cæſar de Graſ. de probat. deciſione duodecima, numero primo, & deciſione vigeſima, numero primo. Mohed. de re- nunc. deciſione trigeſimaquinta. & de cau. poſſeſſ. & propriet. deciſione nona. Maſcard. de probat. volumine ſecundo. concluſione milleſima centeſima vigeſimatertia, num. quarto, cum ſequent. Quod vtique non fuiſſe adimpletum per ſupradictum prouiſum facilè oſtenditur ex infraſcriptis. Nam primò non verificauit qualitatem illam, quod non haberet dicta capella ordinem ſacrum annexum, prout tenebatur, † quamuis eſ-
ſet negatiuè concepta vt in puncto 16
tradit Flam. Pariſ. de reſign. benef. libro decimo, quæſtione tertia, numero quinto. & libro vndecimo, quæſtione ſeptima, numero ſeptuageſimotertio. Maſcard. de probat. volumine ſecundo, concluſione ſeptuageſimavigeſimanona, numero tertio. vbi etiam reddit rationem. Non verificauit ſecundò, ſe habere medietatem vocum, cum de ſeptem patronis tres tantùm illum præſentauerint. Nec profuit d. prouiſo allegare pro ſe quandam ſententiam latam à D. N. Vicario Papiæ. Et quòd Blaſius eius pater eſſet hodie ſolus patronus vti dignior, cum ſit notarius. Nam replicatum fuit dictam ſententiam fuiſſe reuocatam per D. Vicarium Therdonenſem, quæ ſententia reuocatoria tranſiuit in iudicatum, vnde attendenda venit, cum res iudicata habeatur pro veritate, & faciat ius inter partes l. res iudicata. ff. de regul. iur. Friuolúmque eſſe dicere, dictum Blaſium eſſe ſolum patronum, ex quo quatuor patroni deſcendentes ex Dominico, Franciſcino, Antonino, & Ottino, qui noluerunt dictum prouiſum præſentare, ſunt in poſſeſſione, ſeu quaſi pacifica præſentandi ad dictam capellam, prout

patet ex dicta ſententia D. Vic. Therdon.

17 Præterea † officium notariatus nullam habet in ſe dignitatem l. fin. C. qui mil. non poſſ. Bart. in l. ead. num. 4. ff. ad l. Iul. repet. Angel. conſ. 33. Couar. pract. q. c. 19. nu. 5. cum ſeq. Mandoſ. de ſig. grat. in rub. Prothonotarij.

18 Poſtremò addebatur, quòd † dictus prouiſus debuerat probare formiter in actis, Blaſium eius patrem eſſe digniorem de Parentela de Fortis. Pariſ. conſ. 20. num. 18. & conſ. 39. num. 14. vol. 2. Maſcard. de probat. concl. 1245. num. 9. vol. 3. Quod neque fuit allegatum in actis.

19 Tertiò non verificauit † ſe eſſe ætatis ſuæ annorum 12. prout tenebatur ſecundum Put. deciſ. 187. nu. 4. & deciſ. 201. par. 1. Caputaq. deciſ. 274. & deciſ. 313. par. 1.

Quartò non verificauit, ſe eſſe idoneum, & ſuccedentibus annis in virum debere producere virtuoſum. Præſertim cum id fuerit cauſa diſpen-
20 ſationis ad ætatem, † & proinde euaneſcit in ſpecie ipſa diſpenſatio. Rot. Roman. in antiquior. de reb. eccl. non alien. deciſ. 2. numer. 6. Flam. Pariſ. de reſign. lib. 5. quæſt. 6. numer. 129. & libro 10. quæſt. 3. numero 44. cum ſeq. Abſolutúmque eſt in iure dict. qualitates fuiſſe probandas, cum ſint circa
21 extrinſeca, † quæ non præſumuntur. Rot. Roman. in nou. de prob. deciſ. 8. Maſcard. de prob. volumine primo. concl. 223. numero vndecimo, & volumine ſecundo. concluſ. 878. numero quarto.

Quintò, non probauit valorem be-
22 neficij, † prout requirebatur, ſaltem aliqualiter, ſecundum Rot. Rom. in antiq. de conceſ. præbend. deciſ. 64. Et in nou. de probat. deciſ. 10. de præbend. deciſ. 20. Flam. Pariſ. dict. libro decimo, quæſt. 3. numero trigeſimononono.

ARGVMENTVM.

Idem cum Superiori.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas ſacerdotalis eſt exprimenda in decreto fundationis, & quãdo, num. 8.*

2 *Patroni præſentantes indignum priuantur pro illa vice iure præſentandi. Et num. 9.*

3 *Beneficium quando dicatur ſacerdotale.*

4 *Litteræ Apoſtolicæ ſunt nullæ, ſi in eis non fiat mentio de qualitate ſacerdotali.*

5 *Decretum iudicis refertur ad petita.*

6 *Dictio, vt ſupra, refert præcedentia cum ſuis qualitatibus.*

7 *Inſtrumentum non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.*

10 *Præſentari quando poſſit ad ſacerdotalem capellam clericus primæ tonſuræ, & num. 11.*

RESOLVTIO IV.

ANTEQVAM deueniretur ad deciſionem cauſæ, de qua in præcedenti reſolutione plenè dictum fuit, Dominus Aduocatus dicti R. Ioannis excitauit tria alia fundamenta ad illius fauorem. Primúmque erat quòd

1 quod illud verbum, ſacerdotale, non fuerit expreſſum in ſpecie,† & nominatim in ipſo decreto Ordinarij interpoſito in fundatione dictæ Capellæ, prout erat neceſſarium, ſecundum doctrinam Bero. in conſ. 5. nu. 14. cum ſeq. vol. 1.

Erat ſecundum, nam d. Ioannes poteſt dici præſentatus à maiori parte
2 patronorum, ex quo † reliqui patroni fuerant pro illa vice priuati iure præſentandi, cum præſentaſſent clericum minorem 14. ann. & ſic indignum. c. ſicut. de ſuppl. neg. præl. ca. 3. de eccl. ædif. §. ſi quis. auth. de ſanct. epiſ. coll. 9. in puncto Lamb. de iurep. lib. 2. par. 1. quæſt. 10. princ. art. 4. nu. 17. & 23.

Tertiò allegabat aliquas deciſiones Rot. Rom. & præcipuè vnam Rom. Capellę coram Illuſtr. Pamphilio. Lunæ 23. Ianuarij 1589. de qua infra. Ex quibus habetur † præſentandum non
3 debere eſſe presbyterum, ex eo quòd in fundatione dicatur capellanum debere celebrare Miſſas, cum ſatis cenſeatur prouiſum voluntati teſtatoris, ſi per alium celebrare faciat. vulg. c. qui facit per alium de reg. iur. in 6. Bero. d. conſ. 5. num. 28.

Cæterum adhuc inclinabatur ad nullitatem dictarum litterarum, & proinde ad non executionem illarum, iuxta dicta per Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 20. num. 6. Nam, vltra iam dicta in præcedenti reſolutione, addi-
4 tum fuit, † qualitatem ſacerdotij omninò fuiſſe in eis exprimendam, ſecundum Felin. in c. in noſtra, num. 25. verſ. trigeſimumprimum Correlariú. de reſcrip. Nauar. de iurep. lib. 3. conſil. 8. Rot. Rom. in antiq. de reſcript. deciſ. 41. & in Nou. eodem tit. deciſ. 41.

Et ad primum fundamentum reſpondebatur: primò poſſe dici, dictam qualitatem ſacerdotij fuiſſe expreſſam in decreto Ordinarij, cum abſolutum ſit in iure,† decreta referri ad 5
petita. Pariſ. conſ. 103. num. 11. volum. 1.

Quod indubitatum dicitur eſſe in præſenti caſu, tum ſtantibus illis verbis decreti, nempè, Honeſtæ petitioni annuens &c. Tum attenta illa dictione, † vt ſupra, quæ refert præce- 6
dentia cum omnibus ſuis qualitatibus. Dec. conſ. 118. Rom. conſ. 201. nu. 11. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 11. quæſt. 11. num. 23. Caualc. deciſ. 31. nu. 10. par. 5. Vinc. de Franc. deciſ. 87. nu. 4. Surd. deciſ. 210. nu. 17. & deciſ. 212. num. 14.

Relatio autem habet vim expræſſi in ſpecie Pariſ. conſilio 20. numero 12. volum. 4. Rom. d. conſil. 201. num. 14 Franc. Becc. conſ. 78. numero 37. Thob. Non. conſilio 52. numero quarto.

Secundò reſpondebatur, dictam fundationem fuiſſe factam per inſtrumentum rogatum per Notarium, & Cancellarium Curiæ Epiſcopalis Papiæ iuxta eorum ſtilum, & ſic, cum inſtrumentum ſit indiuiduum † dicun- 7
tur omnia connexa, & inſeparabilia, & omnia vnum eſſe, Hinc, ſi eſt in parte falſum, in omnibus redditur falſum. Gabr. de malef. libro 6. concl. 3. Surd. deciſ. 107. numero octauo. vbi decl. & cum pars approbet quoad fundationem cenſetur in totum approbare. Franc. Becc. conſ. 55. num. 7. Surd. deciſ. 144. num. 10. Turret. conſ. 91. num. 9. vol. 1.

Tertiò, Doctrinam allegatam per Bero. in dicto conſilio 5. numero decimoquarto, vigeſimo, & trigeſimotertio. Fore intelligendam, † 8
quando illa qualitas adiecta eſſet

contra ius, vel onceroſa Eccleſiæ, ſiue prędiudicialis Epiſcopali iuriſdictioni, ſecus ſi foret vtilis eccleſiæ, & fauorabilis cultui diuino, prout eſt dicta qualitas ſacerdotis, nam ob iuris aſſiſtentiam præſumitur aſſenſus iudicis, faciunt dicta per Roch. de Curte.de iurep.verſ.pro eo quòd de diœc. num. 27.Lamb.de iurep.lib.1.par.1. quæ.9. princ.art.1. nu.1.cum ſeq. Rot.Rom. in antiq.de teſtam.deciſ.4.Non attēto odio, & præiudicio aliorum clericorum propoſito per Bero.in d.cōſ.5. nu.19.nam honos Dei præfertur tali ſomniato prędiudicio.Ad ſecūdum re-
9 ſpondetur, dictos†Patronos nō fuiſſe priuatos eorum iure pro illa vice, Tū quia pars nō docuit, præſentatū ab eis eſſe minorē 14.ann.prout probare tenebatur, vti fundamētum intentionis ſuæ, vul.l.qui accuſare.C.de eden. Tū quia debebat ꝓbari, d. patronos ſciēter præſētaſſe indignos, vt aliàs dictū eſt.Hic autem præſumebatur ignorātia, per ea quæ dicit Lamb.in d. art.4. nū.19. & 20.vbi firmat tandem, id relinquēdum eſſe arbitrio iudicis. Tum quia aliàs fuit deciſum per Rot.Rom. minorem 14. annorū poſſe obtinere beneficia ſimplicia de iurep. laicorū. vt aliàs dictum eſt, cum de iure communi ſufficiat, quòd ſit maior ſeptennio.Bero.in d.conſ. 5. nu. 3.12. & 68. & S.Concilium Tridentinum intelligendum eſt de ſimplicibus beneficiis, ſęd liberis, cum in correctoriis ſit faciēda reſtrictio, etiamſi cōcurrat maior ratio. Iaſ.in auth. non licet, nu.6. cū ſeq. C.de lib.præter.Nat.cōſ.478. nu.7.Surd.conſ.25.n.5. Confirmatur, nam laicus nō tenetur exactè ſcire iura dubia, & cōtrouerſa.Lambert.in d. art.n.25. Vnde cum non detur culpa, neq; poteſt dari pena, c. ſine de reg. iur.l.fin.C.de an. except.Fel.in c.2.n. 1.& Dec.n.3.de conſt.Tū quia hic nō agitur propriè de prę ſentatione indigni, ſed minus idonei, qui termini differunt inter ſe, ſecundum Lamb. in d.art. 4.num.25.

Tū demùm, quia de aſſerta præſentatione nō eſt habēda aliqua cōſideratio, cū fuerit facta de abſente, qui nūquā ſe præſentauit actualiter. Lāb.de iurep.lib.2.par.2.q.1.prin.ar.22. ex actu autē nullo nullus reſultat effectus. vulg.iur. Ad vltimū reſpōdetur, allegatas deciſ.Rot.Rō. nō facere in pręſenti caſu, illæ etenim loquūtur in caſu, quo fundator diſpoſuerit ſimpliciter, quòd pręſētādus debeat celebrare miſſas. Hic autē vlterius proceſſit fūdatrix, cū fecerit mentionē de presbytero, illúmque prima vice nominauerit.Et pręterea in fundatione ipſa nominetur capella, ſeu ſacerdotale beneficiū in indiuiduo, prout latè deductū fuit in præcedēti reſolutione.Cæterū vbi diuerſum eſt factū, diuerſū quoque debet eſſe ius, & diſpoſitio. Fab. Turr.conſ.31.n.12. Franc. Becc.conſ. 62.n.15.Præſertim quòd verbum celebret appoſitū in dicta fundatione videtur eſſe perſonaliſſimū, ita vt à præſentati perſona recedi nō valeat. facit l.generaliter.ff. de offic.præſid. Surd. conſ.53. num.7.

Poſtremò viſæ fuerunt dubię dictæ deciſ. Rot.Rom. Tū quia tunc ſatiſfactū dicitur menti teſtatoris, quādo ſatisfactum eſt verbis eiuſdem, cū mēs declaretur ex verbis Soc.iun.conſ.15. n.16.cū ſeq.vol.1.Non.conſ.96.nu.9. verba autē de directo reſpiciunt perſonā ipſius præſentati. Fauet quia, vt experiētia docet, ſi præſentatus eſt ſacerdos diligētius executioni demādatur volūtas teſtatoris, quàm ſi ſit ſimplex clericus, qui de more ſunt ſollicitiores in exigendis reditibus, quàm in adim-

adimplēdis oneribus. Tū quia inſeruiēsp aliū dicitur fictè p ſe deſeruire, nā verbū videtur importat fictionē. l. non videtur. & ibi Doct. ff. de reg. iur. gl. in d. c. qui facit. Iaſ. in l 3. §. ſi ſeru⁹, numero vndecimo. & in l. naturaliter, numero quarto. ff. de acquirenda poſſeſ. Verba autem ſunt intelligenda ſecundum veritatem, non autem ſecundum fictionem. l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſtis. cap. relatum. de teſtam Soc. ſen. conſil. 43. in princ. vol. 1. Rol. conſil. 100. n. 35. lib. 2. Præſertim in foro animæ, vt hic. Lanfran. deciſ. 3. & in volūtate teſtatoris. Bero. in d. conſi. 5. nu. 46. cum ſeq. Et circa hoc animaduertendum etiam proponitur, cōſuetudinem generalem circa nō reſidētiam in beneficiis ſimplicibus, de qua latè per Monal. cōſil. 7. per totum, non extēdi ad celebrationem miſſarū, cum diuerſa ſint munera, & cōſuetudo vtì ſtricti iuris non extēdatur de caſu ad caſum Natt. conſi. 46. n. 2. Surd. deciſ. 87. nu. 2. & deciſ. 131. nu. 8. cum ſeq. Addebatur vnum nōtabile in contingentia facti ſimilis, Quod quamuis ad beneficiū ſacerdotale poſſit præſenta-
10 ri † non ſacerdos de cōſenſu Ordinarij, & patronorū omnium pro vna vice ſecundum Rip. de inſt. reſp. 1. nu. 6. Lamb. de iurep. li. 2. par. prima quæſt. 7. princ. art. 30. nu. 5. cum ſeq & d. lib. 2. par. 3. q. 5. prin. art. 6. nu. 2. Creſcen. de iurep. deciſ. 7. n. 1. Bero. in d. conſ. 5. nu. 35. cum ſeq.

Nihilominus nō potuiſſet cum con-
11 ſenſu ſupradictorū præſentari † ad dictam Capellam d. Ioannes, ex quo erat clericus primæ tonſuræ tantum, ſecundum doctr. Lamb. in d. q. 7. prin. art. 30. nu. 25. in prin. & verſ. reſtringe iſtam ſecundam. Cęterum hæc opi. Lamb. nō videbatur vera, nec in practica obſeruāda, cū abſolutū eſſet in iure, beneficium quodcunque ſimplex poſſe obtineri à clerico primæ tonſuræ tantum, prout aliàs dictū eſt. Nec inſuper videretur, poſſe aſſignari veram rationē diuerſitatis inter clericum primæ tōſuræ tātùm, & clericum in minoribus ordinibus cōſtitutum quoad prædicta. facit. l. à Titio. de furt. & l. 1. ff. de ver. obli. cum vulg.

DECISIO.

Die Lunę xxiij. Ianuarij 1589. coram nūc Illuſtriſſimo D. Pamphilio Romanæ Capellaniæ.

DOMINI *attēta reſolutione Illuſtriſſimorū Dominorū ſacri Cōcilij Interpretū in cauſa Piſtorien. quòd præſentandus neceſſariò non debet eſſe presbyter, ex eo quòd in fūdatione dicatur, capellanū debere celebrare Diuina officia, quia iuxta alle. Lap. 35. niſi expreſsè caueatur, quod per ſe ipsū hoc agat, ſatis cēſetur prouiſum volūtati teſtatoris, ſi per aliū diuina celebrare faciat, ad reg. qui per alium facit &c. & tradit Card. in c. de multa. in fine verſ. quinto quæro. de præben. Receſſerūt à reſolutis in hac cauſa, & dixerunt capellaniam nō eſſe ſacerdotalem, quia ex verbis fundationis non adſtringitur capellanus ad deſeruiēdum capellæ in diuinis, & miſſas celebrādas, per ſe ipſum, & cū ſimus in beneficio ſimplici, in quo ex generali quadam totius orbis cōſuetudine non requiritur reſidentia. vt poſt Card. tradit Imol. in c. fi. num. 9. de cler. non reſid. ſufficiet, quòd deſeruiat per ſubſtitutum, ad notata. in c. ſuper eo. de præben. in 6. Lap. d. alleg. 35. nu. 4. & alleg. 117. ſub num. 2. Card. d. cap. de multa. in fi. Dec. in c. cū omnes. in 2. lecti-*

num. 55. de conſt. cum aliis allegatis.

Neque obſtat, quòd in hoc caſu verba fundationis videantur directa in ipſum capellanum, cum dicat, quòd beneficium pro tempore obtinēs certas miſſas qualibet hebdomada in eadem capella celebrare deberet. Quia illa non reſpiciunt factum ipſius celebrationis miſſarum ab ipſomet capellano, ſed potius ſunt poſita ad denotādam obligationē, & onus, quod ipſa teſtatrix capellæ imponebat, Et ſufficit, quod onus expreſſè nō ſit ita impoſitū capellano, quòd per alium explere nō poſſit, quia aliàs, cū à iure perſonalis reſidentia non exigatur, poterit per alium inſeruire ex præallegatis. Vltra quod etiam in caſu reſolutionis Congregationis verba erant directa ad capellanū, prout etiam in caſu allegationis Lapi, vbi teſtator mādauit, dimidiam bonorum ſuorum presbytero eligendo dari pro celebrandis Miſſis.

Quod dicitur in caſu deciſ. Piſtorien. non fuiſſe factam mentionē celebrationis miſſarum, ſed tantùm diuinorum, tollitur ex ratione deſeruiendi per alium, quæ militat vtroque caſu.

Et eo magis venerunt Domini in hāc ſententiam, quia concurrit mens fundatricis, quæ colligitur ex præſentatione ab ipſamet facta de Hieronymo de Sarragonibus, qui huic capellæ deſeruiuit per ſubſtitutum. Pariſ. conſil. 50. num. 19. lib. 4. & poſtea fuit ferè ſemper poſſeſſa à ſimplicibus clericis, qui Miſſas per alios fecerunt celebrari. vulg. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Aym. conſ. 101. cum ſimilib.

ARGVMENTVM.

In alienatione bonorum eccleſiæ, ſiue loci pij copulatiuè ſolemnitas, & cauſa requiruntur, & ita ſimul, vt altero eorum deficiente cōtractus nullus dicatur, licet accedat cōfirmatio Apoſtolica cū clauſula, ſupplentes, &c.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens ſcripturam præſumitur conſentire.*

2 *Venire quis non poteſt contra factum proprium. Et quando, & num. 22. & 23.*

3 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei infructuoſæ.*

4 *Contractus an in dubio præſumatur liuellarius, vel emphyteoticus, & num. 26.*

5 *Confirmatio Apoſtolica ſupplet omnes ſolemnitates. Et quando hoc ſit verum, num. 30.*

6 *In alienatione rerum eccleſiæ requiruntur duo copulatiuè, nempè ſolēnitas, & cauſa. & num. 7.*

8 *Retinens bona eccleſiæ malè alienata eſt excommunicatus, & tenetur ad reſtitutionem fructuum.*

9 *Cauſa neceſſitatis ſufficit in alienatione rerum eccleſiæ. Vel vtilitatis, num. 10.*

11 *In alienatione rerum eccleſiæ an ſufficiat vtilitas putatiua, & numero 12.*

13 *Reſtitut. in integrum conceditur eccleſiæ, ſi eſt læſa.*

14 *Prohibitio hominis facit, vt non liceat alienare in caſu permiſſo, & num. 24.*

15 *Decretum irritans inducit nullitatem actus ipſo iure.*

16 *Clauſula non obſtantibus quando operetur, nu. 17. 18. & 19.*

20 *Surreptio reddit beneplacitum Papæ nullum, & proceſſum.*

21 *Poteſtas limitata limitatum producit effectum.*

25 *Contractus qualis ſit inſpicitur ex verbis.*

27 Con-

27 *Contractus liuellarius eſt prohibitus per extrauag. ambitioſæ.*
28 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
29 *Clauſula, ſupplentes &c. quid operetur, & quando. & num. 30.*
31 *Vocandi qui ſint in alienatione.*

RESOLVTIO V.

DE anno 1581. Illuſtriſs. D. Cardinalis Alexandrinus, vti Protector Venerandi Collegij Ghiſleriorum, conceſſit in Emphyteuſim perpetuam Aluyſio Cruceio aquæductum appellatum, la Roggia noua, iuris dicti Collegij, ſub annuo canone lib. 15. imper. ſingulis annis. Quæ conceſſio fuit poſtmodùm etiã confirmata per decretum Delegatorum Apoſtolicorum, vigore literarũ, ſi in euidentem, &c.

De anno 1592. D. Georgius Palearius I. V. D. Prothonot. Apoſtolicus doctrina, & experientia inſignis, Præfectus eiuſdem Collegij, obtinuit à S. D. N. committi cauſam nullitatis dictæ conceſſionis D. Vicario Epiſcopali Papiæ vnà cum Adiuncto per eum eligendo, coram quibus plura hincinde fuerunt exhibita iura, & allegata, tàm in facto, quàm in iure per Dominos Aduocatos vtriuſque partis.

Et tandem tota vis negotij videbatur reſtringi, ad difficultatem illam: Nunquid dicta conceſſio hodie poſſit dici nulla. Et ad fauorem dicti Crucei deductum fuit. Primò dictum D. Pręfectum non poſſe hodie infringere prædictam conceſſionem, cum ſe ſubſcripſerit precibus porrectis per dictum Cruceũ d. Domino Pro-
tectori, † ex qua ſubſcriptione vide- 1
tur conſenſum præſtitiſſe, actúmque
approbaſſe. c. non liceat 12. quæſt. 2. c.
ſi quis. & ibi Doct. de reb. eccl. non a-
lien. Redoa. tract. de reb. eccl. non a-
lien. verſ. verum & qui ſe ſubſcribit,
num. 1. cum ſeq. fol. mihi 30. Nemini
† autem licet venire contra factum 2
proprium, & à ſe approbatum. l. poſt
mortem. ff. de adopt. l. generaliter. §.
fin. C. de non num. pecun. Bellam. de-
ciſ. 554. Surd. conſ. 284. numero quin-
to & octauo.

Secundò dicebatur conceſſio vali-
da, cum ageretur tũc de re infructuo-
ſa, nam dictæ aquæ poſt irrigatio-
nem bonorum Collegij deſcende-
bant in flumen Olonæ, † quo in caſu 3
non requiri aliquam ſolemnitatem,
tenuerunt Alex. Raud. de iur. Emph.
in prima rubr. numer. 21. cum ſeq. Bo-
rell. conſ. 91. num. 24. Simon. de Præt.
conſ. 169. num. 18. Maſcard. de probat.
vol. 1. conſ. 75. numer. 26. Capic. deciſ.
113. num. 3.

Tertiò proponebatur, quòd dicta
conceſſio non fuit contractus Em-
phyteuticus, ſed potius inſpecto effe-
ctu cenſuarius, † prout in dubio talis
de iure præſumitur, ſecundum Natt. 4
conſ. 3. num. 2. Vrſil. ad Afflict. deciſ.
129. num. 4. Capic. deciſ. 103. & deciſ.
196. Borell. d. conſ. 91. num. 9. Couarr.
var. reſol. lib. 3. cap. 7. nu. 1. Menoch. de
præſump. lib. 3. præſump. 106. num. 3.
& 7. vbi latè.

Quartò allegabatur, quod in omni
caſu ſuperuenit pro maiori robore
dictę conceſſionis confirmatio Do-
minorum delegatorum Apoſtolico-
rum ſecuta ſeruatis ſeruandis, † quæ
confirmatio Apoſtolica ſupplet o- 5
mnes ſolemnitates. cap. conſtitutus. &
ibi gloſſ. & Doct. de relig. dom. c. ad-
hæc. el 2. de reſcript. Pariſ. conſilio 24.

num.4. cum ſeq.vol.4. Aſin. de execut.§.6.cap.18. propè finem. Raud.d. tract.in rub.de cõtr.emph. rerũ eccl. num.239. Cap.deciſ.16. num.4. Abb. conſ.41.num.3.verſ.pręterea præſuppoſito. par.1. quem eſſe communiter receptum teſtatur Menoch.conſ. 114. num.13.vol.2.Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ.106 .nume.2.cum ſeq. deciſ.181. nu.4.& deciſ.479. par.1.deciſ.65. nu. 1.& deciſ.178.num. 2. cum ſeq. par.2. Simõcel.de decret.in rub. de off.iud. num.66.Gabr.conſ.71.num.13.conſil. 76.num.4. conſ.82. num.1.& 18.vol. 2.Surd.conſ.181.num.19. conſ.245.n. 35.& 39.& conſ.294.num.9.Mandoſ. de ſign. grat. rubr. ſi in euidentem. verſ.ego dictam conſtitutionem Magon.Lucen.deciſ.12. num.6. Capic.in deciſ.16.num.4.cum ſeq.

Et pręſertim ſtante clauſula, ſupplentes, &c. appoſita in dictis literis Pariſ.conſ.19.num.21.& 47.volum.1. conſ.3.num.52.vol.3.& conſ.11. num. 4.vol.4.Surd.d.conſ.245.n.44.Theſau.fori eccleſ. par.1. cap.1. numero 78.

Cæterùm,his non obſtantibus, fuit inclinatum ad nullitatem dictę conceſſionis, & patrocinante pro Collegio D.Flauio Torto I.C. eximiæ doctrinæ,& veridico, ac eius Aduocato reſolutum ex duobus principaliter. Et primò, quia abſolutiſſimum eſt
6 penes Doctores, † in alienatione rerum eccleſiæ duo copulatiuè requiri, nempè ſolemnitatem, & cauſam, c.1. de reb.eccl.non alie.in 6.clem.1. eodem tit.Dec. conſ.142. nu.4. Rebuff. conſil.109. Iaſ.conſilio 54.lib.1.Rim. in conſ.233.volum.3. Menoch. conſil. 872.libro 9. Pariſ.conſ.24. numero 2.volum.4.Surd.conſ.181. num.14.& conſ.301.numero 25.Larmient.de redit.eccl.par.1.cap.2.in prin. Maſcard. de prob.concl.75.num.6.cum ſeq.volum.1.Viu.deciſ.145.numer.20.lib.1. Guidop.deciſ.156.March.deci.35.par. 1.Rot. Roman.in nouiſſim.deciſ.278. par.1.deciſ.160. num.1. & deciſ.178. num.1.par.2. Couar.var. reſol. libr.2. cap.17.num.2. Magon.Floren.deciſ. 69.num.4.cum ſeq.

Quinimò † vnum ſine alio non ſufficere voluerunt Barbat.conſ.40.lib.1. 7
Rol.conſ.15.lib.1.deciſ. 79 Capic.deciſ.105.& deciſ.113. num.8. Rim.iun. conſ.364.numero 55.volum.4.Hond. conſ.31. numero 14. Simon de Pręt. conſ.38.num.13.lib.1.Magon.d.deciſ. 69.numero 5 Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.756.numero 1.& 3. vbi lim. par.1. quòd ampliatur, etiamſi conſtaret de euidenti vtilitate eccleſiæ, & ipſa eccleſia vellet ſtare cõtractui,latè Vinc. de Franch. deciſ. 35. per totum par.1. Theſau.fori eccleſ.par.1.cap.decimoquinto, numero ſeptuageſimoquarto.

Et vno deficiente non ſolùm contractus eſt nullus, † ſed contrahentes 8
incurrunt excommunicationem Papalem,de qua in extrauag.ambitioſæ. de reb.eccle. non alien. Claud. Tut. alleg.24.numero ſecundo. Put.deciſ. 3.numero primo.par.1. Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.896.par.3.lib.3.& rem alienatam retinens vti malę fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum. c. nulli liceat.12.q 2. Oſaſch. deciſ.160.num.2.Surd.conſ.249.nu.5. Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ.14. nu. 2.cum ſeq.par.1.& deciſ.246.num.4. par.2.Couar.var.reſol.lib.1.cap.3.numero 8. cum ſeq. vbi ampl. etiam ſi erraret. Sed an in foro conſcientiæ ſit tutus.vide Redo. in d.tract. verſic, iſtę quidem ſunt, num.3.cum ſeq.fol. 223. verſ. ſed deinde, numero 1.fol. 465.& verſ.ſed nunquid, num.1.cum ſeq.

ſeq. vbi latè. fol. 474. Vnde dum Natt.conſi.441.num.29. Oſaſch. deciſ.68.num.28.& Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.225.par.3.lib.2. dicunt ſufficere cauſam neceſſariam, vel euidentem vtilitatem eccleſiæ abſque beneplacito Papæ, non eſt eorum dictum ſequendum cum ſit contra communem opinionem.

Sed in dicta conceſſione non interuenit ſolemnitas requiſita per ſacros canones, & conſtitutiones, nec minus cauſa aliqua, vel neceſſitatis,
9 † quæ ſufficeret pro cauſa ſecundum Surd.conſil 181.num.5. intelligendam neceſſitatem, prout intelligit Oſaſch. deciſ.167.num.2.cum ſeq.& Maſcard. de prob.vol.1.concl.277.dictum enim Collegium non vrgebatur ære alieno, vel fame, cum haberet magnos reditus, faciunt dicta per Redo. de rebus eccl.non alien.quæſt.19.

10 Vel cauſa vtilitatis, † quæ pariter pro cauſa ſatis eſſet ſecundum Surd. d.conſi.181.nu.17. Capic.deciſ.16.numer.2.vbi dicit, quòd Papa non poſſet de iure committere alienationem fieri bonorum eccleſiæ ſine vrgenti cauſa, niſi de plenitudine poteſtatis. Quinimò ex actis conſtitit de damno euidenti ipſius Collegij, cum per teſtes examinatos dilucidè probetur, dictas aquas fuiſſe, & eſſe valoris lib. quindecim millium, & locari poſſe vltra libras ducentum. Surd. d.conſil. 181. num.8.& conſ.249. num.22. vbi dicit, benè agi, ſi probetur damnum eccleſiæ. Nec videtur dubitandum de validitate probationis dictorum teſtium, cum ſint conteſtes, & probationes hodiè ſint arbitrariæ ſecundum Caputaq.deciſ.234.num.2.par.1. præſertim in læſione Menoch. de arb. iud.lib.2.cent.1.caſ.74.num.4.

11 Et dum obiiceretur † ſufficere contractum eſſe vtiliter inchoatum, licet non duret, vel non ſequatur vtilitas, arg. l.verum. §.ſi locupleti ff. de min. Laur. de Rodulph. in rep. c.ſine except.12.quæſt.2. Raud. d.tract.in rub. de conſolid. emph. num. 9. Menoch. conſil.114.num.10. & conſi.747. numer. 17. Borell. d.conſil.91. num.25. Cæſar.de Graſ.de reb.eccl.non alien. deciſ.134.num.12. Gabr. conſi.82.nu. 29.vol.2.Surd. conſil.249. num.23.& conſi.451.num.31. volum.3. Nat.conſil 441.num.25.Pariſ.conſ.24.num.7. volum. 4. & videtur colligi ex Rot. Rom.in d.deciſi.178. numero quarto. & deciſ. 65. numero decimoſexto. parte 2. coram autem dictis iudicibus delegatis plenè conſtitit tunc de vtilitate conceſſionis.

Fuit reſponſum id non obeſſe, Tùm quia verior eſt opinio, & magis recepta in practica, † quòd in alienatione 12
rei eccleſiaſticæ non ſufficiat vtilitas putatiua, ſed requiratur, quòd ſit nota, & euidens. Abb.in d.conſ.41. num. 1.Corn.conſi. ducenteſimoquadrageſimoquarto.num.3. lib.2. Rot.Rom. in nouiſſim. dict.deciſ. centeſima ſeptuageſimaoctaua, num.10.deciſ.181. num.1.cum ſeq.& d.deciſ.65. num.19. parte ſecunda. Bald. conſilio 156.volum. 1. Caualc. deciſ. 46. numero vigeſimoſexto. parte prima. & deciſ.31. numer.12. parte 2. Laur. in d.c. ſine, num. 18. cum ſeq. Theſau. fori eccleſ.d.cap.15. num.80. Hinc clauſula, ſi in euidentem, ſi non eſt appoſita in literis Apoſtolicis debet apponi. Redo.d.tract.in rub.de cauſa vtil. nu. 89.& 94.fol.128.in verb.vnde videntur, num.32.fol.222. euidens autem dicitur quòd eſt abſolutè tale, nō autem reſpectiuè Redo.ibid.nu.133.cum ſeq. fol.130. Tùm quia in præſenti cauſa conſtitit per teſtes, dictam conceſſio-

nem fuiſſe ab initio damnoſam dicto Collegio. Præterea quaten⁹ adfuiſſet cauſa, nõ tamẽ adfuit ſolẽnitas requiſita, vt ſupra. Et in omni caſu † competeret d. Collegio reſtitutio in integrum ſecundum Natt. in d. conſ. 441. num. 25. Caualc. deciſ 29. par. 2. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 9. art. 7. num. 30. vbi ampl.

13

Secundò principaliter deducebatur nullitas, ex prohibitione Pij V. fæl. record. de qua in conſtitutione dicti Collegij, ſub his verbis, videlicet (Bona Collegij immobilia, iura, & actiones quaſcumque illius nulli alienare liceat, eadem in Emphyteuſim nemini concedantur, locari pluſquàm per nouennium nequeant, nec per alium, quàm per Præfectum, negotiorum geſtorem, aduocatum, & procuratorem Collegij ſimul, quorum omnium in eo conſcientiam oneramus, vt quoad rectè fieri poteſt, vtilitati Collegij conſulát, ſi qui ſecus fecerint, officio, dominio, iure pro eorum ſtatu priuentur, & quicquid ita contraxerint, aut alienauerint, irritum ſit, &c.

14 Ceterùm † prohibitio hominis operatur, vt nec alienatio valeat in caſu permiſſo, rémque penitus inalienabilem efficit. l. fin. C. de reb. alien. non alien. l. fin. C. de pact. inter empt. gl. in auth. de alien. & emph. Redo. de reb. eccl. non alien. in rub. de rer. eccl. alien. num. 5. cum ſeq. fol. mihi 48. Gram. deciſ. 93. num. 1. cum ſeq. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 106. num. 2. par. 1. Comprobatur ex illo decreto

15 irritanti, † quod inducit nullitatem actus ipſo iure. Gabr. de clauſ. lib. 6. concl. 3. nu. 58. & 74. vbi idem dicit eſſe in prouiſione hominis. Ligat ignorantes, latè idem Gabr. in d. concl. 3. num. 1. cum ſeq. Excludítque auctoritatem delegatorum Apoſtolicorum ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 106. nu. 3. par. 1. Nec obeſſe dicebatur, quod in literis Papæ delegationis adeſſet clauſula † non ob- 16
ſtantibus, per quam cenſetur derogatum dictæ conſtitutio ni Collegij, iuxta notata per Doct. in cap. 1. de conſt. Rim. iun. conſil. 335. num. 84. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 106. nu. 1. par. 1.

Primò, quia, † cum hic ageretur de 17
derogando voluntati Pij V. fundatoris dicti Collegij, de qua in præallegata conſtitutione, requirebatur expreſſa, & ſpecialis derogatio illius, Felin. in tract. quando literæ Apoſtolicę noc. patron. in princ. Staffil. de liter. grat. rubr. de vi, & effectu Clauſ. verſ. poſt prædictas clauſulas, num. 2. fol. mihi 191. Caputaq. deciſ. 122. par. 1. & in terminis Rot. Rom. in nouiſſim. d. deciſ. 106. num. 1. & fuit deciſum in vna Foroliuien. capellanię x. Maij 1589. coram D. Seraphino. Præſertim quòd in dicta conſtitutione ac adeſſet clauſula derogatoria, ad quam tollendam
† requirebatur alia clauſula derogatoria in ſpecie, aliàs dicitur extare defectus voluntatis in concedente. c. ex parte de capel. monach. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 122. num. 1. deciſ. 137. num. 8. deciſ. 451. deciſ. 525. & deciſ. 532. par. 1. Item extaret decretum irritans, Rom. conſil. 488. circa finem. Rot. Rom. in nouiſſim. d. deciſ. 106. num. 2. & deciſ. 2057. par. 3. lib. 3. Demúmque eſſet appoſita clauſula, niſi de toto tenore, &c. Rot. Rom. in nouiſſim. d. deciſ. 137. numero ſecundo. 18

Secundò, quia † dicta clauſula, non 19
obſtantibus &c. non extenditur ad ſtatuta particularia, præſertim Papalia, prout ſunt iſta Felin. in cap. 1. num. 3.

num.3.de reſcript.Rim.ſen.conſil.73. num.24.vol.1. Rim.iun.conſi.79.nu. 32.lib.1.Alexan.conſil.122. numer.14. volum.4.

Tertiò dictum fuit, dictas literas delegationis fuiſſe obreptitias,&ſubreptitias, cum in eis non fuerit facta aliqua mentio prohibitionis dictę
20 conſtitutionis, quæ † ſubreptio non ſolum reddit beneplacitum Papæ nullum,ſecundum Dec.conſi.142.num.5. Ruin.conſil.157. num.4. libro 1. Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ.65. numer.2. par.2. Theſau. fori eccl. d.c. 15. num. 77.& 79. ſed etiam totum proceſſum indè ſecutum annullat Oldr. conſilio 257.num.8. Felin. in c.fin.num.39.de præſumpt.in terminis Pariſ. conſil.3. num.66.vol.3.& conſ.51.nu.37.vol.4. Rot.Rom. in nouiſſim.deciſione 130. par. 3.

Nec de conſenſu Illuſtriſſimi D. Protectoris potuit haberi ratio, cum per conſtitutionem d.ſummi Pontifi-
21 cis † eius poteſtas foret limitata ſub hiſce verbis,videlicet,dummodo non eſſet contraria ſtatutis ipſius Collegij,facit l.in agris.ff.de acq. re.dom.l. cum pater.§.dulciſſimus.ff.de leg.2. c. ea noſcitur.de ſent.excomm.Soc.ſen. conſi.26.num.5.vol.1.

Et ad primum partis fundamentum reſpondetur. Primò, d.D.Palearium ſubſcripſiſſe ſcripturam, ſiue memoriale porrectum,vtì Secretarium d.Illuſtriſſimi Protectoris, & de eius mandato, non autem vtì Præfectum, prout ex ipſarum ſubſcriptione legitur, & in illo actu non poterat fungi vice duarum perſonarum.

Secundò, quòd etiamſi ſubſcripſiſſet tanquàm Præfectus, nihilominus
22 poſſet contrauenire † cum non veniret contra factum proprium, ſed vtì geſtum nomine Collegij. Bal.in l.iubemus.§.ſanè num.1. C.de ſacr.eccl. Marc. deciſ.43. num.2.par.1. Io.Bapt. Coſta. de facti ſcient. & ignor. inſpect.9.num.1.

Tertiò, quemlibet poſſe venire contra actum à ſe geſtum, † quando 23
ille eſſet ipſo iure nullus, prout fuit dicta conceſſio cap.magnæ,22.quæſt. 4.Caputaq.deciſ.170. nu.6. cum ſeq. par.3.Magon.d.deciſ.69.num.6.Surd. conſi.183.num.43. & conſi.284. num. 1.& 14.vbi decl.Gram. deciſ.12.num. 14.& deciſ.79.num.3. Quod indubitatum eſt hic, ſtante etiam prohibitione hominis, Gramm. deciſ.93. numero 3.

Ad ſecundum reſpondetur primò, negando hic agi de re infructuoſa, cum vendi poſſet.l.3. ff.ad l.Falcid. in puncto Capic. deciſ.113. num.7. & 8. vbi diſtinguit inter rem omninò inutilem, & reſpectiuè inutilem. Quinimo & per teſtes,& ipſa rei inſpectione conſtitiſſe,dictas aquas poſſe commodè inſeruire aliis bonis eiuſdem Collegij.

Secundò,ſuppoſito affuiſſe cauſam, tamen non interueniſſe ſolemnitatem,& vnum ſine altero non ſufficit, prout ſupra copioſè dictum fuit.

Tertiò,ſtante,† dicta prohibitione 24
hominis, neque licuiſſe alienare in caſu permiſſo. Natt.conſil.481. num. 17.& ſupra dictum eſt.

Ad tertium reſpondetur, primò dictam conceſſionem verè fuiſſe factam in emphyteuſim perpetuam, prout clarè videtur ex verbis ipſiuſmet conceſſionis, ex literis ſi in euidentem per partem obtentis,& actis ſubſecutis,† cum,qualis ſit contractus, inſpiciatur ex verbis. Natt. conſil. 194. 25
numero primo. Fab.Turret. conſilio 98.num.9.vol.1.Franc.Becc.conſil.35. num.1. & conſil.94.num.2.in ſpecie

Maſcard. de proba. vol. 2. concl. 606. num. 1. cum ſeq.

26 Secundò, in dubio † præſumi de iure contractum fuiſſe emphyteoticum, vbi agitur de re eccleſiæ, ſeu loci pij. Redo. de reb. eccl. non alien. verſ. pariter ſub vocabulo alienationis. nū. 4. Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 601. num. 8. vbi teſtatur de communi Caualc. deciſ. 27. num. 85. par. 2.

27 Tertiò, † per d. extrauag. ambitioſæ. cenſeri prohibitum etiam contractum liuellarium. Tum quia contractus liuellarius dicitur contractus alienationis. Redo. in d. verſ. pariter ſub vocabulo. num. 1. cum ſeq. Tum ſtantibus verbis generalibus dictæ conſtitutionis, præſertim dum in ea prohibetur conceſſio ad nouennium. Tum attenta identitate rationis. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 174. numero 9. par. 1.

Confirmatur, nam per dictam conſtitutionem Collegij permittitur dūtaxat locatio ad nouennium, ſeruata tamen ibi forma preſcripta, vnde omnis alius contractus cenſetur prohibi-
28 tus, † cum exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis. Gozzad. conſil. 26. num. 18. Soc. ſen. conſil. 25. num. 27. & conſi. 47. num. 1. vol. 1.

Ad vltimum reſpondetur primò, dictam confirmationem Apoſtoli-
29 cam, licèt cum † dicta clauſula, non ſupplentes, &c. non ſupplere defectum cauſæ Ruin. conſil. 68. num. 5. vol. 1. Redo. in d. tract. verſ. etſi ſit facta, num. 13. cum ſeq. fol. 179. Magon. in d. deciſ. 12. num. 21. cum ſeq. Caualc. dicta deciſ. 46. num. 34. par. 1. Rot. Rom. in nouiſſim. in d. deciſ. 65. num. 2. quicquid dicat in deciſ. 78. num. 3. par. 2.

30 Et † multominus ſupplere defectus ſubſtantiales. vt per Pariſ. conſil. 3. numer. 61. vol. 3. Dec. conſil. 14. nu. 9. Redo. in d. tract. in rub. de cau. incommodit. num. 75. cum ſeq. fol. 146. & præſertim ſi adſit læſio. Redo. in d. tract. in rubr. de cau. vtil. num. 159. Dec. conſi. 142.

Secundò, in informationibus aſſumptis vigore dictarum literarum, non fuiſſe vocatos vocandos, nempè dictum Præfectum, & † alios expreſ- 31
ſos in dicta conſtitutione Collegij, prout etiam de iure vocandi erant, ſecundum Doct. in c. nouit. de his quæ fiunt à præl. Nec vlla eſt habenda conſideratio conſenſus præſtiti per quendam Romanum, cum eſſet perſona extranea, & nihil haberet in d. Collegio; clauſula autem, ſupplentes &c. non ſupplet conſenſum eorum, de quorum prȩiudicio agitur, prout in terminis copioſè fuit deciſum coram Illuſtriſs. Domino Platto in vna Cortonen. bonorum 26. Ianuarij 1590.

ARGVMENTVM.

Collegium Ghiſleriorum eſt Eccleſiaſticum, vel ſaltem locus pius.

SVMMARIVM.

1 *Collegium Ghiſleriorum an ſit ſæculare, vel eccleſiaſticum, & numero ſecundo.*
3 *Locus pius quando dicatur.*
4 *Pia cauſa quando dicatur.*
5 *Pia cauſa quando gaudeat priuilegio eccleſiæ.*
6 *Protectio Principis ſæcularis quid importet.*
7 *Obſeruantia quid operetur.*

RESO-

RESOLVTIO VI.

PRo ſuſtinenda conceſſione aquæ D. Aduocatus d. Cru-
1 cei proponebat, † dictū Collegium Ghiſleriorum eſſe merè laicale, ac ſubditum iuriſdictioni ſæculari, tàm de iure communi vt per Gabr. de pia cau. lib. 6. concl. 1. num. 19. lib. 6. quàm ſecundùm Bullam Erectionis eiuſdem Collegij, vbi Papa relinquit ſub protectione Principis Mediolani dictum Collegium, res, bona, & iura. Et addebat, quòd in conſenſu præſtito ab Excellentiſſimo Senatu Mediolani, ſiue Placet Regium circa dictam erectionem legantur hęc verba videlicet, attento quòd memoratū Collegium futurum eſt merè laicale, ac ſubditum iuriſdictioni ſæculari, & in eo ſcholares laici habeant morari, educari, & ſtudere. Et propterea dicebatur friuole opponi de defectu ſolénitatis requiſitæ in alienatione rerum eccleſiaſticarum. Cæterùm fuit
2 pro veritate replicatū primò, † præfatum Collegium eſſe omninò eccleſiaſticum, prout hoc in terminis firmarunt expreſsè Berret. conſi. 64. nu. 1. & Ioan. Bapt. Coſta in tract. de facti ſcient. & ignor. inſpect. 98. in reſp. nu. 9. Quę veritas elucidatur primò, ponderando verba Bullæ erectionis dicti Collegij, vbi Papa exemit dictum Collegium, & eius bona ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, & poteſtate ſæculari, illúdque ſibi immediatè ſubiecit. faciunt dicta per Gabr. conſilio 195. numero ſexto, volumine ſecundo.

Secundò, quia ſcholares ibi degentes ſunt omnes clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, iuxta ordines factos per D. Protectorem, prout ſunt etiam Rectores dicti Collegij, & principales miniſtri, & præſertim Protector ipſe, qui habet iuriſdictionem in illo.

Replicatum fuit ſecundò, bona omnia dicti Collegij eſſe eccleſiaſtica, etiam ante ipſam Collegij erectionem, & propterea, vtì talia, fuerunt ſemper exempta, & immunia ab omni onere, & collectis, & in hac exemptione hodie cōſeruantur, etiam per decretum Principis Mediolani, ſiue eius Miniſtrorum.

Poſtremò fuit replicatum, non poſſe negari, ſaltem d. Collegiū eſſe locum pium, † Tum quia fuit erectum 3
auctoritate Papæ, in eóque ſit eccleſia, in qua Miſſæ ſacrificium quotidie celebratur, prout aliàs concluſum eſt in vna hoſpitalis Maceraten. Tū quia
† cauſa ſtudij dicitur cauſa pia. Abb. 4
conſ. 63. lib. 2. Tum demùm quia ex forma Bullæ d. erectionis ſunt recipiendi in eo ſcholares pauperes tantùm. gloſ. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. Roch. de Curte in tractat. de iurep. in ver. in eccleſia. numer. 12. Gabr. de pia cau. d. concl. 1. num. 20. Capel. Tholoſ. quæſtione ducenteſima decima quinta.

Abſolutiſſimum eſt autem in iure,
† piam cauſam gaudere priuilegio 5
eccleſiæ, prout in ſpecie de alienatione loquitur Redoan. d. tract. in rub. de reb. eccle. alien. nu. 62. fol. 52. Gabr. de pia cau. d. lib. 6. concl. 2. numero 4. & 9.

Et ad obiectum in ſpecie reſpondetur. Primò † protectionem Princi- 6
pis ſæcularis non tollere iuriſdictionem Superioris eccleſiaſtici, nec probare ſuperioritatem aliquam circa eccleſias, & earum bona, ac iura, cum Chriſtiani Principes ſint ipſo iure protectores eccleſiæ. clement. prima. §. ergo. de iureiurand. Menoch. de

arb.iud. lib.2.cent. 4. caſ.338.num. 7. Gabr.in d.conſ.195. nu.1.cum ſeq.

Secundò, ſuper verbis contentis in d. Placet non poſſe fieri aliquod fundamentum contra, & in præiudicium d.Collegij. Tum quia ſunt verba ipſius Principis, qui non poteſt præiudicare iuribus eccleſiæ. Quinimò pręſumitur noluiſſe præiudicare, ne aliàs incurriſſet cenſuras Apoſtolicas de quibus in S. Conc. Trident. de refor. ſeſſ.22.c.fin. Tũ quia ibi dicitur, quòd eſt futurum prophanum, ſuper futuro autem non poteſt fieri fundamen-
7 tum.vulg.iuribus. Tum † quia obſeruantia ſubſecuta in contrarium tollit omnem ambiguitatem. c. cum dilectus.de conſuetud l.minimè. ff.de legib.Franc.Becc.conſ.96 nu.14. & latius conſ.101.n.48.& ſeq. declarátque quamcunque diſpoſitionẽ contractũ, priuilegia, &alia, ſiue agatur de diſpoſitione legis, vel hominis, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate. Menoch conſilio 341. numero quinto, & 23.libro quarto. Vinc.Honded. conſ. 92. numero vigeſimoſeptimo. & ſeq. libro 1.& conſilio 60. numero 11.libro 2.dicitúrque regina omnium interpretationum Surd.conſ.362. num. 10.lib.3.

ARGVMENTVM.

In iurepatronatus, in quo ad præſentandum vocantur maſculi, fœminæ, & hæredes, an ſint vocati ordine ſucceſſiuo, an verò ſimul, ita vt cum illis de Parentela veniant etiam ſimul hæredes extranei ſubſtituti.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes quando dicantur vocati ordine ſucceſſiuo, vel quando ſimul, & num. 2.*
3 *Quid in ſubſtitutis.*
4 *Hæredes extranei quando non admittantur.*
5 *Nominatus prius cenſetur magis prædilectus.*
6 *Clauſula, deficientibus maſculis ſuccedant fœminæ, & hæredes, quomodo intelligatur.*
7 *Dictio, &, copulat.*
8 *Relatio eſt facienda ad proxima.*
9 *Hæreditas non dicitur viuentis.*
10 *Maſculinum concipit fœmininum.*
11 *Hæredis appellatione quando veniant extranei. & numero 12. & 13.*
14 *Mandatum ſpeciale requiritur ad præſentandum.*
15 *Procurator ad præſentandum non poteſt conſtitui antè vacationem.*
16 *Apprehenſio bonorum requiritur in hærede ad acquirendum iuſpatronatus.*
17 *Excommunicatus ſemel præſumitur adhuc excommunicatus, niſi doceatur de abſolutione.*
18 *Patronus excommunicatus non poteſt præſentare.*
19 *Neptis ex fratre excludit amitam à ſucceſſione.*
20 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium.*
21 *Fœmina excluſa per ſtatutum non ſuccedit in Iurepatronatus.*
22 *Matre excluſa dicitur excluſa filia.*
23 *Filia non poteſt præſentare viuente matre.*

RESOLVTIO VII.

DE anno 1529. Hieronymus Beccaria in ſuo vltimo Elogio grauauit Alexãdrũ, & Gentilẽ ſuos fratres, & hære-

hæredes ad erigendum capellam in eccleſia S.Mariæ Plebis Cairi ſub tit. S.Hieronimi, cuius ſint patroni dicti hæredes. De anno 1549. Gentiles præfatus, tàm nomine proprio, quam dicti Alexandri ſui fratris, fundauit cum auctoritate Epiſcopi dictam capellã, cum reſeruatione, quod ipſi Gentiles, & Alexander, ac vterque eorum pro medietate, & vtriuſque eorum filij legitimi, & naturales maſculi, & maſculis deficientibus, etiam eorum filiæ legitimæ, & naturales, eorúmque, & vtriuſq; eorum hæredes, & ſucceſſores vſque in infinitum ſint, & eſſe debeant patroni, & aduocati dictæ capellæ.

Deceſſit Gentiles, relicto Alexandro hærede, qui etiam obijt ſuperſtite Aureliano eius filio, & hærede, atque Eleonora filia, Deceſſit quoque dict. Aurelianus condito teſtamento, in quo reliquit hæredem Lucretiam vnicam eius filiam in certa parte bonorum pro ſua legitima, in reliquis autem bonis inſtituit hæredem vniuerſalem Venerab. Congregationem S. Pauli Decollati Pap. Vacante de anno 1602. d. Capella per mortem N. vltimi Capellani, fuerunt ad eam præſentati duo, nempè R. Cergnaghus à d. Congregatione, & R. Gorranus à d. Lucretia filia dicti Aureliani, nec non à Domina Eleonora, & alia Lucretia eius filia coram D. Vicario Gener. Papiæ. Et viſis iuribus hinc inde exhibitis. Controuerſia omnis reducebatur principaliter ad duo puncta. & Primum erat, an inſp. d. capellæ ſpectaret etiam ad d. Congregationem. Secundùm erat, an competeret ſecũdum d. Lucretiæ, & alijs fœminis ſupradic.

In primò plura deducebantur per d. R. Gorranum ad excludendam d. Congregationem à d. iurep. Et primò ponderabantur verba fundationis, dum in ea vocantur maſculi, fœminæ & hæredes &c. nam ij † cenſẽtur vocati ordine ſucceſſiuo, prout in ſucceſſione bonorum, non obſtante copula, &, firmarunt Bart. Iaſ. & alij. in l. Gallus §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. Couar. in cap. Raynutius. §. 2. nu. 4. de teſtam. Rip. in c. ex parte num. 54 de reſcriptis. Alex. conſi. 22. nu. 8. vol. 3. Dec. conſ. 205. nu 2. Ruin. conſ. 168. nu. 9. vol. 2. Curt. iun. conſ. 22. nu. 4. latè Clar. in §. teſtamentum. q. 80. verſ. ſecunda concluſio. Oſaſch. deciſ. 81. nu. 11. cum ſeq. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. nu. 13. Pereg. de fideicom. art. 17. num. 4. 26. & 36. & art. 18. nu 4. Vnde ſtantibus, & viuentibus hodie fœminis, non videntur admittendi hæredes extranei, prout eſt d. Congregatio. 1

Cæterùm reſpondebatur huic fundamento, id verum eſſe in perſonis, inter quas caderet ordo charitatis, & neceſſitatis ſimul, ſecus in perſonis in quibus caderet ordo charitatis tantùm, prout hic, † Tunc etenim omnes cenſentur vocati ſimul, & ſemel. Dec. conſil. 95. nu. 2. Guido Papa. deciſ. 222. nu. 1. & conſi. 135. nu. 1. Couar. d. §. 2. nu. 3 Iaſ. conſi. 206. nu. 2. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 90. nu. 1. lib. 1. Corn. conſ. 229. vol. 3. Clar. in d. quæſt. 80. verſ. prima concl. Oſaſch. d. deciſ. 81. nu. 4. cum ſeq. & nu. 8. Pereg. in d. art. 17. num. 5. 23. & 38. Niſi replicaretur, quod id verum ſit in inſtitutis, ſecus in ſubſtitutis, † vt hic, qui intelligi debent vocati ordine ſucceſſiuo. Mãt. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 10. cum ſeq. 2 3

Secundò quia ex coniecturata mẽte teſtatoris, donec ſuperſunt † fœminæ ſpecialiter vocatæ, non viden- 4

tur admittendi hæredes extranei, ob affectionẽ teſtatoris. Menoch. de præſumpt. li. 4. præſ. 16. num. 1. & de tali mente teſtatoris dicebatur hic conſtare. Tum ex ijs, quæ dicit Iaſ. in d. l. Gallus. §. etiamſi parente. num. 34.
5 Tum quia † teſtator præſumitur magis prædilexiſſe fœminas, quam extraneos, ex quo prius eas nominauit ſpecialiter. Iaſ. in d. §. etiamſi parente. nu. 27. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 11. nu. 13. & lib. 8. tit. 4 nu. 12. & ti. 9. nu. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 4. d. præſumpt. 16. nu. 3. cum ſeq. Præſertim cum d. fœminæ ſint ex ipſo deſcendentes. Menoch. d. præſump. 16. nu. 5 & 11. Tum quia quãdo in diſpoſitione fit mentio maſculorum, prout facta fuit in d. fundatione, hæredes extranei numquam veniunt. Iaſ. in d. §. etiamſi parente. nu. 22. Pariſ. conſ. 48. nu. 23. vol. 4. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. nu. 13. Pereg. de fideicom. art. 32. nu. 40. & 45. Tum etiam quia in diſpoſitione vocante deſcendentes, & quoſcumque ſucceſſores etiam extraneos, fit interpretatio, vt extantibus deſcendentibus, extranei hæredes quantumcumque vocati non admittantur, ſed tantum illis deficiẽtibus Salic. in l. 2. quæſt. 20. C. de iu. emph. Soc. iun. in conſ. 158. nu. 19. cum ſeq. vol. 2. Peregr. de fideic. art. 32. nu. 20. & 40. Caual. deciſ. 11. nu. 5. par. 3. faciunt dicta per Lamb. de iurep. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. princ. art. 8. Hic autem extat Lucretia deſcendens ex fundatorib. Tum demùm, quia aliàs eluſoria foret diſpoſitio teſtatoris, tã quoad fœminas vocatas. Pariſ. in d. conſ. 48. nu. 23. cum ſeq. cum d. fœminæ de iure communi admittantur deficientibus maſculis ad ſucceſſionem. Mant. de coniect vlt. vol. lib. 8. d. tit. 12. nu. 7. quam quoad maſculos à d. fœminis deſcendentes, qui cenſentur vocati, ita vt excludant extraneos ſubſtitutos, Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 15. num. 2. cum ſeq. & nu. 4. vbi maximè procedere dicit, quando ceſſat ratio conſeruandæ agnationis prout hic ceſſat, vt patet.

Tertiò allegabatur, quod vel illa clauſula, deficientibus &c. cenſeatur etiam repetita in fœminis, & ſic ſen-
ſus ſit, † quod deficientibus fœminis 6
de linea teſtatoris admittantur tunc extranei. Pariſ. conſi. 72. num. 39. vol. 4.

Vel quod illa clauſula, hæredes &c. referatur ad fœminas nominatas, nẽpè, quod ſuccedant fœminæ, & hære-
des ſimul, † ponderando copulam, &, 7
Lamb. de iurep. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. princ. art. 22. num. 1. & quæſt. 2. prin. art. 1. nu. 3. 30 & 41. art. 2. nu. 7. & art. 17. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14 num. 11. Caualc. deciſ. 31. num. 12. par. 5. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. nu. 7. Gabr. conſ. 196. num. 5. vol. 2. Oſaſch. d. deciſ. 81. nu. 2.

Vel ſaltem, quod intelligantur verba dictæ fundationis de hæredibus fœminarum vocatarum in defectum
maſculorum, cum † relatio ſit faciẽ- 8
da ad proxima. l. ſi idem. §. final. ff. de iuriſd. omn. iud. Pariſ. conſil. 24. num. 33 vol. 1. Grat. conſi. 19. num 4. & 10. vol. 2. Turret. conſil. 70. num. 1. cum ſeq. vol. 1. Rip. de donat. reſp. 1. nu. 7. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 666. nu. 1. par. 1. Vnde non videtur, ſtantibus fœminis vocatis, poſſe admitti hære-
des extraneos, cum † viuentis non di- 9
catur hæreditas. Iaſ. in d. l. Gallus. §. quidam rectè, nu. 35. Couar. in d. c. Raynutius §. 2. nu. 5. cum ſeq. Et licèt illud verbum, eorum, ſit maſculinum, ita vt videatur referri ad hæredes extraneos maſculorum deficientium;

Tamen

Tamen hic non eſt abſurdum,ſtanti-
10 bus rationibus adductis, † accipi poſ-
ſe pro fœminino. l.1.ff.de verb.ſig.l. Seruius. ff. de leg.3. Gabr. de verb. ſign.lib.6.concl.6.num.4. & 7. Peregr. de fideicom. art. 25. num. 1. cum ſeq.

Quod magis confirmatur, nam de præiudicio irreparabili eccleſiæ ageretur, ſi iuſpatronat. ad dictam Congregationem ſpectaret, cum nunquam capella in poſterùm effici poſſet libera, ex quo Congregatio numquam moritur, Faciunt dicta per Pariſ.conſil.7.nu.35. vol.3.& per Magō. Lucen.deciſ.12.num. 13. cum ſequentibus.

Ad fauorem dicti R.Cergnaghi adducebatur vnum tantùm, nempè, ꝙ in præfata fundatione deficientibus maſculis vocabantur fœminæ, & hæ-
11 redes,ac ſucceſſores,atqui † hęredum
appellatione veniunt etiam extranei. l.ſciēdum.ff.de verb.ſignif. Menoch. de præſumpt.lib.4. præſ. 180. num. 1. Magon.Luc.deciſ.12.num.2.cum ſeq. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8. tit.14. num. 1. Pereg. de fideicomm. art. 32. num.26.& in iurep. vide Claud. Tut. de iurep.quæſt.4. num.20.

12 † Quod verū eſt,etiamſi ſint vocati
hæredes ſanguinis,ſed ſimpliciter, & ſub puro nomine hæredis. Anch.conſi.81.Cald.de iurep.conſil.4.Roch.de Curte.de iurep.verſ.Is à quo.quęſt.8. numer.18. Lamb.de iurep.par.2.lib.1. quæſtione ſecunda, prin. artic.5.ſecus ſi eſſet expreſſum nomen maſculi, vel ſanguinis. Pariſ. dicto conſil.48. numero vigeſimo tertio, Mantic. dict. libro octauo.tit.decimo quarto,num. decimo tertio. Peregrin. dict. art. 32. numero quadrageſimo, & quadrageſimo quinto. Et indubitatum dici po-
13 teſt in præſenti caſu,† cum ſint voca-
ti hæredes in plurali. Pereg. in dict. artic.32 numer.81. & ſucceſſores,Peregr.ibidem. num.84. Mant. dict.tit. 14 numer.18.& adſit dictio,in infinitum, ſiue in perpetuum. Magon. Lucen.deciſio.12.numer.4. & 17.vbi decl. Niſi dixeris, illas dictiones ſolere apponi de ſtilo, & conſuetudine Notariorum, Soc. iun.dict. conſil.158.nu. 18.lib.

In ſecundo puncto proponebatur dict. Lucretiam eſſe patronā pro medietate, ſed præſentationem factam per ipſam de dicto R.Gorrano ad dictam capellam hodie non eſſe attendendam ex tribus potiſſimum.

Et primò,quia procurator,qui nomine dictæ Lucretiæ præſentauit dictum Gorranum non habebat ad id
† ſpeciale mandatum, quod require- 14
batur,ſecundùm Doct.in c.fin.de cōceſſ. præb.Lamb.de iurep. lib.2.par.1. qu.4.prin art.3.& art.12. Put.dec.312. par.3.Caputaq.deci.365. num.1.par.2.

Præſertim, quòd ille fuerat conſtitutus procurator generalis antequam
beneficium vacaſſet. † Vnde multo- 15
minus valuit præſentatio.d.c.fin.Rip. de iurep.reſp.1.nu.4.cum ſeq. Lamb. dict.libro 2. par.1. quæſtione 4.prin. art.2.

Secundò,quia non conſtitit,dictam Lucretiam eſſe hęredem vniuerſalem dicti Aureliani cum actuali apprehen-
ſione bonorum,† quæ actualis appre- 16
henſio requirebatur ad acquirendum iuſpatron. Caputaq. deciſ.135. part.2. Achil.de Graſ.de iurep. deciſ.9.num. 1.Bellam deciſio.701.vbi lim. Caſſad. de cauſa poſſeſſ. & prop.deciſ.7.num. 1.cum ſeq. licet videatur tenere contrarium,numero decimoquinto. Gabr.conſ.185. numero decimoſeptimo, vol.2.

Verum replicabatur. Primò in fun-

datione quoad fœminas vocatas non requiri qualitatem hæreditariam, & illa verba: eorúmque hæredes, & ſucceſſores: in materia etiam tranſitoria ad hæredes quoſcumque ſtant augmentatiuè, & ampliatiuè, non autem qualificatiuè ad ipſos maſculos, & fæminas nominatim vocatas, latè Pereg. de fideicom. art. 32. à num. 9. vſque ad num. 20. Soc. iun. d. conſ. 158. num. 20. Reſpondetur. Secundò, d. Lucretiam fuiſſe hæredem ſaltem in legitima, quòd ſatis eſt, ſecundum Pereg. d. art. 32. nu. 21. Soc. iun. d. conſ. 158. num. 21. & licet ſecundùm Lamb. de iurep. lib. 1. par. 2. q. 2. prin. art. 16. nu. 6. cum ſeq. vbi teſtatur de cõmuni, dato cohærede vniuerſali, iuſpat. non tranſeat ad inſtitutum in re certa. Tamen non facit in præſenti caſu, in quo fœminæ nominatim ſunt vocatæ, & ſic iuſp. quoad eas eſt ex prouidentia fundatoris. Caualc. deciſ. 103. par. 3. Facítque dict. Gozad. in conſ. 8. num. 2. Natt. conſil. 682. num. 10. Præſertim cum lis eſſet ſuper hæreditate prædicta. Nec demùm congregatio vnquam negauerit Lucretiam eſſe patronam pro parte ſaltem.

Tertiò, quia dicta Lucretia fuerat iam publicè excommunicata per cedulonos, de quibus in actis, † vnde 17
præſumitur etiam hodie excommunicata, niſi doceatur de abſolutione, ſecundum Abb. in c. propoſuit. num. 4. de cler. excomm. Couarr. in c. alma mater. §. 2. n. 6. de ſent. excom. fol. 348. Latè Maſcard. de probat. concl. 12. nu. 2. vol. 1. concl. 704. num. 1. vol. 2. Pa-
18 tronus † autem excommunicatus nõ poteſt præſentare durante excommunicatione. Lap. alleg. 8. nume. 3. Roch. de Curte de iurep. verſ. competens alicui. numer. 21. Paul. de Cittad. de iurep. par. 7. verſ. quibus competat. nu. 5. & par. 3. nu. 27. Lamb. de iurep. lib. 1. par. 1. quæſt. 7. prin. art. 10. & q. 8. prin. art 10. num. 4. Cæterùm ad hoc replicabatur, per cedulonos non probari excommunicationem in præſenti negotio. Couar. in d. cap. alma mater. §. 3. num. 1. & latè Maſcard. de prob. concluſ. 692. numer. 1. cum ſeq. volum. 2. Præterea, non fuiſſe oppoſitum de excommunicatione in actis, ſaltem in ſpecie, vt debebat, ſecundum Felin. in cap. venerabilem. num. 11. de except. Poſtremò, ſuppoſita excommunicatione, debebat expectari totum quadrimeſtre datum ad præſentandum, nam fieri poteſt, vt infra dictum tempus valeret obtinere abſolutionem ab excommunicatione. vide Rot. Roman. deciſ. 527. in antiq. & Lamb. de iurep. lib. 2. par. 1. quæſt. 2. princ. art. 2. num. 9.

Et quoad præſentationem factam per dictam Eleonoram, dicebatur, illam nullatenus eſſe conſiderabilem. Tum quia viuente dicta Lucretia filia Aureliani dicitur à ſucceſſione excluſa dict. Eleonora, neptis † enim ex 19
fratre excludit amitam. l. cum acutiſſimi. & ibi Doct. C. de fideicom. Dec. conſ. 370.

Tum quia, Aut Eleonora prætendit iuſpatronatus vtì hæres fideicommiſſaria, & vana eſt prætenſio, cum † 20
iuſpatronatus non tranſeat in fideicõmiſſarium, ſecũdùm magis receptam opinionem, de qua per Lamb. de iurepat. lib. 1. par. 2. quæſt. 2 princ. art. 35. & quæſt. 10. princ. art. 3. nu. 9. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 8. Caſſan. in Catalog. glor. Mundi par. prima conſider. 38. concl. 43. Aut prætendit id vtì hæres Gentilis, & friuola eſt pariter prætenſio, ex quo, vti dotata, † 21
fuit iuxta formam ſtatuti Papienſis excluſa ab omni iure per dictum Aurelia-

num fratrem. Roch. de Curte de iurep.verſ.ipſe,vel is à quo quæſt.6.nu. 14.Lamb.de iurep.lib.1. par.2. quæſt. 2.princip. art.15.numero primo.cum ſeq.

Et multominus potuit haberi conſideratio præſentationis factæ à Lucretia filia dictæ Eleonoræ, ex quo,
22 † excluſa matre dicitur excluſa filia. Bart.in l.2.§.videndum.ff.ad Tertull. Grat.conſ.120. num.14.cum ſeq.vol.
23 2. Præterea † viuente matre filia non poteſt præſentare.Lamb.de iurep.lib. 1.par.2.quæſt.2.prin.art.13. num.4.& lib.2.par.1.quæſt.2.prin. art.6. Caputaq.deciſ.284.numer.2.par.1.& deciſ. 363.num. 1.par. 2. Tut. de iurep.q.7. num.1.cum ſeq.

Super dicta cauſa nihil tunc fuit reſolutum ob ſuperuenientiam literarum Apoſtolicarum expeditarum ad fauorem d.R. Cergnaghi.

ARGVMENTVM.

Prouiſus de beneficio iuriſpatronatus ab Ordinario loci, licet adeptus fuerit poſſeſſionem, debet tamen illam cedere prius prouiſo cum derogatione iuriſpatronatus à Papa: Nec Commiſſio cauſæ prouiſum ab Ordinario iuuat, quin cedere debeat poſſeſſionem, ſi in Commiſſione ſit inſerta clauſula, ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, quid operetur.*
2 *Reſcriptum ſubreptitium tribuit iuriſdictionem.*
3 *Proceſſus factus ſuper reſcripto ſubreptitio eſt nullus.*
4 *Reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris.*
5 *Opponi debet de obreptione, & ſubreptione.*
6 *Prouiſus priùs à Papa debet præferri poſteriori prouiſo. Et num. 8.*
7 *Concluſio anterioritatis vera eſt, etiamſi ſit in hora, vel in puncto.*
9 *Papa concurrit cum quocumque Ordinario.*
10 *Papa vbi apponit manum, ceſſat omnis alia iuriſdictio.*
11 *Ampliatur.*
12 *Clauſula, ac ſi à die datæ præſentium &c. operatur, vt collatio retrotrahatur ad diem datæ.*
13 *Gratia vitiatur, ſi exprimatur cauſa falſa. Et quando, numero 15. & 17.*
14 *Iuſpatronatus laicale efficitur eccleſiaſticum, ſi tranſit ad eccleſiam.*
16 *Stylus Signaturæ eſt attendendus.*

RESOLVTIO VIII.

VACANTE capellà S. Hieronymi ſita in eccleſia Parochiali loci Plebis Cairi Papien. Diœceſis de anno 1603. per obitum R. Cergnaghi vltimi capellani, fuit ad illam præſentatus R. Auguſtinus Ferrarius per Procuratorem M. R. D. Præpoſiti Congregationis clericorum Regularium S. Pauli Decollati coram Domino Vic.Pap.& dum per eum iura exhibita inſpicerentur, R. Iulius Cæſar Auianus obtinuit die 18. menſis Decem-

bris d. anni præfatam capellam à Sanctiſs. D. N. cum derogatione iuriſpatronatus in totum, cum decreto irritanti, clauſula retrotractiua, & aliis clauſulis fauorabilibus, de quibus in literis Apoſtolicis. D. Vicarius non habens notitiam dictæ Papę prouiſionis ad fauorem Auiani, inſtituit ad dict. capellam dictum Ferrarium de eodem menſe Decembris die 19. ſed cum poſtmodum dictus Auianus pręſentaſſet dictas literas Apoſtolicas, petens illarum executionem, dictus D. Vicarius executor, viſis videndis, & verificatis verificandis, contulit eandem capellam dicto Auiano, qui de ea pacificã apprræhendit poſſeſſionẽ.

De anno 1604. & menſe Auguſti, dictus Ferrarius, cum appellaſſet à dicta executione literarum, obtinuit committi cauſam Domino Vicario Therdonenſi, cum clauſula: ſine tamen præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum expeditarum ad fauorem dicti Auiani:

Pro veriori reſolutione ſupradictæ cauſæ, contingit dubitari de tribus. & Primò, an dictus Dominus delegatus, ſtante dicta clauſula (ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum) teneatur in primis tradere poſſeſſionem dictæ capellæ Reu. Auiano, cum dictus Ferrarius illam retineat.

Secundò, an dictus Delegatus debeat in primis pronunciare ſuper obreptione, & ſubreptione dictæ commiſſionis.

Tertiò, quis ex prædictis fouerat bonum ius.

In primò dubio dicebatur eſſe re-
1 ſoluendum affirmatiuè, † nam dicta clauſula facit commiſſionem conditionalem, ita vt prouiſus ab Ordinario cedere debeat poſſeſſionem prouiſo à Papa Put. deciſ. 32. numero primo. parte ſecunda. Lancell. de attent. p. 2. cap. 20. lim. 13. numero ſecundo. Et ſic conditione prius non purificata non eſt procedendum ad vlteriora in cauſa, iuxta dicta per Put. deciſ 34. numer. 1. par. 1. Pariſ. conſil. 41. numero decimoquinto. volum. 1. Cæſar. de Graſ. de ſent. & re iud. deciſ. 3. numero tertio. Marcheſ. de commiſſione parte ſecunda. cap. 15. numero decimonono. & Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 349. numer. 1. par. 1. & deciſ. 182. in fine. lib. 2. par. 3. Caualc. deciſ. 8. num. 71. par 3. Contard. in l. 1. lim. 7. num. 52. C. ſi de mom. poſſ. Nec faciunt dicta per Gomeſ. in reg. de non tollend. iure quæſito. quæſt. 1. num. 41. & Achil. de Graſ. de probat. deciſ. 18. numero primo. cum ſeq. Nam ipſi loquuntur in literis gratiæ, & hic ſumus in literis iuſtitię, & proponunt caſum cũ clauſulis differentibus ab iſta.

In ſecundò dicebatur pariter eſſe reſoluendum affirmatiuè, † nam licèt 2
reſcriptum ſubreptitium tribuat iuriſdictionem. Pariſ. conſi. 49. num. 26. vol. 4. vbi declarat, Rot. Rom. in nou. de off. deleg. deciſ. 13. numer. 5. Tamen, ſtante † dicta obreptione, & 3
ſubreptione oppoſita, proceſſus futurus eſſet nullius momenti. c. ex tenore. cap. ad audientiam. de reſcrip. Put. deciſ. 240. num. 9. par. 2. Franc. Becc. conſi. 21. num. 29. vbi plures auctoritates allegat, & num. 42. dat pro conſilio, quòd appellaretur, ſi iudex, non obſtante dicta exceptione, & inſtantia, ad vlteriora procedat.

Coadiuuatur, † nã reſcripta delega- 4
toria ſunt ſtricti iuris. c. cũ dilecta. c. Rodulphus. de reſcript. & vtrobique Doc. Becc. in d. conſil. 21. numero 14. & 35. De obreptione autem & ſubreptio-

reptione conſtat ex ipſamet commiſ-
ſione, dum dictus Ferrarius exprimit
in ea,licèt falſo, ſe fuiſſe inſtitutum,
antequam dictus Auianus obtinuiſſet
prouiſionem Apoſtolicam,& iuſp.eſ-
ſe laicale.quodtamen eſt mixtum, vt
dicetur alibi.

Item,dum ſubticuit, quod Papa in
dicta prouiſione derogauerit in to-
tum iurip.cum decreto irritanti,clau-
ſula anteferri, & alijs fauorabilibus
5 clauſulis,de quibus fuit in actis † op-
poſitum, prout requirebatur, ſecun-
dum Lancell.de attent. par. 2. cap.4.
lim.2.num.63.Foller.in addit.ad Ma-
rant.4.par.diſt. 16. num. 73.

In tertio dicebatur, dictum Auia-
num melius ius fouere, quandoqui-
6 dem ipſe fuit prouiſus prius à Papa, †
vnde eſt præferendus dicto Ferrario
poſteriori. c. capitulum. de reſcript.
Rip.de cau.poſſ.& prop.reſp. 3. nu.2.
etiamſi poſterior eſſet in poſſeſſione.
cap.eum cui. de præben. in 6. Rom.
7 conſ.298.num.2.quæ concluſio † an-
terioritatis vera eſt, etiamſi ſit in ho-
ra, vel in puncto. Caſſad. de præben.
decíſ.20.num.1.Rot. Rom. in nouiſ-
ſim.deciſ.19.num.2.cum ſeq.par. 2.&
deciſ.188.num.5.par 3.lib.2. Felin. in
c.paſtoralis. num. 5. de reſcrip. Me-
noch.de arb.iud.lib.2.cent. 1. caſ.48.
num. 1. cum ſeq.

8 Et præſertim hic, tum ob maiorem
prærogatiuam concedentis, † cum
dictus Auianus ſit prouiſus à Papa,al-
ter verò ab Ordinario. c. ſi à ſede de
præben.in 6 Rom.conſil.335. num. 7.
Rip.in d.reſp 3.num.2 Caſſad.de præ-
ben.deciſ.15.num.1. Maſcard de pro-
bat.vol.1.concl.314.num.1. Menoch.
d.cent.1.caſ.48.num. 15. Theſau. fori
eccl.par.2.cap.19.nu.3. Tum quia Pa-
pa poteſt præuenire ordinarios colla
9 tores,† cum concurrat cum quocum-
que ordinario.cap. 2.de præben. in 6.
Abb.in c.1. de elect. Rip. de elect.
reſp.10. num. 4. Mohed. de conceſſ.
præb.deciſ.1.num. 4. Caputaq. deciſ.
282.par. 1.

Et vbi † apponit manum ceſſat o- 10
mnis alia iuriſdictio, & facit benefi-
cium affectum, etiamſi nulliter manũ
appoſuerit.cap. inter dilectos. de ex-
ceſ. prælat.Pariſ.conſi.10.num. 4.cõ-
ſil.118.num.7.vol. 4. Gabr.conſi.182.
nu.10.vol.2. Anch. conſi. 58. num.4.
Grat.conſi.36.num 2.& conſi. 71.nu.
18.vol.2.Mohed. de præben. deciſ.9.
num.4.Rot. Rom.in antiq. de præbẽ.
deciſ.31.num 2.fol. 404. & de conceſ.
præben.deciſ. 12. fol. 414. licet Flam.
Pariſ.de reſig.benef.lib.12. quæſt. 10.
nu.1.teneat contrarium, quando ma-
nus appoſitio non eſt ſortita effe-
ctum ſuum.& Rom.d.conſi.335.num.
10. cum ſeq.

Et propterea collatio facta poſtea
ab ordinario de eodẽ beneficio nulla
eſt.Creſcẽt.de cõceſ.præben.deciſ.7.
nu.14.Flã.Pariſ.de reſign. benef. lib.
2.quęſt.16.nu.8.cũ ſeq.Rot.Rõ.in an-
tiq.de conceſ.præben. deciſ.25.

Quod verum eſt,† etiamſi Ordina- 11
rius ignoraſſet collationem Papæ, nã
decretum irritans ligat ignorantes.
Caſſad.de decr.in reſeru.deciſ 3.num.
1.Gabr. de clau. lib. 6. concl. 3. nu.1.
Lancell.de attent.par.2. cap. 20. lim.
24.num.22.cum ſeq.Flam. Pariſ. de
reſig.benef.lib.2. quæſt. 20. num. 10.
lib.11. quæſt.3. num. 78. Menoch.de
arb.iud.lib.2.cent.2. caſ.185. num.24.
Præſertim hic, cum adſit in literis
clauſula,(ſcienter,vel ignoranter cõ-
tigerit attentari,) vt infra.

Et quamuis collatio dictæ capellæ
fuerit facta dicto Auiano de menſe
Februarij 1504. nihilominus † re- 12
trotrahitur ad diem datæ ipſarum

literarum, ſtantibus illis verbis appoſitis in eis, nempè, (Nos enim ſi dictus Iulius Cæſar ad hoc repertus fuerit idoneus, vt præfertur, ex nunc perinde irritum decernimus, & inane, ſi ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac ſi die datę præſentium eidem Iulio Cæſari ad id reperto idoneo, de primò dicta capella cum interpoſitione decreti huiuſmodi mandauiſſemus prouideri.) in pũcto Gab. de clauſ. d. concluſ. 3. num. 48. Io. Bapt. Ferret. conſil. 5. nume. 2. Gabr. conſil. 189. num. 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 82. nume. 20. volu. 4. Staffil. de forma mand. de prouiden. verſic. prima igitur forma mandati, nume. 5. & de vi, & eff. clauſ. verſ. ſeptimo, & vltimo. fol. 186. Creſcent. de conceſſ. pręb. d. deciſ. 7. numer. 13. Mohed. de præben. deciſ. 21. nume. 3. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 283. par. 3. lib. 2. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 6. num 32. Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 17. nu. 6. & 7. Nec obſtaret ſi diceretur dictas literas eſſe obreptitias, & ſubreptitias, ex quo in eis exprimitur, iuſpat. eſſe mixtum. & tamen eſt totum laicale, licèt pro me dietate ſpectet ad dictam Congregationem, & vlterius eſſe mixtum ex fundatione, & dotatione, quod falſum eſt, cum ab initio fuerit totum laicale, quælibet † autem falſa expreſſio
13 in gratioſis vitiat gratiam Cæſar de Graſſ. de probat. deciſ. 12. num. 3.

Nam quoad primum reſponderi
14 poſſet, iuſpatr. † quoad dictam Congregationem eſſe eccleſiaſticum, prout de hoc eſt text. clarus in cap. 1. §. verum. de iurep. in 6. in puncto Lamb. de iurep. lib. 1. par. 1. quæſt. 1. prin. artic. 8. num. 1. cum ſeq. Couar. pract. quæſt. cap. 36. num. 5. vbi teſtatur de communi opinione Rot. Rom. in antiq. deciſ. 266. & in nouiſſim. deciſ. 574. nu. 9. par. 1. Quinimò dicitur totum iuſp. clericorum, ſecundùm Mandoſ. de ſign. grat. rubr. derogationes iuriſpatr. verſi. iuriſp. mixti, quicquid dixerit Gabr. conſi. 197. numer. 8. volu. 1. vide Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 18. numer. 46. cum ſeq. & c. 21. nu. 29.

Quoad verò ſecundum poſſet reſponderi. Primò dictũ iuſp. eſſe mixtum ex fundatione, cùm in ea vocentur extranei.

Secundò, quòd adhuc Papa conceſ-
ſiſſet gratiam, † cùm ſatis fuiſſet di- 15
cere, iuſp. eſſe ex fundatione, & dotatione Bellam. deciſ. 601. & deciſ. 698. vbi decl. Rot. Rom. in antiq. de reſcript. deciſ. 4. & in nou. de reſcript. deciſ. 10. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 20. num. 9. cum ſeq. & per totum. Pręſertim quod hic non aderat malitia impetrantis, vt patet Rot. Rom. in antiq. de reſcrip. deciſ. 70. Caſſad. de prębend. deciſ. 10. num. 2. & deciſ. 12. numer. 14.

Poſtremò dictum fuit, in hoc eſſe
† attendendum ſtilum ſignaturę. Put. 16
deciſ. 187. numer. 5. par. 1. Felin. in c. ſuper literis. numer. 8. de reſcript. vbi latè tractat hanc materiam. Et licet
† expreſſio falſitatis, etiamſi non eſſet 17
talis, quod mouiſſet Principem ad cõcedendum, vitiet literas gratioſas, ſecundum Rot. Rom. in antiq. de reſcript. deciſ. 4. Nihilominus hæc concluſio non poſſet hic congruè adaptari, ex quo illa expreſſio in d. literis fit gratia demonſtrationis, non autem taxationis. Rot. Rom. in d. deciſ. 4. nu. 7. Præterea illa concl. non procedit in his, quæ non reſpiciunt cauſam finalem, nec debent exprimi de iure. Couar. in d. c. 20. vbi latiſſimè, clarum eſt autem in literis eſſe exprimendum, quod iuſpatr. ſit ex fundatione, & dotatione,

tatione, non autem quòd ſit mixtum ex fundatione, & dotat. cum talis mixtura poſſit poſt fundationem interuenire.

DECISIO.

Die Veneris Octobris 1597. coram R.P.D. Peregrino Oritan. Parochialis.

Mandatum de manutenendo prouiſo ab Ordinario, qui vigore ſua prouiſionis ex productione inſtrumenti abſque alia ſui tituli exhibitione docuerat cepiſſe poſſeßionem parochialis, quod quidem ſufficit, alio non exiſtente in poſſeſſionem. l. prædia. ff. de acquiren. poſſeſſ. & fuit dictum coram R. P. D. meo Litta in illa Campen. Tiracen. Archidiaconatus Veneris 15. Februarij 1596. Et qui in Rota commiſerat cauſam iactationis contra prouiſum Apoſtolicum, cum clauſula tamen, ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum: Non aliter concedendum eſſe Domini cenſuerunt, quàm cum eadem clauſula in commiſſione appoſita, cum per eam reſtricta ſit Rota iuriſdictio, vt nullo modo dictarum literarum Apoſtolicarum executionem impedire valeat.

ARGVMENTVM.

Clauſula in literis Apoſtolicis derogationis Iuriſpatronatus: Dummodo alteri tempore datæ præſentium non ſit in ea ſpecialiter ius quæſitum: non præſeruat ius ad rem, ſed tantùm ius in re, eò magis, ſi ius ad rem, quod prætenditur ſit conditionale.

Item, per ſolam præſentationem, non ſecuta inſtitutione, non acquiritur ius ad rem.

Item, per clauſulam: Anteferri, appoſitam in dictis literis, eſt ſublatum omne ius ad rem quouis modo quæſitum.

SVMMARIVM.

1 *Ius ad rem acquiritur ex præſentatione, & an verum ſit.*

2 *Clauſula, dummodo alteri non ſit ius quæſitum: quando præſeruet ius ad rem. Et numero 3. 6. & 12.*

4 *Verba non debent eſſe fruſtratoria, ſed operari.*

5 *Verbum, quæſitum, importat ius radicatum.*

7 *Papa derogat iuri p. eccleſiaſtico abſque mentione illius.*

8 *Præſentatio dicitur nulla facta à Prælato ſine conſenſu capituli.*

9 *Electio conditionalis dicitur nulla.*

10 *Patronus eccleſiaſticus dicitur propriè eligere.*

11 *Inferior epiſcopo poteſt inſtituere.*

13 *Clauſula, anteferri, tollit ius ad rem.*

14 *Communi opinioni adhærendum eſt in iudicando.*

15 *Clauſula, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, non facit literas conditionales.*

16 *Dictio, dummodo, non importat conditionem, ſed modum, & monitionem.*

RESOLVTIO IX.

IN eadem cauſa vertente inter R. Auianum ex vna, & R. Ferrarium ex altera coram D. Vicario Therdonen. delegato Apoſtolico, fuit per d. Dominum Delegatum excitatum Motiuum huiuſmodi. Nempè.

Tota difficultas,ni fallor,in pręſenti cauſa,ad vnum punctum reducitur. An ſcilicet clauſula illa appoſita in literis Apoſtolicis;dũmodo alteri tempore datæ præſentium non ſit in ea ſpecialiter ius quæſitum, præſeruet ius quęſitum ad rem ex præſentatio-
1 ne,† per quam acquiri ius ad rem cõmunis,& recepta eſt ab omnibus opinio, vt volunt Doct. & ſignanter Felin. in cap.cum Bertholdus de re iud. Gomeſ.de reg de trien. quæſt. 35. nu. 2.reg.de ſubrog.collitig. quæſt.6. Enea.de Falc.in tract.reſeru.in 47.fall. Roch.deCurte.de iurepat. in ver.Ius, circa iſtud verbum.quæſt.quarta,numero 17.

Quod autem vigore d. clauſulæ
2 præſeruetur † ius ad rem habenti,nec illud cenſeatur ſublatum per prouiſionem Apoſtolicam affirmant Mandoſ.in com.regul.Cancel. tit.de non tollen.iu quæſit.reg.17. quæſt.2. Gomeſ.in d.reg.quæſt.1. Comprobatur per ea,quæ dicit Feli.in c.cum olim. num.8.de ſent.& re iud.

Nec obſtant ea, quæ dicũtur à Doctor.in contrarium, nempè à Cald. conſi.8.Rebuff.in praxi benef.ſub tit. Forma nouæ prouiſ.Felin.in cap.cauſam.quæ. numero vigeſimoſexto. de reſcrip.& aliis.

Quia omnes loquuntur iuxta deciſ. 17.Rot.Rom.in nou.de præbend.vbi habetur, quòd per dict. clauſulam nõ conſeruatur habenti ius ad rem ex acceptatione acceptantis, ſecus ex præſentatione, quam deciſionem ſequitur Felin.in d.c.cauſam.quæ. numero 26.& annuit in dict.cap.cum Bertoldus.ita ſentit Gomeſ.in dict.quæſt.1. numero octauo. & quæſt.4. num.16. vbi de ſtilo curiæ teſtatur. quibus in locis redditur etiam ratio differentię, quare per d. clauſulam non cenſeatur ſublatum habenti ius ad rem ex præſentatione, ſecus autem ex expectatiuis. Eadem ratione tolli poſſe videtur quòd prætenditur pro parte R.D. Auiani vigore clauſulæ, anteferri, vt optimè reſpondet Felin.in d.cap.cauſam,quæ. num.26.

Pro reſolutione retroſcripti Motiui,fuit dict. Primò,controuerſiam nõ modicam eſſe inter Doctores, an per ſolam pręſentationem quęratur ius ad rem,& non quęri,niſi ſecuta inſtitutione, voluit Caſſad. de prębend. deciſ.3.numero tertio.& videtur colligi poſſe ex Rot.Roma. in nouiſſ.deciſ. 6.num.6. par.2. Et hucuſque non reperij Doctorem aliquem teſtantem de communi opinione in contrarium.

Secundò per dictam clauſulam, † 3
dummodo alteri non ſit ius quęſitum: non pręſeruari ius ad rem,ſed tantùm in re prout tenuerunt expreſsè. Cald. de reſcript.conſilio octauo.in fin.Pariſ.conſ.5.num.96.& conſilio 82. numero 37.volum.4. Rom.conſ.256. & ibi Addit. Rebuff. in praxi benef..ſub tit.Forma nouę prouiſ.verſ. dummodo tempore &c num.2. Staffil. de lit. grat.ſub tit. de formis mand..de prouid.verſ.prima igitur forma.n.4.Creſcent.de iurep.deciſ. 7.nu.2.Theſaur fori eccl.par.2.cap.17.nu.17.

Nec facit differentia illa iuris ad rẽ quæſiti per acceptationẽ in expectatiuis, & quęſiti per pręſentationem, de qua

de qua in Motiuo. Tum quia ſtante, quòd verior ſit opinio, & à maioribus, & grauioribus Doctoribus comprobata, vt per d. clauſulam conſeruetur ius in re duntaxat, fruſtratoria eſt d. differentia allegata, cum ſatis ſit, quòd non ſit ius in re prout benè põderatur in d. deciſ. 17. de præben. in nou. num. 1. verſ. Ego autem dicebam. Tum quia d. differentia non habet in ſe rationem iuridicam diuerſitatis, & propterea Gomeſ. in d. quæſt. 1. num. 9. dicit, illam differentiam non eſſe veram de iure, & idem dicit in quęſt. 4. num. 23. & ſuadetur, Primò, quia etiam gratia expectantis ex toto perimitur quoad illam vacationem præſentaneam, & de alia futura vacatione non habetur conſideratio de iure iuxta dicta per Iaſ. in l. Stichum. num. 1. ff. de leg. 1. Gomeſ. de non tollen. iure quæſito. q. 4. num. 2. & 13. & Præterea poteſt gratia annihilari per reuocatorias generales, quas de expectatiuis facit Papa, maximè nouus. Felin. in d. c. cauſam, quæ. num. 26. circa finem.

Secũdò, quia videtur eſſe pinguius, & plenius ius ad rem quæſitum per acceptationem in expectatiuis, quàm quæſitum per nominationem, & præſentationem in beneficio iuriſp. cum patroni poſſint variare ſaltem cumulatiuè. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 23. num. 13. & etiam ius ad rem quęſitum per præſentationem eſſe nihil dicit expreſsè Lamb. de iurep. lib. 2. par. 2. quæſt. 1. prin. art. 27. num. 5. & aliàs diximus, & Præſertim hic, cum d. Reu. Ferrarius ſit præſentatus ſolùm à medietatè aſſertorum patronorum, & alij præſentauerint dictum Auianum infra legitima tempora, quo caſu omne ius dependet ab arbitrio inſtituere debentis, Lamb. de iurep. lib. 2. par. 2. quæſt. 5. princ. art. 8. numer. 2. cum ſeq. Tum quia illa differentia affertur ab his, qui tenuerunt, per dictam clauſulam conſeruari ius ad rem, & cum eorum opinio non ſit vera, vt patet ex ſupra, & infrà cumulatis, vera etiam ſucceſſiuè non dicitur eſſe d. differentia, iuxta dicta per Crau. conſi. 91. num. 11.

Poſtremò, quia, quòd non præſeruetur ius ad rem quæſitum per præſentationem, & nominationem ex d. clauſula, dixerunt expreſsè Rebuf. in d. praxi. ſub rub. Formâ nouæ prouiſionis. verſ. dummodò tempore &c. num. 2. & Creſcent. de iurep. deciſ. 2. num. 2. vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum per Rot. Rom. & verba ſunt iſta, Maior pars dominorum fuit pro noua prouiſione, & quòd tale ius non dicatur ad rem conſiderabile, vt per pręſentationem, vel electionem: quæ deciſio hodie ſeruatur vbique.

Et hęc ſecunda reſponſio, quòd ex d. clauſula præſeruetur ius in re tantùm, confirmatur. Primò ponderando verbum illud appoſitum in d. clauſula, nempè, in ea, quod hodie tollit omnem dubietatem, quicquid aliàs dixerint aliqui Doctores antiqui, qui loquuntur in terminis clauſulæ: dummodò alteri non ſit ius quæſitum: non addito verbo, in ea. Et ſuadetur, quia aliàs dictum verbum, in ea, eſſet fruſtratorium, † & eluſorium in 4
dictis literis, quòd non eſt dicendum l. fin. ff. ne quid in loco publ. Crau. conſi. 23. nu. 3. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 595. nam in reſcriptis nullum verbum debet eſſe otioſum. gloſ. in c. ſolitæ. in verb. tamquàm de maior. & obed. imò nec ſyllaba. Dec. conſi. 626. num. 7. Crau. conſ. 297. num. 4. Præterea ſi Papa voluiſſet intelligere de iure ad eam, vtique dixiſſet,

prout dixit in regul. Cancell. 54. Non dixit, ergo noluit. vulg. iurib. & doctrinis. & omni caſu eſſet recurrendum ad Summum Pontificem, cuius eſt declarare verbum illud. l. fin. C. de legib.

Confirmatur ſecundò ponderando
5 verbum illud, † quæſitum, quod includit ius radicatum, incorporatum, ac plenum. Sarnen. ſuper reg. de non toll. iu. quæſito. num. 13. quæſt. 4. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 759. num. 4. par. 1. ius autem ad rem non eſt plenum, nec radicatum. Hinc de eo non eſt facienda mentio in collatione Papæ, prout ita ſeruari de ſtilo teſtatur Rebuff. in praxi benef. ſub tit. de reſcripto ſi neutri. num. 25. & 32. Put. deciſ. 357. num. 8. par. 1 & deciſ. 265. num. 5. par. 2. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt 9. num. 13. & ita obſeruari in Rot. Rom. dicit Caſſad. de præben. deciſ. 3. num. 3. Præſertim ſtante clauſula, anteferri, vt per Caputaq. deciſ. 337. num. 3. par. 1. Quicquid dicat Gomeſ. etiam in iure conditionali ſuper reg. de non toll. iu. quæſito q. 4. num. 8. & 9. Put. deciſ. 90. num. 5. part. 1. & deciſ. 125. par. 3. Bellamer. deciſ. 167. & Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 201. num. 148.

Tertiò principaliter dictũ fuit pro reſolutione dicti Motiui, ex dicta
6 † clauſula præſeruari ſaltem illud ius ad rem, quòd ſit quæſitum ex alio, quàm ex narratis in literis Apoſtolicis, prout in puncto firmauit Gemin. conſ. 88. col. pen. quem refert, & ſequitur Creſcent. in d. deciſ. 7. in fine. faciunt dicta per Gomeſ. de non. toll. iu. quæſito. quæſt. 1. num. 41. vbi allegat Oldr. conſ 330. in fine, & per Io. Bapt. Ferr. conſil. 185. nume. 3. Cæterùm in dictis literis prouiſionis ad fauorem d. Auiani fit mentio iuriſp. & hoc coadiuuatur, quia aliàs dicta mentio eſſet fruſtratoria, & quia ita videtur eſſe de mente Principis.

Quartò, quòd cenſetur derogatum dicto iuri ad rem, cum fuerit derogatum iurip. in totum in dictis literis, prout videtur innuere Fel. in c. cauſam, quæ. num. 26 verſ. ſecundò conſiſidera. de reſcript. Præſertim, cum nulla lis eſſet introducta ſuper dicta capella. faciunt dicta per Gomeſ. ſuper reg. de non toll. iu. quæſito. quęſt. 1. num. 9. 19. & 32. quęſt. 2. num. 2. & 6. & quæſt 4. num. 15. in fine.

Facit, Nam, vbi ius prętenditur ex ſtatuto, ſufficit derogatio ſtatuti tantùm, licet non fiat mentio ſpecialis dicti iuris. Rot. Rom. in antiq. deciſ. 42. & in nouiſſim. deciſ 492. num. 10. par. 3. Quòd indubitatum eſſe dicitur, quando prætenderetur ius ad rem quęſitum ex præſentatione patroni eccleſiaſtici, prout hic, Nam † iuri- 7
patr. eccleſiaſtico derogatur per ſimplicem collationem Papę, abſque eo, quòd fiat mentio aliqua d. iuriſp. Caſſad. de probat. deciſ. 4. num. 11. cum ſeq. Achil. de Graſ. de iurep. deciſ. 3. nu. 8. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 38. Et expreſsè innuit Felin. in d. c. cauſam, quę. nu. 26. Coadiuuatur, nam aliàs videretur d. derogatio fruſtratoria, Et ius ad rem facilè tollitur. Pariſ. conſ. 93. num. 23. vol. 4. Rot. Rom. in nou. de iurep. deciſ. 8. num. 2.

Quintò, quòd nullum ius ad rem poteſt dici quæſitum d. R. Ferrario, cum tam pręſentatio aſſerta fuerit nulla, quàm inſtitutio ſubſecuta. Fuit enim † nulla dicta pręſentatio. Tum 8
quia fuit facta à M. R. Præpoſito Generali Congregationis S. Pauli Decollati ſine conſenſu capituli, vt dicetur inferius in Reſolutione

xij.

xj. Tum quia fuit facta ſub conditione illa,ſi erit idoneus,electio † autem
9 conditionalis eſt nulla. c.2. & ibi gl. & alij. de elect. in 6. quicquid dicat Lamb. d.lib.2.par.2.quæſt.3. prin.art. 8. nu.11. circa fin. & art.9. num.5. & hic agitur de electione,cum patronus
10 † eccleſiaſticus dicatur verè, & propriè eligere. Lamb. d. lib.2. par. 1. quæſt.1.prin.art.4. Caſſad. de iurep. deciſ 4.n.3.Ro.Rom.in antiq.de inſt. deciſ.1.num.2.fol.411.Tum quia fuerunt præſentati duo, quòd eſt prohibitum patrono eccleſiaſtico.Lamb.d. lib.2.par.2.quæſt.3. princ.art.8. & qu. 7.prin.art.8.& art.12.

Similiter fuit nulla inſtitutio, ex quo ex inſtrumento fundationis capellæ controuerſæ apparet,inſtitutionem ſpectare ad M. R. Præpoſitum eccleſiæ Collegiatæ Plebis Cairi, qui etiam fuit in poſſeſſione pacifica, ſeu
11 quaſi † inſtituendi præſentatos ad dictam Capellam vſque adhuc, vt dicetur inferius in Reſolut.xij.

Sextò non poteſt negari, dictum ius ad rem eſſe conditionale, cum præſentatio ſit etiam conditionalis, vt eſt tex.clarus in c.cum adeo de reſcript. præſertim hic,cum conditio ſit reſolutiua ex verbis præſentationis,
12 ius autem † conditionale non præſeruatur ex dicta clauſula: dummodo alteri non ſit ius quæſitum. Gomeſ. ſuper reg.de non toll.iu.quæſito.quęſt. 4.num.1. cum ſeq. & num.11. vbi teſtatur de magis communi. & numero 26.conuenit cum opinione Rom.

Septimò dictum fuit, in omni caſu
13 fuiſſe † ſublatum omne ius ad rem quouismodo quæſitum. per clauſuſulam:anteferri:appoſitam in dictis literis Apoſtolicis,cap.pen.de præben. in 6.& in puncto firmauit.Rot.Rom. vt per Caputaq. deciſ. 337. numer. 5. cum ſeq. par. 1. vbi plures congerit, Felin.in d.c.cauſam, quæ. num.26. in prin. ibique teſtatur ita Curiam ſeruare, Lap.alleg.79. num.1. Staffil. de lit.gratiæ. ſub tit.de mand.prouiden. verſ.prima igitur forma. num.2.& 4. & ſub tit. de vi, & eff. clauſul. verſic. deinde ſequitur alia, num. 3. Rom. conſi.256.& ibi addit.Zab.conſil.105. num.5.& conſi.136.num.5.Pariſ. conſil.119.num.8.volum.4.Io.Bapt.Ferr. conſil.3.nu.12.& conſil.5.num.4. Felin. in c.capitulum. num.6. cum ſeq. de reſcript. Mandoſ. de ſign.grat. in rubr.prouiſiones. verſ.an autem propter.& rubr.de expectat.verſ.nulli dabatur.

Præſertim, quòd in eiſdem literis eſt appoſita clauſula,non obſtantibus, vnà cum decreto irritanti. Felin. in c. in noſtra.num.35.& in d.c. capitulum. num. 7. de reſcript. Pariſ. conſil. 5. num.94.vol.4. Caputaq. d.deciſ.337. num.7.Creſcent. de conceſſ.præben. deciſ.7.nu.15.

Nec verum eſt,quòd dicitur in motiuo,nempè,clauſulam: anteferri: tollere ius ad rem quęſitum per acceptationem in expectatiuis tantùm, & ita optimè reſpondere Felin. in d. cap. cauſam,quæ num.26.

Tum quia Doctores ſupra allegati loquuntur generaliter in omni iure ad rem, vnde non eſt reſtringendum dictum eorum ad dictum ius ad rem in expectatiuis tantùm, vulg.l.de prętio.ff.de publ. Surd.conſil.34. num. 3. Franc.Becc.conſ.16.num.4.

Tum quia Felin.in d.c.cauſam,quę, num.26.dicit,allegata per eum procedere in d. clauſula : dummodò alteri non ſit ius quęſitum:& quando loquitur de clauſula:anteferri:vtitur dictione fortè, nempè, & forte poſſet dici, dictas deciſiones procedere etiam in

clauſula: anteferri.

Tum demùm quia, ſi talis fuiſſet opinio Felini, illa non eſſet in iudicando attendenda, cum eſſet contra magis communem Doct. opinionem, quæ corroborabatur, nam aliàs d. clauſula: anteferri: in dictis literis Apoſtolicis eſſet fruſtratoria, quòd non eſt dicendum vulg. l. ſi pretor. ff. de iu-
14 dic. In iudicando autem † eſt adhærendum communi opinioni. Crauet. conſil. 91. num. 11. Thob. Non. conſil. 19. num. 15. Turret. conſ. 22. num. 19. cum ſeq. vol 1. Maſcard. de prob. vol. 3. concl. 1138. vbi latiſſimè.

ARGVMENTVM.

Eſto, quòd ex dicta clauſula: Dummodo alteri &c. præſeruaretur ius ad rem quæſitum per præſentationem, non tamen ob id executio literarum Apoſtolicarū cum de rogatione iuriſpatronatus eſſet ſuſpendenda.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula: dummodo alteri non ſit ius quæſitum: non facit litteras conditionales, nec ſuſpendit executionem literarum Apoſtolicarum.*

2 *Dictio: dummodo: non importat conditionem.*

RESOLVTIO X.

FVIT dubitatum, ſuppoſito quod ex d. clauſula: dummodo non ſit alteri ius quæſitum in ea &c. præſeruaretur ius ad rem quæſitum per præſentationem, vel nominationem ex d. iure ad rem ſic præſeruato, An eſſet ſuſpendenda executio dictarum literarum Apoſtolicarum: Et dicebatur,
† non eſſe ſuſpendendam ex dicto iu- 1
re, prout in puncto firmat Rot. Rom. de qua per Achil. de Graſ. de probat. deciſ. 18. num. 2. vbi reddit etiam rationem, nam aliàs omnes prouiſiones Pontificis dicerentur conditionales cum in eis ſemper apponatur d. clauſula, dummodo &c. vel cenſeatur appoſita, vt per reg. Cancell. 17.

Corroboratur, quandoquidem di-
ctio, † dummodo, de ſui natura non 2
importat conditionem, ſed admonitionem, ſecundùm Ioan. Andr. in c. non poteſt. de præben. in 6. quem refert, & ſequitur. Rot. Rom. in nou. de cond. appoſ. deciſ. 1. Menoch. de arb. iud. libro 1. quæſt. 86. numer. 28. & eſt receptiſſima ſcribentium opinio.

Quicquid dicat Gomeſ. in d. reg. de non toll. iu. quæſito quæſt. 1. num. 41. nam illius dictum non debet præponderare deciſioni Rotæ Rom. de qua per Achil. vt ſupra, & vide Lamb. de iurep. lib 2 par. 3. quæſt. 1. prin. art. 9. num. 8. Vel id forſan locum poſſet habere, quando non eſſet facta mentio rei, vt per Abb. in c. examinata. verſus finem de confirm. vtili, vel inutili. hic autem eſt facta mentio iuriſp. & derogatio ſimul.

ARGVMENTVM.

Præſentatio ad beneficium Iuriſpatronatus ſpectans ad Capitulum, ſi fiat per ſolum Prælatum abſque conſenſu Capituli, eſt nulla.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta à Prælato abſque conſenſu Capituli eſt nulla.*

2 *Et conſenſus requiritur expreſſus.*

3 *Allegans priuilegium, aut conſtitutionem, tenetur illam probare.*

4 *Quæ ſunt de forma ſpecificè ſunt adimplenda.*

5 *Forma in dubio cenſetur ſubſtantialis.*

6 *Priuilegia ſunt ſtrictiſſimè interpretanda.*

7 *Auctoritas generalis non eſt ſufficiens ad præſentandum in beneficiis.*

8 *Auctoritas præſentandi conceſſa antequàm beneficiũ vacet eſt nulla.*

REOSLVTIO XI.

FVIT apprimè cõtrouerſum, An prȩſẽtatio R. Ferrarij facta per procuratorem M.R. Præpoſiti Generalis Congregationis S. Pauli Decollati ad ſupradictam Capellam, eſſet nulla, vti facta non congregato Capitulo, & ſine illius conſenſu.

1 Et inclinabatur ad nullitatem † per iura clara, nempè. c. nouit. c. quanto. & c. ea noſcitur. qui tex. loquitur in ſpecie in caſu præſentationis, de his quæ fiunt à prælat. latè Lamb. de iurep. lib. 2. par. 1. quæſt. 2. prin. art. 12. num. 2. cum ſeq. vbi firmat cum Goffredo, dictam præſentationem fuiſſe ipſo iure nullam. Felin. in c. cum omnes. nu. 24. de conſt. qui tenet, in actu electionis requiri, quòd Capitulum, ſiue Collegium congregetur, & collegia liter conſentiat, & nu. 30. ampliat, vt neque poſſit cõſtitui procurator in illo actu. Rot. Rom. in antiq. de prȩb. deciſ. 19.

Et, cum ex inſtrumento mandati ad præſentandum colligeretur clarè, non interueniſſe conſenſum Capituli, ſed duorum, ſeu trium Patrum tantùm aſſertorum aſſiſtentium, propterea pars aduerſa non fuit auſa allegare, quòd præſumeretur cõſenſus Capituli. Grat. conſ. 59. nu. 19. vol. 1. latè Maſcard. de proba. vol. 1. cõcl 2. nu. 4. Præſertim, cum hic † requireretur cõſenſus expreſſus. Lamb. in d. art. 12. nu. 10. Maſcard. d. concl. 2. num. 9. 2

Et dum replicaretur, Præpoſitum Generalem dictæ Cõgregationis habere facultatem vna cum quatuor aſſiſtentibus expediendi omnia ea, quæ poſſunt facere ſingula Capitula d. Religionis ex forma conſtitutionum ipſius &c.

Fuit reſponſum primò, dictã cõſtitutionẽ nõ fuiſſe in actis exhibitã, cȩterùm † allegans priuilegiũ, vel cõſtitutionẽ tenetur illam probare, etſi eſſet in poſſeſſione ipſius. c. cũ perſonæ. de priuil. in 6. Cyn. in l. ſi ſolẽnibus. in fine. C. de fide inſtru. Dec. in c. porrò, nu. 3. de priuil. Pariſ. cõſ. 95. n. 8. vol. 4. Maſcar. de prob. volum 3. concl. 1194. num. 36. Crau. conſil. 48. num. 5. 3

Quinimò, non ſufficeret produxiſſe particulam d. conſtitutionis, ſed tota & integra conſtitutio eſſet producenda, iuxta dicta per Iaſ. in rub. ff. de oper. nouì. nunc. num. 8.

Secundò fuit reſponſum, ſuppoſito extare dictam conſtitutionem, tamen adhuc præſentationem fuiſſe nullã, ex quo non conſtitit legitimè in actis, quòd interuenerint aſſiſtentes quatuor, quorũ omniũ prȩſẽtia, & cõſenſus requirebatur, Tum quia id erat de forma, † quȩ eſt ſpecificè adimplenda, præſertim in grauibus negotiis. Bald. in l. 1. ff. de liber. & poſth. Dec. conſilio 466. circa fin. latè Franc. 4

Becc.conſ.12.num.16.cum ſeq. Nec
5 dubium eſt, formam † in dubio cenſeri ſubſtantialem. Dec.conſ.10.num. 2.Franc.Becc.d. conſ.12.num.15. Tum
6 quia † priuilegia ſunt ſtrictiſſimè interpretanda.c.1. cum ſeq.de fil.presb. c.ex tuarum.de vſu pall.c.quamuis.de reſcript.in 6.Pariſ.conſ.9.num.6.volum.4.Fran.Becc. conſ.32.numer.10. Turret.conſ.99.numero decimo,volum.1.

Præſertim, ſi ſint contra ius commune.c.priuilegia.diſt.3. Doct. in ca. cauſam,quæ.de reſcript.Pariſ.conſ.6. nu.13.volum.2. Franc.Becc.in d.conſ. 32.num.10.

Reſponſum fuit tertiò, (ſuppoſita dicta conſtitutione & aſſiſtentia) prçſentationem præfatã adhuc dici poſſe
7 nullam, nam † auctoritas generalis ad negotia omnia expedienda nõ eſt ſufficiens ad præſentandum in beneficiis c.fi.de off.vic.in 6.Lamb. de iurep.lib.2.par.1.quæſt.4.prin.art.3.nu. 4.cum ſeq & art.17. num.7. Paul. de Cittad. d.tract.par.6.art.3. quæſt.42. num.75.

Prçſertim, ſi eſſet conceſſa antequã
8 † beneficium vacaret, ne daretur votum captandç mortis.cap. fin.de conceſſ.prçbend. Paul.de Cittad. d.art.3. quçſt.41.numero 73. Lamb. dict. lib. 2.par.1.quæſt.4.prin.art.2. & quçſt.6. prin.art.19.

ARGVMENTVM.

In fundatione Iuriſpatronatus poteſt inſtitutio reſeruari inferiori.

SVMMARIVM.

1 *Forma fundationis eſt attendenda.*
2 *Inferior Epiſcopo poteſt inſtituere.*
3 *Quaſi poſſeſſio inſtituendi eſt attendenda.*
4 *Intellectus Concilij Tridentini ſeſſ. 14.cap.12.in fine de reform.*
5 *In fundatione iuriſpatronatus poteſt reſeruari ius inſtituendi inferiori Epiſcopo, de ipſius tamen Epiſcopi conſenſu.*
6 *Quando inferior Epiſcopo, ad quem ſpectat inſtitutio, ſibi praiudicet tacendo, ſi Epiſcopus inſtituat.*
7 *Ex ſcientia ſingularium non infertur ad ſcientiam Capituli.*
8 *Conditiones appoſita in fundatione, ſi ſint cum decreto irritanti, non poſſunt tolli, nec alterari.*

RESOLVTIO XII.

ALTERA fuit non minor cõtrouerſia; Nunquid inſtitutio facta à D. Vicar. Pap. ad fauorem d. R. Ferrarij de d.Capella, fuerit nulla, ex quo ex forma fundationis ſpectabat inſtitutio ad Præpoſitum Eccleſiæ Plebis Cairi, & Capitulum, Et inclinabatur ad nullitatem, nam † forma fundationis attendẽda eſt,c. verùm.de cond.appoſ.Lamb.de iurep.lib.1.par.1.q.9.prin. art.1.nu.1. cum ſeq. Nec alienum eſt à iure, † vt 2
inferior poſſit habere ius inſtituendi, latè Lãb.de iurep.lib.2.par.3.q.1.prin. art. 10. Fel.in c.cũ venerabilis.nu.33. de except. Quod cõfirmabatur ex obſeruãtia ſubſecuta, nam d.Præpoſitus, & Capitulũ fuerunt hactenus in quaſi poſſeſſione inſtituendi præſentatos ad d.capellam, quç † quaſi poſſeſſio at- 3
tendenda eſt.c.cõſultationibus, & ibi Doct. de iurep. Nec in præſenti caſu intrat diſpoſitio S.Cõc.Trid.de refor. ſeſſ.14.c.12. in fi. Quia d.Capella fuit fũdata, & ius præſentãdi, & inſtituẽdi

reſerua-

reſeruatum longè ante d. S. Conci-
4 lium, quod loquitur † in futuris fundationibus, ponderando verbum illud futuri temporis, Reſeruetur, & facit. c.fin. de conſt. Nec ſimiliter obſtare
5 dicebatur, quod † in fundatione non poſſit apponi qualitas, ſeu conditio, per quam minuatur ius Epiſcopale, prout videtur minui, ſi reſeruetur inſtitutio inferiori. Quia reſolutum eſt in iure, poſſe apponi in ipſa fundatione conditionem, quod inſtitutio ſpectet inferiori, de conſenſu tamen epiſcopi. Abb. in c. cum dilectus notab. 4. de conſuetud. Roch. de iurep. in ver. pro eo quod de diœceſ. conſenſu. nu. 25. Lamb. d. lib. 1. p. 1. q. 9. prin. art. 1. num. 55. & 96. hic autem interuenit conſenſus, & approbatio Epiſcopi. Inſuper dum replicaretur, d. inſtitutionem factam à D. Vic. tenuiſſe, ex quo
6 † inferior, ad quem ſpectabat inſtitutio, non contradixit, iux. not. in cap. ſuper eo. de off. deleg. Lamb. dicto lib. 2. par. 3. q. 1. art. 9. nu. 6. cum ſeq. Fuit reſponſum, Primò, diſpoſitionē. d.c. ſuper eo. procedere data ſcientia, & patientia habentis inſtituere, quæ hic non datur, nam, cum inſtitutio ſpectet ad dictos Præpoſitum, & Capitulum, non vtì ſingulos, ſed vtì Ca-
7 pitulum, ex ſcientia ſingularium † non infertur ad ſcientiam Capituli, niſi, Capitulo prius legitimè congregato, illi fuerit data notitia, vt in ſpecię tradunt Dec. conſ. 437. nu. 2. cum ſeq. Fulgoſ. conſ. 219. circa fin. Crau. conſ. 643. num. 5. & faciunt dicta per Capic. deciſ. 4. num. 6. Concurrente præſertim breuitate temporis, quo fuit facta d. inſtitutio, Vnde non videtur poſſe allegari negligentia.

Secundò reſponſum fuit, eſſe animaduertendum, quod in caſu d. c. ſuper eo. concurrebat facultas inſtituēdi conceſſa à Papa iudici delegato, ſed D. Vic. non competebat ius inſtituēdi ad d. capellam, nec de iure, ob reſiſtentiam fundationis, nec de conſuetudine.

Dum poſtremò dicebatur, inſtitutionem valere, cum in fundatione nō adſit decretum irritans, iuxta tradita per glo. in clem. 1. de iurep. in verb. inhibentes.

Fuit reſponſum, Primò, in fundatione extare decretum irritans, cum in ea habeantur hæc verba, vz. Inſtitutio, & confirmatio ad Præpoſitum, & Canonicos eccleſiæ S. Mariæ Plebis Cairi pleno iure ſpectet, & pertineat, quibuſcumque contrarium facientibus & diſponentibus non obſtantibus, ſuper quibus omnibus ex certa ſcientia gratiosè diſpenſauit.

Secundò fuit reſponſum (omiſſis alijs reſponſionibus traditis per eandem gl. in d. clem. 1.) quod conditiones † appoſitæ in fundatione continent in ſe decretum irritans, & propterea illæ non poſſunt tolli de conſenſu Epiſcopi, vel patronorum, nec immutari. Roch. de Curte de iurep. d. ver. pro eo quod de Diœceſani cōſenſu. nu. 30. q. 14. Lamb. de iurep. lib. 3. q. 5. prin. art. 3. Caputaq. deciſ. 290. p. 2. Faciunt d. per Franc. Becc. conſ. 12. nu. 23. cum ſeq. & conſ. 62. nu. 43. 8

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio capta poſt prouiſionem Papæ cum derogatione Iuriſpatronatus, & cum decreto irritanti, eſt nulla.

Et quando ſpoliatus ſit reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor beneficij eſt citandus, ante-*

quam eiiciatur.

2 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus, Et num. 3. Et quando hoc ſit verum, nu.6.7.& 9.*

4 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſsionem. Et num.5.*

8 *Cauſa quando dicatur commiſſa ſuper poſſeſſorio,& petitorio ſimul.*

10 *Poſſeſſio inſtrumentalis,& momentanea an attendenda.*

11 *Poſſeſsio quando ſit ſequeſtranda.*

RESOLVTIO XIII.

IN eadem cauſa R. Auiani cum R. Ferrario potuiſſet excitari infraſcriptum Motiuum. Nempè; Poſſeſſio apprehenſa per d. Auianum videtur nulla, & attentata, ex quo d. Ferrarius erat iam in poſſeſſione pacifica capel-
1 læ controuerſæ auctore iudice, & † proinde, antequàm eiiceretur, veniebat omninò citandus, in pũcto Card. Zabar.conſ.75. Rot. Rom. in nou.de re iud.deciſ.4.num.1.in fin. Menoch. de recuperanda poſſeſſione. remed.1. num.111. Caualc.deciſ.6. num.16.par. 4. & plura cumulauimus in vna Canonicatus Lumelli. Et cum fuerit d.
2 Ferrarius ſpoliatus † venit ante ómnia reſtituendus, abſque eo, quòd vllum producat titulum. Rot. Rom.in nou. d.deciſ.4.& de reſt. ſpol.deciſ.2. & in nouiſ.deciſ.595. nu.8.par.1.Caſſad.de reſt.ſpol. deciſ.3. Nec prodeſſet d.Auiano dicere, quòd ipſe ignoraret poſſeſſionem d.Ferrarij, præſertim ſtante appellatione interpoſita ab inſtitutione D. Vicarij ad fauorem d. Ferrarij, & illius admiſſione. Et inſuper, quòd ipſe Auianus apprehenderit poſſeſſionem d. capellæ ſine contradictione, Rot. Rom. in nouiſſ.deciſ.51.par.3.lib.2. Tum quia † id eſſet 3 conſiderabile, quando poſſeſſio eſſet vacua, ſed ſecus ſi eſſet plena, vt hic, Rot. Roman.in d.deciſ.51. numero 2. cum ſeq. Tum quia id non excuſat hic, cum ſimus in ſeruitore d. Domini Vicarij, ſecundùm Rot. Roman.in nouiſſ. deciſion. ducenteſimaſexageſima, numero ſexto, cum ſeq.par.3.libro 3.

Pro reſolutione autem ſupradicti motiui dici poſſet. Primò, in literis Apoſtolicis d. Auiani eſſe inſertum decretum irritans, quod operatur, vt adipiſcens poſſeſſionem in vim tituli poſterioris nullam acquirat poſſeſſionem. c. ſi poſtquam. cap.ſi beneficia.de præb. in 6.c.1. de conceſſ.præben. in 6. Et † inficit titulum, & poſ- 4
ſeſſionem, prout expreſsè firmarunt Rip.de ca.poſſ.& prop.reſp.3. numero 4.Io.Bapt.Ferr.conſ.3.nu.3.& cõſ. 5.num.3.Bellam.deciſ.536. Put. deciſ. 50.nu. 6.deciſ.99.num.12.par.1.deciſ. 142.num.3.deciſ.183.num.2.par.2.Caputaq.deciſ 325.num.2.par.1. Achil.de Graſ.de præben.deciſ.4.num.2. Mohed.de reſtit.ſpol.deciſ.13. num.2. & de præben.deciſ.21. Creſcent. de præben.deciſ.7.& de priuil.deciſ.4.num. 7. Caſſad.de cau.poſſ. & propr.deciſ. 1.num.1. & de reſt.ſpol. dec.2. num.1. Rot.Ro.in antiq.de cau.poſſ. & prop. deciſ.10.& in nouiſſ.deciſ.24. numer. 5.deciſ.189.numero quarto,par.2. deciſ. 56. vbi declarat. & deciſ. centeſima vigeſimaſecunda, pagina tertia. libro ſecundo. Flam. Pariſ. de reſig. benef.libro ſecundo.quæſtion.16.numero decimo. Gabr.de clauſ.libro 6. concl.3 numero 50.Lancell.de attent. par.2.cap.10.numero 29. & par.3.cap. 24. numero ſeptuageſimoſecundo, cum ſeq. vbi limitat, quoad reuocationem attẽtatorũ.Menoch.de recup. poſſ.

poſſ.remed.9.nu.275. Et ſi obijceretur, decretum irritans tollere poſſeſſionem iuris non aũt facti, Rot. Rõ. in antiq.de cau.poſ.& prop. deciſ. 11.
5 Poſſet replicari, quod † tollat etiam poſſeſſionẽ facti, ſecundũ Pariſ. conſ. 12.nu.19.vol 4.vbi firmat, talẽ poſteriorẽ in titulo, etiã ſpoliatum, nõ eſſe reſtituẽdũ, ꝙ idẽ tenet Caſſad. de reſti.ſpol.dec.2.nu.1.cũ ſeq Rot Rõ.in antiq.de cau poſſ. & ꝓp. d.deciſ.11.& de reſti ſpol.dec.2.& deciſ.17.num 2.
Secũdò principaliter dici poſſet, ꝙ licet prędo ſit reſtituẽdus, ſi eſt ſpoliatus tamẽ id † nõ habet locũ in beneficialibus, ſecundũ Flã. Pariſ.de reſig. benef.lib.13.q.5.nu.95.cũ ſeq.& num. 166.niſi doceatur de titulo ſaltẽ colorato Grat.cõſ.152.nu.2. cũ ſeq..vol.2. Rot Rõ.in antiq.de præbẽ. deciſ 10. de ord.cognit.deciſ.1.num.2. de reſt. ſpol.deciſ.2.& deciſ.13.in nou.de reſt. ſpol.deciſ.16.nu.1.& de probat. deciſ. 7.nu.2.Lãcell.de attẽt. par.3.c.24 q 1. nu.9.& c.30.nu.70. cũ ſeq. Menoch in d.remed.1.nu 131.cum ſeq. Et ratio redditur per Doctores, nã melius eſt,
7 quod † quis remaneat in ſua vitioſa poſſeſſione, quã alter vitioſè ingrediatur eã & cũ peccato. Caſſad.de reſtit. ſpol deciſ.3.nu.4.cũ ſeq.Rot.Rom.in antiquior.de excep.deciſ.2.nu.3. & in nou.de reſt.ſpol.deciſ 2.nu. 1. & dec. 3 nu.4.Lãcell.de attẽt p.3 cap. 30.nu. 77.cũ ſeq.Theſau.fori eccl. par. 2. c. 20.nu 41 & poſſeſſio d. Ferrarij non dicitur habere titulũ, neq; coloratũ, ex quo inſtitutio, & collatio D. Vicarij fuit nulla, cũ ad ipsũ nõ ſpectaret inſtituere, ſed ad M.R.D. Prępoſitum Plebis Cairi, vt aliàs dictũ fuit in Reſol. xij. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1190.num.47.

Tertiò dici poſſet, quod Dominus delegatus deberet omninò pronũciare ſuper petitorio, Tũ quia d. Ferrarius nõ curauit opponere in actis de ſpolio, cũ cõtẽdat retinere poſſeſſionẽ, & perceperit fructus capellæ. Tũ quia † cauſa fuit cõmiſſa ſuper poſſeſſorio, & petitorio ſimul, põderando 8
verba illa cõmiſſionis, facias prout de iure fuerit faciẽdũ, Grat.cõſ. 10 .n.34. vol.1.Caſſad.de cau.poſſ. & prop. dec. 9.nu 12.cũ ſeq.& per totũ. & pars aduerſa non ſolùm paſſa eſt ꝓbari ſuper petitorio, ſed etiã ipſamet ꝓbauit. Facit etiã, quia dictus Ferrarius ſciuit, quòd d. Auianus obtinuerat Bullas, & petebat executionẽ illarũ, & tamẽ nõ curauit opponere c.quãuis. de re iud. Innoc.in cap. ꝓpoſuit. nu.5.de cõceſſ. præbẽ. Tũ quia † liquet ex actis no- 9
toriè de non iure d. Ferrarij, & bono iure d. Auiani. Felin.in ca. de cætero. de re iud.Bellã.dec.103.Peregr. deciſ. 173.lib.2.Achil.ſup reg.de triẽ.dec.6. in fr.Creſcẽt.de ꝓbat.deciſ. 20. nu.7. vbi ampliat.Put.deciſ.82. par. 1.Rot. Rõ.in nouiſſim. dec. 92.par.3. lib.1.& deciſ 9.par.3.lib.2.Rip.de offic.deleg. reſp.2.nu.1. Caſsã.cõſ.50. nu.2. & 26. Pariſ cõſ.1.nu.70.cõſ.10.nu.68. vol.1. conſ.12.nu.2.& conſ. 95.nu.27.vol.4. Menoch d.remed.1.num. 122.

Quartò poſſet dici, poſſeſſionẽ d. Auiani fuiſſe ſolùm inſtrumentalẽ, † & 10
ob id nõ attẽdẽdã eſſe, ꝓut aliàs dictũ fuit in vna Canonicatus Lumelli, & ſaltẽ momẽtaneã, vide Rot Rõ in nouiſſ.deciſ 96.par.3.lib.1. vbi reprobat hoc fundamentum momẽtaneitatis, & d. opinionẽ Rotæ ſequitur Lancel. de attẽt. lit pẽd.p.2.c 4.ampl.10.n 4.

Quintò, & vltimo poſſet dici, ꝙ in omni caſu † eſſet ſequeſtrãda poſſeſ- 11
ſio, iuxta dicta per Put. deciſ.372.par. 2.Caputaq. dec.151.par.3. Lãcell. in d. par.3.cap. 24. quęſt 1.nu. 58.& quæſt. 19.num.6.& cap.30.num. 60.

ARGVMENTVM.

Alienari quando, & quomodo poſſint bona Hoſpitalis.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale quando dicatur locus pius.*
2 *Hoſpitale non dicitur beneficium.*
3 *Quando hoſpitale non dicatur locus pius.*
4 *Hoſp tale, quando dicitur erectum auctoritate Epiſcopi, ex quibus cognoſcatur.*
5 *Hoſpitale in dubio præſumitur prophanum.*
6 *Hoſpitale an ſubiaceat Epiſcopo, & in quibus.*
7 *In alienatione rerum hoſpitalis an requiratur eadem ſolẽnitas, quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ. Et num. 8. & 9.*
10 *Exceptio nullitatis an ſit admittenda in poſſeſſorio. Et num. 12.*
11 *Nullitatem allegans quando audiatur, non reſtitutis acceptis.*

RESOLVTIO XIV.

IN vna alienationis bonorum hoſpitalis proiectorum, quod eſt ſub cura Confraternitatis B. Mariæ Virg. Maceratæ, fuit dubitatum. Primò, an d. hoſpitale ſub iaceret Reuerendiſſ. Epiſcopo d. Ciuitatis. Secundò, an alienatio prædij facta per Caprigliam adminiſtratorem d. hoſpitalis. N. fuerit valida.

Tertiò, an exceptio nullitatis foret admittenda contra D. P. agentem remedio Saluiani interdicti.

In primò dubio, pro illius clariori reſolutione præmittendas duxi plures concluſiones, quæ plurimùm inſeruire poterunt in contingentia facti.

Prima eſt concluſio, † quod quãdo Hoſpitale eſt erectum auctoritate Epiſcopi dicitur locus pius, venit appellatione eccleſiæ, & gaudet ipſius eccleſiæ priuilegijs, c. ad hoc de relig. dom. c. 2. de for. comp. Felin. in c. de quarta, nu. 3. & 14. de pręſcript. Lamb. de iurep. lib. 1. par. 1. q. 11. prin. art. 11. nu. 2. cum ſeq. Pariſ. conſ. 36. nu. 15. & 17. conſ. 44. num. 5. vol. 4. Gabr. de pia cau. concl. 2. num. 1. & 4. Fuſch. de viſit. lib. 2. c. 13. num. 10. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 869. num. 9. cum ſeq. 1

Secunda eſt concluſio, † quod tale hoſpitale erectum auctoritate Epiſcopi non dicitur beneficium. Mohed. de cau. poſſ. & prop. deciſ. 18. Creſcent. de priuil. deciſ. 1. Put. deciſ. 261. p. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 725. nu. 7. deciſ. 739. nu. 9. par. 1. deciſ. 114. par. 2. vbi decl. Nau. de relig. dom. conſ. 1. lib. 3. Pariſ. conſ. 36. nu. 17. & conſ. 44. nu. 5 vol. 4. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 11. q. 3. num. 43. & 76. Quod verum eſt, etiamſi daretur in titulum, Felin. in c. ad audientiam. el. 2. nu. 1. de reſcrip. & in c. de quarta, nu. 15. de præſcrip. vbi declarat, quid in materia fauorabili. Et vide Gonzeſ. ſuper reg. de trien. poſſ. q. 7. num. 3. 2

Tertia eſt concluſio, † quod Hoſpitale non fundatum auctoritate Epiſcopi non dicitur locus pius, ſed prophanus, nec vllo gaudet priuilegio eccleſiæ, gl. in clem. quia contingit de relig. dom. Doct. in c. 2. de fo. cõp. Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccl. Rom. conſ. 477. nu. 3. Lãb. 3

in d.

in d.art.11. n.4. Felin.in d.c.de quarta,nu.1.& 5.Gabr. in d.concl.2. nu.9. Pariſ.conſ.36.nu.15.vol.4. Redoan.de reb.eccl.non alien in rub.Sed quid de bonis hoſpitalium, nu.1. cum ſeq.fol. 173. & in rub. An in materia alia.nu. 7.fol.231 verſ. videtur etiam.num. 1. cum ſeq.fol.2312.

Quarta eſt cõcluſio,ex pluribus cognoſci, quando hoſpitale fuit erectũ
4 auctoritate Epiſcopi, † & Primò, ſi fuit ædificatũ in forma eccleſiæ, ſi in eo fuerit erectum Campanile cũ cãpana, ibíque celebrentur diuina.Archid. in c. nemo. de conſecr. diſtin.1. Rom.d.conſ.477.num.13 Maſcard.de prob.d.concl.869.nu.2 cum ſeq.Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.725. nu.3 par.1 Felin.in cap. de quarta. nu.13.de præſcript.Menoch. de præſumpt.libro 3. præſ.132.num.50.

Secundò, ſi Epiſcopus confirmaret miniſtrum,ſeu deputaret. Lamb.in d. art.11.nu.2 & 6.Felin.in d.c.de quarta,num.5.& 13.Rom.in d.conſ.477.n. 8.Gabr.in d.concl.2.nu.1. Rot.Rom. in d.deciſ.725.nu.1.2. & 5. Tertiò,ſi haberet nomen ſancti ſibi appropriati.Felin. in d.c.de quarta.nu.13. verſ. & ſigna cognoſcendi.Quartò,ſi in eo fuerit ſeruata hoſpitalitas per tempus antiquiſſimum.Gabr.in d.concl.2.nu. 6 Quintò, ſi in eo eſſent ſepulturæ, vel cæmiterium.gloſſ.in d.clem.quia contingit.Rom.in d.conſ.477.nu.11. Sextò.ſi in eo baptizaretur. Rom. in d.conſ.477.nu.12.Septimò.ſi reciperet decimas.Rom.in d.conſ.477.numero 12. Octauo.ſi non ſolueret collectas. Rom.d.conſilio 477. numero nono.

Quinta eſt concluſio,quòd,non exi-
5 ſtentibus dictis ſignis, hoſpitale † in dubio præſumitur eſſe prophanum, quamuis in eo pium opus exerceretur.Rom. in d.conſ.477.num.13.in fi. Præſertim,ſi regeretur per laicas perſonas.ſecundum Rom.in d.conſ 477. nu.8.& 10.licet hæc ratio non videatur tuta,ſecundùm Rot. Rom.in dicta deciſ. 275. numero 6. deciſ.106.& deciſ.122.par.2. Gabr. conſ.197.num. 1.vol.2. nam laici ſunt capaces hoſpitalis religioſi, cum in eo requiratur ſollicitudo rei familiaris. Verũ quidem eſt,quod an eſſet eccleſiaſticum, vel prophanum, deberet cognoſcere iudex eccleſiaſticus. Caualc. deciſ.17. num.70.par.2.

His ſic præmiſſis, quantum ad primum dubium viſum fuit pro veriori reſolutione vti tali diſtinctione, Nẽ- 6
pe, Aut hoſpitale eſt fundatum auctoritate Epiſcopi, & tunc indubitatum eſt, id ſubiacere iudici eccleſiaſtico. clem. 2. de iud. clem. quia contingit.de relig. dom. l.orphanotrophos C.de epiſc.&cler §.œconomos. authen.de ſanctiſſ.epiſc. Caualc.dicta deciſ.17.num.63 Nec omiſſio ſolemnitatum mutaret naturam. Rot. Roman.in nouiſſim.deciſ.302.par.2.Couarruu.in cap.alma par.2.§.4 num.2. Gabr.conſ.195. nu.10. vol.2. Flamin. Pariſ.de relig.benef lib.8.q.6. Rom. d.conſ.477. nu.10. vbi abſolutiſſimũ eſſe firmat,quoad negotia ſpiritualia, & eccleſiaſtica.

Ampliatur, vt ſubiaceat iudici eccleſiaſtico, etiam quoad bona ipſius hoſpitalis,& alia negotia emergentia eiuſdem,illa etenim cenſentur vti,eccleſiaſtica, ſecundùm Maſcard. in d. concl.869. num.11. Caualc.in d.deciſ. 17.num.69.

An autem bona hoſpitalariorum, & eorum perſonæ gaudeant fori priuilegio,vide Caualc.d.deciſ.17. num. 69.Fuſch.de viſit.lib.2.cap.13.numero 18. Pet.Craſ.in c.cum ad ſedem.num.

27.de reſt. ſpol.

Si verò hoſpitale non eſſet erectũ auctoritate Epiſcopi, ſed eſſet merè prophanum, tunc videtur concludendum non ſubiacere iudici eccleſiaſtico, ſecundùm Rom. in d. conſ. 477. per totum & ſupra dictum eſt, num.3. Præterquàm in duobus caſibus, nempè primo quoad viſitationem, nam Epiſcopus poteſt illud viſitare. Caualc. in d. deciſ. 17. num. 69. & deciſ. 28. nu. 45. par. 1. Fla. Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. quęſt. 3. num. 54. Maſcard. in d. concl. 869. nu. 30. cum ſeq. & decl. num. 34. Fuſch. in d. cap. 13. num. 21. cũ ſeq. & num. 23. vbi lim. in hoſpitale immediatè exiſtente ſub protectione Regis, vel Principis habentis iura imperij. Fed. de Sen. conſ. 111. & conſ. 130. Cald. conſ. 1. de relig. dom. Gabr. conſ. 195. num. 13. vol. 2. Quod hodie eſt indubitatum, ſtante diſpoſitione ſacri Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 7. ca. fin. & ſeſſ. 22. cap. 8. & licet Thob. Nõ. conſ. 61. num. 2. cum ſequ. teneat contrarium, quando viuens eſt fundator, vel collegium fundauit illud, Tamen eius opinio vera non eſt, tam ponderando verbum, quæcunque quàm dictam limitationem, de hoſpitali ſubiecto immediatè Regi, appoſitam in d. c. 8.

Et ex prædictis tollitur etiam id, ꝙ tenuit Pariſ. in conſ. 34. nu. 33. cum ſeq. vol. 4.

Secundò ſubiacet iudici eccleſiaſtico quoad reddendas rationes adminiſtrationis. Doct. in c. ſi hæredes. de teſtam. Caualc. in d. deciſ. 28. num. 45. Cuch. inſt. ma. lib. 4. de viſitat. tit. 8. nu. 52. Flam. Pariſ. d. q. 3. nu. 53. Gabr. conſ. 197. nu. 15. vol. 2. Fuſch. d. c. 13. nu. 28. & hodie eſt expreſsè deciſum per S. Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 22. cap. 9. & in d. ſeſſ. 25. c. 8.

In ſecundò dubio inclinabatur, vt dicta alienatio ſubiaceret nullitati, nam cum d. Hoſpitale ✝ eſſet erectũ 7
auctoritate Epiſcopi, eique ſubiectũ eſſet in alienatione rerum ipſius requirebatur eadem ſolemnitas, & cauſa, quæ requiritur in alienatione rerum eccl. Felin. in d. c. de quarta. nũ. 5. Gabr. in d. concl. 2. nu 9. Abb. conſ. 104. vol. 1. Pariſ. conſ. 36. num. 14. vol. 4 Put. deciſ. 519 par. 2. Maſcard. de prob. in d. concl. 869. nu. 11. Redo. in d. rubr. ſed quid de bonis hoſpitaliũ. nu. 9. & 13. cum ſeq. in rub. de auct. præl. nu. 27. cum ſeq. fol. 203. in d. autem alienatione nulla interuenit ſolemnitas. Quod hodie indubitatum eſſe dicitur, cum in bullis Apoſtolicis ſuper alienatione rerum eccleſ. ſpecificentur etiam loca pia, hoſpitale autem quamuis prophanum dicitur locus pius, Menoch. de præſ. lib. 4. pręſ. 115. nu. 3. & aliàs dictum eſt. Et dum obijceretur, d. alienationem ✝ fuiſſe 8
factam ex cauſa neceſſaria, nempè pro exſoluendo ære alieno ipſius teſtatoris, qui mandauit erigi d. hoſpitale, & propterea non erat neceſſaria d. ſolemnitas. Redo. de reb. eccl. non aliẽ. fol. mihi 112. nu. 2. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. nu. 188. Benintend. deciſ. 48. nu. 15. idémque corroboraretur; ex eo, quod d. teſtator expreſsè mandauerit in teſtimonio, vt eius bona venderentur, pro ſolutione debitorum & legatorum, nam, tunc cum dicatur vendere ipſemet teſtator, ✝ 9
non requiritur alia ſolemnitas, ſecũdũ Tiraq. in d. glo. 8. nu. 194. Menoch. de arb. iud. caſ. 171. nu. 67. cent. 2. Oſaſch. deciſ. 21. nu. 2. Crau. conſ. 5. nu. 1. Surd. d. conſ. 30. nu. 4. & conſ. 49. nu. 1. Fuit replicatum, in alienatione rerum eccleſię non ſatis eſſe concurſum cauſæ, ſed etiam requiri concurſum ſolemni-

ſolemnitatum Abb.in c.nulli. nu. 7. de reb eccl.non alien. Surd. conſ.301. nu.25.Gram.deciſ. 79. nu. 13. Capic. deciſ.105.num.1.& facit extrau.ambitioſæ.de reb.eccl. non alien. prout aliàs dictum fuit ſupra in Reſol.v.

In vltimo dubio,pro negatiua opin.
10 adducebatur.Primò, † quod exceptio nullitatis reſpiciat petitorium,vt aliàs dictum fuit,In remedio autem adipiſcendæ,prout eſt d. Saluianum interdictum, non admittitur exceptio reſpiciens petitorium. latè Menoch. de adip.poſſ. remed.4. num.747.& remed.6.nu.46. Secundò, quia nullita-
11 tem † allegans non auditur,niſi reſtitutis prius acceptis. Affl.deciſ.220.nu. 4.Crau.conſ.83.nu.1.Cæph.conſ 207. in prin.R[illegible]conſ.59.nu.7.vol.1. Surd. conſ.34.nu.24. Cauałc. de tut. & cur. nu.150.Rot.Rom.in nou. deciſ. 111.p. 1. Placuit tamen opinio affirmatiua, ex quo de nullitate alienationis conſtabat notoriè ex actis, quinimò illa conſpiciebatur apertè ex lectura in-
12 ſtrumenti ipſiuſmet alienationis,† & propterea d. exceptio veniebat in d. remedio admittenda, ſecundum Menoch.in d.remed.4.nu. 605. & 751.& d.remed.6.nu.48.& Cōtard. in l.1.C. ſi de mom.poſſ.lim.7.nu.38.& lim.12. nu. 5. Et fundamentum reſtitutionis acceptorum dicebatur non obeſſe. Tum quia non conſtitit, pecuniam acceptam fuiſſe verſam in vtilitatem d.hoſpitalis,auth.hoc ius.C.de ſacroſ. eccl.§.ſi vero auth.de alien. & emph. Maſcard.de prob. vol. 2. concl. 1160. nu. 3. Tum quia nullitas prætendebatur ipſo iure,vt in d.extrau. ambitioſæ,& alijs conſtitutionis Apoſtolicis. Tum quia agentes d.hoſpitalis veniebant excipiendo, non autem agendo, vulgatis iuribus, & doctrinis.

ARGVMENTVM.

Clericus in prima inſtantia eſt conueniendus coram eius Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum Rei.*
2 *Iuri communi non dicitur in dubio derogatum.*
3 *Clerici in prima inſtantia ſunt conueniendi coram ſuo Epiſcopo,etiã ſi ſint Curiales, ratione tamen beneficiorum, quæ poſſident.*
4 *Priuilegij verba non debent eſſe fruſtratoria.*
5 *Conſeruator in quibus ſe poßit intromittere.*
6 *Quando incurrat ſuſpenſionem.*
7 *Arbitri ſunt eligendi in caſu controuerſiæ inter Epiſcopum, & Conſeruatorem.*

RESOLVTIO XV.

CVM quidam N. Conſeruator quorundam Regularium Ciuitatis Papiæ degens in Ciuitate Mediolani præsūpſiſſet trāſmittere præceptum.C.Sacerdoti Terræ Baſſignanæ Diœceſis Papienſis ſuper ſolutione librarum 300. præēſarum à dictis Regularibus.

Fuit dictum per doctos viros, dicto præcepto non eſſe parendum. Primò, quia dicti Regulares, † vti actores, 1 præſertim in prima inſtantia, & cum ageretur de cauſa ciuili, tenebantur ſequi forum rei, & ſic obtinere præceptum ab Epiſcopo Papienſi, ſeu eius Vicario. l.2. C. de iuriſdict.

omn.iud.c.ſi clericus.& c. cum ſit. de foro comp.& vtrobique glo.& Doct. omnes Soc. ſen. reg. 15. & magis in ſpecie firmat Fuſch. de viſitat. lib. 2. cap.23.num. 3. cum ſeq. quem refert, & ſequiturSbroz. de off. Vic. lib.2.q. 27.num.3.

Quod comprobabatur,quandoquidem aliàs iuriſdictio Epiſcopi euaneſceret ob copiam Regularium diuerſarum Religionum, & ſucceſſiue Conſeruatorum earundem, idem Fuſch.in d.cap.23. num.5.

Secundò, nam hoc expreſsè videtur decidi per Sac.Conc.Trid.de reform. ſeſſ.14. cap.5.verſ.in ciuilibus. Et quãuis in finalibus verbis d.cap.fiat quædam reſtrictio; nihilominus dicitur,
2 per dictam reſtrictionem † non fuiſſe derogatum iuri communi. l. 2. C. de noxal. action.c. cum dilectus, de conſuetud.Surd.deciſ.39.num. 11.

Tertiò, videtur poſſe adduci idem Sac. Conc. Trid.de reform. ſeſſ. 24
3 cap.20.quo cauetur, clericos,† in prima inſtantia eſſe conueniendos coram ſuo Epiſcopo, niſi aliter per Cõmiſſionem manu Papæ ſignatam demandetur; Licet ex cauſa à iure comprobata id interdum Signatura Iuſtitiæ faciat Marcheſan.De commiſ.par. 1.commiſſ.6.cap.1. num. 52. & in d.c. 20. tollitur facultas etiam legatis de latere,in puncto vide Nauar. conſ. 1. num.2.cum ſeq.lib.1. de off. deleg.

Quinimò etiam beneficiati reſidẽtes in Curia,poſſunt hodie conueniri in prima inſtantia coram Ordinario ratione ſuorum beneficiorum, non obſtante Conſtitutione Eugeniana, de qua in cap.Diuina de priuil. in extrauag. commun. iuxta diſpoſita per Sac.Concil.Trid.de reform. ead. ſeſſ. 24.cap.11.in fine,quod præſertim verum eſt ratione Curæ, à qua Curatus abſit, non obſtante quouis priuilegio &c.vt decreuit idem Sacr. Cõc. Trid. de reform. ſeſſ.23. cap.1.circa finem.

Accedit hic priuilegium conceſſum S. Eccleſiæ Papienſi per Paſchalem Papam de anno 1105 quo diſponitur, clericos Papienſes non poſſe conueniri,niſi coram ſuo Epiſcopo, quod interpretandum eſt,vt † aliquid operetur vltra ius commune, ne videatur 4
fruſtratorium,Soc.iun.in l. prima nu. 55.ff.de verb.oblig.Crau.conſ.175.nu. 3.Surd.deciſ.36.num. 20.

Quartò,etenim dicti Regulares debuerant indicaſſe Conſeruatorem per ipſos electum D.Epiſcopo, aliàs ipſe Epiſcopus dicitur iudex omninò cõpetens ipſorum Regularium, ſecundùm Theſau. fori eccleſ. par. 2. cap. 18.num.104. & cap. 39. num. 57. vbi refert ita cenſuiſſe Sac.Congregationem, quod expreſsè dicit etiam Io. Bapt.Confet. in collect. priuil. mendic.par.2.de temp.dur.conſer. cap. 9. fol.73.ſub his verbis,nempe, Regulares omnes in Ciuitatibus Italiæ hic exiſtentes ſibi Conſeruatores eligant, coram quibus conueniantur,& ſemel electos, non niſi in capitulis Prouincialibus mutent, eorumdémque nomina intra menſem à die electionis Epiſcopis indicent, alioquin coram ipſis conueniri poſſint.

Quintò, nam in omni caſu dictis Conſeruatoribus dicitur conceſſa facultas in certis caſibus tantùm, nempè,† dum agitur de manifeſtis iniu- 5
rijs,& moleſtijs.cap.1.& c. fin.de off. deleg.in 6. Fuſch. de viſit.lib.2. cap. 23.nu.2. & 5. Mandoſ. de ſig. grat. in rub.de Conſeruatoria.verſ. Conſeruatores dantur. S.Anton. in ſumma. par.3.tit.9.c.4.in prin. & vide d. Sac. Concil.Trid.d.ſeſſ.14. cap.5 Nauar. d.conſ.1.num.3. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ.

deciſ.171. par.3. lib.2. & Theſau. fori eccl.par.2. cap.39. num.57. & cap. 18. num. 104. in quibus locis dicit vlterius, quod † Conſeruator ſcienter ſe
6 intromittens in aliis non manifeſtis abſque ſedis Apoſtolicæ ſpeciali commiſſione, ſit per annum ab officio ſuſpenſus.per tex.in c.hac conſtitutione §.vt autem. de off.deleg. in 6.Nauar. in Manu. cap.27.num.157. Quod teneas, niſi aliter ex priuilegiis diſponatur.

Facit vulgatum illud iuris axioma, quòd priuilegia vti ſtricti iuris ſint ſtrictè intelligenda, & ad literam c.1. de fil.presbyt. c. hoc tamen 22. q.2.c. tua de decim. Franc. Becc. conſil. 32. num.10.

Sextò, quia dicti Regulares debent habere Conſeruatorem electum in Ciuitate Papiæ, prout in præteritum ſemper habuerunt pro maiori,& faciliori expeditione cauſarum, minori partium diſpendio, & bono pacis. Et tunc dictus Conſeruator non poſſet erigere Tribunal ſecundùm d. Sac. Conc.Trid.ſeſſ.14.& c.5.& decretum Viſitatoris Apoſtolici Diœceſis Papienſis æditum de anno 1577.ſub rub. de iud.quod quidem decretum fuit,& modò eſt in viridi obſeruantia. vide Fuſch.in d.c.23.num.7. S.Anton.in d. cap.4.in princ.& Abb.in cap. ſi clericus.nu.9.de foro compet.

Præfatum præceptum non fuit præſentatum dicto Sacerdoti, & proinde ceſſauit omnis contentio,ſed TuConſeruator eris in contingentia facti cautus,& in tranſmittendis præceptis, cum vt plurimùm ſoleant exoriri maxima ſcandala.Et in caſu contentionis
7 cum Epiſcopo, vel petas † eligi arbitros, iuxta diſpoſita per d. Sac. Conc. Trid.d.ſeſſ.14.cap.5.dicit Fuſch.in d. cap.23.num.9. Et ita vidi fuiſſe per S. Congregationem reſcriptum in vna R.Franciſci de Villanterio.

Vel facias reuerſum ad D. ſuperiores in Vrbe, ſecundùm Mandoſ. de ſign. grat. in rubr. de conſeruatoria. verſ. Conſeruatores dantur.

ARGVMENTVM.

Conſideratur materia Conſeruatorum Religionum.

SVMMARIVM.

1 *In præceptorialibus literis delegati debet inſeri tenor auctoritatis.*
2 *Iuriſdictio delegata dicitur odioſa.*
3 *Delegatus tenetur dare copiam ſuæ auctoritatis.*
4 *Conſeruator dicitur iudex delegatus.*
5 *Conſeruator an poſſit deputare ſubconſeruatorem.*
6 *Conſeruator non poteſt procedere extra Diœceſim.*
7 *Conſeruator eſt ſuſpenſus excedens terminos.*

RESOLVTIO XVI.

CVm fuiſſet detentus Preſbyter Franciſcus Bergamaſchus oriũdus loci Villanterij Diœceſis Papienſis,vti proceſſatus de grauibus criminibus, in Carceribus Epiſcopalibus Papiæ, R. Præpoſitus Sancti Ioannis Donnarum Conſeruator Religionis Hieroſolymitanæ in dicta Diœceſi petiit ſibi remitti, & conſignari dictum Franciſcum ſumpto prætextu, quòd eſſet ſuus ſubditus, cùm eſſet curator eccleſiæ Parochialis ſanctæ Mariæ de Burghetto Commendæ dictæ Religionis, & dum diſputaretur

ſuper dicta remiſſione, D. Alexander Moneta Canonicus eccleſiæ Archiepiſcopalis Mediolani, vti aſſertus ſubconſeruator eiuſdẽ Religionis, tranſmiſit præceptum Reuerendiſs. D. Epiſcopo Papienſi, & eius D. Vicario Generali, quòd ſub certis pœnis relaxaret dictum Franciſcum. Quo præcepto viſo per d. D. Præpoſitum S. Ioannis Donnarum, pro conſeruatione ſuæ auctoritatis tranſmiſit præceptum d. D. Monetæ, vt illud reuocaret, & de reuocatione fidem faceret in actis ſub certis pœnis.

Super hac facti ſpecie. Dubitabatur de tribus principaliter. Et primò an dictum præceptum D. Monetæ eſſet attendendum.

Secundò num d. Præpoſitus potuerit tranſmittere dictum præceptum d.D.Monetæ.

Tertiò, an d.D.Epiſcopus Papienſis foret iudex competens dicti Franciſci.

In primò dubio dicebatur, dictum præceptum nullatenus fore attendendum, nec eidem parendum. Primò,
1 quia in dicto pręcepto, ſeu literis † debuerat inſeri copia facultatis, & deputationis, tàm ipſius Conſeruatoris, quàm Subconſeruatoris aſſerti. c. cùm in iure de off. deleg. Fuſch. de viſit. libro 2. c.23. num.3. Doct. in cap. præterea de dilat. Afflict. deciſ. 297. num. 3. Bart. in auth. qui ſemel C. quomodo, & quando iud. & in l.2. ff. ſi quis in ius voc. nõ ier. Bal. in auth. offeratur. C. de lit. non conteſt. col. 5. & ità ego pluries vidi ſeruari in practica. Pariſ. conſ. 120. num. 5. vol. 4. Rot. Rom. in nou. deciſ. 355. vbi tenet id indiſtinctè verum, ſi citatio fiat per literas. Et ratio eſt, nam non pręſumitur pro iu-
2 riſdictione delegata, † cum ſit odioſa, gloſ. & Doct. in d. c. cum in iure Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 164. par. 3. lib. 3. num. 4. Franc. Becc. conſil. 21. num. 15. & 36. Menoch. de pręſumpt. lib. 2. pręſ. 16. num. 13. Quinimò addebatur, per Conſeruatorem eſſe dandam copiam dictę ſuæ auctoritatis. gloſ. in c. porrò. de priuil. Felin. in d. c. cum in iure col. 6.

Et indubitatum eſt, † Conſeruato- 4
rem non eſſe iudicem ordinarium, ſed delegatum Papæ, cum de eo tractetur in cap. 1. & c. fin. de off. deleg. in 6. prout firmat in terminis Nauar. de off. iudic. deleg. conſil. 5. num. 1. cum ſeq. vbi decl. vide gloſ. in d. c. 1. in ver. Conſeruatores. Fuſch. in d. cap. 23. num. 8. S. Ant. in ſum. par. 3. tit. 9. cap. 4. §. 2. & Mand. de ſig. grat. in rub. De Conſeruatoria. verſicul. Conſeruatores.

Secundò, nam † Conſeruator non 5
poteſt ſubconſeruatorem deputare, cum expreſsè ſit cautum in iure, ipſum non poſſe alteri vices ſuas committere, pręſertim in totum, vt in c. fin. de off. deleg. in 6. & ibi gloſ. in ver. nulli, quæ dicit, in hoc differre Conſeruatorem à delegato Principis. Fuſch. in d. c. 23. num. 8. S. Anton. in d. c. 4. §. 2.

Quod confirmatur, ponderando verba illa videlicet, niſi hoc eis competierit ex beneficio literarum, nam exceptio firmat regulam in non exceptis Gozad. conſi 26. num. 18. Soc. ſen. conſil. 25. num. 27. vol. 1.

Et quamuis Archidiac. in d. c. fin. num. 3. dixerit. d. c. fin. non loqui de Conſeruatoribus deputatis ad Conſeruationem priuilegiorum conceſſorum alicui Eccleſię, ſed de Deputatis ad defendendum à manifeſtis iniuriis, & violentiis. Tamen contrarium putaui verius, Tum ex identitate rationis, Tum quia conſeruatio priuilegiorum

giorum reſpicit tuitionem à dictis manifeſtis iniuriis,& violentiis,Tum quia in d.c.fin. adeſt verbũ, quorumcumque.quod cõmpræhendit omnes, qui aliàs de iure non venirent, prout aliàs dictum fuit Gabr.de verb.ſignif. concl.4.num.10.lib.6. Turret.conſil. 48.num.21. vol.1. Franc.Becc. conſil. 74.num.9 Demùm,quia videtur electa induſtria perſonæ in deputatione dicti Conſeruatoris, prout colligitur ex illis verbis,cõfiſi de tua, & c.quod præſertim verum eſſe in arduis, & grauibus, vt hic, voluerunt Doct. in l.1 ff.de offic.eius Menoch.de arb.iudic.lib.1.q 68. num 15. vnde non potuit fieri dicta ſubdelegatio. c.fin. & ibi Doct.de off.deleg.Capic.deciſ.151. num. 6. Menoch.de arb.iud. lib.1. q. 54.num.7.cum ſeq.

Tertiò, etenim omni in caſu d.
6 Moneta † ſubconſeruator non poterat procedere contra quoſcumque extra Ciuitatem,& Diæceſim,in quibus fuerat deputatus, d. c. fin. verſ. Conſeruatores autem. & ibi Doct. quod intantum verum eſt, vt nec de conſenſu partium id facere potuiſſet. Anan. & Gemin. in c.ſtatutum §.in nullo de reſcript.in 6. Felin.in c.olim num.8.de except.

Facultas autem ipſius,ſi erat data in Ducatu Mediolani, non extenditur ad Principatum Papiæ, qui vt notorium eſt, non includitur ſub Ducatu Mediolani. Rip.in l.ex facto. §.ex facto.num.14.ff.ad Trebel.Menoch.de præſumpt.lib.5. præſ.45. num.14. Si vero eſſet data in Diœceſi Mediolani, prout præſumitur data in dubio, cum deputatio in genere ſit reſtringenda ad locum perſonæ deputatæ, quæ ibidem nominatur eſſe de Diœceſi Mediolani,& Canonicum Eccleſiæ Archiepiſcopalis, aliàs deputatio eſſet nulla, ſi vbique extenderetur. d. c. fin. & diſpoſitio quomodocumque generalis recipit reſtrictionem de re habili. l. vt gradatim. ff. de mun. & hon. Neque extenditur ad Diœceſim Papiæ, cum Eccleſia Papienſis ſit immediatè ſubiecta Papæ, potiatúrque tot notoriis priuilegiis, puta, vſu Palij, delatione Crucis, ac pluribus aliis.

Et propterea dici forſan poſſet,Sub conſeruatorem † non eſſe tutum à pœna ſuſpenſionis per annum, & ſic ab irregularitate, ſi celebrauit, nec non partem procurantem dictum præceptum incurriſſe excommunicationem,de qua in d.c.fi. 7

Quartò, quandoquidem ſuper remiſſione dicti carcerati iam præuenerat dictus Præpoſitus S.Ioannis Dõnarum Conſeruator, & de qua præuentione fuerat certioratus d. Moneta:Vnde,& Iuſtitiæ,& honeſti conſonum erat,vt ipſe Moneta abſtinuiſſet à dicto præcepto, prout latius dicetur in reſolutione ſecundi dubij.

Quintò,nam non ſolum erat manifeſtum, ſiue notorium, quò priuilegiis dictæ Religionis ob dictam carcerationem non præiudicaretur, & inferretur iniuria, ſed potius erat notorium, & indubitatum, Reuerendiſſimum Epiſcopum Papienſem eſſe Iudicem competentem, ſaltem vti delegatum ſedis Apoſtolicæ, vigore Sacroſ. Concil. Trid. & Conſtitutionum Apoſtolicarum, prout diffusè dicetur in tertiò dubio.

Sextò, quandoquidem per Reuerendiſſimum D.Angelum Epiſcopum Cæſarieñ. Viſitatorem Apoſtolicum in Ciuitate, & Diœceſi Papienſi, fuit ordinatum in ſuis decretis generali-

bus. in rub. de iudic. for. quòd Eccleſiaſtici iudices etiam virtute conſeruatoriarum literarum delegati de cætero audiant, & decidant cauſas omnes in foro, & Curia Reuerendiſs. D. Epiſcopi Papiæ, & in ea forum eligant, ſuúmque Tribunal conſtituant. ſub pœna nullitatis &c.

ARGVMENTVM.

Sequitur materia Conſeruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba priuilegij ſunt attendenda.*
2 *Iuriſdictio an expiret morte.*
3 *Iudex habens parem iuriſdictionem poteſt inhibere Iudici pari, præſertim ſi præuenit, & num. 4.*
5 *Conſeruator poteſt procedere contra impedientem ſuam iuriſdictionem.*

RESOLVTIO XVII.

IN ſecundò dubio dictum fuit, illud eſſe reſoluendū affirmatiuè, ex quo d. Præpoſitus fuit deputatus Cōſeruator ab Illuſtri Aliata Commendatore d. S. Mariæ, & pluribus aliis Commendatoribus, & Equitibus dictæ Religionis vigore priuilegiorum conceſſorum per Pium Papam V. ſub anno 1568. die 29. Nouembris, quorum ✝ verba ſunt attendenda. c. porrò. c. recepimus. de priuil. Fran. Becc. conſ. 32. nu 3. Et in d. Bulla Pij Quarti habentur hæc verba, videlicet, Ac quòd quæcumque perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, & vbilibet conſtitutę per eoſdem Baiulos, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum ſingulos pro tempore eligendos ſub excōmunicationis latæ ſententiæ pœna, ipſos aduerſus inferentes eis iniurias, ſeù grauamina, vel dāmna in perſonis rebus, & bonis manutenere, conſeruare, & quamcunque iuriſdictionem exercere, nec nōn ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas contra rebelles, ac inobedientes cum effectu promulgare. Nec non omnibus facultatibus, & conceſſionibus quibuſuis Cōſeruatoribus eis per quaſcumque literas Apoſtolicas eatenus deputatis quomodolibet conceſſis vti, potiri, & gaudere debeant in omnibus, & per omnia, ac ſi per eaſdem literas Conſeruatores, & Iudices deputati fuiſſent.

Et in eadem Bulla leguntur hæc alia verba. Qui Conſeruatores, quamdiu exercuerint dictum officium, à nemine, quominus illud exerceant, ſub aliquo prętextu impediri, vel moleſtari poſſint.

Confirmabatur, nam d. Præpoſitus aſſerebatur iam eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi cognoſcendi vti Conſeruator de cauſis ciuilibus motis contra dictum Presbyterum Franciſcum, vigore dictæ deputationis, & ſic dicitur ✝ eius iuriſdictio perpetuata, etiam ſi dicti Commendatores, & Equites obiiſſent c. relatum. & cap. gratum de off deleg. & vtrobique glo. & doct. faciunt dictā per S. Anton. in Sum. par. 3. tit. 9 cap. 4. §. 2 in fin. 2

Nec ſupradictæ reſolutioni obeſſet dicere, quòd Conſeruatores electi cenſeantur cumulatiuè, non autem priuatiuè inter ſe, præſertim in concernentibus conſeruationem priuilegiorum, Vnde non videtur poſſe vnum alteri inhibere. Menoch de præſ. lib. 2. præſum. 18. per tot. & præſertim num. 26, & 34,

Primò,

Primò, quia imò de iure communi † habens parem iuriſdictionem poteſt inhibere alteri iudici pari, cum vnicuique cenſeatur commiſſa iuriſdictio inſolidum. Caualc. deciſ. 4. nu. 42. par. 2. Lancell. de attent. par. 2. ca. 20. in præfat. nu. 98. fol. 400.

Secundò, nam dictus Præpoſitus
4 præuenit in petendo † iudicialiter ſibi remitti dictum carceratum, vnde omnino potuiſſe inhibere firmarunt Caualc. in d. deciſ. 4. num. 37. cum ſequen. & num. 42. Lancell. d. cap. 20. in præfat. num. 100. Bero. conſ. 117. num. 4. lib. 3. faciúntque dicta per Farinac. q. 7. nume. 52. cum ſeq. cum, ſtante dicta præuentione, dictus Moneta non potuerit ſe intromittere, vt eſt text. aureus in c. cum plures, & ibi gloſ. & Doctor. de off. delegat. in 6. & voluit Menoch. dict. præſum. pt. 16. numero octauo.

Non eſt autem ambigendum, præfatos Conſeruatores habere parem Iuriſdictionem: prout colligitur ex verbis dictæ Bullæ: & quamuis dictus Moneta haberet forſan generalem iuriſdictionem, vt ipſe dicit, nihilominus nihil referre dicebatur, cũ iuriſdictio delegata dicatur ſemper ſpecialis. l. cum ſpecialis. C. de iud. Menoch de præſ. lib. 2. præſ. 16. numer. 17. Quinimò delegatio d. Prępoſiti, vti magis ſpecialis, videbatur magis attendenda, ſecundùm gloſſ. in c. quanquam. 23. diſtin. Neguſ. de pign. par. 2. memb. 1. numer. 10. Iaſ. in l. 1. §. 1. num. 12. ff. de no. oper. nunc. & faciunt dicta per Bald. in l. ſancimus. nu. 1. C. de ſacroſanct. Eccle.

Prout etiam indubitatum eſt, Con-
5 ſeruatorem † poſſe procedere contra impedientem ſuam iuriſdictionem qualitercumque Abb. in c. 1. numero 6. de off. delegat. & ſancitum eſt expreſſè in dicta Bulla Pij Quarti, vt ſupra.

ARGVMENTVM.

Ordinarius loci eſt Iudex competens tàm Regularium, quàm Sæcularium clericorum exercentium curam animarum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt Iudex competens ratione originis, domicilij, & delicti. Et num. 2.*

3 *Regulares facientes curam animarũ ſunt ſubiecti Epiſcopo, quoad quadam. Et num. 6.*

4 *Epiſcopus eſt Iudex competens, ſaltem vti delegatus Sedis Apoſtolicæ, contra inſeruientes Religioni Hieroſolymitanæ. Et num. 8.*

5 *Fundamentum ſuæ intentionis quis tenetur probare.*

7 *Iudex ſæcularis eſt incapax iuriſdictionis in Clericum.*

9 *Coniecturis non eſt opus in claris.*

10 *Determinatio vnica reſpiciens plura determinabilia pariformiter determinat.*

11 *Copula, & requirit concurſum copulatorum.*

12 *Interpretatio illa eſt ſumenda, per quam Legum correctio euitatur.*

13 *Interpretatio illa eſt ſumenda, per quam diſpoſitio non reddatur ſuperflua.*

14 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

15 *Confirmatio generalis priuilegiorũ non extenditur ad ſpecialiter reuocata.*

RESOLVTIO XVIII.

IN vltimo dubio
dictum fuit, eſſe
intrepidè reſol-
uendum, præfa-
tum Epiſcopum
fore omninò iu-
dicem competẽ-
tem. Nã primò
dicitur competens tanquam Ordina-
1 rius † tum ratione originis, cum ſit o-
riundus dictus Franciſcus ex dicto lo-
co Villanterij Diœceſis Papienſ. l.in-
cola. ff.de municip. Tum domicilij,
cùm ſemper inhabitauerit in dicto
loco.l.1.ff.de interdict.& releg cap.li-
2 cet.de for.comp. Tùm † ratione deli-
cti,cum omnia delicta eſſent per eum
commiſſa.ibidem.l.1.C.de iuriſd.om.
iud.c.1.de rapt. Clar.in §.fi.q.38.cum
ſeq.Farinac.de inquiſit.q.7.nu.1.cum
ſeq. Tum demùm ratione ipſiuſmet
Curæ animarum,quàm exercuiſſe di-
citur de auctoritate, & approbatione
Epiſcopi Papienſ.iuxta formam ipſo-
rum priuilegiorum dictæ Religionis,
præſertim cùm dicta Cura non ſit
perpetua, ſed ad nutum amouibi-
lis.

Et facit Sacr.Conc.Trident.de Re-
gul.ſeſſ.25.cap.11. quo expreſsè caue-
3 tur, perſonas † tàm Regulares, quàm
ſæculares huiuſmodi Curam animarũ
exercentes ſubeſſe immediatè in his,
quæ ad dictam Curam, & Sacramen-
torum adminiſtrationem pertinent,
iuriſdictioni,viſitationi,& correctio-
ni Epiſcopi, in cuius Diœceſi illam
peragunt, quòd benè cumulat The-
ſau.for.Eccl.par.2.c.18.nu.105.

4 Secundò,dicitur competens † tam-
quam ſedis Apoſtolicæ Delegatus,
iuxta diſpoſita per d. ſacrum Concil.
Trid.de Reformat.ſeſſ.24.c.11. & per
Bullam reductionis Greg.xiij.æditam
de anno 1580. die 25. Nouembris. in-
cip. circumſpecta: quibus derogatur
expreſsè priuilegiis dictæ Religionis.

Et ita cenſuit aliàs ſacra Cong. in
vna Trañ. per hęc verba, videlicet,
Archiepiſcopus poteſt, tanquàm Se-
dis Apoſtolicæ delegatus, ex hoc de-
creto, & ex reductione Greg.13. pro-
cedere in criminalibus, & morũ cor-
rectione contra inſeruientes, & Cle-
ricos militiæ S.Ioannis Hieroſolymi-
tani in Eccleſia Sepulchri dictę Diœ-
ceſis.Et teſtatur etiam Theſ.For.Ec-
cl.par.2.cap.18.num.106. cum ſeq.ſic
fuiſſe deciſum per d.ſacram Congre-
gationem.

Et dum replicaretur, quòd in dicto
Franciſco concurrant illæ tres condi-
tiones expreſſæ in dict. Sacr. Concil.
Trid.ſeſſ.24. cap.11. verſ. exceptis ta-
men his &c. Nempè, quòd militiis a-
ctu ſeruiat, & intra eorum ſepta, ac
domos reſideat, ſubque eorum obe-
dientia viuat,in quo aduerte, Primò,
quòd nõ ſufficit reſidere intra domos
Militiæ,ſed neceſsè ſit, vt illa domus
ſit intra ſepta, & ſic clauſuram Eccle-
ſiæ d.Religionis,ſecundùm gl. in cle-
men.prima. §.primo. in ver. ſepta.de
ſtat.Mon.

Secundò, quòd illa domus debeat
eſſe dictę Eccleſię, ſeu Commendæ
quoad directum,& vtile dominiũ, nõ
autem liuellaria, vel emphyteotica
poſſeſſa per ſeculares:nam genitiuum
in dicta Conſtitutione denotat domi-
nium verum, ſecundùm Natt.conſil.
333.num.1.Pariſ.conſ.21.num.32.lib.2.
Maſcard.de probat.concl.841.num.2.
volum.2.

Quòd confirmatur, nam tũc captus
in domo Eccleſię gaudet immunita-
te,ſi domus ipſa cohęreat Eccleſię, &
ſit ipſius Eccleſię. Clar.§.fin. qu.30.
verſ.

verſ. hinc eſt, & latè Farinac. de carcer.q.28.num.12.

Fuit reſponſum, Primò, dictũ Franciſcum non probaſſe in ipſo concurrere dictas tres conditiones, prout tenebatur iuxta iuris communis diſpo-
5 ſitionem, cùm † eſſet fundamentum ſuæ intentionis. l. qui accuſare. C.de eden.cum vulg. neque conſtitit, quòd eſſet Curatus dictæ Commendæ cum licentia, & approbatione Epiſcopi Papienſis, & dictam Curam actu exercuerit.

Nec dubitandum eſt, quòd dictæ conditiones fuiſſent probandæ corã dicto Epiſcopo, non autem coram dicto Moneta: Tùm quia dictus Epiſcopus habet ſatis fundatam intentionem de iure communi, cum dictus Franciſcus ſit ſuus ſubditus ratione
6 originis, domicilij, & delicti.† Quinimò Epiſcopus eſt Iudex de iure competens etiam Monachi, vbi agitur de delictis in figura Iudicij. c. hoc tantũ 18.q.2.Capel.Thol.q.309.nu.2. Fuſc. d.cap.23.nu.12. & videntur facere diſpoſita per d.ſac.Conc.Triden.de Reform.ſeſſ.24.c. 20.Niſi aliud ex priuilegiis caueatur.

Quod videtur omninò clarum in præſenti caſu, cum dictus Franciſcus ſit in fortiis dicti D. Epiſcopi. Ad quod facit, id quod ſeruari teſtatur in Ducatu Mediolani. Clar.in §. fin.q. 36. verſ. regulariter autem. nempè, quòd ſi Clericus ſit in fortiis Curiæ ſæcularis, ſit docendum de Clericatu coram ipſo Iudice ſęculari ad effectũ obtinendi remiſſionem: Licèt maior ſit ratio in hoc caſu, cùm Epiſcopus ſit Iudex Eccleſiaſticus, & ſic capax
7 iuriſdictionis in Clericum,† quæ capacitas ceſſat omnino: in ſæculari iudice, Rot.Ro.in antiq.deciſ.840. Gabr.de præſcript.concl.1. nu.17. libr.5. Azor.inſt.mor.lib.5.cap.13 & 14.

Tùm quia aliàs dictus Franciſcus fuit de anno 1592. quærelatus, & proceſſatus in foro Epiſcopali Papiæ de grauibus criminibus, licèt tunc etiam diceretur eſſe Curatus dictæ Cõmendæ, qui proceſſus adhuc pendet: Epiſcopus † autem eſt iudex competens 8
exempti, etiam lite pendente, ſi eſt in poſſeſſione ſubiectionis Capic. deciſ. 189.num.9. Tum demùm quia fuit apertè ſancitum. tàm per d.Sac.Conc. Trid.in d.ſeſſ.24. cap.11. quàm per d. Bullam Greg.XIII.reductiuam, quòd illæ conditiones ſint probandæ corã Epiſcopo delegato, per illa verba, videlicet, de qua ordinario conſtare debeat: † In claris autem non eſt opus 9
aliis argumentationibus, & cõiecturis l.ille.§.cũ in verbis. ff.de leg.3. Surd. deciſ. 210.nu.1.cum ſeq. Et dicta verba: de quibus ordinario conſtare debeat, non ſolũ † ſunt referenda ad pro- 10
feſſionẽ, ſed etiam ad illas tres conditiones, ex quo vnica eſt determinatio, facit l.iam hoc iure.ff de vulg.& pup. Surd.conſ.31.nu.15. Præterea in vtroque capite videtur eadem ratio militare, vulg.l.illud.ff.ad l.Aquil.

Secundò, fuit reſponſum ex proceſſu conſtare, tàm ex depoſitione plurium teſtium, quàm ex ipſius Franciſci confeſſione, quod ipſe ſemper, & vſque in præſentem diem inhabitauerit, vixerit, & reſederit in domo ſua patrimoniali ſita in dicto loco Villanterij, & ſic non poteſt iuuari dicta exceptione, cum in eo non concurrat ſaltem illa conditio, quòd reſederit intra domos, & ſepta Militiæ. Nec dubitandum dicitur, quòd illæ conditiones deberent ſimul concurrere: Tum ponderando copulam, Et, † quæ re- 11
quirit concurſum copulatorum, gloſ. & Doct. in cap. 2. de reſcript. Bald.

conſ.318.in fin.vol.4.Caſtr. conſ.44. colum.2.vol.1. Tum quia,id dilucidè voluit Greg.XIII.in dicta Bulla reductiua,dum in ea dixit: quæ omnia debere ſimul concurrere intelliguntur, &c.

Similiter, dum opponeretur, quòd ſuper ſancitis per dictam Bullam Gregorij XIII. non poſſet fieri aliquòd fundamentum,cum circa finem ipſius reſtringatur facultas conceſſa Ordinariis ad ea tantùm, quæ Curam animarum concernunt.

Fuit replicatum,ex illis verbis finalibus non induci reſtrictionem quoad ſuperius diſpoſita ſpecialiter in Bulla, quinimò potius confirmari, ponderando verba illa:quoad alia &c. Gramm.deciſ.66.num.7.

Quòd corroboratur, nam aliàs induceretur correctio ſuperius dictorum in dicta Bulla cum tot clauſulis
12 vniuerſalibus,in dubio autem † eſt illa ſumenda interpretatio, per quam legum correctio euitetur. l. præcipimus. C.de appel. Menoch. de adipiſc. poſſ.rem.4.num.21. Franc.Becc.conſ. 1.num.13. Et ne quis videatur tollere, quòd iam conceſſit, Becc. conſ.55.nu. 36. Item aliàs Bulla præfata eſſet fruſtratoria, ex quo Epiſcopus eſt Iudex competens,vti ordinarius, in concernentibus Curam animarum, vtſupra dictum eſt,& ponit Natt.in conſ.257.
13 num. 1. ſed in dubio † eſt facienda talis interpretatio,per quam diſpoſitio non reddatur ſuperflua, & ludibrio facta. Crau.conſ.35.num.25. Becc.cōſ. 41.nu.20. Surd.conſ.29.nu.13. & conſ. 71.num.3.

Poſtremò, dum obiiceretur dictam Bullam reductiuam Greg.XIII. fuiſſe reuocatam per Bullam Sixti Quinti Incip.& ſi ex noſtri.&c.

Fuit reſponſum,Primò,Bullam Sixti V.loqui,& prouidere circa ſolutionem decimarum,& aliorum onerum, prout clarè depromitur ex principio, medio,& fine ipſius Bullæ. Vnde,cum ſit limitata, † non debet excedere fi- 14
nes ſuos l.in agris. ff.de acq.rer. dom. cum vulg.

Secundò dictum fuit,ex dicta Bulla Sixti V. confirmari expreſsè Bullam reductiuam Gregor. XIII. per illam clauſulam.Volumus autem &c.

Accedit etiam, † quod confirmatio 15
priuilegiorum generalis non trahitur ad iam ſpecialiter reuocata. glo.in l.ſi quis ff.ad Trebell.Pariſ.conſ.19.num. 44.vol.1. Surd.conſ.58.num.16. & in ſimili fuit tentum in Rot.Rom.in ſequenti Papien.bonorum. Die 17.Maij 1599.coram R.P.D.Pegna.

DECISIO.

Die Lunæ 17 Maij 1599. coram R.P.D. Pegna Papien. bonorum.

CVm anno 1589. Archidiaconus Papienſis multa bona prabenda Archidiaconalis locaſſet Mutio Scroſigno pro ſe,ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, non tamen perſonis, & locis à iure prohibitis, Et anno 1593. Mutius, nullis relictis filiis legitimis, ſed ſolo Franciſco Maria Scroſigno filio naturali ab vno ex Doctoribus Collegij Mediolanenſis legitimato,obijſſet, Et Archidiaconus dicta bona ad menſam ſua dignitatis reuerſa fuiſſe prætenderet, & ſuper eo ſententiam fauorabilibus à Vicario Papienſi reportaſſet, quam poſtea annò 1598. Rota coram D. meo Pamphilio cenſuit confirmandam, non obſtante alia ſententia reuocatoria lata à quodam Canonico Papien. Et Franciſcus

ciſcus prætenderet, ſe poſſe in aicta bona ſuccedere, tanquam legitimatum à Collegio Mediolanen. vigore facultatis legitimandi eidem Collegio à fœlic. record. Pio Papa IIII. conceſſa, quam putabat à Sixto V. confirmatam, non obſtante Conſtitutione Pÿ V. Franciſco Suffragari, ita vt foret, vel non foret recedendum à deciſione contra ipſum facta coram D. meo Pamphilio die 16. Ianuarÿ anno 1598. Et, D. Archidiacono Papien. ſolum informante pro ipſo, contra Franciſcum Mariam (cuius procurator ſæpè citatus informare noluit) reſponderunt. Cōfirmationem Sixti Quinti non poſſe Franciſco Suffragari, quia, exceptis ſolum priuilegiis Auditorum Rotæ, & Aduocatorum Cōſiſtorialium, de quibus ſit ſpecialis mentio, generaliter ſolum confirmantur priuilegia à Pio IIII. conceſſa Collegio Doctorum Mediolani, & conſequenter confirmatio non potuit extendi ad priuilegium legitimandi longè antea per Pium V. ſublatum, glo. in l. ſi quis priore. in verb. generaliter, vbi Bart. num. 3. ff. ad Trebell. Iaſ. in l. doli, numer. 2. ff. de verb. oblig. Rolan. conſ. 99. num. 8. vol. 2. Mohed. deciſ. 15. numero ſecundo. de conceſſ. præb. Anchar. conſil. 180. numero 6.

Et eò maximè, quia tàm ex narratiua, quàm ex diſpoſitiua videbatur clarè conſtare, tàm de mente Collegÿ ſupplicantis, quàm Papæ confirmantis, quod non ſe extenderet ad priuilegia reuocata: Papa enim in narratiua dicebat, quòd licèt Abbates, & Collegiales ſemper fuerint in poſſeſſione vel quaſi gratiarum, priuilegiorum &c. nihilominus pro maiori illorum corroboratione cupiebant illa confirmari, & conſequenter petitio Collegÿ erat reſtricta ad gratias, & priuilegia, in quorum poſſeſſione reperiebantur, de quorum numero non erant iam reuocata.

In diſpoſitiua etiam Papa appoſuerat clauſulam reſtrictiuam: quibus hucuſque vſi ſunt, & vtuntur: & conſequenter non intellexit de gratiis reuocatis, quæ non poterant dici eſſe in vſu.

Rota, his etiam circunſcriptis, amplexa fuit hanc opinionem, quia erat neceſſaria mentio confirmantis ad effectum, vt, non obſtante reuocatione, gratia valeret, Creſcent. deciſ. 139. alias 8. de præb. num. 1. Put. deciſ. 25. de præb. in manuſcriptis.

Non obſtabat aſſertio Papæ dicentis, nolle iſtas gratias Collegÿ Mediolanenſis comprehendi ſub quibuſcumque reuocationibus, etiamſi de illis ſpecialis mentio fieret.

Quia reſpondetur, id intelligi de gratiis validis, quas Papa confirmauit, non autem de inualidis, & reuocatis, quas noluit confirmare.

Præterea non obſtabat, quòd Papa vellet habere pro expreſſo tenorem literarum.

Quia reſpondetur, clauſulam: quorum tenores: non operari in his, quæ ſunt contraria expreſſis, nec ſupplere defectum intentionis, vt fuit deciſum in cauſa Cauen. penſionis coram bonæ mem. Cardinali Lancelloto tunc Rotæ Auditore die 19. Ianuarÿ 1571.

Vnde, cum in caſu propoſito habeant locum huiuſmodi limitationes, quod Papa non intellexerit confirmare, niſi gratias validas, & in quarum poſſeſſione Collegium erat, & non inualidas, & reuocatas, ideò præfatæ clauſulæ non operabantur hunc effectum, & conſequenter ſtandum fuerat in deciſis contra Franciſcum Mariam.

ARGVMENTVM.

Præſentari ad beneficium Iuriſpatronatus quando poſſit ſuſpenſus ab ordine.

SVMMARIVM.

1 *In beneficiis attenditur capacitas Clerici tempore præſentationis.*
2 *Suſpenſus non poteſt eligi, nec præſentari. Et num.3.*
4 *Suſpenſus quando dicatur irregularis quoad obtinenda beneficia. Et num.6.& 9.*
5 *Agitur mitius cum lege, quàm cum homine.*
7 *Suſpenſus ab ordine ſacro non dicitur ſuſpenſus à minoribus ordinibus.*
8 *Tonſura ſufficit ad obtinendum beneficium ſimplex.*
10 *Diſpenſatus ad ordines non dicitur diſpenſatus ad beneficia. Et num. 11.12.& 13.*
14 *Diſpenſatio eſt odioſa, & venit reſtringenda.*
15 *Præſentans indignum pro illa vice priuatur facultate præſentandi.*

RESOLVTIO XIX.

DE anno 1602. vacauit per mortem R. Cæſaris de Pappis Capella S. Iacobi ſita in eccleſia Regulari S. Petri Bremidæ. Fuit à quibuſdam mulieribus de Canibus prætenſis patronis prǫſentatus die 6. Maij d. anni R. Ioannes Petrus Sala de loco Sartiranæ. Poſtmodum d. mulieres, obtenta abſolutione à iuramentis, præſentarunt intra legitima tempora R. de Berrettis, & affixis literis edictalibus, exhibitiſque iuribus per d. præſentatos, & eorum Aduocatis pluries auditis.

Difficultas omnis videbatur reduci ad duo. Et primum erat, quiſnam ex dictis præſentatis veniret inſtituendus, & confirmandus.

Secundum, an d. mulieres fuiſſent pro illa vice priuatæ iure præſentandi, cum prius præſentaſſent d. R. Salam, qui dicebatur indignus, vti ſuſpenſus.

In primò, allegabatur per d. Reu. de Berrettis, nullatenus poſſe inſtitui d. R. Salam, ex pluribus, & præſertim. Primò, quia † in beneficiis attendi- 1
tur capacitas Clerici tempore prǫſentationis, vt poſt alios tenuit Ro. Rom. in nouiſſ. deciſ 69. par.3. lib.1. Tempore autem, quo fuit præſentatus d. R. Sala, erat ſuſpenſus, tàm à iure, vt infra dicetur, quàm ab homine (nempè à Domino Vicar. Papiæ delegato Apoſtolico) ab executione ordinis ſubdiaconatus, ad quem malè, & furtiuè fuerat promotus. Et † ſuſpenſus 2
non poteſt eligi. c. fin. de elect. in 6. c. ſi celebrat de cler. excom. miniſt. Abb. in c. cum dilectus. num.19. de cõſuetud. & c. cum inter. de elect. Neque † præſentari, vt in puncto tenet 3
Lamb. de iurep. lib.2. par.1. quæſt.9. prin. art.2. Hẽriq. in ſum. Theol. mor. lib.13. cap.32. vbi ampliat, etiamſi defectus eſſet occultus, & toleratus. Tolet. in inſtr. ſacerd. lib.1. c.14. n.5. Nau. in Man. cap.27. n.163. verſ. ſeptimò infertur. vbi dicit, ſuſpenſum peccare acceptando electionem. Borgh. de irregul. par.6. n.8. & 53. fol.430. Pariſ. in c. Apoſtolicæ. n.17. de excep. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib.4. quæſt.3. n.60.

Quod coadiuuabatur, Nã † ſuſpen- 4
ſus cenſetur irregularis, ſaltem quoad obtinenda

obtinenda beneficia Lāb. in d. quæſt. 9.princ.art.2.in princ. licèt aliàs verè non ſit irregularis, niſi celebrauerit in ipſa ſuſpenſione. Steph. Coſta in cap.cum medicinalis nu. 94. de ſent. excomm.

Ampliuſque ſuſpenſus ab ordine dicitur ſuſpenſus ab officio. Felin. in cap.cum illorum.num. 2. de ſent. excom.Pariſ.in d.c.Apoſtolicæ. nu. 17. in fine. ſuſpenſus autem ab officio nō poteſt eligi,nec præſentari, cum id ſit officij.Pariſ.in d.c. Apoſtolicæ. num. 17. vbi teſtatur de communi. Felin. ibidem num.16.Abb.in d.c.cum dilectus.num. 20. Henriq. in d. cap. 32. num.3. circa finem.

Et vlterius confirmabatur, Tum quia dicta ſuſpenſio proueniebat ob graue crimen falſi cōmiſſi per dictū R.Salam,Henriq.in d.cap. 32. num.3. Tum quia illa erat etiam ab homine,
5 † cum quo non agitur ita mitius, ſicut cum lege.glo. fin. in c. illa. de c lect.Borgh.de irregul.d.par. 6. num. 19.fol.423.maximè quando fit ex cauſa criminis, quibus ſtantibus inducitur impedimentum, non ſolùm quoad participationem ſacramentorum, ſed etiam quoad beneficia Steph.Coſta in d.c. cum medicinalis. num. 95.

Cæterùm reſpondebatur per Doctiſſimum Aduocatum dicti R. Salæ,
6 id verum eſſe,quando ſuſpenſio † eſſet ab omnibus ordinibus,ſecùs ſi eſſet ſuſpenſus ab vno ordine ſacro tantùm, quia ratione alterius ordinis, quem tenet ſine ſuſpenſione, poteſt obtinere beneficiū, textus eſt aureus in c.vel non eſt compos de temp. ordin.& firmat Abb.in cap. cum bonæ. num 6.de ætat.& qualit. Lamb. in d. quæſt.9.prin.art.2. vbi dicit,quod ſuſpenſus ab ordine presbyterali tantùm non poteſt obtinere præbendam ſacerdotalem, ſed bene poterit habere diaconalem.

Dictus autem R.Sala erat ſolùm ſuſpenſus ab executione ordinis ſubdiaconatus, & † ſuſpenſus ab vno ordine 7
ſacro non dicitur ſuſpenſus à minoribus ordinibus Abb.in d c.cum dilectus.nu.20.Nauar.in d.c.27. nu. 160. Silu.in verb. ſuſpenſio.num.5. Henriq.in d.c.32.num. 2.

Et multòminus à prima tonſura, cū clericus primę tōſuræ nō habeat gradū,à quo poſſit deponi, vel ſuſpēdi.c. clericus de vita & honeſt.cler. Facit, quia ſuſpēſio ad tēpus à certo officio non includit alia officia, niſi expreſsè dicatur.c.pen.de ſim.c.ſignificauit,de corp.vit. Innoc. in cap. cum dilectus. num.31.de conſuetud.

Quinimò per literas Apoſtolicas d. Sala fuit reſtitutus ad vſum tōſuræ,& minorū ordinū; & limitatè ſuſpenſus ab executione ordinis ſubdiaconatus,
Sed † ad obtinēdū beneficiū ſimplex 8
ſufficit prima tōſura.Lāb de iurep.li. 2.par.1. quæſt.7.prin.art.2.nu.1. Pariſ. conſ.125.num.1.vol.4. Nitebatur tollere hanc reſponſionem Aduocatus d.R.de Berrettis. Primò, quod in illo c.vel non eſt mandauit Papa prouideri de beneficio in odium ipſius ordinantis,non autem ordinati, vt dicit ibi glo.cum ordinatus, vtì impubes, eſſet incapax delicti,& ſucceſſiuè pœnę.Sed hic non adeſt culpa ordinantis,ſed benè ordinati,qui falſum commiſit in dimiſſorialibus,nec hic adeſt ordo Sanctiſſimi,vt prouideatur, vnde cum caſus ſit diuerſus, diuerſa debet eſſe diſpoſitio,vulg.iuribus.

Secundò, quia in d.capitulo † ille 9
impubes non erat ſuſpenſus,ſed debebat ſuſpendi. D.autem R.Sala erat ſuſpenſus Abb.in d.c.vel non eſt, nu.3. & 6.Nauar.in d.c.27.num. 155. etiam

ipſo iure, vt per S. Conc. Trid. ſeſſ.6. cap.fin.ſeſſ.14.cap.2.& ſeſſ. 23. cap. 8. extatque conſtitutio Pij II. ſexta in ordine bullarij renouata per reg. 23. Cancellariæ, & nouiſſimè viget, conſtitutio Sixti V. edita contra malè promotos, incip. Sanctum, & ſalutare. per quam irrogatur ſuſpenſio ab executione omnium ordinum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios. & ſic eſt potius priuatio. Nau. in d.c.27.num.151. Et licèt S.D.N. Clemens VIII. de anno 1595. pridie Kal. Martij, reduxerit dictam bullam Sixti V. ad viam iuris, & ad diſpoſitionem S. Concilij Tridentini, firmis remanentibus pœnis, & cenſuris inflictis per canones, conſtitutionem Pij II. & d. Concilium; Tamen dubium erat, an eſſet derogatum d. ſuſpenſioni, & videbatur non fuiſſe derogatum, ex quo idem S.D. N. in literis expeditis ad fauorem d. R. Salæ diſpenſauit illum quoad vſum minorum ordinum, & clericalis tonſuræ tantum.

10 Secundò allegabatur principaliter contra d.R.Salam, quòd † diſpenſatus ad ordines non dicitur diſpenſatus ad beneficia, cum ſint ſeparabilia, & executio vnius poſſit ſtare ſine altero. c. 2. & ibi gl. de fil. presb. Felin. in c. atſi clerici. §. de adulterijs. nu. 17. de iud. Pariſ. conſ.88.num.21.vol.4. Henriquſum. Theol.mor.lib.13. de excom.c. 57.nu 5. Tabien. in verb. beneficium. §.2.nu.18 Borgh. de irregul. par. 5. in rub. de fil. presbyt. nu. 9. Et licet Hẽriq. in d.c.57. num. 5. dicat diſpenſatum ad ordinem dici diſpenſatum etiam ad beneficia, & ad epiſcopatum, ſi defectus non erat intrinſecus; Tamen eius opinio non eſt tenenda, Tũ quia eſſet contra communem opinionem, & practicam Datariꝺ, Tum quia hic agebatur de facto graui culpoſo.

Vlterius, licèt Abb. in cap. literas. num.6. de fil. presbyt. teneat, ſic † di- 11
ſpenſatum poſſe obtinere ſimplex beneficium. & Borgh in d. rubr. de fil. presb. num.9. fol.101. teſtetur, practicam ſeruare, quod † diſpenſatus ad 12
ordines cenſeatur diſpenſatus ad vnum ſimplex beneficium, & idem firmet in d. tract. de irreg. fol. 37. num. 7. Tamen fuit replicatum d. Salã iam obtinuiſſe † vnum beneficium ſim- 13
plex poſt dictam diſpenſationem. Et vlterius in practica Datariæ ſeruari contrarium.

Præterea, licet d.R. Salą non fuiſſet diſpenſatus ad ordines quoad dictam tonſuram, & minores, eum illis iam eſſet ritè inſignitus, ſed benè fuiſſet diſpenſatus quoad illorum vſum.

Tamen adhuc ſecundum fundamẽtum videbatur ſubſiſtere; Tum quia † diſpenſatio, vti odioſa venit reſtrin- 14
genda. c. quòd dilectio de cõſanguin. & affinit. Innoc. in c. dilectus de conceſſ. præben. Felin. in d.c. at ſi §. de adulterijs. num.17. Caputaq. deciſ.272. num 3. & deciſ.274. nu.6. par.1. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.233. num. 26. par. 1. vbi diſpenſatus ad obtinendum non dicitur diſpenſatus ad retinendum, & non comprehendit niſi annexa, & inſeparabilia. Nauar. de ſpõſ. lib.4. conſ.14. num.1 Mandoſ. de ſign. grat. rubr. diſpenſationes verſ. in materia diſpenſationum; Tum quia diſpenſatus ad ordines dicitur etiam diſpenſatus ad vſum eorũ conſecutiuè.

Fuit tandem reſolutum ad fauorem d.R. de Berrettis, quia ſuppoſito, ſecundam præſentationem eiuſdẽ fuiſſe factam cummulatiuè, in omni caſu erat locus gratificationi, & videbatur in paritate gratificandus d.R. de Berrettis: Tum quia videbatur altero magis idoneus ſcientia, vita, & moribus

bus

bus; Tum quia occaſione d. beneficij potuiſſet promoueri ad ſacros ordines, ad quos d. R. Sala erat iam promotus, & obtinebat vnum beneficium ſimplex, vt ſupra.

In ſecundo fuit reſolutum, non fuiſſe dictas mulieres priuatas iure
15 præſentandi, nam licèt † præſentans indignum priuetur pro illa vice iure præſentandi, c. cum in cunctis. de elect. Lamb. de iurep. lib. 2. par. 1. q. 10. prin. art. 4. Creſcent. de iurep. deciſ. 11. & Caputaq deciſ. 62 nu. 2. & deciſ. 291. par. 2. Rip. de inſtit. reſp. 1. nu. 8. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 593. nu. 5. Tamen id verum eſt in præſentante indignum ſcienter, ſecus ſi ignorãter. Borg. de irreg. in d. par. 6. Lamb. in d. q. 10. prin. art. 4. Dictæ autem mulieres ignorabant ſuſpenſionem dicti R. Salæ, prout præſumitur; Tũ quia ſunt mulieres; Tum quia d. Sala fuerat alio ſimili beneficio iam prouiſus, dum eſſet in d. ſuſpenſione ab executione ordinis Subdiaconatus. Confirmabatur dicta reſolutio. Primò, quia, an d. Sala eſſet indignus, erat difficultas maxima, vt ſup. Secundò quia in omni caſu competeret iſtis mulieribus reſtitutio in integrum. Odd. de reſt. in integr. q. 10. num. 1. Affl. deciſ. 210. num. 1.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando dicatur Regulare, & quando ſæculare.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quando dicatur Regulare. Et num. 2. & 3.*

4 *Beneficium præſumitur in dubio ſæculare.*

5 *Beneficium regulare quando efficiatur ſæculare.*

6 *Papa nunquam cenſetur velle præiudicare iuripatronatus & eius conditioni.*

7 *Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet.*

8 *Obſeruantia ſubſecuta ſatis operatur.*

9 *Regularia beneficia ſunt conferenda Regularibus.*

10 *Inſtitutio an ſit nulla, ſi literæ edictales non remanſerunt affixæ. Et num. 11.*

12 *Monachus eſt incapax beneficij, & quomodo. Et num. 13.*

14 *Vltimus ſtatus eſt attendendus.*

15 *Audiendus non eſt non contradicens in termino.*

16 *Interpretatio eſt facienda ſemper pro validitate actus.*

17 *Clericus ſæcularis non poteſt beneficiari in eccleſia Regularium.*

RESOLVTIO XX.

POST latam ſententiã ad fauorem ſupradicti R. de Berrettis, & poſſeſſione beneficij per eundem adepta, ſuperuenit quidam N. Monachus Monaſterij S. Petri Bremidæ præſentatus ad dictam capellam S. Iacobi per dictas mulieres de Canibus, qui, citato d. R. de Berretis, inſtetit, & perijt inſtitui, & confirmari, & ſucceſſiuè etiam annullari inſtitutionem ſubſecutam ad fauorem d. R. de Berrettis, cum omnibus inde ſecutis. Viſis autem actis, ac auditis partium Aduocatis, Res videbatur reduci ad duas difficultates.

Prima erat, an d. beneficium eſſet

ſæculare, vel regulare.

Secunda, quis ex ſupradictis foueret meliora iura.

In prima difficultate, ex parte d. Monachi dicebatur, beneficium eſſe regulare, & pro fundamento allegabatur.
1 Primo, † quia d. beneficium eſt ſitum in eccleſia S. Petri Bremidæ, quę eſt Regularium.c cum de beneficio.de præbend.in 6. Rebuff. in praxi benef. in rub. quotuplex ſit beneficiũ. nu.6. Maſcard. de probat. vol.1 concl. 172. nu.17. & faciunt dicta per La . b. de iurep. lib.2. par.2. quæſt.7. prin. art. 19. num.5.

Secundò, quia in fundatione iuriſp. eſt appoſita conditio, ſub his verbis, nempe, quòd Vbertus de Canibus, & ſucceſſiue alij patroni d. capellæ non poſſint, nec valeant eligere aliquem in Capellanum, niſi ſit ex Monachis Monaſterij S. Petri Bremidæ: Vnde
2 firmandum eſt, † dictum beneficium eſſe regulare ex fundatione, ſecundũ Doct. in cap.1. de capel. Monac. gloſſ. in cap. in Parochia.16. quæſt.1. Rebuf. in praxi benef. in verbo regularia beneficia. numer. 1. fol. mihi 7. & in verbo quotuplex ſit beneficium, numero quinto.

Tertiò, nam dicta capella fuit poſſeſſa, & obtenta per Monachos dicti Monaſterij pręſentatos à patronis per annos 50. & vltra, pacificè, & quiete, prout fuerunt exhibita plura iura, & apparebat clare ex literis Apoſtolicis expeditis ad fauorem R. Laurentij Pappæ de anno 1560. in quibus leguntur hęc verba, capellania perpetua per Monachos S. Petri Bremidæ Lumellinæ Ordinis S. Benedicti obtineri ſolita: quibus verbis ſtandum eſt, ſecundùm Maſcard. de probat. vol.2. concl 621 num.6. cum ſeq. Præſertim cũ ſimus in antiquis. nu.15. cum ſeq. quapropter, etiamſi † fuiſſet ab initio ſæcularis, eſſet poſtea effecta regularis. 3
Felin. in cap ex noſtra. num.46. de reſcrip. Rebuff. in d. verſ. quotuplex ſit. nu.5. Rot. Rom. in nou. de præbend. deciſ.2. vbi late. Maſcard. in d. concl. 172 num.13.

Cæterum, quòd dictum beneficium eſſet ſæculare, adducebatur Primò, quandoquidẽ † omnia beneficia præ- 4
ſumuntur in dubio ſæcularia. Rebuff. in d. verſ. quotuplex ſit beneficium. num.3. Maſcard in d. concl. 172. nu.1. cum ſeq. vbi plures congerit auctoritates. Cęph. conſ.358. n.47. cũ ſeq. li.3.

Secundò, quia fuit fundatum à perſona ſæculari, & reſeruatũ iuſp. in eo ſuis hæredibus ſæcularibus.

Tertiò, nam dictũ beneficium fuit poſſeſſum † & obtentum per ſæculares 5
per annos 40. & vltra vſque in præſentem diem, vnde quatenus ab initio fuiſſet regulare eſſet poſtea effectum ſæculare. c. cũ beneficio. de præben. in 6. Fel. in c. in noſtra. nu.43. de reſcrip. Nauar. de præben. li.3. conſ.4. nu.3. Rot. Rom. in antiq. de prob. deciſ.22. in nou. de præben. deciſ.2. & in nouiſſ. deciſ.208. nu.1. par.1. & deciſ. 522. par.3. lib.3 Achil de Graſſ. de reſtit ſpol. deciſ.8. num 3 Maſcard. in d. concl. 172. numer 2.10. & 20. Cæph. in d. conſ.358. num.16. cum ſeq. & numero 20.

Verùm hoc tertium fundamentum non videbatur tutum. Tum quia Io. Laurentius Pappus, qui poſſedit per annos 40. d. capellaniam, ſiue beneficium, obtinuit eam per viam reſignationis à Papa, qui † numquàm cẽſetur 6
velle pręiudicare iurip. & illius conditionibus. Dec. conſ.126. Lab. de iurep. lib.3 qu.7. prin. art.6. Achil. de Graſſ. de iurep deci.26. Tum quia Papa cõtulit d. capellaniam d. Io. Laurentio, vti

vti Regularem, & propterea dedit ei
in commendam, prout clarè legitur
in ſuis literis Apoſtolicis ibi. regula-
re beneficium recipere, & in commẽ-
dã quoad vixerit retinere valeret &c
& ibi, cõmendare curetis. vnde mor-
tuo d. Io. Laurentio vacauit d. capel-
lania, vti regularis, vt aliàs diximus.

In ſecunda difficultate, Ad fauorem
d. Monachi allegabantur primò ſu-
pradicta verba fundationis, quæ cum
ſint concepta negatiuè, magis ſtrin
7 gunt; Etenim negatiua † magis ne
gat, quàm affirmatiua affirmet. gl. in
c.cum dilectis. de conſuetud. Franc
Becc.conſ. 66.nu.5. cum ſeq.& conſ.
94 nu.33 Corroborabatur, nam con-
ditio iuriſp. ſeruanda eſt, nec poteſt
alterari, & immutari. Lamb.d.li.3.q.5
prin.art.3.nu.5.Cæph.d.conſ 358. n.8.
cum ſeq.

8 Præſertim accedente † obſeruantia
ſubſecuta in fauorem d. Monachorũ.
Put.deciſ 365.nu. 4. p. 2. de qua dixi-
mus in Reſol. vj in fi. Nec non appro
batione DD. Superiorum, tàm per
confirmationes, & inſtitutiones con-
ceſſas ad fauorem dictorum Mona-
chorum ſecundũ Nau. de iurep. lib 3
conſ.2.nu. 10. Quàm per viſitationes
factas de d. capellania, in quibus fieri
ſolet diligens inquiſitio c. ordinarij
de off. ordin. in 6 Felin. in c. ad aures.
n. 15. de reſcript. Cæph. d. cõſ. 358. n. 11

Secundò, quia ex iam dictis patet, d.
9 capellaniam eſſe regularẽ, ſed † regu-
laria beneficia ſunt conferenda regu-
laribus non autem ſæcularibus. c.cum
cauſam c.cũ ad noſtrã. de elect. d.c. cũ
de beneficio Cæph. in d. conſ. 358. nu.
1. cũ ſeq. Theſ. fori eccl. p. 2. c. 18. nu.
19. quo in loco eſt error dũ dicitur à
regularibus, nã præpoſitio, A, eſt de-
lenda, & hodie cauetur expreſsè in S.
Conc. Trid. de refor. ſeſſ. 14. c. 10. cum
ſeq. & de regul. ſeſſ. 25. cap. 21.

Tertiò nam inſtitutio ſubſecuta ad
fauorẽ d. R. de Berrettis fuit ẽt † nul- 10
la. ex quo literæ ædictales expeditæ ad
eius fauorẽ nõ remãſerunt affixæ per
terminũ in eis cõtẽtũ ad valuas d. ec-
cleſiæ S. Petri imò ſtatim fuerunt ex-
fixæ & ſublatæ clẽ. 1. & ibi gl. de iud.
in pũcto Lãb. de iurep. lib. 2. p. 2. q. 6.
prin. art 24. num. 3. Caputaq. deciſ. 95.
par. 2. & de d. exfixione incõtinẽti di-
cebatur conſtare ex actis plenè. Sed
hoc fũdamẽtum nõ videbatur ita fir-
mũ; Tũ † quia, nõ videbatur eſſe ve- 11
rũ in facto, nec in iure tutum, cũ ſatis
ſit, quod nuntius referat ſe affixiſſe d.
literas. Surd. cõſ. 181. nu. 36 tẽpus autẽ,
quo remanere debeant ſic affixæ, eſt
iudici arbitrarium. Menoc. de arb. iud.
lib. 2. cẽt 5. caſ. 463. nu. 3. Tũ quia, qua-
tenus inſtitutio præfata eſſet nulla, ta-
men præſentatio remaneret ſalua, cu-
ius vigore poſſet denuò inſtitui d. R.
de Berrettis. Creſc. de iurep. deciſ. 12.

Pro parte autẽ d. R. de Berrettis ad-
ducebatur Primò, quod † Monachus 12
ſit de iure incapax beneficij ſæcularis
ſimplicis c. ſuper eo. de regul. c. quod
Dei timorẽ. de ſtatu regul. cap. ſi reli-
gioſus. & ibi Doct. de elect. in 6. in
pũcto Abb. in d. cap. q Dei timorẽ. n.
7 & cõſ. 59. col. 1. vol 1. Couar. de te-
ſtã. in c. 1. nu. 2. cũ ſeq Lãb. de iurep d.
lib. 2. par 1 q. 7. prin. art. 19. nu. 4. vbi
ampliat, nec Epiſcopũ poſſe diſpenſa-
re, & nu. 24 reddit rationẽ, quia repu-
gnat voto paupertatis. Flam. Pariſ. de
reſign. beneſ. lib. 4. quæſt. 5. num. 4. A-
chil de Graſ. de reſtit. ſpol. deciſ. 8. n.
2 Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 772.
nu. 2. par. 1. Theſau. fori eccleſ. d. cap.
18. n. 19. Et hodie cauetur in S. Conc.
Trid. d. ſeſſ. 14. cap. 11 Vnde illa cõditio-
tio, q præſẽtetur Monachus, vti cõtra
ius, habetur pro nõ adiecta. l. cõditio-

nes l.ſi filius. ff. de cond. inſt. Abb. conſ.59.in fine.par. 2.

13 Addebatur, quod licet olim † admitterentur Regulares ad beneficia Curata ob Curæ priuilegium,& prædicandi officium abſque diſpenſatione. cap. vos autem.& cap.in parochia. 16.quæſt.1.Lamb.in d.art. 19. num,8. Tamen hodie requiritur diſpenſatio cum cauſa legitima.Staffil.de lit.grat. in rubr.de var.vaca.mod.verſ.ſextus, nu.5.Nauar.de præben.conſi.9. num. 1.& 6.lib.3. Bellam. deciſ. 714.& deciſ.751 vbi loquitur in iurep. Caputaq. deciſ.85.par.1.Rot. Rom. in nou. de præben.deciſ.28. de iurep. deciſ. 5. num.2.Flam.Pariſ.d.quæſt.5.num.5.

Secundò,quia, cum vltimus Capellanus fuerit R.Cæſar de Pappis ſæcu-
14 laris, & ſic † vltimus ſtatus fuerit ſæcularis,in d.ſtatu, & quaſi poſſeſſione eſt conſeruandus d.R. de Berrettis, c. cum veniſſent. de inſt. cap. conſultationibus. de iurep. Ceph. in d. conſi. 358. num. 14.

Præſertim cum ex actis non conſtet de legitimo ſtatu contrario. glo. in c.poſſeſſiones.de reb.eccleſ.non alien.Ceph.in d.conſ.358. num.15.

Tertiò, quia in termino præfixo in d.literis ædictalibus per Monachos d.
15 eccleſiæ nil fuit † oppoſitum, & contradictum,& propterea non videntur hodie audiēdi.Oldrad.conſ.3. Lamb. d.lib.2. par. 2. quæſt. 6. prin. art. 26. cum ſeq.

16 Quartò,nam in dubio † eſt ſemper tenenda illa interpretatio, quæ facit actum valere.l.quoties.ff.de reb dub. Ceph.d.conſi.358.num. 54. Vant. de null.in rub. quid ſit nullitas. num.24 Surd.conſ.44.num.21. Turret. conſi. 73.nu.18.vol. 1.Non.conſi.25.num.18. Franc.Becc.conſ.99.num. 18.

Poſtremò addebatur, d.mulieres de Canibus nulliter præſentaſſe d. Monachum: Tum quia iam alios præſentauerant, & non variare iurauerant: Tum quia ex actis non conſtat, dict. Monach .in præſentatum eſſe ex Monachis d. Monaſterij S. Petri Bremidæ: Tum demum quia non fuit probatum iuſp. ad ipſas mulieres ſpectare,& deuolutum eſſe.

In hac cauſa anceps fui plurimùm, Tandem inclinatum fuit ad fauorem d. Monachi, cum beneficium videretur eſſe Regulare, tàm inſpectis verbis fundationis,& obſeruantia ſubſecuta, quam attentis rationibus ſupra deductis. Et præſertim cum d. R. de Berrettis non probauerit in actis, dictam capellaniam fuiſſe vti ſæcularem obtentam per annos xxxx. prout docere tenebatur. iuxta d. c. cum de beneficio.late Maſcard.in d. concl. 172. num.19.Quinimò contrarium conſtitit ex bulla d. Io. Laurentij Pappæ: Demumque quia † in eccleſia Regu- 17 larium non poteſt beneficiari Clericus ſæcularis, maximè contradicentibus Monachis.cap.fin.§. præcipimus. de ſtatu Monach. Abb. in d.conſ.59. num.3.licet iuſp. poſſit acquiri in capellania ſita in d.eccleſia, cū & ipſum corpus monaſterij poſſit eſſe ſub poteſtate patroni.c. Monaſterium. 16.q. 7.Abb.in d.conſ.59.in prin.

ARGVMENTVM.

De alienatione bonorum Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Alienari non poſſunt bona eccleſiæ ſine ſolemnitatibus iuris.*

2 *Conceſſio in emphyteuſim perpetuam dicitur alienatio.*

3 *Vtili-*

3 *Vtilitas eccleſiæ euidens requiritur in alienatione.*
4 *Dicta vtilitas quomodo probanda ſit. Et num.5.*
6 *Et debet præcedere tractatus.*
7 *In tractatu quid agendum ſit.*
8 *Tractatus quomodo probandus. Et num.9.*
10 *In alienatione bonorum eccleſiæ requiritur beneplacitum Apoſtolicum.*
11 *Beneplacitum Papæ quando præſumatur ex lapſu temporis. Et num. 12. & 13.*
14 *Extrauagans, Ambitioſæ, an dicatur vſu recepta. Et num.15. & 16.*
17 *Conſuetudo non inducitur ex vario modo obſeruatis.*
18 *In alienatione bonorum Epiſcopatus requiritur conſenſus Epiſcopi.*
19 *Mandatum ſpeciale requiritur ad alienandum.*
20 *Actus nullus an validetur ex conſenſu ſuperueniente. Et num.21.*
22 *Emphyteota alienans rem vti propriam cadit à iure ſuo.*
23 *Fides mala auctoris nocet ſucceſſori.*
24 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit in extraneum. Et quando num. 25. & 26.*

RESOLVTIO XXI.

OCCVPABATVR per Polidorum Bernardum vinea Epiſcopatus Aprutini, detta, la torte del Veſcouo. R. OEconomus d. Epiſcopatus egit contra d. occupationem coram D. Vic. Aprutino pro relaxatione, omne remedium pinguius, & fauorabilius intentando, & cum fuiſſent hinc inde exhibita iura, & inſtrumenta. Videbatur omnis difficultas reduci ad tria dubia principaliter. Quorum primum erat, Nunquid conceſſio in emphyteuſim facta ad tertiam generationem cuidã Ramicio de d. vinea fuerit valida. Secũdùm, an conceſſio eiuſdem vineæ facta per d. Ramiciũ Angelo Bernardo fuerit pariter legitima. Tertiũ, Num d. Polidorus poſſit hodie dictam vineam licitè retinere, prætextu ſaltem melioramentorum.

In primò dubio, Suppoſito, † bona eccleſiæ non poſſe quouis modo alienari ſine ſolẽnibus iuris. auth. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſ. eccl. c. hoc ius. 10. qu. 2. cap. nulli. de rebus eccl. nõ alien. clem. 1. eodẽ tit. extrauag. ambitioſæ. eod. tit. §. ſanctiſſimus. auth. de alien. & emph. Soc. ſen. cõſ. 15. nu. 1. & conſ. 29. n. 17. vol. 1. Non. conſ. 58. nu. 1. Surd. cõſ. 181. n. 14. cõſ. 245. n. 1. & 6. & cõſ. 249. vbi ampliat, nec valere aliquã conſuetudinẽ in cõtrarium, ſuper qua ampliatione vide Felin. in c. cũ cauſa, n. 11. cum ſeq. de ſent. & re iud. Caſſan. conſ. 60. n. 16. Pariſ. cõſ. 26. n. 16. vol. 1. conſ. 24. n. 1. & cõſ. 84. n. 1. vol. 4. Bellam. deciſ. 748. vbi ampl. in locatione. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 17. n. 1. cũ ſeq. Menoc. de arb. iud. li. 2. cent. 2. caſ. 172. Maſcard. de prob. vol. 1. cõcl. 75. nu. 1. Mãdoſ. de ſign. grat. rubr. ſi in euidentem vtil. Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 19. num. 24. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 13. cum ſeq. par. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 296. par. 2. vbi amplius dicit, quòd licet contractus ſit nullus, tamen emphyteuta tenetur ad ſolutionem canonis. Caualc. deciſ. 34. num. 14. par. 4. 1

Item ſuppoſito, † conceſſionem in emphyteuſim perpetuam eſſe alienationem. d. c. nulli. Surd. in d. conſ. 245. num. 7. Claud. Tut. alleg. 24. num. 1. Io. Bapt. Ferret. conſ. 248. num. 9. idque clare colligitur ex d. extrauag. 2

ambitioſæ. Et faciunt dicta per Cor-
bul.in tract. de emph. in rub. de cau.
priu. ob alien.ampl.36.nu.1.Redo.de
reb.eccle.non alien.q.2.cap.22. incip.
ſimiliter dare.num.2.cum ſeq.vbi in-
quit, dici alienationem propriè, & in
ea requiri ſolemnitates requiſitas in
alienatione. Et quamuis idem Redo.
in d.tract.quæſt.51.cap.5.num.8.refe-
rat Clar. tenentem de conſuetudine
ſeruari contrarium: Tamē eſt aduer-
tendum primò, dictam conſuetudinē
eſſe inualidam, ſaltem ſi tolleret om-
nes ſolemnitates. vt per Redo. ibid.
quæſt.51 cap.18. num.2. Secundò, di-
ctam conſuetudinem non eſſe exten-
dendam, vtì ſtricti iuris, vulg. iuribus,
& doctrinis.

Demùm ſuppoſito, beneficiatos nō
recuperantes bona eccleſię à detento-
ribus, & occupatoribus non ſolùm
mortaliter peccare, ſecundum Couar.
in c.peccatum.par.1. nu.6. de reg.iur.
in 6. ſed alias quoque incurrere pœ-
nas, de quibus per Sac.Conc. Trid.de
reform.ſeſſ.22.cap.fin.

Placuit reſolutio negatiua ex pluri-
bus in facto, & in iure veriſſimis, &
præſertim. Primò, cum non interue-
3 nerit † in dicta conceſſione euidēs v-
tilitas eccleſiæ. Dec.in cap.quæ in ec-
cleſ.nu.8.de conſt.Soc.ſen.in d.conſ.
15.num.1.Berret. conſ.92. per totum.
Rol.conſ.15 num.16.vol.1.Pariſ. dict.
conſ.24.nu.1.Maſcard.d.concl.75.nu.
6.Caualc.deciſ.45. num.40. & deciſ.
46.nu.80.par.1.Theſau.fori eccl.par.
1.cap.15.num.3.Gram.deciſ.79. num.
13. Rot.Rom. in nouiſſim. deciſ.463.
num.1.par.1.

4 Quinimò † dicta vtilitas erat aliter
probanda, quàm per aſſertionem no-
tarij, vel Prælati.Soc.ſen. in d.conſil.
29.num.10.Rol.d.conſ.15. num.17.Io.
Bapt.Ferr.conſ.294.numer.14. Surd.
conſ 294. num.2. vbi ampliat, † Ne- 5
que credendum eſſe Papæ. Maſcar.in
d. vol.1. concl.277. Menoch.de præ-
ſumpt.lib.3.præſ.133.num.18.Magon.
Lucen.deciſ.12. nu.23. Gram.d.deciſ.
79.num.20.

Secundò, † quia non præceſſit tra- 6
ctatus.ca.cum Apoſtolica. cap.tua.de
his, quæ fiunt à præl.Soc.ſen.in d.cōſ.
15.num.1. & 27.& d conſ.29. num.19.
Rol.in d.conſ.15.num.15.Redo.de re-
bus eccl.non alien.in tit.de cau. vtil.
quæſt.20.nu.39.& in tit.de tractatu q.
25.nu.1 &24 Caualc.deciſ.40.num.7.
& deciſ.45.num.28. par.1. Pariſ. in d.
conſ.26.nu 16.Natt.conſ.441.nu.7.&
31.Gram.d.deciſ.79.num.15.

Qui quidem † tractatus importat, vt 7
fiat ſuper alienatione exacta cauſæ
cognitio, præſertim an res eccleſiæ a-
lienanda ſit minus damnoſa.Io.Bapt.
Ferr.conſ.294 num.9.Berret.d conſ.
92.numero 2.Abb. conſ. 41. in princ.
par.1.Feder.de Sen.conſil.137. Redo.
d.tit.de tract.quæſt.25.num.68.Maſ-
card.d.concl.75.numero 14.Rot.Ro-
man.in nouiſſim.deciſio.716.numer.
3.par.1.

Et † de dicto tractatu debet fieri 8
ſeparatum inſtrumentum. Soc.ſen.in
d.conſ.29.num.20.Natt.d. conſ.441.
num.8.Rol.d.conſ.15. num.11.Redo.
in tit.de cauſæ cognit. quæſt.23. num.
33.& in d.tit.de tract. quæſt.25. num.
33.Ferret.d.conſ.294.num.10.Gram.
d.deciſ.79 num.16.Maſcard.d.concl.
75.num.2. Menoch.d.præſ.133. num.
17. Rot.Roman.in nouiſſim. d.deciſ.
716.numero 2.Magon.Lucen.d.deciſ.
12.num.24. Quem hodie ſuppleri per
informationes receptas per delegatos
Apoſtolicos eſt vniuerſalis practica,
& per illam diſcuſſionē cauſæ, quæ ha-
betur pro tractatu. Redoan.d.titul.de
cauſæ cognit.quæſt.23.numero 49.&

in d.

in d.rub.de tract.num.66. & in quæſtio.43.incip.ego autem dico. numero 5.

9 Et quamuis obiiceretur † etiam defectus ſubhaſtationis cum licitatione requiſita de iure, vt in d.auth. hoc ius porrectum.§.propterea. & d.cap.hoc ius. Redoan. in tit. de cauſis propter quas quæſt.19.nu.23. Menoch. de arb. iud.lib.2. cent.2.caſ. 129.nu.3. vbi dicit licitationem eſſe faciendam per xx.dies. Nihilominus id non fuit habitum in conſideratione, cum hodie prædicta non requiri affirment Redo. ibidem in rubr. de ſolemn. quæſt.24. nu.39.& in rub.de ſuſcript.quæſtion. 40.num.8.Simoncel.de decr.in rub. de off. iud.nu.66.lib.1.Alb. conſ.205. num.34.lib.2.Surd.conſ.245.num.35. Mandoſ. de ſign. grat. in rubr. ſi in euidentem.ver.ſolemnitates.& nouiſſimè Ioan. Bapt. Coſta de facti ſcientia, vel ignor. inſp.98. in reſp. numero 23.

10 Tertiò, nam non fuit obtentum † beneplacitum Apoſtolicum requiſitũ hodie per d.extrauag.ambitioſæ,& alias reiteratas Conſtitutiones Pontificias, Nauar.de reb.eccleſ.alien.conſ. 5.& conſ.11. nu.1.lib. 3. Caualc.de tut. & cur.num.164 & d.deciſ.45.numer. 40. Ferret.in d.conſ.294. nu.8. Non. conſ.58.num.11.Redo. ibidem quæſt. 35.incip.ſed licet, num. 1. Couar.var. reſol.lib.1.cap.3.num.9. Pariſ.d.conſ. 26.nume.16.Theſau.fori eccl. cap.15. num.1.par.1.Præſertim hic in Epiſcopo, ob iuramentum præſtitum per eũ de non alienando, Romano Pontifice inconſulto.Bald.in auth.hoc ius porrectum. numero quinto.C.de ſacroſ. eccleſ.

11 Et dum opponeretur, dictam conceſſionem excederet † tempus xxxx.annorum, lapſu autem d. temporis præſumi de iure interueniſſe omnia ſolemnia iuris, & ſucceſſiuè dictum beneplacitum Apoſtolicum, ſecundùm Alex.in l.ſciendum. nu.19. Iaſ. nu.17. ff.de verb.oblig. Dec.conſ.341.n.13. Rol.conſ.99.n 29.li.2.Maſcar.d.cõcl. 75.n.14.& concl.1371.n.6.vol.3. Et in puncto conſenſus Papæ, vide Aret. conſ.36.Gabr.conſ.36.num.51. vol.1. & conſ.82.num.30. volum. 2. Ferret. conſ.248.num.23.Put.deciſ.365.num. 3. par. 2. vbi dicit maximè procedere ſuppoſita obſeruãtia cõtractus. Grat. conſ.142.numer.17. lib.2.Menoch. de præſ.lib.2.præſum.75.nu.24. Mohed. de tranſact. deciſ.2. Oſaſch.deciſ.173. num.1.Rot.Rom.in nouiſſim.deciſio. 160.num.6.& deciſ.179.par.2. Coſta. d.inſpect.98.num.21.& cent.2.diſtin. 81.num.3.Rip.de eccl.ædif.reſp.2.nu. 11.Felin.in c.Albericus.num.4.de teſtibus,& in c.ſicut.num.29.de ſent.& re iud.Natt.conſ.162.num.24.Nauar. de reb.eccl.alien.conſ.1.num.2. lib.3. Surd.d.conſ.245.num.26. cum ſeq. & conſil.249.num.13.& 24.Magon.Lucen.deciſ.14.numero 32.Afflict.deciſ. 345.numero quinto.deciſ.368.numero ſeptimo.Gram.d.deciſ.79. num.1. cum ſeq.

Fuit replicatum primò, veriorem eſſe opinionem, non † præſumi ex dicto curſu conſenſum Papæ, quicquid forſan ſit in aliis ſolemnitatibus, vt in puncto tenuerunt Felin. in d.c.ſicut, nu.33.Alex.conſ.9.vol.3.Soc.iun.cõſ. 56.num.24.lib.2.Ferret.in d.conſilio 248.nu.19. Menoch. d.lib.3. præſ.132. num.71.Maſcard.d.volu.1.concl.419. num.19. Et pręſertim quando agitur de graui pręiudicio eccleſię, vt hic, Menoch. d.lib.3.pręſ.108.nu.5. Surd. conſ.28.numero 98.Afflict.deciſ.345. numero 6. 12

Secundò replicatum fuit, obiectum

13 eſſe intelligẽdum, † quando contractus fuiſſet celebratus in Vrbe, nam ob præſentiam Papæ pręſumitur ſciẽtia,& conſenſus,& in his terminis loquitur Aret. in d. conſ.36. quem poſtea ſecuti ſunt alij Doctores, tamquàm oues, & aues, in puncto vide Maſcard. d.vol.1. concl.154.numer.2. concl.416.num.2.& vol.3. concl.1316. nu.30.cum ſeq.Surd.conſ.28.num.99. & Io. Bapt. Coſta d. inſp.98. in reſp. num.21.& cent.2.diſt.81. Secus ſi extra Vrbem eſſet celebratus, vt hic, cum ceſſet præſumptio ſciẽtiæ,Redo. d.tract.quæſt.48.incip. ſed an in alienatione.num.16.Afflict.deciſ.107 nu. 7.Quod limitatur,ſi concurreret tempus immemorabile. Menoch. in d. præſump.132.num.71. & 92. Gabr. de præſumpt. lib.1.concl.1. num.8. Maſcard.d.concl.416.num.2.& 6.Affl.deciſ.107.num.8. Capic. deciſ.4. num. 29.Ferret.in d.conſ.248.num.19. Oſaſch.deciſ.173.num 5.Caualc.deciſ.8. num.23.deciſ.31. num.434. & deciſ 35. num.8.par.2.

Replicatum fuit tertiò, ex ipſomet inſtrumento d.conceſſionis colligi apertè,nullum interueniſſe conſenſum Papæ, ſed ſolùm Epiſcopi pro tempore, vnde ceſſat omnis præſumptio, ſecundùm Ferret.in d.conſ.248.num. 21.Natt.conſ.162.num.29. Surd.conſil.181. num.1. Oſaſch. d.deciſ.173.nu. 7.Menoch. d.præſumpt.132. num.79. Magon.d.deciſ.14.num.53.Redo.in d. tract.quæſt.39. incip. & an præſumatur.num.25.& 27.Affl.deciſ.107.num. 5. Præterea pars non oppoſuit de dicta præſumptione ſolemnitatum in actis, prout tenebatur, ſecundùm Afflict. d. deciſ. 345. num.7. Capic. deciſ. 4.nu.21. Gramm.d. deciſ.97. numero 21.

Poſtremò, dum pars confugeret ad illud fundamentum, † quòd d.extrauagãs ambitioſæ non eſſet, præſertim in Regno, vſu recepta. Redo.d.tract. quæſt. 35.incip.ſed licet de iure. num. 2.& quæſt 36.incip.ſenſus dictę extrauag.num.20. Corn. conſ.6. num.4. vol.4. Couar. var.reſol.lib.2. cap.16. num 6. Burſat. conſ.55.num.20.lib.1. Neuiz. conſ.90. Rot.Rom. in nouiſſim deciſ.896.par.3. Caualc. deciſ.43. num.2.par.1. & deciſ.31 num.328 par. 2.Arm.l in ſum.in verb.locatio.nu.4. Caiet. in ſum.in verb.excommunicatio.cap.75.vbi dicit, d.extrauag. non eſſe receptam vbique, & alicubi non totaliter ſed quoad aliquid,& Nau.in Manua.cap.27.num.150.vſus eſt hiſce verbis,nempè,credimus eſſe vſu receptam quoad pœnas intrinſecas, ſed non extrinſecas, Creſcent.de iureiur. deciſ.3.num.4. 14

Fuit reſponſum primo, d. † Extrauagant.ambitioſæ præſumi de iure vſu receptã, cum ſit inſerta in corpore iuris.Redo.in d.qu.35.nu.1. vbi firmat dictã Conſtitutionẽ eſſe generalem, & vbique ligare. Gomeſ. in reg. Cancell.in prohem.quæſt.2.nu.15.Benintend.deciſ.13. nu.10. Caualc.d deciſ.43.nu.4. Creſcẽt.de iureiur.d.deciſ.3 Eugen.conſi.24.num.7. Alex.de Neuo.conſ.30. Cæſar de Graſ.de reb. eccl.non alien.deciſ.4. num.26. Peregr.deciſ.225.lib.2.Flam.Pariſ.de reſig.benef.li.3.quæſt.6.n.25. Ro.Rom. in nouiſſ.deciſ.82.nu.2.par.1. Et fuit tentum in vna Brixien. locationis 21. Aprilis 1595.coram R.P.D.Orano. 15

Et propterea pars non ſolùm tenebatur proba non vſum,ſecundùm Caualc.in d.deciſ.43.nu.4.Benintend.d. deciſ.13.n.30.Et forſ.n nõ vſum xxxx. annorũ, cũ non poſſit negari dictam extrauag. fuiſſe in d. Epiſcopatu obſeruatam aliquando, Nauar. de regul.

lib.3.

lib.3.conſ.83.num.2.cum ſeq. Put.deciſ.27. par.3. vbi ponit, à quo tempore currat non vſus. Verùm etiam
16 † contrarium vſum. Caſtr.in l.de quibus.num.10. ff.de legib.Ioann.de An. conſil.111.nu.4.Natt.conſ.56. num.4. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ.775. par.1. Gabr.conſil. 78. num.10. vol.2. Put. deciſ.1.par.1.in fine.vbi dicit eſſe probandam quoque ſcientiam, & patientiam Papæ.

Secundò fuit reſponſum, dictam Extrauag. ambitioſæ fuiſſe in d. loco in aliquibus caſibus obſeruatam, vt oſtēſum fuit, & propterea non poſſe prætendi conſuetudinem in contrarium,
17 cum † ex actibus difformibus, & varia obſeruantia non inducatur conſuetudo. Non conſ.48. nu.14. Franc. Becc.conſ.7.nu.27. Menoch.de præſ. 31.num.8.

In ſecundò fuit pariter reſolutum, dictam conceſſionem fuiſſe nullam.
18 † Primò, cùm fuerit facta non requiſito conſenſu d. Epiſcopi Iaſ. in l.3. num.12.& 68 C.de iure Emph.Rip.in l.fin.quæſt.37. C.de reuoc.don. Clar. in § emphyteuſis. q.13. in prin. Alex. conſi.106 num.5. lib.4.Soc.iun.conſ. 70.num.14.vol.3 Non.conſil.2. num. 44.Becc conſ.35.Affl.deciſ.97.Tiraq. de vtroque retr. gloſ.1. §.1. num. 6. Gabr.de iure emph. concl.2. num.33. Menoch. de præſ.lib.6.præſ.34. num. 18. Corbul. de cau. priu. ob alienat. verſ.decimaquarta.num.1.

Et vlterius, non accedente conſenſu Capituli Eccleſiæ Cathedralis, qui requirebatur, cum ageretur de alienatione rei ſpectantis ad menſam Epiſcopalem.c.Epiſcopus.c.ſine 12.quęſt. 2.c.paſtoralis.c.tua nuper.& ibi Abb. de his, quæ fiunt à præl. Redo. in d. tract. in rubr. cauſa piet. quæſt. 21. num.37.& in rubr.de his qui conſent. quæſt. 26. num. 7. Io. Bapt. Ferr. d. conſ.394.num.9. Nauar. de reb.eccl. alie.conſil.10.num.1.lib.3.Rot.Rom. in nouiſſim. deciſ. 22. par.2. vbi lim. quando res reuerteretur ad naturam ſuam, Vinc.de Franch.deciſ.163.num. 13.par.1.vbi decl.

Quod confirmabatur ex eo, quòd in prima inueſtitura aderat pactum expreſſum, vt dicta vinea non poſſet alienari, & alteri concedi ſine conſenſu Epiſcopi, Corbul. ibidem lim. 2. num.4.& lim.3.num.2.

Nec potuit ſuſtineri dicta conceſſio ex conſenſu poſtea pręſtito à quodam Belmonte aſſerto procuratore dicti Epiſcopi. Nam d.Belmontes non habebat † ſpeciale mandatum ad alienandum, quod requirebatur, ſecundùm Caualc. in d. deciſ. 31. num. 15. par.2. Corbul.d.rubr.de cau. priu.ob alienat.lim.22.num.2.& lim 16. Reſpondebatur etiam, † conſenſum ſuperuenientem non validare actum iam ipſo iure nullum. Pariſ. conſ. 1. num.105. vol.1. Boccac. ſuper conſt. pro.mar. in cap. vt minorum. gloſ. 3. num.29. Sed hęc opinio non eſt ita tuta, † cum contrarium multi tenuerint, nempè, ſufficere conſenſum domini interuenire poſt actum, vt Soc. ſen.d.conſ.15.num.40.& 48. Redoa. in d.tract.quęſt.32.incip. & iſte conſenſus. num.22. & colligitur ex dictis per Corbul. in d.rub.de cau. priu. ob alien. lim.39. quod Vinc.de Franch. deciſ.163. numer.12. par.1. reſtringit eſſe verum, ſi contractus eſſet vtilis eccleſiæ.

Secundò principaliter deducebatur nullitas ex eo, quòd d. Ramicius vendiderit dictam vineam, vtì propriam, & allodialem. † ex quo capite 22 tantùm ſuſtineri poteſt, cecidiſſe ab omni iure, ſecundùm Iaſ.in l.2.nu.86.

Et d.l.3.n.72. C.de iu.emph. Clar.in §.emphyt.quæſt.25.Gozad.conſil.46. num. 7. & conſ. 86. num.8. Butrig. conſ.22. num.4. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ. 282. par. 1. & faciunt dicta per Corbul. de cau. priu. ob mend. numero 2.

In tertiò fuit reſolutum, nullatenus poſſe de iure dictam vineam retineri à dicto Polidoro.

Primò, nam ipſe eſt hæres Angeli ſui fratris malæ fidei poſſeſſoris, vnde & ipſe dicitur poſſeſſor malæ fidei,
23 cum † mala fides auctoris noceat ſucceſſori. Iaſ. in l. Pomponius. num. 1. ff.ad acqu.poſſ. Couar. in c poſſeſſor. §.9.num.7.de reg.iur.in 6. Gabr. de præſcrip. concl.5. lib.5. Rol. conſil.6. nu.42.vol 3.Ceph.conſil.102.num.18. vol.1. Non. conſil.84.num.7. Surd. conſi.28.num.79.& conſ.73.num.14. Turret. conſ.63. num.4. & conſi.69. num.32.vol.1.

Secundò, quandoquidem dictus Po-
24 lidorus eſt hęres † extraneus, in quem non tranſit de iure emphyteuſis eccleſiaſtica.Iaſ.in d.l.2. num.202. & in d. l.3.num.74.Bero.quæſt.17.Affl deciſ. 100. num. 1. Surd. deciſ. 11. num.8. Clar. in §.emphyteuſis. q.28. verſ. & in ſpecie.& verſ.certè. Menoc.de recup.poſſ.remed.9.nu.82. Anch. conſ. 333. Dec. conſ.171.nu.1.Cald.de locat. conſ.6.Goza. conſ.35.& cōſ.39. Pariſ. conf.98.nu.8.vol.2.& conſ.85. nu.17. vol.4. Non conſil.2.num.28. Franc. Becc.conſ.3. num.13. Corbul. de cau. priu. ob mort.ciuil.num.24. Couarr. variar.reſol.lib.2.cap.17. num.5. cum ſeq.

Quod indubitatè procedere dicebatur in præſenti caſu, cum daretur modicus reditus in recognitionem, ſecundùm Vinc.de Franch. deciſ.235. num.1. cum ſeq. par.1. & Magon.Lucen. deciſ. 12. num.7. qui teſtatur de magis communi opinione.

Et dum replicaretur, dictam em-
phyteuſim † potuiſſe tranſire ad ex- 25
traneos, ex quo vinea pręfata fuerat ſterilis tempore primæ conceſſionis. ſecundùm Ang. in §. adeò autem, num.6.inſt.locat. Iaſ. in l.2.num.168. C.de iu.emphyt. Rip.de remed. præſer.contra pœſtem nu.255. Affl. deciſ. 100.Gozad.conſil.86.num.22. Franc. Becc.in d.conſ.3. num.29. Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.664.& deciſ.720.num. 7.cum ſeq.par.1.

Fuit reſponſum, non conſtitiſſe in actis de dicta ſterilitate, prout conſtare debebat, vti fundamentum intentionis dicti Polidori. l. actor. C. de prob. l. ei qui. ff.eodem. l. qui accuſare C.de eden.Præterea dictum fuit,
id forſan † verum eſſe in conceſſione 26
emphyteuſis perpetuę, non autem in conceſſione ad tertiam generationem, ſecundùm Iaſ. in d. l. 2. numero 160. & Becc. in d. conſil.3. numero 29.

ARGVMENTVM.

Retinere quando liceat Emphyteutæ rem Eccleſiæ ob afferta melioramenta.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta eccleſiæ poteſt retinere bona emphyteutica pro melioramentis.*

2 *Inueſtitura, & noua conceſſio in emphyteuſim cenſetur facta à Domino, ſi receperit Canonem.*

3 *Emphyteuſis quando ſit renouanda agnato. Et num.12.*

Melio-

4 *Melioramēta debent probari fuiſſe vtilia, & à ſe vel ſuo auctore facta.*

5 *Melioramenta extare, debet probari.*

6 *Melioramenta facta à malæ fidei poſſeſſore ſunt compenſanda cum fructibus.*

7 *Petitio, an retentio detur pro melioramentis.*

8 *Melioramenta non debentur, ſi res eſt deuoluta ob culpam.*

9 *Quando non poſſit retineri res emphyteotica pro melioramentis.*

10 *Melioramenta quando ſint ſoluenda vti rudera.*

11 *Quando ex receptione Canonis cenſeatur remiſſa caducitas.*

RESOLVTIO XXII.

IN eadem cauſa OEconomi Epiſcopatus Aprutini, cum Polidoro fuerunt propoſita tria fundamenta, vt coloraretur retentio dictæ vineæ.

1 Primúmque fuit ſuper † melioramentis factis in dicta vinea, pro quibus competere emphyteutæ retētionem bonorum, poſt alios firmarunt Gabr.conſ.80.nu.37.vol.2. Pariſ.cōſ.33.n.53.vol.1.& conſ.28.num.1.vol.3. Surd.conſ.183.nu.1. Magon. Florent. deciſ.49.n.23.Redoan.de reb.eccl. nō alien.q.17.verſ. Vnde in hac materia nu.6. vbi ampliat, quoad ſingularem ſucceſſorem, per tex.in l.in hoc.§.impendia.ff.comm.diuid.Put.deciſ.471. nu 4.par.2. Capic.deciſ.17.nu.7. vbi ampliat, etiamſi meliorationes eſſent incertæ, & non liquidæ, quicquid dicat Bal.in auth.qui rem.num.2. C.de ſacroſ.eccl.

Fuit ſecundum, nam Belmontes aſſertus procurator Epiſcopi Aprutini receperat † Canonem ſolui ſolitum à 2
d.Polidoro, vnde cenſetur facta noua conceſſio. Clar.in §.emphyteuſis.qu.10.in princ. Crauet.conſ.971.num.5. Corn.conſ.187.num.1.vol.1.

Tertium fuit, quòd in omni caſu eſſet ſaltem † renouanda ſibi inueſtitu- 3
ra, ſiue concedenda nouiter emphyteuſis, cum foret proximior agnatus, prout tenuerunt Iaſ.in l.2. nu.22.C.de iure emph. Caputaq.deciſ.230.nu.3.& deci.304.par.1. Cæſar de Graſ.de reb eccl.non alien.deciſ 4.nu.9. Rot.Ro. in nouiſſ.deciſ. 195 & deciſ.198.par.1. Affl.deciſ.238.num.2.

Quod coadiuuabatur, cum dicta vinea diceretur fuiſſe ſterilis tempore primæ conceſſionis in emphyteuſim. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.312. num.1. par.2. Cæſar de Graſſ.de reb.eccl.non alien.deciſ.4.num.6.& 10.

Ceterùm placuit perſiſtere in iā reſolutis in præcedenti reſolutione, vti fulcita irrefragabilibus rationibus.

Et ad Primū fundamentū reſpōdebatur. Primò, dictum Polidorū nō ſolùm non probaſſe melioramenta † aſ- 4
ſerta fuiſſe vtilia, & à ſe, vel ſuo auctore facta, prout tenebatur, ſecundùm Menoch.de recup.poſſ.remed.15. nu. 567.& præſertim ad excludendū agētem remedio poſſeſſorio recuperādę, nu.568.cū ſeq.Rot.Ro.in nouiſſ.deci. 398.nu.6.par.1. & deciſ.312.nu.5 par. 2.Pariſ.d.conſ.33.n.53.Sed neque probauit † extare aliqua melioramenta 5
Gabr.conſ.168.nu.118.vol.1 Natt.cōſ. 601.nu.2. Caualc.deciſ.32.nu.19. par. 2.Maſcar.de probat.vol.2.concl.1037. num.12.& 22 Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.312.num. 4.par.2.

Secundò reſpondebatur, quòd † aſ- 6

ſerta melioramenta venirent compenſanda cum fructibus per eũ malè perceptis, ſtante ipſius mala fide. Iaſ. in l.1.num.18.C.de ſeru.fug. Felin.in c.cum cauſa,num.29. de ſent.& re iudic Capic.deciſ.119. Caualc.de tut.& cur.num.165.deciſ 28.num.5.& deciſ. 44.num.61.par.2.Gabr.conſ.157.nu. 1.vol.1.Surd.d.conſ.183.num.46.Menoch de recup.poſſ.remed.11.num.21. &remed.15.num.573 Redoan.d.tract. quæſt.72.cap.6.incip. ſi verò ſimus in mala fide.num.1.cum ſeq. & cap.vltimo.incip.vnde in hac materia.numero 7.

Tertiò,quatenus dicta melioramen-
7 ta extarent,& vtilia,nihilominus † pro eis daretur petitio, non autem retentio,ſecundùm Magon.Lucen.deciſio. 81.num.24.

Quartò, dictam vineam fuiſſe deuolutam ad eccleſiam ob plures cau-
8 ſas, & præſertim † ob culpam, vnde fuiſſe deuoluta quoque melioramenta,tenuerunt poſt alios Gabr. conſil. 73.num.37.& conſ.80.numero trigeſimoprimo.volum.2. Rot. Roman.d. deciſ.312. numero 2. Surd. deciſ.317. num.16.

9 Quintò,Epiſcopum † dediſſe cautionem idoneam circa ſolutionem melioramentorum. Put.d.deciſ 471. nu. 6.par.2. Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ. 606.& deciſ.659.nume.1.par.1. deciſ. 16.lib.2.par.3.

Præſertim,cùm,dicta melioramenta facta in domibus dictæ vineæ,qua-
10 tenus eſſent liquida, adderetur, † eſſe ſoluenda tanquàm rudera, & nuda cimenta,quę remanerent ædificio diruto,ſecundùm Vinc.de Franch. deciſ. 110.nu.1.par.1. Magon. Lucen. deciſ. 33.numer.47. cum ſeq.Iaſ.in l.in emphyteuticariis.num.29 .cum ſeq.C.de iure emph. Caualc. deciſ.32.num.49. cum ſeq. par.2. qui teſtatur de magis communi. Bero.q.96.num.4. Pereg. de fideicom art.50.num.78. vbi conſtituit duos caſus.Magon.deciſ. Flor. 49.numer.fin.Ludou.deciſ.Peruſ.24. num 15.Redoan. d.q.72. cap.4. num. 10.Et hæc eſt opinio Baldi in cap.1.§. ſi quis de manſo. num.13. tit.de Controu.inueſt. c.1.§. ſi vaſſallus. num.4. tit. Hic finit. lex & incip. conſuetud. in vſibus feudorum.Idem in l.in fundo num.2.verſ. Tertiò nota.ff.de rei vendic.plures refert Clar. in §.feudũ q.88. verſ. ſed quæro,qui licèt teneat contrarium, tamen in iudicando non eſt recedendum à ſupraſcripta magis communi opinione, quæ ſapit etiam æquitatem, cum ſolum ſit Domini. Menoch.de recup.poſſ.rem.15.numero 566.

Et vlteriùs adeſſet non modica inter ſcribentes controuerſia: An illa melioramenta eſſent æſtimanda ſecũdùm tempus reſtitutionis,vel tempus factarum expenſarum,de quo latè pertractat Menoch.in d.rem.15 num. 557.cum ſeq. & Magon.deciſ.Lucen. 82.num.19.cum ſeq.Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ.669. numero 2.par.prima, & deciſ. 186. par.2. & in ſequenti reſolutione plenè dicetur. Et propterea, ſtante tali dubitatione, erat admittendum depoſitum, ſeu cautio.

Ad ſecundum reſpondetur. † Pri- 11
mò, dict. Belmontem habuiſſe mandatum ad recipiendum Canonem,ſed cum certis conditionibus, ex quibus impediebatur dicta remiſſio, ſiue renouatio tacita. Io. Baptiſta Ferr.conſ. 248.nũm.26.Surd.deciſ.317.nu. 25.

Secundò reſpondetur, caducitatem in dubio non cenſeri remiſſam per receptionem Canonis,vt fuit tentum per Rot. Roman. deciſio. 280. par.1. in

in nouiſſim.

Tertiò reſpondetur, cum hic expiraſſet emphyteuſis ob lineam finitam, non induci ex dicta receptione Canonis nouam conceſſionem, ſecundùm Iaſ in d.l.prima,n.66. Et obiter ſcias, quod licet Prælatus ſibi præiudicaret ex receptione Canonis, & ſic cenſeretur remiſſa caducitas, tamẽ hoc verum non eſt, ſi Prælatus, quando recipit Canonem, eſſet in articulo mortis, vt nouiſſimè ſcribit Polydor. Ripa de Act.in mort.artic. cap.49. num.8. & 10.cap.85.

Ad vltimum reſpondetur. Primò, aſſumptum non procedere hic, ex quo prima conceſſio, ſiue inueſtitura tuit nulla, & illegitima & non entis nullæ ſunt qualitates. vulg. iur. & doctr.

Secundò, illud non eſſe hic attendendum, cùm † Epiſcopus velit pro ſe dictam vineam retinere. Abb.in cap. bonæ el 2.num.28.de poſt.prælat. Caputaq.deciſ.303.cum ſeq.par.1. quic quid dixerit in d. deciſ. 230. numero 4. Redoa.d.tract. quæſtion.51. cap. incip. Item alio caſu. numero decimoſeptimo.

Præcipuè, cum ſua eccleſia eſſet pauper. Cæſar de Graſſ.de reb.eccleſ. non alien. deciſ.4.num.4.

ARGVMENTVM.

Melioramenta quando reſtituuntur, an ſint ſoluenda iuxta ſtatum, in quem reperiuntur reſtitutionis tempore, an verò iuxta id, quod impenſum eſt, quando fuerunt facta.

SVMMARIVM.

1 *In æſtimatione melioramentorum quod tempus ſit attendendum. & nu.2.5.7.8.9.11.13.15.16.& 17.*

3 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*

4 *Secundùm naturam eſt, vt ad quem pertinent incommoda, pertineant etiam commoda.*

6 *Conductor, & emphyteuta, an æquiparentur.*

10 *Opinio communis eſt ſeruanda in practica.*

12 *Augumentum rei cedit fundo.*

14 *Æqualitas eſt ſeruanda in iudicio, & extra.*

18 *Conſuetudo loci eſt ſeruanda.*

RESOLVTIO XXIII.

POSTREMÒ dubitatum fuit in eadem cauſa Epiſcopatus Aprutini cũ Polidoro, ſupponita reſtitutione melioramẽtorum, Nunquid illis eſſent æſtimanda ſecũdùm tempus reſtitutionis rei, vel potius ſecundùm tempus, in quo fuerũt facta. Pro veriori reſolutione iſtius difficultatis expedire videbatur afferre opiniones Doctorum altercantium inter ſe ſeriatim.

Igitur Prima fuit opinio glo.in l.in fundo.ff.de rei vẽd.in verb. pretij. ſic diſtinguentis. Aut † impẽſa ſunt centum, fundus autẽ eſt factus pretioſior in 50. & tunc prȩſtãda ſunt ſolùm 50. Aut impenſa ſunt centum, & fundus eſt factus pretioſior in 200. & tunc prȩſtanda ſunt centum tantùm. Quã diſtinctionẽ amplexi ſunt Bart. Ang. & alij.in d.l.in fundo. Abb.in c.1.numero 4, de reſtit.in integ. in c.ad noſtram.num.8.de reb.eccl.alien.& in c. quod quibuſdam.numer.9.de fideiuſſ. Felin. in cap.cum cauſa. numero 28. verſ. ſumptus autem quos fecit. de ſent.& re iud. Redoan. de rebus eccl.

non alien.quæſt. 72.cap.4.nu. 9. Neguſ.de pig. & hypoth.par.5.memb 4. num.11.& 16.Caſtr.conſi.270. num.3. verſ.ſed in contrarium. vol.2. vbi Angel. de Peruſio ſe ſubſcribit. Capic. deciſ. 93. num. 9. & alij plures relati per Pereg. de fideicom. art.50. num. 70.& 74. vbi diſcutit de melioramētis neceſſarijs,

Et hæc diſtinctio videtur ſatis clarè probari primò per l. Iulianus. & d. l.in fundo. ff. de rei vend.

Secundò facit tex.in l. ſi fundum.ff. de in rem verſo.

Tertiò,nam ſemper id,quod minus eſt,repeti debet,cum fiat in re aliena, vnde ſi nil impenſum eſt, nil repetitur.l.illud. §. minus. ff. de tribut act. Caſtr.in d.conſ.270. num.3.

Quartò, nam non videtur equum, vt vltra valorem præſentis temporis, perſoluat is,cui reſtituitur, cum ad eum nil perueniat.Menoch.de recup. poſſ.remed.15.num.560.

Quod limitatur, ſi impendens eſſet lucratus tantum ex fructibus perceptis, quod foret ſatisfactum ſumptibus,& laboribus, nam tunc nihil pænitus repetitur. l. ſumptus. ff. de rei vend.Felin. in d.c.cum cauſa,num.28.

2 Fuit ſecunda opinio,vt † in ęſtimatione melioramentorum ſit attendēdum tempus reſtitutionis rei, Quam tenuerunt Doctores omnes communiter.in l.domos.ff.de leg. 1. & plures refert Menoch. de recup. poſſeſ. remed.15.num.557.vbi teſtatur de communi,& hanc eſſe ſolidiſſimam regulam, & concluſionem. Theſau.deciſ. 251.num.3.cum ſeq.Magon.deciſ.Florent.49.num.27. Pereg. in d. art.50. num.72.in fine.dum dicit,& hoc iure apud nos vtimur, vt in æſtimandis melioramentis reſtitutionis tempus conſideretur. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.669.par.1.& deciſ.186. num.1.par. 2.Surd.conſi.324.nu.16. Natta conſ. 13 num.6.Corn.conſi.158.num.8.vol. 3.Boer.deciſ.44.num.12.& 13 Ioſeph. Ludou.deciſ.Peruſ.24.num.26.de cōmuni Andr.Gaill.pract.obſeru. lib.2. obſeru. 121. num. 12.

Quæ opinio ſuadetur.Primò,ex d.l. domos.cum ſequen. præſertim attenta interpratatione Iacobi Cuiac. quā refert Menoch. in d. remed.15. num. 559.

Secundò, † nam non debet quis ex aliena iactura locupletari,& præcipuè eccleſia,quæ eſt cultrix iuſti, & æqui. l.nam natura.ff.de cond. indeb c. locupletari.& ibi Din.de reg. iur. in 6. Bald in l.ea quæ. nume 3. C. de cond. ob cauſam. Soc.ſen. conſ. 44. num.8. vol. 1. 3

Tertiò, † ex quo decrementum,& peremptio melioramentorum pertinet ad impendentē, facit l. ſecundùm naturam.ff.de reg.iur.Pereg.in d.art. 50.num.72.& 76.quod limitat in melioramentis neceſſarijs, vt videlicet tunc repeti poſſit impenſa.per l. & in totum.ff.de impenſ. leg. 4

Quartò vrget, etenim abſolutū eſt in iure,talē impēdētem facere fructus ſuos pro rata melioramētorū.Peregr. in d.art.50.n.68. Maximè ꝓcedit hæc opinio, ſi poſſidēs dicta melioramēta feciſſet inuitus,puta ſi res eſſet cōſumpta ſine ſui culpa.d.l.domos.cum ſeq. & ibi Doct.Menoch.d. remed. 15.nu. 560.

Sed limitatur † primò, in detentore rei,puta in conductore,vel colono, qui cenſentur feciſſe melioramenta, tamquam negotiorum geſtores Domini.d.l.in fundo. & ibi glo. Magon. in d.deciſ.82.nu.20.Caſtr.in d. conſi. 270. num. 3. vbi † diſtinguit inter conductorem ad modicum tempus,& 5 6

inter

inter conductorem ad non modicum, de quo idem dicendum eſſe tenet, ob identitatem rationis. faciunt dicta per Menoch. in d. remed. 15. num. 550.

7 Limitatur ſecundò, † in impendente non habente cauſam à Domino, nam tunc reſtituendum eſt impẽſum tantùm, & ſic eſt attendendum tempus, in quo ſunt facta melioramenta. d. l. in fundo Peregr. in d. art. 50. num. 66. Quod ſublimita, ſi impendiſſet ſciens rem eſſe alienam: tunc enim amittuntur impenſæ ob præſumptum animum aliquem non obligandi. l. ſi quis ſciens. C. de rei vend. glo. in d. l. domos. & ibidem Iaſ. num. 12.

8 Limitatur tertiò, † in eo, cui ſunt perſoluenda melioramenta ex æquitate canonica, iuxta caſum poſitum in d. l. in fundo. verſ. finge pauperem. & per Felin. in d. c. cum cauſa. numer. 29. verſ. tamen dicerem. Tunc etenim eſt reſtituendum duntaxat impẽſum, ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſim. in d. deciſ. 186. num. 5. facit. l. 1. C. de dot. promiſſ. cum alijs vulg. Niſi dici poſſet, idem iudicandum eſſe de æquitate, quod de rigore, quinimò æquitas magis operatur. l. placuit. C. de iud. Doct. in l. in omnibus. ff. de reg. iur.

Tertia fuit opinio Ruin. in conſil. 14 num. 3. conſi. 38. num. 25. & conſil. 117. vol. 1. qui affert talem diſtinctionem.

9 † Aut, nempè, ſumus in feudatarijs, emphyteutis, maritis, hæredibus grauatis per fideicommiſſum, ac alijs iure dominij tenentibus, & tunc attendendum eſt tempus reſtitutionis. Aut ſumus in ſimplici, & ſolo poſſeſſore bonæ fidei, & tunc eſt reſtituendum impenſum tantùm. & ita concordantur. dicta lege in fundo. & d. l. domos, quæ videntur ſibi inuicem aduerſari. Hanc autem diſtinctionem ſequitur Rol. in conſ. 28. nu. 18. vol. 4. Caualc. deciſ. 44. nu. 61. cũ ſeq. par. 1. & referunt Menoch. in d. remed. 15. n. 565. & Theſau. d. deciſ. 251. nu. 3. verſ. quidam in hoc articulo.

Cæterùm hæc diſtinctio non placuit Magon. in d. deciſ. 82. nu. 21. verſ. nec releuat diſtinctio. nec minus Peregr. in d. art. 50. nu. 71. & 74. ex quo non videbatur poſſe aſſignari vera ratio diuerſitatis inter caſum, & caſum. Quinimò Caſtr. in d. conſ. 270. num. 3. verſ. ſed certè illud. æquiparat conductorem ad longum tempus emphyteutæ. Et præterea videretur nimis reſtringi ſupradicta ſecunda opinio † communiter recepta, quæ in 10
iudicando eſſet omninò ſeruanda. Menoch. de recup. poſſ. remed. 14. nu. 32. & de retin. poſſeſ. remed. 3. num. 852. Franc. Becc. conſ. 7. num. 17. Surd. deciſ. 20. num. 14.

Quarta fuit opinio eiuſdem Peregr. in d. art. 50. nu. 72. qui nititur huiuſmodi contrarietates concordare ſic. † Aut agitur de augmento pretij, 11
& valoris fundi contingente ex cauſa melioramentorum ſupra menſuram impenſæ, & tunc reſtituendum eſt impenſum tantùm, & reliquum cedit Domino rei. Aut agitur de augmento contingenti in pretijs rerum expoſitarum, puta lapidum, lignaminum, & operum pro ædificio, & tunc eſt attendendum tẽpus reſtitutionis, & in hoc caſu loquitur. d. l. domos.

Verùm hæc concordia non poſſet tutè in practica obſeruari; ex quo pro ea non allegatur ratio, neque auctoritas; Imò obſtare videtur, quod in vtroque caſu militet eadem ratio, vnde & eadem diſpoſitio. vulg. iurib. Inſuper † augmentum rei cedit fundo, 12
l. ſi autem. §. fin. ff. de rei vend. vide doctrinam magiſtralem Caſtr. in d. conſil. 270. num. 3.

Quinta fuit opinio ... ot. Flor. de qua per Magon. in d. deciſ. 82. nu. 21. cum ſeq. & quam etiam tenuerunt Caualc. in d. deciſ. 44. num. 62. Curt. iun. conſi. 144. num. 7. Burſat. conſil. 71. num. 23. vol. 1. Odd. de reſt. in in-
13 teg. par. 1. quæſt. 47. art. 7. Nempè; † quod ſit attendendum tempus illud, quod ſit magis vtile domino rei.

Quæ opinio v detur apertè probari primò, per d. l. in fundo. & ibi glo. in ver. plus pretio.

Secundò, nam nulla videtur fieri iniuria impendenti, ex quo impenſas repetit. d. l. in fundo.

Sed hæc opinio videbatur etiã periculoſa, cum non minus ſit conſideranda perſona impendentis, quàm domini, imò magis illa impendentis, cum dominus tractet de lucro captã-
14 do. Præterea in † dubio eſt ſeruanda ęqualitas, tàm in iudicio, quàm in cõtractibus. l. ſi id §. fina. ff. de reſcind. vend. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbit. Rom. conſi. 295. num. 5. Non. conſ. 112. num. 8.

15 Vltima fuit opinio, quod hæc difficultas † ſit repoſita in arbitrio iudicis, qui conſiderare debeat omnia tẽpora, & qualitates, prout illam firmarunt Menoch. in d. remed. 15. nu. 565. & Theſau. in d. deciſ. 251. nu. 3. verſ hoc eſt boni viri. & num. 4. Et mihi videtur magis æqua, & verior; Tum ponderando d. l. in fundo. in illis verbis. bonus iudex ex perſonis, cauſiſque conſtituet: Tum d. l. domos. ibi, boni viri arbitratu &c.

Perpenſis ſupradictis opinionibus, & ſingulis earum rationibus. Fuit re-
16 ſolutum, in præſenti caſu † fore attẽdendum tempus impenſarum, non autem reſtitutionis rei.

Primò, quia in principali cauſa actũ fuerat ad reſciſionem contractus ex capite nullitatis, & læſionis, Abb. in cap. 1. de reſtit. in integr. vbi etiam Bero. num. 38. Rot. Rom. in nouiſſim. in d. deciſ. 186. num. 3. Et ratio adducitur, etenim ob malam fidem talis poſſeſſor perdit & melioramenta, & pretium. ſecundùm Felin. in d. c. cum cauſa. nu. 28. cum ſeq. vbi declarat. Grat. conſil. 132. nu. 14. vol. 2. Menoch. in d. remed. 15. num. 537.

Præſertim hic, cum fuiſſet lata ſententia ad fauorem eccleſiæ, quæ tranſiuerat etiam in iudicatum. Compro-
batur, nam † poſſeſſor bonæ fidei, ſi 17
poſtea efficiatur malæ fidei poſſeſſor, deducit tantùm impenſas. l. Iulianus. ff. de rei vendic. glo. in d. l. in fundo. in ver. deducto. Menoch. in d. remed. 15. num. 546. Peregr. in d. art. 50. nu. 78. verſ. ſecundus caſus eſt.

Secundò, cum exhiberentur atteſtationes, in dicto loco ſeruari de cõſuetudine, vt in rebus eccleſiæ atten-
datur tempus impenſarum, quam † 18
conſuetudinem in ſimilibus ſeruandam eſſe ponit Menoch. in dicto remed. 15. nu. 562. de præſumpt. lib. 3. præſ. 43. cum ſeq. latè Surd. conſ. 58. num. 7. deciſ. 80. num. 3. & deciſ. 166. num. 36.

ARGVMENTVM.

Excommunicato propter alienationem bonorum Eccleſiæ factam abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ non prodeſt abſolutio à cenſuris, ſi literas abſolutionis impetratas præſentauerit, poſtquàm proceſſatus fuerit criminaliter.

Et quando ſit citandus Fiſcus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiſcalis venit citandus in certis caſibus.*

2 *Stilus Curiæ ſeruandus eſt.*

3 *Fiſcus licèt ſemper ſit præſens, tamen procurator fiſci eſt citandus. Et num.4.*

5 *Delata ad fiſcum, & mulctæ pecuniariæ piis locis ſunt aſſignandæ.*

6 *Epiſcopus habet fiſcum.*

7 *In concedenda abſolutione excommunicato contumaci pars eſt citanda*

8 *Literæ obreptitiæ, & ſubreptitiæ ſunt ipſo iure nullæ.*

9 *Etiamſi obreptio, & ſubreptio prouenirent ex ſimplicitate, vel ignorantia, vel eſſent in modico.*

10 *Et etiamſi eſſet ſubreptio commiſſa in facto.*

11 *Conceſſio intelligenda eſt re integra.*

12 *In literis attenditur quandoque tempus datæ.*

13 *Sed in literis Iuſtitiæ attenditur tempus præſentationis.*

14 *Inſordeſcenti in excommunicatione per annum an proſit abſolutio à cenſuris ad effectum obtinendi gratiam.*

15 *Per negligentiam extinguitur gratia.*

RESOLVTIO XXIV.

CVM quidam N. beneficiatus alienaſſet plura bona ſui beneficij, non obtento beneplacito Apoſtolico, & ob id dubitaret de incurſu cenſurarum, impetrauit à Sanctiſſ. D. Clemente Papa Octauo fœl.recor. literas abſolutionis à cenſuris, cum poteſtate confirmandi d. alienationes, ſi conſtaret de euidenti Eccleſiæ vtilitate, licèt dictas literas non præſentauerit iudicibus Delegatis, niſi poſt annum, & poſtquàm fuerat proceſſatus criminaliter de d. alienationibus.

Fuit dubitatum, an d. literæ ſibi ſuffragarentur. Et per D. Fiſcalem procuratorem Curiæ Epiſcopalis Papiæ proponebatur, d. N. nullatenus eſſe abſoluendum ex pluribus, & præſertim Primò, ex quo non fuerat citatus ipſe procurator Fiſci, prout † de iure 1
citandus erat, cum ageretur etiam de confirmandis alienationibus rerum eccleſiæ, ſecundùm Foller. in pract. can. par. 2. cap. 5. numero quinto, cum ſequent. Faciúntque dicta per Vant. de nullit. in rubr. quis poſſit dicere de null. numero primo, cum ſeq. Et conceſſio abſolutionis eſſet correſpectiua ad confirmationem alienationum in dictis literis, vnde ſuper vtroque ſimul erat pronunciandum per D. Delegatos, ſecundùm dicta per Caputaq. decif. 225. par. 1.

Quod confirmabatur ex ſtilo antiquiſſimo d. Curiæ, † qui ſeruandus e- 2
rat, ſecundùm Felin. in cap. ex parte. numero quinto, de reſcript. el 1. Gabr. conſilio 193. numero primo, volumine ſecundo. Caputaq. decif. 88. numero quinto. p. 3. Nec obſtaret, ſi diceretur, fiſcum † ſemper eſſe præſentem, 4
gloſſ & Bald. in l. notum. numero primo. C. de quadrien. præſcript. Capel. Tholoſ. decif. 229. & ob id non eſſe citandum, Capic. decif. 1. numero trigeſimoſeptimo. Abb. conſ. 38. num. 1. vol. 1. Vant. de nullit. in rubr. fin. num. 115 cum ſeq.

Quia, quicquid ſit in fiſco, aliud eſt in procuratore † particulari ipſius fi- 5
ſci, qui omninò citandus eſt, Alex. in l. acta. nu 8. cum ſeq. ff. de re iud. Caualc. decif. 5. num. 34. & decif. 11. nu. 35.

p.1 & in puncto vide Addit. ad Capel. Tholoſ. d. deciſ. 220. num. 2. cum ſeq.

Similiter dum diceretur, munus fiſ-
5 ci † Epiſcopalis eſſe reſtrictum tantùm in eo, vt delata ad eius cameram in pios vſus erogentur, ſecundùm Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 9. num. 11. quem refert Clar. in §. fin. quæſt. 80. verſ. in hac autem, prout aſſignanda ſunt, & conuertenda ad euitandam ſuſpicionem auaritiæ, ſecũdùm Io. And. in cap. 1. num. 4. & Anchar. num. 2. propè finem. de homic. in 6. & decretum fuit per Sac. Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 25. cap. 3. quòd præſertim ſeruatur in pręſenti foro Eccleſiaſtico Papiæ.

Fuit replicatum, id friuolum eſſe, nam ſtante, quòd hodie, tàm ſecundùm generalem cõſuetudinem, quàm ſecundùm receptiorem Doctorum
6 opinionem, † quilibet Epiſcopus habeat fiſcum, prout teſtantur Couar. in d. cap. 9. num. 11. Clar. in d. quæſt. 80. verſ. in hac autem. Cuch. inſtit. maior. de Epiſc. num. 75. latè Sbroz. de off. Vic. lib. 2. quæſt. 60. Rot. Rom. in antiq. de teſtam. deciſ. 7. Theſaur. fori eccleſ. par. 1. cap. 16. num. 17. vbi ampliat: quicquid dicat Boſſ. de fiſc. & priuil. num. 8. Neſcitur, quare ſit reſtringenda facultas d. fiſci ad caſum ſupradictum tantùm, quinimò Couar. in d. num. 11. non apponit aliquam dictionem taxatiuam, ſi benè inſpiciatur.

Poſtremò fuit etiam iudicatum friuolum dicere, quòd in concedenda
7 † abſolutione excommunicato contumaci non requiratur citatio partis, ſecundum Syluest. in ſumma. in verb. abſolutio. 2. nu. 8. Dec. in c. qua fronte. num. 7. de appellat. Nam hic fuit facta proteſtatio per fiſcum, de cuius intereſſe agi proponebatur, quòd nihil fieret, niſi ipſo citato, & audito. in puncto Felin. in c. fin. n. 27. verſ. fallit quintò. de præſumpt. & faciunt dicta per Dec. in d. c. qua fronte num. 7. vbi dicit eſſe arbitrarium iudici, & per Rom. conſ. 354. num. 3.

Secundò principaliter proponebatur per fiſcum. d. literas eſſe obreptitias, & ſubreptitias, ex quo non expreſſit d. N. omnia, & quæcumque bona alienata, ſed partem tantum, & inſuper tacuit, ſe per plures annos permanſiſſe in excommunicatione præfata, & celebraſſe ſemper ſacrum, † & 8
ſucceſſiuè fuiſſe nullas ipſo iure, ſecundùm Felin. in c. ad audientiam. el 2. num. 22. & in c. ſuper literis. nu. 13. de reſcrip. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 10. q. 2. nu. 4. Quod verum eſſe addebatur, etiamſi † ſubreptio proceſſiſ- 9
ſet ex ſimplicitate, ſiue ex ignorantia, & in modico. Dec. cõſ. 19. nu. 51. Crau. conſ. 68. num. 2. Pariſ. conſ. 9. num. 87. li. 2. Put. deciſ. 400. par. 1. Flam. Pariſ. d. q. 2. num. 5. 6. Inſuper, cum hic ageretur † de ſubreptione commiſſa in 10
facto proprio, non poſſet dici, quòd Papa adhuc eſſet gratiam conceſſurus, nam indiſtinctè gratia vitiatur, ſecundum Egid. deciſ. 3. Et fuit tentum in vna penſionis 15. Maij 1585. coram Illuſtriſs. D. Seraphino. De actu autem nullo nulla eſt habenda ratio l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Affl. deciſ. 182. num. 4.

Tertiò, nam, quãdo fuerũt d. literæ præſentatæ per d. N. corã iudicib. delegatis, res nõ erat amplius integra, cũ iã d. N. fuiſſet de d. alienationib. proceſſatus criminaliter, quælibet † autẽ 11
cõceſſio intelligẽda eſt re integra. c. in parochia. 16. q. 1. glo. in c. 2. de reſcrip. Quinimò, ſi hodie abſolutio cõcederetur, nulla facta mẽtione d. cauſæ criminalis, vtiq; abſolutio foret inualida, ſecun-

ſecundum Bellam.deciſ.799.Gabr.de clauſ.lib.6.concl.1.num.10.Gomeſ. ſuper reg.Cancel.de iure quęſito non tollen.quæſt 1.num.1. & quæſt.2.

12 Et quamuis † in literis gratiæ cui attendatur tempus datæ.c.eũ de præben.in 6.Cuch.inſt.ma.lib.1.de reſcrip.tit.4.num.26.Pariſ.de reſig.benef.lib.1.q.6 nu.31 & lib.8.q.8.num.112.& tempore datæ dictarum literarum d.N.non eſſet proceſſatus. Nihi-
13 lominus dictum fuit d.literas † eſſe iuſtitiæ, præſertim attenta confirmatione alienationum, in quibus literis attenditur tempus præſentationis.c.vt debitus.de appel.Cuch.in d.tit.4.num.27.cum ſeq.

Quartò,etenim d.N.erat inſordeſcens in excommunicatione per plu-
14 res annos, cæterùm † inſordeſcenti, etiam per annum in ea, non prodeſt abſolutio à cenſuris, ad effectum obtinendi illam gratiam,vt expreſsè cauetur in reg.Cancel.65.Put.deciſ.128.par.3.Pariſ.de reſig.benef.lib.4.q.3.nu.58.& lib.8.q.7.nu.111.Hẽriq.ſum.Theol.mor.lib.7.de indulg.c.18.nu.1. Sed de hoc fundamento non fuit habita conſideratio,cum doctrinæ allegatæ videantur procedere in excõmunicato nominatim , & publicato per cedulonos , vel in abſolutione à cenſuris in genere conceſſa ad effectum obtinendi &c. quæ qualitates non concurrebant in d.N.

Quintò,adducebatur d.N.non poſſe iuuari ex d. literis, cum à die datæ vſque ad diem prȩſentationis iam eſ-
15 ſet elapſus annus;per negligentiam † etiã extinguitur gratia.glo.in c.ſi clericus de pręb.in 6. Staffil. quib.mod. expirent literæ.verſ. tertiò expirat,n.1.cum ſeq.fol.mihi 213.& de non vtẽte reſcripto intra annũ, vide c.ſi autẽ.& ibi Doct.de reſcrip. Vant. de null. in rub.ex def.iuriſd.deleg.nu.101.fol.141.Sed contra hoc videbatur obſtare doctr.Flam.Pariſ.de reſig. benef. lib.2.q.26.nu.7.

In hac cauſa fuit ſuperſeſſum,donec cognoſceretur de cauſa criminali per Ordinarium.

ARGVMENTVM.

Conceſſio bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam abſque ſolemnibus non conualidatur ex receptione Canonis.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio alienationis quando inducatur ex Canonis receptione.*
2 *Solemnitas an requiratur in alienatione rei Eccleſiæ modici valoris, & num.13.*
3 *Quid in re ſolita concedi in emphyteuſim. Et nu.17.*
4 *Solemnitas præſumitur ex antiquitate temporis.*
5 *Mandatum non præſumitur etiam per mille annos.*
6 *Ex clauſulis inſolitis præſumitur læſio Eccleſiæ.*
7 *Vicarius non poteſt interponere auctoritatem in rerum Eccleſiaſticarum alienatione.*
8 *Conſenſus Patroni,an requiratur in alienatione rei Eccleſiæ de iurepatronatus. (ralibus.*
9 *Prohibitio ſtringitur ex verbis gene-*
10 *Alienatio rei Eccleſiæ dicitur prohibita,etiã in caſu permiſſo,cõcurrente hominis prohibitione.*
12 *In ratificatione alienationis rei Eccleſiæ requiritur eadem ſolẽnitas.*
14 *Domus dicitur precioſa ſi habet Turrim.*
15 *Reſtitutio in integrum eſt concedenda Eccleſiæ læſæ.*

16 *Solita res concedi in emphyteuſim dicitur, quando eſt facta bina inueſtitura.*

18 *Tempus non currit viuente Rectore alienante.*

19 *Præſcriptio non venit contra hæreditatem iacentem.*

RESOLVTIO XXV.

IN cauſa alienationis domus capellæ S. Britij, & ſanctæ Mariæ Magdalenæ conſtructę in Eccleſia S. Theodori vertente inter Io. Iacobum Vaſſallum Capellanum ex vna, & ſorores de Graſſis ex altera, plura fuerunt deducta, & plenè diſcuſſa ſuper validitate, vel inualiditate dictæ alienationis. Atque ad fauorem dictarum ſororum
1 adducebatur. Primò † diutina receptio Canonis per Capellanos pro tẽpore dictæ capellæ, ex qua videtur inducta tacita ratificatio inueſtituræ dictæ domus, ſecundùm Io. Bapt. Ferret. conſ. 154. num. 3.

2 Secundò, quia † non videbatur neceſſaria ſolemnitas iuris in dicta inueſtitura, ſeu conceſſione, cum illa domus tunc eſſet diruta, & ferè ſolo æquata, & proinde modici valoris. c. terrulas. 12. q. 2. Franc. Becc. conſ. 3. nu. 19. conſ. 100. nu. 20. Redo. de reb. eccl. non alien. q. 9. de rerum mob. mod. eccl. alien. nu. 50. & 51. q. 35. incip. Sed licet de iure communi. nu. 8. cum ſeq. q. 51. c. 8. incip. per prælatum nu. 1. cum ſeq. vbi latè & eadem q. c. 20. incip. iudicio meo videtur nu. 1. Theſau. fori eccleſ. c. 15. nu. 6. par. 1. Nauar. de feud. lib. 3. conſ. 1. nu. 6. Capic. deciſ. 105. nu. 2.

3 Tertiò dicębatur, † dictam domum fuiſſe ſolitam concedi in emphyteuſim, & propterea in d. inueſtitura, de qua controuertebatur, non fuiſſe neceſſaria ſolemnia iuris. c. 2. de feud. l. 1. & ibi Bart. C. de imponen. lucrat. deſcrip. lib. 10 l. pater §. quindecim. ff. de leg. 3. l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. glo. in auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccl. Redoa. d. tract. in rub. de immob. rer. eccl. alien. q. 12. nu. 51. cum ſeq. q. 51. c. 6. incip. item alio caſu. nu. 1. cum ſeq. Clar. in §. emphyteuſis. q. 28. verſ. aut verò. Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 17. nu. 4. Theſau. fori eccl. c. 15. nu. 3. & 29. Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 172. nu. 2. Gabr. conſ. 71. nu. 2. & 7. conſ. 82. nu. 1. vol. 2. Pariſ. conſ. 98. nu. 8. cum ſeq. vol. 4. Cæſar de Graſſ. de reb. eccl. non alien. deciſ. 4. nu. 18. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 311. nu. 3. par. 2. Surd. conſ. 181. nu. 41 & conſ. 249. nu. 2. 7. & 17. qui declarat, & limitat in caſu, quo mutentur qualitates, & conditiones. Non. conſil. 58. num. 2.

Quinimò addebatur, quod Capellanus præfatus teneretur probare læſionem, ſi vellet obtinere, ſecundum Rotam Rom. in nouiſſ. deciſ. 606. par. 1.

Quartò proponebatur, dictam inueſtituram fuiſſe factã de anno 1550. † 4
ex temporis autem antiquitate præſumuntur interueniſſe ſolemnia iuris. Affl. deciſ. 13. nu. 10. Berret. conſ. 92. n. 8. Maſcar. de prob. vol. 3. concl. 1316. & dictum fuit aliàs diffusè.

Cæterùm inclinabatur ad nullitatem præfatæ inueſtituræ ex pluribus, & præſertim. Primò, quia N. aſſertus procurator Capellani d. capellę, qui tunc fecit inueſtituram, non habebat ad id ſpeciale mandatum, quod requirebatur, prout aliàs dictum eſt; † Ne- 5
que mandatum præſumitur etiam per mille annos Natt. conſ. 526. nu. 1. &

latè

latè Maſcard.de probat. concl.1007. num. 41.vol.2.Affl.deciſ.345. nu.7.& deciſ.368.num.9.

Secundò, cum non interuenerint requiſita de iure in d.inueſtitura: Nō enim in ea adfuit cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis. Put.deciſ.168.par.1.& dictum fuit ſupra in Reſolut.v.

6 Quinimò † præſumebatur damnū, præiudicium, & læſio Eccleſiæ ex tot clauſulis inſolitis in dicta inueſtitura appoſitis, iuxta dicta per Caualc. deciſ.45.num.19 par.1.& Franc.Becc. conſ.52.numer.77. Nec minus adfuit beneplacitum Papæ, vel conſenſus Epiſcopi, ſed tantum cuiuſdam Prouicarij, de cuius ſubſtitutione, & auctoritate non conſtitit, & quatenus conſtitiſſet non ſatis fuiſſet, † cùm neque
7 vicarius Generalis poſſit interponere auctoritatem ſuper alienatione rei Eccleſiaſticæ, prout dicetur in vna R. D.Puthei infra Reſol.38.numero 11.& firmat Capel.Tholoſ.deciſ.97.Redo. de reb.eccl.non alien.in rub. de auct. Præl.q. 41.nu.60.

8 Tertiò, ex quo † in d. inueſtitura non interuenit conſenſus Patronorum d.Capellæ.

Sed hoc fundamentum non fuit viſum legitimum, cum laici Patroni cōſenſus in alienatione ſit requirendus de honeſtate, non autem de neceſſitate, ſecundum Caſſad.de iurep.deciſ. 3.nu.1.Redo.in d.tract.q 31.incip.etſi Eccleſia.num.4.& 5.Et ratio eſt, quia non præiudicatur ex dicta inueſtitura iurip.Anch.conſ.220. licet aliud ſit in permutatione beneficij.Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.195. numero 1.libr.2. par.3.deciſ.203.& deciſ. 209. libro 3. par.3.Caſſan.conſ.60.num.16. Capel. Tholoſ.quæſt.107. Et forſan aliud in patrono Eccleſiaſtico etiam videretur tenendum quoad bona, ſecundùm Redoan.ibidem num.6.

Quartò, videbantur facere diſpoſita per Sac.Conc.Trid.de reform.ſeſſ.25. cap.11.

Verùm dictum c.11. non videbatur facere ad caſum noſtrū, cum loquatur de locationibus temporalibus, hic autem agatur de conceſſione perpetua, prout in puncto dicunt Berret. conſ. 92.n.14. & Caualc.deciſ. 46. nu.465. par.1.

Quintò, depromitur clarè nullitas d.inueſtituræ ex fundatione d.capellæ, dum in ea legitur expreſſa prohibitio alienationis, ſub hiſce verbis, videlicet Domus non poſſit vendi, alienari, ſiue quouis titulo transferri in alium, aliàs venditio, & alienatio ante ipſum actum ſit nulla, & nullius valoris, & momenti, quia vult, quòd dicta domus ſit perpetuò ipſius Capellæ &c.Quod corroborabatur ponderando illa verba: quouis titulo &c. & quia vult &c. nam † ex eis magis 9
ſtringitur prohibitio. §.ſanctiſſimus. auth. de alien. & emph. faciunt dicta per Doct.in l.1.§.nunciatio.ff.de ope. nou.nunciat.

Addebatur, quòd † concurrente di- 10
cta prohibitione hominis dicitur alienatio prohibita, etiam in caſu permiſſo.c.verum, & ibi Doct. de cond. appoſ.Caual. deciſ.29. num.35. par.2. Corbul.de emphyt.in tit. de cauſ.priuat.ob alienat.ampl.10.nu.3.Redo.de reb.eccl.non alien.in rub.de rer.eccl. alien.q.3.num.50.& 63.in rubr.de immob.rer.eccl.alien.q.12.num.29.& in rubr. de cauſ.propt.quas fiunt alien. q.19.nu.82.cum ſeq. Crau. conſ.201. num.4.Surd.conſ.284.num.1. & 24. vol.2.& conſ.323. num. 3.vol.3.

Nec facit, quòd prohibitus alienare poſſit ſuo fauori renunciare. Bart.in l.1.C.de pact.Dec.conſ.349. numer.3.

Surd.d.conſi.284.num.12.

Tum quia, dicta concluſio non habet locum, quando agitur de re Eccleſiæ. faciunt dicta per Surd.in d.conſil. 284.num.15. cum ſeq.

Tum quia, in dicta prohibitione eſt appoſita cauſa. Rip in l.filiusfamilias. §.diui num.1. C. de leg.1.Grammat. deciſ.93.Surd.deciſ.154.nu.11. Franc. Becc.conſil.97.num.7. Et fuit etiam adiecta pœna in caſu alienationis Rip. in d. §. diui nu.22. & Soc.iun. ibidem num.112.

Cæterum quia, ad probandam dictam fundationem cum prohibitione, dictus Vaſſallus exhibuerat exemplum extractum à quadam ſcriptura, quam Conſules Collegij Notariorum Papiæ, viſis videndis &c. ordinauerant habendum eſſe pro originali deperdito: Dictęque ſorores de Graſſis dicebant, dictam ordinationem fuiſſe nullam, nec poſſe attendi ad deciſionem cauſæ coram D. Vicario Epiſcopali; Præſertim cùm ipſæ obtinuiſſent illius renocationem, & annullationem ab aliis Conſulibus ſucceſſoribus; Proinde in ſubſequenti Reſolutione plenè diſcutietur, An dicta prima ordinatio eſſet attendenda, cum ſuper hoc videretur reſidere maior difficultas cauſæ.

Et ad primum obiectum reſpondetur primò, † ex receptione Canonis non induci ratificationem inueſtituræ nullæ. Non.d.conſ.58.num.7. Præſertim quando agitur de re Eccleſiæ. Non. ibidem num.8. faciunt dicta per Affl.deciſ.365.num.6.
11

Secundò, aſſertam ratificationem non nocere Capellanis ſucceſſoribus Io.Bapt. Ferret. conſil.248. num.27. Caualc.deciſ.45.num.13.

12 Tertiò, † in ratificatione eandem requiri ſolemnitatem, quæ requiritur de iure in prima inueſtitura. Natt. conſ.420.num.7. cum ſeq. Oſaſch.deciſ.166.num.13 Non.conſ.89.num.39. Turret. conſ.29.num.11. vol.1. Surd. conſ.3.nu.10.conſ.28.nu.120. & deciſ. 159. num. 7. quæ ſolemnitas hic non fuit ſeruata, quinimò debebat probari ſcientia tenoris contractus. Non. in d.conſ 58.num.9.

Ad ſecundum reſpondetur. Primò † etiam in conceſſione rerum modici valoris requiri decretum, ſiue licentiam Ordinarij, ſecundùm Redoa. de reb eccl. non alien. d.q.51.c.20. incip. iudicio meo. num.6. & in rub.de rer. exiguar.immob.eccl.alien.q.13. num. 19. vbi allegat Guidop. deciſ. 156. & firmat etiam tria alia copulatiuè requiri, nempè, quòd res ſit exigua, non vtilis Eccleſiæ, & alienatio fiat ex cauſa neceſſitatis, & in rub. de cau. incommod.q.22.num.1.cum ſeq.Capic. deciſ.105.nu.3. Caualc. deciſ.31. num. 574. par. 1. faciúntque dicta per Affl. deciſ.87.num.2. Quinimò de iure etiam ruinæ ipſæ bonorum Eccleſiæ prohibentur alienari §.quod auctoritate. auth. de non alien. aut permut. Redo.d.tract.in rub.de rer.eccl.alien. q.3.num.7. 13

Secundò, dictam † domum tempore d.inueſtituræ fuiſſe precioſam, cùm haberet Turrim integram, prout & hodie habet, gloſ. & Doct. in auth. perpetua. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in authen. ſi quas ruinas. C. eod. Capic. d. deciſ. 105. numer. 3. præſertim, quòd dicitur repoſitum in arbitrio iudicis, quæ dicatur modica, vel magna res. Redo. de reb. eccleſ. non alien. in rub. quid, & quomodo dicatur modicum. q. 10. num. 1. cum ſeq & num.18. 14

Tertiò, fuiſſe conſtitutum pro Canone, ſiue penſione quid minimum, & tamen

& tamen non minor erat conſtituenda penſio, quàm duarum partium ex tribus, quæ perſoluebantur, ſtantibus ædificiis. c. ſi quas 10. quæſt. 2. d. auth. ſi quas. §. ſi verò quædam. auth. de alien. emph.

15 Quartò, in omni caſu dictum fuit, † competere d. Capellano reſtitutionē in integr. Rot. Roman. in nouiſſ. deciſ. 181. num. 1. par. 1. Io. Bapt. Coſta in tract. de facti ſcien. & ignor. centur. 1. diſt. 87. num. 13.

Ad tertium reſpondetur. Primò, in actis non conſtitiſſe, niſi de vnica in-
16 ueſtitura dictæ domus, † requiri autē binam inueſtiturā, vt bona dici poſſint ſolita concedi in emphyteuſim, prout tenuerunt Alex. conſ. 9. num. 6. vol. 3. Ieb. Non. d. conſ. 58. nu. 6. Berret. in d. conſ. 111. nu. 11. Nauar. de ſucceſ. ab inteſt. lib. 3. conſ. 4. nu. 3. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 204. nu. 2. par. 1. Maſcard. de prob. concl. 424. num. 14. volu. 1. & Redo. in d. rub. de immob. rer. eccl. alien. q. 12. num. 54. vbi dicit, requiri etiam ſpatium xxxx. annorū, & q. 51. c. 6. incip. item alio caſu nu. 2. & in rub. quæ requir. vt dicatur res ſolit. infeud q. 65 nu. 2. cum ſeq. Affl. deciſ. 305. num. 9. cum ſeq.

Secundò, neque poſſe fieri fundamentum in dicta prima inueſtitura, cùm fuiſſet nulla, vt apparet ex iam dictis, & in ſpecie firmat Ferret. conſ. 248. nu 14.

17 Tertiò, † adhuc requiri euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ſecundum Cæſarem de Graſſ. in d. deciſ. 4. num. 12. 17. cum ſeq. 20. & 25. de qua hic non conſtitit.

Ad vltimum reſpondetur, hic non ſubeſſe temporis antiquitatem, nam per totum tempus, quo fuit vacans ca-
18 pella præfata, & fuit † viuens Capellanus, qui dictam domum alienauit, nō dicitur effluxiſſe tempus aliquod contra Eccleſiam. c. placuit. §. hæc. de præſcrip. Abb. in c. cùm nō liceat. de præſcrip. Guidop. deciſ. 150. quem refert, & ſequitur Redo. de reb. eccl. non alien. q. 2. c. 6. incip. item ſub vocabulo alienat. nu. 5. Bart. in l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empt. Aret. in §. 2. nu. 2. inſt quib. alien lic. Cyn. in c. 1. num. 10. de præſcrip. Berret conſ. 111. nu. 14. Gabr. conſ. 67. nu. 21. vol. 2. Surd. cōſ. 249. nu 12. Caualc. deciſ. 46. num. 94. par. 1. & deciſ. 31. nu. 47. par. 2. Rot. Ro. in nouiſſ. deciſ. 246. nu. 3. par. 2. Dempto autem dicto tempore, non decurrerunt anni duodecim. Et quamuis dictus Coſta in dicta diſtinct. 87. numer. 8. cum ſequ. nitatur reſtringere ſupradictam concluſionem, vt non procedat, quādo agitur de curſu longiſſimi tēporis, vel de præſcriptione odioſa, tamen, pace ſua, non arridebant dictæ reſtrictiones: Tum quia non ſunt fulcitæ auctoritatibus Doctorum: Tum quia Doctores allegati ad firmandam dictam concluſionem loquuntur indiſtinctè, & ratio dictæ concluſionis militat in quacumque præſcriptione, & quouis tēporis curſu. facit l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de furt. & c. inter corporalia. de tranſ. Epiſc.

Accedit, quod dicitur † de hæreditate vacante, ſeù iacente, contra quam de iure nulla currit præſcriptio. l. ea quæ, & ibi Doct. omnes. C. de temp. in integ. Fab. Turret. conſ. 69. nu. 64. vol. 1. Menoch. de recup. poſſ. remed. 13. num. 47. 19

ARGVMENTVM.

Inſtrumento Originali deperdito, ſi Copia ipſius reperta extra Prothocollum

probetur per teſtes concordare cum Originali, poterit haberi pro Originali.

Item, An ſuper re Eccleſiæ poſſit tranſigi abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum quando poſſit deſumi ex ſcriptura reperta extra fiſciam. Et num. 2. & 8.*

3 *Forma non ſeruata actus corruit.*

4 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

5 *Inſtrumentum poteſt refici, ſi probetur ſubſtantia inſtrumenti per teſtes.*

6 *Dotatio capellæ an probetur ex ſcriptis in lapide.*

7 *Iudex ſupplet perſonam Notarij præmortui.*

9 *Conſuetudo valet, vt in refectione inſtrumenti non ſit citanda pars.*

10 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

11 *Citatio partis non requiritur, quando citata non potuiſſet actum impedire.*

12 *Iudex poſtquàm iudicauit, non poteſt amplius iudicare.*

13 *Appellatio ſuſpendit vires ſententiæ.*

14 *Tranſactio ſuper re eccleſiæ an valeat ſine beneplacito Apoſtolico prius obtento. Et num. 16. & 17.*

15 *Tranſactio an ſit alienatio. Et numero 18.*

19 *Prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ, vbi agitur de quærendo.*

RESOLVTIO XXVI.

PRo parte Dominarum ſororum de Graſſis dicebatur, nullatenus fore attendendũ decretum Conſulum Collegij Notariorum Papiæ factum ad fauorẽ Domini Vaſſalli ſuper ſcriptura, quam d. Conſules ordinauerant haberi pro Originali, ex tribus potiſſimùm rationibus.

Prima erat, etenim † dicta ſcriptura, quatenus ſcripta de manu Notarij præmortui, fuit reperta extra filciam inſtrumentorum dicti Notarij, vnde non potuit ex ea de iure deſumi publicum inſtrumentum. in terminis Cern. conſ. 226. lib 2. Menoch. conſil. 42. nu 23. lib. 1. Gramm. deciſ. 106. nu 30. qui loquitur in fortioribus terminis. Honded. conſ. 66 nu. 35. lib. 1. Confirmatur, per ea quæ dicit Guido Papa deciſ. 19. num. 1. 1

Secunda fuit, nam, † vt ex ſcriptura reperta extra Prothocollum aſſumi poſſit publicum inſtrumẽtum, requiritur de iure, vt præcedat ſpecialis cõmiſſio iudicis, & adhibeatur cauſę cognitio, cum citatione partis. Caſt. cõſ. 111. lib. 1. Natt. conſ. 46. nu. 4. Gozad. conſ. 2. num. 15. Afflict. deciſ. 6. num. 3. & deciſ. 282. num. 6. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 19. Gabr. de cit. concl. 1. num. 136. Miſing. ſing. obſeru. cent. 6. obſer. 73. Boër. deciſ. 37. nu. 6. Io. de Ann. conſ. 26. num. 18. Soc. ſen. conſil. 24. num. 24. vol. 1. Guido Papa deciſ. 2. nu. 2. Dictæ autem ſorores non fuerunt citatæ ad videndum fieri dictam ordinationem. Stringebatur ex noua conſtitutione Mediolani in rubr. de tranſumpt. vbi traditur certa † forma ſuper ſimilibus, quæ non fuit obſeruata, vnde actus omninò corruit. l. cum hi. §. ſi prætor ff. de tranſac. Surd. deciſ. 268. nu. 8. Becc. conſ. 12. nu. 18. 2 4

Tertia erat, quia d. decretum fuit poſtea annullatum, & reuocatum per alios Conſules eiuſdem Collegij ad inſtantiam dictarum ſororum, vnde

vnde nullum poteſt in eo fieri funda-
4 mentum per D. Vicarium, † non entis enim nullæ ſunt qualitates. c. bonæ. de elect. c. ad diſſoluendũ de deſp. impub.

Ex parte autem d. Vaſſalli, proponebatur pro validitate d. primæ Ordinationis vnicum, ſed ſolidũ fundamentum, nempè, quòd † quando deperditum eſt inſtrumentum Originale, & teſtes probant ſubſtãtiam, & importantiam d. inſtrumenti, tunc illud ſit reficiendum, & apponendum in filcia, ſecundum Doct. omnes in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Bald in rub. C. de fide inſtr. num. 47. & in l. & quæ à diuo. nu. 21. C. de eden. Affl. dec. 302. nu. 3. cum ſeq. vbi decl. Maſcar. de probat. vol. 3. concl. 845. num. 25.

(the margin number 5 stands beside the line beginning "mentum, nempè")

Cæterũ duo teſtes conteſtes, & inuulnerabiles, videlicet R. Simonettus Præpoſitus S. Theodori, & D. Mauritius Benzonus, depoſuerunt, dictam ſcripturam repertam extra filciã fuiſſe extractam ab originali à Notario de eodem rogato, ipſis teſtibus videntibus ſcribere, & inſuper ipſoſmet legiſſe dictum originale, & abſolutum eſt in iure, teſtes deponentes, vidiſſe notarium ſcribere ſcripturam, probare. Abb. in c. 2. de fide inſtr. Gram. in d. deciſ. 106. num. 33.

Quod corroborabatur, nã pro maiori veritate dictæ ſcripturæ fuit exhibita copia quorũdam verborũ † inſcriptorum in lapide marmoreo poſito in pariete d. capellę, quibus enarratur dotatio capellę facta de anno 1523. ſub rogitu Petri Canis Notarij Papiẽ. faciunt dicta per gl. in c. cum cauſam. de prob. Caualc. deciſ. 17. nu. 1. par. 2. Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 105. nu. 10. & vol. 2. concl. 956. nu. 21. Et inſuper fuerunt producta plura iura enũciantia d. fundationem ſub rogitu d. Notarij, Maſcard. in d. concl. 956.

Et ad primam dictarum ſororũ rationem reſponſum fuit, illam nõ eſſe veram, quando vltra ſcripturam concurrit depoſitio teſtium ſuper inſtrumenti deperditi ſubſtantia, & aliæ extant coniecturæ ad illius verificationem, prout hic concurrebant, accedẽte præſertim ordinatione, & commiſſione iudicum, † qui ſupplent perſonam Notarij præmortui, ſecundùm Affl. in d. deciſ. 6. num. 2. Guido Papa, d. deciſ. 2. num. 2.

Præterea plures Doctores tenuerunt, † ex ſcriptura reperta extra prothocollum poſſe reaſſumi publicum inſtrumentum, quos allegat Gram. in d. deciſ. 106. num. 20.

Ad ſecundum reſpondetur primò, de ſtilo, & conſuetudine d. Collegij non eſſe neceſſariam citationem partis in refectione, & explicatione inſtrumentorum, prout oſtenſum fuit, ſic pluries fuiſſe obſeruatum, & præſertim in vna Fratrum Cruciferorum Papiæ, de anno 1595. die 19. Nouembris, pro qua ſuperuenit approbatio Excellentiſſimi Senatus. † Talem autem conſuetudinem valere tradidit in ſpecie Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo. num. 21. verſ. Tu dic. Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 711. num. 6. Gram. d. deciſ. 106. num. 14. cum videatur iuri conſona, ſecundùm Felin. in c. cum P. num. 3. de fide inſtrum.

Quæ reſponſio reddebatur omninò vera, ex quo in ſtatuto 31. d. Collegij, ſub rub. de repetit. fien. ſpecificantur inſtrumenta, in quorum refectione, & explicatione debet citari pars, & inter d. inſtrumenta non enumeratur præſens, vnde † intrat deciſio legis, ſi cum prætor. ff. de iud. & legis, ſi ſeruus. §. non dixit. ff. de acquirend. hæredit.

Secundò, ex iam dictis notoriè con-
11 ſtare, partem † non potuiſſe de iure
impedire talem refectionem, vnde nõ
fuit neceſſaria illius citatio, Miſing.
obſer.91.num.2. cent.2. Menoch. de
arb.iud.lib.1. q.17. nu.15. & de recup.
poſſ. remed.1. num.122. Surd. conſ.1.
nu.94.conſ.39.n.20.conſ.181.num.27.
Gabr.de citat. concl.1. nu.348. Felin.
in c.eccleſia S.M. num.108. de conſt.
& in c.cum olim num.11.de ſent.& re
iud.Vant.de null.in rubr.ex def. citat.
num.20. Farin.de iudic.q.39. nu.104.
Creſcent.de off.deleg.deciſ.3.num.4.
Et licet Caputaq. dicat in deciſ. 114.
num.2.par.1. ſatis eſſe, vt in potentia
poſſit competere defenſio. Tamen id
puto verum, quando negotium eſſet
controuerſum, nam aliàs deſtrueretur
in totum ſupradicta communis Do-
ctorum concluſio, cum pars ſemper
poſſet dicere, ſe eſſe in potentia.

Ad vltimum reſpondebatur, d. ſe-
cundam ordinationem fuiſſe nullam,
ex quo d. Conſulibus ſucceſſoribus
nõ competebat talis auctoritas reuo-
candi primam ordinationem, cum di-
12 catur & idem Tribunal, & † per pri-
mam ordinationem illi Conſules e-
rant perfuncti iam officio ſuo. l.iudex
poſteaquam. ff. de re iudic. Rip. in l.
quòd iuſſit.eod.tit. Felin. in c.quali-
ter & quando.el 1. de accuſ. Vant. de
null.in rub.ex def.iuriſd.num.114.

Præterea à d. ſecunda ordinatione
13 fuit appellatum per d. Vaſſallum, † ap-
pellatio autem ſuſpendit vires decre-
ti, & ſententiæ.c.1.de re iud.c.venien-
tes.de iureiur.Lancel.de attent.par.2.
cap. 12. in præfat. numer. 108. cum
ſeq.

Quibus ſtantibus, ac pluries par-
tium Aduocatis, & in voce, & in ſcri-
ptis, auditis, fuit pronanciatum ad fa-
uorem D.Vaſſalli.

A qua ſententia licèt ex parte di-
ctarum Dominarum ſororum fuiſſet
appellatum, Nihilominus, medio
communium amicorum, partes ipſæ
deuenerunt ad concordiam, & tranſa-
ctionem cum decreto ordinarij, & e-
uidenti vtilitate d. capellæ, nam fuit
adauctus canon in notabili quanti-
tate.

Et licèt † aliqui non mediocriter 14
hæſitarent de validitate d. tranſactio-
nis, cum non interueniſſet in ea bene-
placitum Apoſtolicum. Tamẽ ad tol-
lendum dubium fuit dictum Primò,
eſſe aliàs maximè controuerſum, an
in Statu Mediolani fuerit recepta ex-
trauagans, Ambitioſæ, vulgo dicta, La
Paulina, Quinimò aſſerebatur, facili-
ter poſſe probari, nunquàm fuiſſe vſu
receptam, vt add. ad Redoan. de reb.
eccl.non alien.rubr. An Prælat. poſſ.
res eccl. conſanguin. in feud. q. 54.
verſ. Primum eſt. Et de hoc vide ſup.
in Reſ.21.nu.14.& 15.

Secundò dictum fuit, quòd quam-
uis tranſactio ſuper re immobili ec-
cleſiæ videatur requirere ſolẽnitates
requiſitas in alienatione, † cum tran- 15
ſactio dicatur vera alienatio, ſecun-
dùm Bart.in l.1.nu.3.C.ſi aduerſ. trãſ.
Caputaq.deciſ.106.& deciſ.165.par.1.
deciſ.318.par.3.Farin.de inquiſit. q.15.
nu. 8. Theſau. fori eccl.c.15 nu.81.cum
ſeq. vbi nititur tradere nouum intel-
lectum ad l.ſi pro fundo. C.de tranſ.&
firmat tranſactionem nullatenus va-
lere, non ſeruatis dictis ſolemnitati-
bus.

Nihilominus pro validitate plura
vrgebant. Et primò, reſeruatio bene-
placiti Apoſtolici, cum clauſula, & nõ
aliter &c.† qua ſtante, licitum fuiſſe 16
concordiam, tenuerũt Caputaq.deciſ.
205.p.1.& Mohed.de renunc.deciſ.35.
& de tranſact.deciſ.1. Secũdò † dubie- 17
tas.

tas litis.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.398. nu.5.par.1. & deciſ.312. nu.5. par.2.faciunt dicta per Capic.deciſ.113.nu.2.

Tertiò, poſſeſſio domus, quam d. ſorores habebant,per text.in d.l.ſi pro fundo. & ibi Bart. & Bal. qui reddit hanc rationem.num 4. Nempè,quia
18 † tunc dicitur dimiſſio rei,non autem alienatio.Iaſ.in l iuriſiuran.la 2.§.pupillus.num.4.ff de iureiur.Felin.in c. veniens. num. 5. de præſcript. Natt. conſil.441.num.1.cum ſeq. & num.9. vbi tenet contrarium. Redoa.de reb. eccl.non alien.in rubr.de ſignificatione verbi alienatio. quæſt. 1. num.14. Menoch.de arb.iud. lib.2. cent.2. caſ. 171.num.75.Quod corroboratur,nam, ſtante poſſeſſione penes dictas ſorores, videbatur quodammodo agi de
19 quærendo,† quo in caſu Prælatus poteſt ſuæ eccleſiæ præiudicare. Rip. de poſ.reſp.1.num.8. Gabr. conſil.66. nu.56.vol.2.Natt.in d.conſ.441.num. 18.& conſ.508.num.26. Put.deciſ.519. par.2.Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.30. & deciſ.209.num.2. par.3.lib.2. deciſ. 234.& deciſ.284.par.3.lib.3.Quicquid dicat Caputaq.deciſ.106.par.1. & deciſ.359. par.2. cuius opinio poſſet ſaluari per ea,quę dicit Vinc.de Franch. deciſ.14.num.11.par.1.

Cæterùm contra hoc tertium fundamentum duo videbantur obſtare. Primum, quòd cum d.ſorores eſſent vſurpatrices potiùs, quàm poſſidentes, per ea quæ dicunt Capic. deciſ. 189.num.6. & Menoch.de recup.poſſeſ.remed.13.num.63.diceretur agi de vera rei traditione,& alienatione, nō autem dimiſſione.Redoan.in d.quęſt. prima.num.13.Præſertim,cum eędem ſorores faterentur,domum præfatam habuiſſe à Capellanis d.capellę in emphyteuſim,iux.d.per Bal. in d.l.ſi pro fundo.num.4.

Secundum, ex quo d.Vaſſallus in d. tranſactione fecit inueſtituram domus præfatis ſororibus, per illa verba,videlicet,tradidit,ceſſit,&cōceſſit. l.fin. C.de reb.alien.in puncto Iaſ. in d.l. iuſiurandum. §. pupillus. numero 4.

ARGVMENTVM.

Cambium reale an poſſit celebrari pro primis Nundinis, & ſecundis,ac aliis.

SVMMARIVM.

1 *Cambium quando dicatur reale.*
2 *Cambia realia an debeantur tantùm pro primis Nundinis. & numer.7.*
3 *Pecuniam dare ad cambium perſonæ non habenti negotium non licet.*
4 *Res iudicata eſt exequenda.*
5 *Sententia lata contra rem iudicatam eſt nulla.*
6 *Dictio,tamen,eſt limitatiua.*

RESOLVTIO XXVII.

IN cauſa vertente inter D. Saccum ex vna, & M. R. D. Bertolactium ex altera, fuit dubitatum; An dictus Bertolactius teneretur releuare indemnem d. Saccum à cambiis decurſis, & decurrendis, iuxta conuentiones initas inter ipſos, & inſtrumenta ſubſecuta.

Et pro parte dicti Bertolactij dicebatur, non teneri ex tribus principaliter. Et primò,quia prætenſa † cambia non erant realia, ex quo non in- 1

teruenerunt literæ realiter,& cum effectu primum cambium non erat finitũm per ſolutionem realem, nec pro nouo fuerunt datæ pecuniæ realiter,prout requirebatur, vnde fuerũt ſicca, & ſucceſſiuè vſuraria, & reprobata,tàm de iure, ſecundùm Caiet.de camb.c.1. Sot.de iuſt. & iu.quæſt.13. art.1. lib. 6. Nauar. de vſur. num.25. Lup. in c. nauiganti num.65. de vſur. Boſſ. in tract. vti poſſid. cap 28.num. 165.Gabr.conſ.158.vol.2.quàm ſecundùm conſuetudinem laudabilem totius Orbis, de qua in Ciuitate Genuæ teſtatur Rot.Gen.decif 37.num.11.Et in Ciuitate Bononiæ vidi Capitula approbata per Breue Pij V. de anno 1569.die 25.Nouembris, in quibus leguntur hæc verba. [*Intendendo eſſere cambio reale, quando in effetto ſi dà il danaro in vn luogo, acciochè ſia pagato in vn' altro, ſecondo che cantano le lettere del cambio reale, et coſi le lettere vadino con effetto al luogo,& alla perſona, à chi ſono indrizzate, & che iui ſiano pagati,ò ricuſate.*] Et duo periti timoratæ conſcientiæ atteſtati fuerunt, tres conditiones requiri in reali cambio. [*Primo,che vi ſia l'ordine iſcritto, che ſi pigli il danaro à cambio con l'obligatione del cambio,& intereſſi. Secondo, che il danaro ſia preſo con effetto,& vi ſiano i ſuoi ricapiti per lettere reali di fiera in fiera. Tertio, che il danaro ſi pigli da perſone legitime,come ſono Mercanti,& altri negotiatori,& non illegitime,come ſono Religioſi.*] Vide Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.315.num. 6.par.2. & Nau. de vſur. lib.5. conſilio 1.

Secundò dicebatur, ſuppoſito dicta cambia fuiſſe realia, quod † ad-
2 huc non deberentur, niſi pro primis Nundinis,non autem pro ſecundis,& aliis, prout colligitur ex Conſtitutione Pij V. de cambiis, ibi: abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis &c. vt in puncto tenuit Pariſ. conſilio 91. numero 4. volumine primo.

Tertiò,† quia tàm de iure communi prohibitum eſt dare pecuniam ad 3
cambium perſonæ non habenti negotia, nec valenti ſatisfacere in loco, vbi promiſſum fuit. Caiet. de camb. capit.6.& ſequent. Sot. de iuſt.& iur. quæſt 12.art.5.lib.6. Lup.in d.c. nauiganti. num.24.65.& 69. Nauar. ibidem nu.25.& 29.Salic.in auth ad hæc. quæſt.2. C.de vſur. Quàm ſecundùm dictam Conſtitutionem Pij V. prout not.Nauar in Manu.cap.17.num.301. Et dictus Bertolactius,vtì Religioſus, ſiue Eccleſiaſticus in dignitate cõſtitutus,non habebat negotia, nec poterat habere c.1.& ibi Doct. ne cler.vel monac.ſæcul. c.negotiatorem. & cap. fornicari.88.diſtinct.

Neque aliqua conſuetudo in contrarium eſſet attendenda, vtì nutritiua peccati, cui optimè voluit obuiare dictus Pius V. per dictam Conſtitutionem. Doct. in c.fin.de conſuetud. Crauet. conſil.116.num.4. Caſtrac de ſociet.cap.4.num.23. Preterea neque dicta cambia poſſent peti pro intereſſe lucri ceſſantis, ex quo non præceſſit interpellatio legitima ad conſtituendum debitorem in mora. in puncto Rot. Gen. d.deciſ.37. num.11. cum ſeq.

Cæterùm fuit reſolutum, & pronũciatum ad fauorẽ dicti Sacci, nempè,vt releuaretur indemnis à dicto R. Bertolactio pro ſorte, & cambiis decurſis,& decurrendis,licitis tamen, & conformibus dictæ Conſtitutioni Pij V.ex pluribus,& præſertim.

Primò, ob plura inſtrumenta releuationis facta per dictũ Bertolactium

cum

cum tot clauſulis ad fauorem d. Sacci, quæ cum haberent de iure exequutionem paratam, prout aliàs dictum eſt, non poterat exequutio retardari ob dictas exceptiones requirentes altiorem indaginem. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. Caſtr conſ. 270. num 3. vol. 2. Contard. in l 1. lim. 7. num. 62. C. ſi de mom. poſſeſ.

Secundò, quia ad fauorem dicti Sacci extabat † res iudicata, quæ in pri-
4 mis erat exequenda, ſecundùm Turret. conſ. 6. nu. 87. & conſ. 76. nu. 8. vol. 1. Surd. conſ. 61. n. 2. Eo maximè, quod pars acquieuerat dictæ ſententiæ per obſeruantiam ſubſecutam. Non conſi. 89. nu. 31. Crau. conſ. 101. nu. 3. Becc. conſi. 96. nu. 14. Turret. conſ. 99. nu. 2. vol. 1.

Vnde † ſententia quædam lata ad
5 fauorem dicti Bertolactij erat nulla pœnitus, vtì lata contra rem iudicatam, ſecundùm Felin. in c. qualiter & quando nu. 38. de accuſ. Vant. de nullit. in rub. ex defect. ſent. n. 125. Turret. conſ 76. nu. 12. vol. 1.

Et primum obiectum partis tollebatur, cum ex proceſſu conſtitiſſet, dicta cambia decurſa fuiſſe realia, iuxta doctrinam Gabr. conſi. 158. vol. 2. & cauetur in dicta Conſtitutione Pij V. ad quam ſe refert ſententia prædicta,
6 ponderando dictionem illam, † tamen, quæ dicitur eſſe limitatiua. Iaſ. in l. 3 §. ex contrario nu. 4. cum ſeq. ff. de acq. poſſ. & Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 225 nu. 1. par. 1. deciſ. 226. num. 1.

Secundum pariter tollebatur; Tum
7 quia † intentio Papæ per dictam Bullam fuit tollere occaſionem maioris lucri, quod habebatur, ſi poſſent cambia celebrari pro ſecundis Nundinis, & deinceps, non autem voluit Papa quod cambia non poſſent celebrari pro primis Nundinis, & deinceps, ſi non reciperetur maius lucrum, quàm pro primis, qui intellectus ſuadetur ex dictis per Lup. in d. c. nauiganti. com. 3. §. 2. nu. 77. Nauar. in d. cap. 17. num. 301. verſ. nota quinto, & illum ſequitur Lopez. de contract lib. 2. cap. 13. verſ. hic igitur eſt intellectus; Tum quia omnes Nundinæ dicuntur primæ, & illud verbum, primis, appoſitum in d. Conſtitutione eſt intelligẽdum, ideſt commodis, non autem immediatis, prout declarauit idem Lopez. in d. c. 13. verſ. ex quo apertè colligitur.

Vltimum tollebatur; Tum quia dicebatur, id verum eſſe in dante ad cambium, non in recipiente, prout videmus vbique ſeruari; Tum quia pecunia non fuit data ad cambium ipſi R. Bertolactio, ſed dicto Sacco Mercatori; Benè verum eſt, quòd, cum pecunia perueniſſet ad manus d. Bertolactij ad eius commodum, per eum promiſſum fuit, releuari indemnem dictum Saccum à ſorte, & cambijs, vt ſupra deductum fuit.

Et hæc Reſolutio fuit approbata in Rota, om.

ARGVMENTVM.

Deflorans virginem an poſſit cogi ad illam ducendam in vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Deflorans virginem tenetur eam ducere in vxorem.*

2 *Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem promiſſionem.*

3 *Iuramento mulieris aſſerentis, ſe virginem, ſtatur.*

4 *Teſti vnico creditur, quando agitur de vitando peccato.*
5 *Mediator quando ſit idoneus teſtis.*
6 *Iuramentum ſuppletorium an poſſit deferri in cauſa matrimoniali. Et num.* 12.
7 *Vilis non eſt idoneus teſtis.*
8 *Nec pauper eſt idoneus teſtis.*
9 *Nec leno eſt idoneus teſtis.*
10 *Sponſalia quomodo ſint probanda.*
11 *Copula carnalis quomodo probetur.*
14 *Iudex eccleſiaſticus quando debeat abſtinere à coactione in matrimonio contrahendo.*

RESOLVTIO XXVIII.

IN cauſa ſponſaliorum vertente inter Blancã de Rubeis ex vna, & Io. Angelum Salam ex altera, fuit datum motiuum huiuſmodi. Videtur, Io. An
1 gelum †compellendum eſſe ad cõtrahendum matrimonium cum Blanca, ex quo promiſſit eã ducere in vxorẽ, & ſub dicta promiſſione eã deflorauit

Quod in foro conſcientiæ clarũ eſt, ſecundum Nauar. in Man. c. 16. nu 18. verſ. vigeſimo peccat. & de ſponſ. lib. 4. conſ. 1. nu. 4. cum ſeq. Rip de ſponſ. reſp. 2. nu. 3. Caſſan. conſ. 40. nu. 1. & 6. vbi dicit multò magis procedere, ſi adeſſet perſuaſio doloſa.

In foro autem ſcri adduci poteſt,
2 etenim †Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem promiſſionem. Abb. in c. ex literis. n. 3. cũ ſeq. de ſponſ. & matrim. Gabr. cõſ. 186. nu. 9. vol. 2. quicquid dicat. n. 11. The-
3 ſau. fori eccl. par. 2. c 24. num. 25. Et † quoad virginitatem ſtatur iuramento mulieris, quòd eſſet virgo. Maſcar. de prob. vol. 3. concl. 1337. num. 6.

Et de dicta promiſſione videtur cõſtare ex depoſitione Gariboldi, qui
licet ſit vnicus, † nihilominus dicitur 4
eſſe ſtãdum eius dicto: Tum quia hic agitur de vitando peccato. Abb. in c. præterea. num. 4. de ſponſ. & matrim.
Tum quia d. Gariboldus †fuit media- 5
tor dicti matrimonij. Maſcar. de probat. vol. 2. concl 1019. nu. 20. Præterea
in omni caſu † eſſet deferendum iura- 6
mentum ſuppletorium d. Blancæ ſecundùm Maſcard. de probat. d. vol. 2. concl. 1030. nu. 2. cum ſeq. & Creſcent. de prob. dec. 23. Præſertim concurrẽte paritate ætatis, facultatis, & qualitatis.

Præſens cauſa fuit diutius ventilata, & ex induſtria procraſtinata expeditio, quò partes inter ſe ad concordiam deuenirent, vel ex tempore aliquid detegeretur pro veritate rei. Et cũ nil horũ ſuccederet. Fuit tandem pronunciatũ, d. Io. Angelum eſſe abſoluendum à petitis ex pluribus fundamentis.

Primò, quia nõ cõſtitit de ſpõſalib. futuris, niſi per dictũ dicti Gariboldi, qui plures patiebatur exceptiones, nã per teſtes ipſiuſmet Blãcę apparebat, ipſum eſſe vilẽ, viliáq; officia exercẽ-
tẽ, †vilis autẽ, licet nõ repellatur à te- 7
ſtificando, nihilominus ei diminuitur de fide. Bar. in l. ex libero. in fin. ff de quæſt Rip. de ſponſ. reſp. 3. nu. 10. Farin. de oppoſ. contra teſt. q 57. nu. 61. cum ſeq.

Itẽ † eſſe pauperẽ Farin. d. q. 57. n. 3. 8
&, iũcta vilitate cũ paupertate, veniebat omninò repellẽdus Rip. in d. reſp. 3. nu. 8. Farin. in d. quæſt. 57. nu. 71.

Item, per dicta teſtium examinatorum ad inſtantiam d. Ioannis Angeli plenè conſtitit, dictum Gariboldum eſſe amicum partis, frequentatorem tabernæ, & Luſorem, Luſor aũtem repelli-

pellitur à teſtificando. Rip. d. reſp. 3. Farin. quæſt. 56 art. 12. num. 428. Grã. deciſ. 11. num. 5. cum ſeq.

Poſtremò, ex facto narrato per d Gariboldum colligi poſſe videtur, i-
9 pſum fuiſſe potius Lenonem, † qui omninò repellitur à teſtimonio. Farin. in d. quæſt. 56. art. 10. num. 364. Creſcent. de teſtibus deciſ. 1.

Secundò, quatenus d. Gariboldus eſſet teſtis omni exceptione maior, nihilominus adhuc nõ probaret ſpõ-
10 ſalia de futuro, † cum non deponat de ſponſalibus formiter, iuxta c. ſi inter virum. de ſponſ. concludit enim ſolùm de promiſſione ſponſaliorum ex parte dicti Io. Angeli, non autem ex parte d. Blancæ. vide ſum. Tabien. in verſ. ſponſalia. num. 4.

Tertiò, quia promiſſio d. Io. Angeli videbatur eſſe conditionalis, cum d. Gariboldus deponat [*che detto Gio. Angelo promiſe &c. purche detta Biaca le conſentiſſe all'hora all'vſo carnale.*] qui conſenſus ad vſum non fuit plenè verificatus. licèt obſtet dictum Couar. de ſponſ. par. 2. cap. 3. §. 2. num. 13.

Nec facit, quod d. Gariboldus deponat de auditu quorundam verborum prolatorum à dictis Io. Angelo, & Blanca, dum ſimul coire viderẽtur.
11 Nam † ex illis non probatur copula, nec vſus carnalis, cum non concurrãt alia concurrenda, de quibus per Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 62. nu. 2. & 5. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 91. nu. 6. par. 2. & deciſ. 234. num. 1. par. 1. Felin. in cap. præterea. num. 2. de teſtibus.

Quartò, quia in omni caſu non fue-
12 runt plenè probata ſponſalia, & † iuramentum ſuppletorium non potuit deferri, cum ageretur de cauſa graui, vt patet Rip. in d. reſp. 3. nu. 2. 3. & 15. cum ſeq Maſcard. in d. concl. 1030. nu. 1. & de præiudicio aliorum ſponſaliorum initorum per d. Ioan. Angelum cum alia muliere. Maſcard. in d. concl. 1030. num. 17. & 23.

Et præſertim fuit inclinatum ad prædictam abſolutionem; † Tum ad 13
tollenda ſcandala, & malos exitus, qui poterant facillimè, ob odium hodie exortum inter præfatos litigantes, venire Doct. in c. ex literis. de ſponſ. Gabr. conſ. 186. vol. 2. Menoch. conſ. 786. num. 2. Io. Bapt. Ferr. conſ. 171. Tum ob indignationem paternam. Felin. conſil. 26. Menoch. in d. conſ. 786. num. 16. & aliàs dictum eſt ſupra in Reſol. ij. Tum ob extirpandum deteſtabile vitium clandeſtinitatis in matrimonio. Greg. de diuor. cap. 16. nu. 6. Laderch. conſi. 185. num. 4. vol. 1. Turret. conſi. 15. vol. 2. Sac. Conc. Trident. de reform. ſeſſ. 24. cap. 1. Nauar. in Man. cap. 22. num. 6. & cap. 25. num. 144. Nam hodie ſponſalia de futuro, ſecuto concubitu, non tranſeunt in matrimonium, ob diſpoſita per d. Sacr. Conc. Trid. Maſcard. de prob. vol. 1. quæſt. 10. num. 71. & vol. 2. & concl. 1029. num. 7. quamuis olim aliud eſſet, vt latè per eundẽ Maſcard. d. vol. 2. cõcl. 1027. & Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 24. num. 18. cum ſequentibus.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando dicatur litigioſum.

Item, ex quibus dignoſcatur merus, & mixtus executor literarum Apoſtolicarum.

Item, quando literæ Apoſtolicæ poſſint redargui de obreptione, & ſubreptione.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua gratiæ probanda eſt.*
2 *Lis calumnioſa non inducit vitium litigioſi.*
3 *Iuſpatronatus quando dicatur litigioſum.*
4 *Vitium litigioſi quando non inducatur.*
5 *Auocatio cauſæ eſt facienda citata parte.*
6 *Citationis defectus eſt inſanabilis.*
7 *Executor merus non tenetur aſſumere partes iudicis.*
8 *Electa via ordinaria, an poſſit rediri ad executiuam.*
9 *Diſpenſatio indiuidua requiritur de voluntate teſtatoris.*
10 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.*
11 *Beneficium de iurepatronatus non poteſt conferri ab Ordinario ſine conſenſu Patronorum.*
12 *In literis Apoſtolicis eſt facienda mentio de vitioſa poſſeßione. Et num.* 14.
13 *Item de mala fructuum perceptione.*
15 *Clauſula ſolita apponi de forma dicitur clauſula de lite &c.*
16 *Iuſpatronatus non poteſt legari ſine Epiſcopi conſenſu.*
17 *Verbum, lego, non importat hæredis inſtitutionem.*
18 *Ampliatur.*
19 *Tempus ad præſentandum in iurepatronatus, an currat à die vacationis beneficij, vel ſcientiæ. Et num.* 20.

RESOLVTIO XXIX.

De anno 1372. die 18. Augusti, Beltramus de Carcano fundauit capellam ſub titulo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, & S. Bartholomæi in Eccleſia S. Ambroſij Burgi de Lonate, cum conditione, quòd inſtituendus ſit ſacerdos, qui teneatur reſidentiam facere perſonalem in dicta capella: Patroni verò eius ſint ipſe fundator, &, poſt eius mortem, Albertolus Ioannis, & Ambroſius de Carcanis, &, poſt eorum deceſſum, filij maſculi deſcendentes ex ipſis, accedente conſenſu Ordinarij.

In executione dictæ fũdationis fuerunt plures præſentati, & inſtituti. De anno 1599. deceſſit Bartholomeus Carcanus, nullis relictis filijs, condito tamen teſtamento, in quo reliquit vniuerſalem hæredem Ludouicum Oltronum eius nepotem, & legauit Barbaræ de Rigolis ſuæ vxori vſumfructum vniuerſalem omnium bonorum, ſi verò tranſierit ad ſecunda vota, legauit tertiam partem omnium ſuorum bonorum, & iurium.

Cum dicta capella vacaret de anno 1602. die 27. Iulij per mortem D. Antonij vltimi Capellani, fuit ad eam præſentatus R. Ioannes Paulus Tettonus à D. Barbara, vti hærede pro tertia parte, cùm foret abſens dictus Ludouicus, & affixis literis edictalibus, Fiſcus oppoſuit, iuſpatronatus eſſe extinctum, & plura alia, &, dum lis penderet D. Vicarius Generalis Mediolani contulit eam die 31. Iulij dicti anni 1602. D. Gabrieli de Madijs Rectori Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Pedonis, ſine tamen præiudicio iurium Patronorum, ſiqui ſint.

Cùm autem d. R. de Madijs dubitaret de validitate collationis Ordinarij, obtinuit de eodem anno literas Apoſto-

Apoſtolicas prouiſionis dictæ capellæ ad eius fauorem cum derogatione iuriſpatronatus pro medietate, & in totum, ſi eſſet litigioſum, & aliis clauſulis ſolitis, quæ fuerunt exhibitæ de anno 1603. de menſe Iunij, quod, cùm deueniſſet ad notitiam dicti R. Tettoni, proteſtatus eſt de nullitate earum, vnà cum D. Ludouico Oltrono Patrono, & petiit nihil fieri, niſi ipſo audito, & citato. Quibus non obſtantibus, cùm D. Vicarius Generalis deueniſſet ad executionem illarum, fuit appellatum pro parte dicti Tettoni, & Ludouici ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, de cauſa commiſſa D. Vicario Epiſcopali Papiæ, qui viſis videndis &c. & maturè omnibus conſideratis, pronunciauit dictam collationem factam vigore literarum Apoſtolicarum fuiſſe nullam, & dictum Tettonum eſſe inſtituendum, & confirmandum, vti legitimè præſentatum, ex pluribus.

1 Primò, quia † narratiua gratiæ probanda eſt. c. ex parte de reſcript. Pariſ. conſ. 138. num. 1. vol. 4. Put. deciſ. 120. par. 2. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib 10. q. 3. num. 2. & aliàs dictum eſt. Præfatus autem R. Madius non probauit, ſe habere medietatem vocum patronorum, prout tenebatur, cum Papa in litteris Apoſtolicis derogauerit Iuripatronatus pro medietate tantùm: quinimo dicebatur, à nullo ex veris Patronis fuiſſe præſentatum.

Et dùm replicaretur, non fuiſſe opus probatione dictæ medietatis vocum, cum Papa in dictis litteris derogauerit iuripatronatus in totum, quatenus eſſet litigioſum, lis autem erat iam introducta ſuper eo inter dictum præſentatum, fiſcum, & Madium, vt dictum eſt in facto coram D. Vicario Generali Mediolani.

Fuit reſponſum primò, dictam litem fuiſſe iniuſtam, & calumnioſam, cum hodie ſit abſolutum penès Doctores, iuſpatronatus reſeruatum maſculis abſque dictione taxatiua, dictis maſculis deficientibus, tranſire ad extraneos, prout plenè firmatum aliàs fuit. Lamb. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. prin. art. 2. & art. 5. Specul. teſtam. gloſ. 4. num. 46. & Menoch. conſ. 90. num. 96. vol. 1.

Sed † lis iniuſta, & calumnioſa non inducit vitium litigioſi Rebuff. prax. benef. in reg. de ſubrog. collitig. gloſ. 5. & gloſ. 7. Lancel. de attent. lit. pend. in præfat. num. 471. cum ſeq. & lim. 3. & 4. Caſſad. de dol. & contum. deciſ. 7. Creſcent. de probat. deciſ. 19. Achil. de Graſſ. Vt lit. penden. deciſ. 9. Put. deciſ. 245. numer. 3. & deciſ. 496. parte 2. 2

Reſponſum fuit ſecundò, † iuſpatronatus fieri litigioſum, quando lis eſſet inter compatronos, ſecus ſi inter alios, aliàs faciliter eluderentur omnia patronata, cum fiſcus ſemper opponat, & inſtet pro libertate beneficij. Verùm hæc reſponſio non placuit, per ea, quę in puncto dicit Caputaq. deciſ. 127. par. 2. 3

Fuit etiam aliis modis reſponſum, & ſignanter, quòd fuerit per dictum R. Tettonum intentata † actio perſonalis, quæ non inducit vitium litigioſi, ſecundùm Bal. in auth. litigioſa nu. 1. C. de litig. & quòd lis non fuerit ſuper proprietate l. 2. C. de litig. Caſſad. Vt lit. pend. deciſ. 4. & de cau. poſſ. & prop. deciſ. 9. vbi tenet contrarium. Couar. pract. quæſtio. cap. 15. numero ſexto. Felin. in cap. dilectæ numer. 8. de except. Verùm, cum dictæ reſponſiones non poſſent benè applicari ad caſum, non fuit de eis habita conſideratio. 4

Secundò,quia,cum D.Vicarius Generalis executor, & Delegatus Apoſtolicus iam ſubdelegaſſet cauſam D. Vicario Ciuili de conſenſu partium, & coram eo fuiſſet deuentum ad plures actus iudiciales, & iurium exhibitionem, non potuit poſtea dictus D.
5 Vicarius Generalis † auocare ad ſe dictam cauſam, ſaltem ſine citatione dicti R. Tettoni, & non ſeruatis de iure ſeruandis ac velo leuato conferre dictam Capellam, ſecundùm Rot. Róm.in nou.de reſcript.deciſ.6. Pręſertim cum iàm concluſum eſſet in cauſa, & tranſmiſſa fuiſſent peremptoria coram dicto D. Vicario Ciuili ſubdelegato. Quinimò aliqui tenent, auocationem cauſæ non poſſe fieri niſi à Principe, & cum cauſa, Couar. pract.quæſt.c.9. nu.1.

Tertiò,quia dictus D.Vicarius Generalis contulit dictum beneficium dicto R.Madio,non citato dicto Tettono, qui plura releuantia opposuerat contra litteras Apoſtolicas,& fuerat iam admiſſus,& approbatus, vti
6 legitimus contradictor, † defectus autem citationis eſt inſanabilis, cum ſit de iure naturali,& reſpiciat defenſionem.Doct.in l.fin. C. de leg. & in l.de vno quoque ff.de re iudic. Vant. de null.in rubr. ex defect. citat. num. 6. cum ſeq.

Nec releuare dicebatur, quòd D.
7 Vicarius Generalis eſſet † merus executor dictarum litterarum, vnde non teneretur aſſumere partes iudicis,nec procedere Iuris ordine ſeruato,& ſic citato dicto Tettono. Felin. & alij in c fin.de præſump.

Tum quia dictus Vicarius Generalis iam aſſumpſerat partes Iudicis, cùm die 9. Iunij 1603. tranſmiſiſſet præceptum d. Madio, vt nihil fieret, niſi citato,vocato,& audito d. Tettono ad quoſcumque actus, prout fuit ſemper auditus,& citatus, tàm coram ipſo quàm coram d.D.Vicario Ciuili; Vnde non poterat procedere poſtea vti merus Executor in præiudicium dicti Tettoni:† electa enim via 8
ordinaria non poteſt rediri ad executiuam.Lancell.de attēt.par.2.c.4.lim. 30.num.8.cum ſeq. Cæſar de Graſ.de ſent.excom.deciſ.2.Rot. Rom.in nouiſſ. deciſ.227.num. 7. par. 3.lib.2.in puncto Theſau. fori eccl par. 2.c.17. nu.18.Et licèt Felin.in d. cap. fin.nu. 22 verſ.ſecunda concluſio.& num.34. verſ. quarta, & vltima concluſio.teneat, poſſe reaſſumi partes meri executoris, & pro ſua opinione alleget aliquos Doctores, tamen non eſt ſequenda dicta eius ſententia, cùm ſit contra communem ſupra firmatam, & illa intelligenda ſit, quando fuit proceſſum ſine contradictore, ſecus ſi cum contradictore proteſtante,ſe audiri vt hic.Felin. in d. c. fin. num. 27. verſ. fallit quintò. Quinimò Doctores per Felin. in dictis locis allegati, quos volui in fonte videre, non dicunt id, ad quod allegantur.

Tum quia dicebatur, dictum D. Vicarium Generalem eſſe mixtum executorem, ex quo dictus Madius tenebatur probare, non ſolùm valorem beneficij, prout aliàs diximus, ſed etiam vel vocum habere medietatem, vel iuſpatronatus eſſe litigioſum, Rot.Rō.in nouiſſ.deciſ.56.nu. 5. par. 1.Et i ſuper attenta clauſula illa; dūmodo alteri ius non ſit quæſitū; prout iam fuit deciſum in vna Vrbeuetañ. Beneficij die 28. Iunij 1591. quod non puto verum ſic ſimpliciter, nam aliàs nunquam daretur merus executor,cum dicta clauſula, vel apponatur ſemper, vel cenſeatur appoſita in quibuſcumque litteris beneficialibus, tàm

tàm de iure, quàm ſecundùm regulas Cancellariæ. Poſtremo, quia oppoſitum fuit de obreptione, & ſubreptione literarum, & opponentis ius lædebatur c. cum olim de re iudic. Alb. in clem. iudices num. 4. de offic. deleg.

Quartò, etenim, cum dictus Madius obtineat aliud beneficium Curatum, dicitur incapax dicti beneficij requirentis reſidentiam perſonalem ex forma dictæ fundationis;. Et in dictis litteris Apoſtolicis, licèt Papa diſpenſet, tamen non fuit facta ſpecifica mentio, quòd diſpenſaret quoad
9 dictam reſidentiam, † prout requirebatur in indiuiduo, cum derogetur voluntati teſtatoris, ſiue fundatoris, Cæſar de Graſſ. de reſcript. decif. 3. num. 7. cum ſeq. Caputaq. decif. 122 p. 1. & licèt in eis dicatur, quòd onus poſſit per alium adimpleri, tamen non per hoc inducitur diſpenſatio quoad dictam reſidentiam, ſecundùm Natt. conſ 372. num. 14. conſ. 373. nu. 20. & conſ. 582. num. 1. Præſertim, quòd poſſunt illa verba intelligi de onere celebrandi ſacrum tantùm, non
10 autem reſidendi, cum † diſpenſatio ſit ſtricti iuris, neque extendatur de caſu ad caſum, Caputaq. decif. 274 num. 5. cum ſeq. par. 1. & aliàs fuit dictum.

Quintò, adducebatur nullitas dictarum literarum Apoſtolicarum; Tùm quia dictus Madius vigore primæ collationis factæ ab Ordinario dicebatur intruſus, & vitioſus poſſeſſor,
11 cum † Ordinarius non potuiſſet conferre beneficium iuriſpatronatus abſque conſenſu Patronorum c. nobis de iurepatr. Pariſ. conſ. 47. nu. 45.
12 lib. 4. Vnde † in dictis literis Apoſtolicis, non ſolùm erat facienda mentio de vitioſa poſſeſſione, vt gratia ſuffragaretur. Felin. in c. in noſtra nu. 11. de reſcrip. Pariſ. d. conſ. 47. nu. 44. Nauar. de iurepatr. lib. 3. conſ. 8. num. 2. Put. decif. 199. par. 3. Caſſad. de præben. decif. 6. nu. 1. Achil. de Graſſ. de præb. decif. 2. Pariſ. de reſign. bene. lib. 10. quæſt. 3. num. 43. ſed † e- 13
tiam de mala fructuum perceptione, ſecundùm Put. decif. 26. & decif. 131. num. 1 par. 1. & in beneficialibus defectus, quantumcunque minimus, vitiat gratiam Put. d. decif. 131. num. 1. cum ſeq. & aliàs dictum eſt.

Atqui hoc fundamentum fuit reputatum periculoſum, cùm verè in dictis † literis fieret mentio de infe- 14
cta poſſeſſione, & alijs indè ſecutis, & propterea purgatum dicitur omne vitium, Caputaq. decif. 217. par. 3. vbi dicit ſufficere quod virtualiter exprimatur, Rot. Rom. in nouiſ. decif. 633. num. 8. par. 3.

Tum quia in dictis literis non fuit facta mentio ſpecifica litis pendentis cum dicto Tettono, Et illa clauſula: † etiamſi ſuper dicto beneficio lis 15
&c.: non obeſt, cum illa ſoleat de forma apponi. Rom. conſ. 326. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 55. vide Cæſ. de Graſſ. de cleric. non reſid. decif. 1. num. 6. cum ſequen. & aliàs plenius dictum eſt.

Cœterùm ad impediendam inſtitutionem, & confirmationem dicti Tettoni præſentati opponebatur vnicum, ſed non leue fundamentum, Nempè, quòd, Aut dictus Tettonus prætendit debere inſtitui, vigore præſentationis factæ de ipſo per d. Barbaram legatariam, & videtur malè prætendere, nam iuſpatronatus † non 16
poteſt legari ſine conſenſu Epiſcopi, vel alio titulo particulari transferri. Lamb. de iurepat. lib 1. par. 2. quæſt 6. prin. art. 2. & quæſt. 1. prin. art. 2. & 21.

Nec prodeſſet d.Barbaræ dicere, ſibi fuiſſe legatam tertiam partem bonorum,& iurium: Quia verbum,lego, appoſitum in teſtamento dicti Bartholomei non importat hæredis inſtitutionem in extraneo. Theſau. deciſ.58.num.5.& latè Menoch. de præſumpt.lib.4.pręſ.20.num.4. Pręſer-
18 tim † cum extet hic hęres vniuerſalis, quo dato etiam inſtitutio facta de re certa cenſętur legatum. Mantic.de coniect.vlt.vol.lib. 9. tit. 13. num. 9. Turret.conſ.97. num.7. & 89. lib. 1. Menoch.d.præſumpt.20.num. 1. cum ſeq. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ.902. par.3.lib.3.in puncto Couar.var.reſolut.lib.2.c.18.numero. 10.

Aut prętendit ſe debere inſtitui vigore pręſentationis factæ de ipſo per dictum Ludouicum, & pariter videtur friuolè prætendere, ex quo dictus Ludouicus nō præſentauit infra quat-
19 tuor menſes, computando † tempus à die vacationis beneficij,prout computari debet, non autem à die ſcientiæ.Clem.cum ei, de conceſſ. præb.& firmant Lamb.de Iurep.lib. 2. par. 2. quæſt.1.princ.art. 8. num. 8. & lib. 2. par.1.quęſt.4.princ.art.16.num.3 Caualc.deciſ.11.nu.56. par.3. & Rot. Rō. in antiq.de Iurep.deciſ.1.n.1.vbi reddit rationem, quia imputatur Patrono,ſi non dimiſit procuratorem,quādo ſe abſentauit Claud.Tut.de iurep. quæſt.14.nu. 4.

Verùm,quoad præſentationem dictæ Barbaræ, poſſet replicari, quòd ipſa videtur habere ius vniuerſale, cum quo tranſit iuſpatronatus, & ſic hæres dici poſſet,iuxta dicta per Couar. de teſtam. in c. Rainutius §.1. num.9.

Circa verò præſentationem dicti Ludouici replicari pariter valeret, ipſum eſſe verum, & legitimum Patronum, atquè infra tempora legitima præſentaſſe, † computando tem- 20
pus à die notitiæ, & ſcientiæ vacationis dicti beneficij, prout computari debet, ſecundùm magis communem hodie opinionem Doctorum,de qua, poſt alios, teſtantur Specul. teſtam. gloſ.4.prin.num.21. Gabr. conſ. 185. num.6.cum ſeq.vol.2.vbi ampliat, etiam ſi tempus præſentandi eſſet præfixum à teſtatore Caputaq.deciſ.248. par. 3. qui dicit eſſe indubitatum in Patrono abſente,& Rot. Rom.in nouiſſ. deciſ. 421. & deciſ. 481. num.1. par.1.

Accedit,nam,quando d. Ludouicus abfuit à Ciuitate Mediolani, non erat vacans dictum beneficium, & propterea non poterat dimittere procuratorem,nè daretur fraus, & votum captandæ mortis.latè Lambert. de iurepat.lib.2.par.1.quæſt.4. prin. art.2. per tot.& ſic omninò ceſſat ratio cōtrariæ opinionis.

ARGVMENTVM.

Bona eſſe Emphyteutica, in præiudicium emptoris probatur ex confeſſione venditoris, & ex inueſtituris.

Item, in inueſtituris perpetuis licèt apponere pactum,quòd ceſſans in ſolutione Canonis per biennium non cadat à iure, quàmuis tale pactum non præiudicet ſucceſſori.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de bonis Eccleſiæ, licèt laicus neget.*

2 Con-

2 *Confeſſio venditoris quando noceat emptori.*

3 *Notoriè non ſoluendo quando quis dicatur.*

4 *Notorium eſt allegandum.*

5 *De Notorio conſtare debet iudici.*

6 *Emphyteuta tenetur indicare bona.*

7 *Et an hæres.*

8 *Emphyteutæ recognitio quando probet poſſeſſionem, & dominium.*

9 *Emphyteotica quando præſumantur omnia bona.*

10 *Pactum, quod non incurratur caducitas ob non ſolutionem Canonis, valet.*

11 *Sed non ligat ſucceſſorem.*

RESOLVTIO XXX.

FVIT per D. Codatiam Capellanum ſancti Iacobi mota lis contra D. Campiſium pro recuperatione certorum bonorum ſuæ Capellæ coram Domino Vicario Epiſcopali Papiæ, & omnis cauſæ difficultas reducebatur principaliter ad duo.

Primum erat. An dictus Dom. Vicarius eſſet iudex competens, cum dictus Campiſius negaret, bona petita eſſe dictæ capellæ.

Secundum. Nunquid ex deductis conſtaret, dicta bona eſſe præfatæ capellæ.

1 In † primò fuit reſolutum affirmatiuè, ſaltē quoad ſummariam cognitionem, ſecundùm Abb. in c. ſi clericus num. 12. & 15. de for. comp. Surd. conſ. 286. num. 8. cum ſeq. & aliàs dictum eſt plenè.

In ſecundò pariter fuit affirmatiuè reſolutum, quæ reſolutio reddebatur vera.

Primò, † ex confeſſione Sacci venditoris, quæ præiudicat dicto Campiſio emptori, cum d. venditor teneatur de euictione. Pariſ. conſ. 58. nu. 15. vol. 1. vbi dicit omninò præiudicare, ſi cōfeſſio fuiſſet facta in iudicio, vt hic. Dec. conſ. 102. Cephal. conſ. 21. num. 1. vol. 1. Aret. conſ. 19. nu. 17. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 473. num. 11. Prout etiam confeſſio cedentis nocet ceſſionario poſt ius ei acquiſitum, ſi cedens teneretur de euictione Bart in l. facta §. ſi hæres. ff. ad Treb. Crau. de antiq. temp. verſ. ſecundò ampliatur. par. 1. nu. 25. Corn. conſ. 139. nu. 4. vol. 3. ſecus ſi non tenetur. Purpurat. conſ. 573. nu. 9. Surd. deciſ. 218. nu. 6. deciſ. 256. nu. 8. & conſ. 82. nu. 24. 2

Neque potuit dictus Campiſius iuuari ex eo, quòd d. Saccus † venditor eſſet notoriè non ſoluendo, cum eius bona fuerint vendita ad petitionem venditoris, iuxta doctr. Bart. in l. tres tutores num. 4. ff. de admin. tut. Quia dictum † notorium nunquam fuit allegatum in actis, prout allegandū erat. gl. in cle. appellāti de appel. Crau. conſ. 127. nu. 5. Vant. de nullit. in rub. coram quo &c. nu. 52. Maſcar. de probat. vol. 1. q. 10. nu. 58. & vol. 2. conclu. 5504. Augetur, † nam quamuis notorium non egeat probatione veritatis facti, tamen de eo debet conſtare iudici Benintend. deciſ. 67. n. 4. Maſcar. d. vol. 2. concl. 1103. nu. 17. & 31. 3 4 5

Præterea plura requiruntur ad probandum, quem non eſſe ſoluendo, de quibus latè per Iaſ. in l. decē. ff. de ver. oblig. nu. 33. & 37. & præſertim requiritur ſententia declaratoria, quòd debitor non ſit ſoluēdo. Rom. conſ. 211. nu. 3. Et doctrina Bart. tenenda eſſet, quando probatum foret, bona Sacci fuiſſe vēdita per creditores antè ven-

ditionem bonorum factam ipſi Campiſio, cùm de præſenti non præſumatur in præteritum, & è contra l.ſi defunctus. C.arb.tut. cum hic agatur de mutatione contingenti, non autem neceſſaria. Bart.in l.ſiue.num.13. C.de probat. Iaſ. in d.l.decem num.34. Et inſuper ſi probatum eſſet dictum Saccum non habere alia bona immobilia, neque mobilia, ſecundùm eundem Iaſ.in d.l.decem num.33.

Comprobatur dictum primum fundamentum, cum dicta confeſſio fuerit facta per modum contentioſæ iuriſdictionis, nam fuit coactus d. Sac-
6 cus, prout † de iure tenebatur, indicare bona emphyteotica, ſecũdùm Specul.de locat.par.3.§.nunc aliqua q.60. Crau.conſ.203.nu.12. Cœphal.conſil. 508.num.4. & 12.lib.4. Bal. conſ.225. vol.1. Caualc.deciſ.30.num.132.par.2. Magon.deciſ.Flor.2.num.9.cum ſeq.
7 Quod † verum eſt etiam in ſucceſſore particulari, quamuis aliud ſit in vniuerſali Natt.conſ.3.num.11. Et in perſona Sacci non erat dubitandum, cum pluries ſoluiſſet Canones debitos. Corbul.de emph.in rubr.de cauſ.priuat.ob non ſolut.Canon.lim.20.num. 17. & 20.

Secundò, principaliter pro veritate dictæ reſolutionis fuerunt exhibita plura iura, & inſtrumenta inueſtiturarum dictorum bonorum, & ſolutio-
8 num Canonum; ſimplex † autem recognitio emphyteutæ probat poſſeſſionem, & dominium, etiam contra ſingularem ſucceſſorem, l.ſi ſuperatus. §.fin. ff. de pign. Guido Papa, deciſ. 272.num.3. vbi dicit hanc eſſe æquiorem opinionem. Pedroch.conſ.39.nu. 161. Burſat.conſ.27.num.9.vol.1. Purpurat.conſ.86.num.12.vol.1. Maſcard. de probat. concl. 544. num. 11. cum ſeq.vol.1.

Et quamuis in dictis inſtrumentis non ſit appoſita notula bonorum enũciatorum, nihilominus, cùm ſolutio Canonis ſit facta pro bonis ſitis in contrata Buffalori ſpecificata in dictis inſtrumentis, Capellanus dicitur habere intentionem fundatã: omnia † e- 9
nim bona ſita in illa contrata, & detenta per ſoluentem Canonem, præſumuntur emphyteotica Iaſ.in l 2.nu. 173. C. de iure emph. Purp.conſ.146. num.3.vol.1. Cœph.d.conſ.508.nu.7. Soc.ſen.conſ.167.num.20. lib.1. Rol. conſ.66.nu.5. lib.3. Decian. conſ.119. nu.3.lib.1. Natt.conſil 3.nu.8. Magon. deciſ.Flor.2.nu.10.& 35.

A dicta reſolutione fuit appellatum per d.Campiſium. Et, dum diſputaretur ſuper admiſſione appellationis, partes deuenerunt ad concordiam, & fuit facta noua inueſtitura eidem Campiſio, cum augumento fictus, &
pacto ſpeciali, † quòd in caſu non ſo- 10
lutionis Canonis tempore debito non incurreretur caducitas, ſed duplicaretur fictus. Quod quidẽ pactum dicebatur validũ de iure, cũ ius expellẽdi ſit in fauorem Domini. Corbul.d. rubr. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Can.lim.1.num.1. & lim.2. Maſcard. de prob.vol.1.concl.251.num.12. Nec d.pactum ſit contra ſubſtantialia contractus, Red. de reb.eccl.non alien.q. vlt.in rub.de caduc.feud.emph.colon. vel conduct.c.12. incip. Si verò. numero 5.

Quod comprobatur, cùm valida ſit etiam conſuetudo, quòd pro non ſolutione Canonis non incurratur caducitas, ſed fictus duplicentur, ſecundùm Rip. de iure emph. reſp. 1. num.1.& Couar.var.reſol.lib.3.cap.7. num.1.

Benè verùm eſt, quòd † ex dicto pa- 11
cto non ligaretur ſucceſſor, ſecundùm

dùm Rip. de Eccl. ædific. reſp. 2. num. 5. & Corbul. in d. lim. 3. num. 3.

ARGVMENTVM.

Sub prætextu nullitatis, vel reductionis penſionis non eſt ſolutio ipſius retardanda, cuius tamen reductio tentari non poteſt, ſi centum ducati pro Præpoſito, aut Rectore remaneant.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis ſolutio non eſt retardanda, pendente cauſa nullitatis, vel reductionis ipſius. Et num. 2.*
3 *Penſio an ſit fauorabilis.*
4 *Declaratio ſententiæ iam latæ quando poßit fieri. Et num. 5.*
6 *Quod agitur, non autem quod dicitur, attendendum eſt.*
7 *De penſionis annullatione quando tractari non poßit.*
8 *Penſionis reductionem tentans debet probare illam excedere medietatem fructuum.*
9 *Rectori debent remanere centum.*
10 *Eccleſia Collegiata an veniat ſub nomine Rectoris.*
11 *Solutio facta metu cenſurarum nihil obeſt.*

RESOLVTIO XXXI.

IN vna nullitatis penſionis vertente inter R. Stuppanũ penſionarium ex vna, & R. Præpoſitum Caſorati ex altera, Dubitabatur de tribus.

Primò, An pendente lite eſſet retardanda ſolutio penſionis, ex quo in cõmiſſione cauſæ non erat inſerta clauſula, ſine retardatione ſolutionis.

Secũdò, An declaratio facta per D. Vic. Mediol. Delegatum ſententiæ per ipſum latæ foret attendenda.

Tertiò, quis eorum in meritis foueret potiora iura.

In primò dubio fuit reſolutũ, † nullatenus eſſe retardandam ſolutionem. 1

Primò, quia, ſic fuiſſe tentum per Rot. Rom. in vna Adrieñ. penſionis coram R. P. D. Oradino, teſtatur Lãcel. de attẽt. p. 2. c. 10. n. 38. & c. 17. n. 62. & 92.

Secũdò, nã abſolutiſſimũ eſt in iure, † non poſſe retardari ſolutioné, ſi in reſcripto ſit inſerta clauſula, ſine retardatione ſolutionis, Lancell. in d. c. 10. n. 38. & in d. c. 17. n. 61. & in par. 3. c. 28. nu. 93. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 301. deciſ. 310. & deciſ. 349. p. 1. Cæterùm d. clauſula ſẽper cẽſetur appoſita in reſcripto, ex quo de ſtilo ſolet apponi. Caſſad. deciſ. 10. n. 7. de reſcript. Gig. de pẽſ. q. 35. n. 9. q. 85. & q. 95. n. 5. Mãdoſ. ſuper reg. Cãcell. de non toll. iure quæſito. q. 2. n 6. Lãcel. in d. par. 3. cap. 28. num. 93. 2

Quod confirmabatur ex quo in prima cõmiſſione d cauſę fuerat appoſita clauſula, ſine retardatione. Rot. Ro. in nouiſſ. deciſ. 44. par. 2. Pręterea † dicta penſio dicebatur fauorabilis, vti iã impoſita. Lãcell. de attẽt. par. 1. in pręfat. n. 99. & d. par. 3. cap. 28. nu. 94. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 227. n. 3. & deciſ. 240. n. 1. & 5. par. 1. Et præſertim cum fuiſſet impoſita pro alimentis. Rot. Rom. in d. deciſ. 240. num. 13. & deciſ. 454. p. 1. 3

In ſecũdò, fuit inclinatũ eſt ad nullitatẽ. Tum quia † dicta declaratio fuit facta nõ citata parte. l. de vnoquoq;. ff. de re iud. Rip. in l. furioſo. n. 6. ff. eod. Put. deciſ. 374 num. 2. par. 2. Surd. deciſ. 133. nu. 23. Vant. de nullit. in rub. ex 4

def.citat. num.27. & magis in ſpecie. in rub. quot, & quibus mod. numero 126.

Quod in tantum verum eſt, vt nec etiam Principis decretum valeat parte non citata. Thob.Non. conſil. 77. num.16.Crau.conſ.5.num.3. Gabr. de citat.concl.1.num.9. Vant.de null.in rub. an quælibet ſententia. num. 14.
5 cum ſeq. Tum quia ✝ fuit facta poſt ſententiam tranſactam in iudicatum. c.cum inter.& c.quoad.de re iud Fel. in c. qualiter & quando. el 1 num.38. de accuſ. Io.de Annan. conſ.36. num. 6.Vant.de null. in rub.ex def.ſent.nu. 125. Turret. conſil.76. num.12. volum.1.

Poſtremò, cum d. declaratio eſſet reformatio, ſiue correctio ſententiæ iam latæ, quod omninò prohibitum eſt iudici delegato, poſtquàm iudicauit. l.iudex ff. de re iud.l.ſicut.ff.quomodo, & quando iud. Rip. in l. quòd iuſſit.num.63. ff.de re iud. Mohed.de appell.deciſ.6.Rot.Rom.in nou.de re iud.deciſ.16.num.3.Maſcard.de prob. vol.1.concl.124.num.29.

Et quamuis d. Vic. fuerit vſus verbo, Declaramus, nihilominus id non
6 obeſſe dicebatur, cum ✝ magis attendendum ſit, quod agitur in veritate, quàm quod dicitur. Bart. in l.1. C. de neg.geſt.Bal in l.quoties.C.de hęred. inſt. Tiraq.in l.ſi vnquàm in verb.libertis.num.54. C.de reuoc.don. & in tract.conſang.§.1. gloſ.14.num.8.

7 In vltimò ſic diſtinguebatur. ✝ Aut prætenditur penſionis annullatio, & fuit reſolutum,friuolè prætendi, cum in literis reſeruationis penſionis eſſet inſerta clauſula, quòd annullari non poſſit, vt in ſpecie firmat Flam.Pariſ. de reſig.benef. lib.6. qu.2. num.144. Aut prætenditur reductio, & fuit reſolutum,prætenſionem adhuc eſſe illegitimam.

Primò, ex quo d.Præpoſitus ✝ non 8
probauit,dictam penſionem excedere medietatem fructuum, prout tenebatur,ſecundùm Rom.conſ.396.num.9. Gig.de penſ.q.9.n.9. Caſſad.de penſ. deciſ.4.n.4. Flam.Pariſ. de reſig.beneſ.d.lib.6.q.2.num.59.& 66. Et de quibuſdam iuribus exhibitis per d. Præpoſitum non potuit haberi conſideratio, cum iam eſſent tranſmiſſa peremptoria ad audiendam ſententiam. Rol.conſ.52.nu.10.vol.4. Natt. conſ 251.in fine.Rim.ſen.conſ.262. n. 13.vol.3. Menoch. de præſumpt.lib.2. præſ 65.nu.2. Et præterea non eſſent in forma probante. Vant. de nullit.in rub.ex def.mand.num.138.

Secundò, quia, ✝ vltra penſionem, 9
remanebant centum ducati pro d. Præpoſito,ex quibus poterat commodè viuere,tàm ſecundùm ius commune,vt per Gig.de penſ.q.4. nu.1. & q. 35. in prin. quàm ſecundùm S. Conc. Trid. de reform.ſeſſ.24. cap.13. verſic. ad hæc in poſterùm.

Et dum diceretur, d.S.Conciliũ loqui de Rectoriis, non autem de Præpoſituris,& Dignitatibus,& Præpoſituram Caſorati eſſe Collegiatam,
✝ quæ nullatenus venit ſub nomine 10
Rectoriæ.Sil. in verb.beneficium. §. 3.quæſt.3.Palud.in 4.ſent. diſtinc. 25. q.2.art.5.Nau.de orat.& hor.can.c.21. num.46.

Fuit replicatum, d. Concilium intelligi,tàm ex mente, quàm ex obſeruantia ſubſecuta, de quibuſcumque Eccleſiis Curam animarũ habẽtibus. Quod cõprobatur,cũ in eo reſeruẽtur mille ducati ꝑ Eccleſiis Cathedralib. tãtùm, exceptio autẽ firmat regulã in omnib.aliis nõ exceptis.vulg.iuribus.

Et ſupradicta reſolutio præſertim reddebatur vera: Tum ex oblatione

judiciali

iudicialî facta per d. penſionarium, de conſignando d. Præpoſito libras mille ſingulis annis, dummodò cederet ſibi omnes fructus, quàm ex obligatione ſubſecuta de ſoluẽdo d. penſionem, iuxta doctrinam Non. conſ. 62. Allegabantur etiam plures ſolutiones d. penſionis.

11 Cæterùm † in illis non potuit fieri fundamentum, cum pars allegaret, eas feciſſe metu cenſurarum, Rom. conſ. 369. num. 9. Put. deciſ. 281. p. 2. Caputaq. deciſ. 330. par. 2. Achil. de Graſ. de penſ. deciſ. 11. nam metus cẽſurarum excludit conſenſum. Lancell. de attẽt. appell. pend. par. 2. cap. 12. ampl. 2. numero 11.

ARGVMENTVM.

Licèt regulariter laudemium non debeatur ob diuiſionem factam inter fratres, debetur tamen, ſi tota pars Emphyteotica vni ſoli adiudicaretur in diuiſione.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium non debetur, quando bona emphyteotica diuiduntur inter fratres. Et quando hoc verum ſit, vide num. 3. 4. & 5.*

RESOLVTIO XXXII.

IN vna Dominorum de Repoſſinis cum R. D. Polo Rectore S. Euſebij fuit dubitatum, cum d. Domini diuiſerint bona paterna, & in diuiſione tota res emphyteotica obuenerit, vni tantum ex filiis Marci Antonij inueſtiti, an dicto Rectori deberetur laudemium.

Et, poſt longam dicti articuli diſcuſſionem, fuit reſolutũ pro affirmatiua opinione. Nam licèt aliàs communis ſit concluſio, quòd, quando † bona emphyteotica diuiduntur inter fratres, non debeatur laudemium, cũ illa diuiſio dicatur alienatio neceſſaria, ſecundùm Bart. in l. & ideo. num. 4. vbi etiam addit. ff. de condit. furt. Iaſ. in l. 3. num. 47. verſ. ſeptimò quæro. Cod. de iure emph. Clar. in § Emphyteuſis. quæſtio. 14. Capel. Tholoſ. quæſt. 75. refert Cœph. conſ. 195. num. 20. vol. 2. Burſat. conſ. 137. numero 6. & conſ. 181. num. 9. vol. 2. Hier. Gabr. conſ. 84. nume. 6. cum ſeq. vol. 1. Surd. deciſ. 305. num. 30. Guido Papa quæſt. 411. num. 2. Lambert. ſuper ſtat. prohib. mul. contrah. glo. prima in verb. alienationibus. numer. 26 & ſeq. Quæ cõcluſio vera eſt, † etiamſi inter Dominum, & emphyteotam ſit conuentum, quòd laudemium ſoluatur, quomodocunque res alienetur. Surd. d. deciſ. 305. num. 30. Corbul. in tract. de emph. in rubr. de cauſ. ex quibus. emphyt. limitatione 7. numero quarto, fol. 112. 1 2

Nihilominus fuit concluſum, in præſenti caſu † deberi laudemium, ex quo tota res emphyteotica vni tantũ obuenit: Et hanc opinionem tenuerunt Redo. de reb. eccl. non alie. quæſtio. 66. rub. de laudem. nu. 53. Cæph. d. conſ. 195. numer. 26. vbi teſtatur de magis communi, & reddit r. tionem, videlicèt, quod tunc ſit quædam permutatio potius voluntaria. Burſ. dict. conſ. 137. numero 7. & d. conſ. 181. nu. 9. & ſeq. addit ad Capel. Tholoſ. dict. quæſt. 75. numero 2. in fin. Lambert. d. gloſſ. 1. num. 32. Proſp. Paſſet. conſil. 2. num. 9. & conſ. 3. num. 8. vbi allegat Tiraq. de retract. lign. § . 1. glo. 14. nu. 3

77.Soc.iun.conſ.70.n.13.vol.3. Guido Papa.conſ.4.Zuccard. in l.fi.num. 38.C.de ed.D.Adr.toll. Pract.Pap. de for.lib.1.pro hęrede.§.domum.col.2. Amod.à Pont.de laudem.quęſtion.25. Anch.quęſt.fam.lib.3.quęſt.55.numero 14.

Et quamuis Gabr.in d.conſ.84.nu.
4 6.teneat†contrarium,in caſu,quo haberet locum ius accreſcendi,quem ſequitur Corbul.in d.lim.7.num.5.fol. 112. loquens in fortiori caſu, & Rim. iun.conſ.1.num.55.volum.1. Tamen à priori opinione fuit iudicatum non eſſe recedendum: Tum quia illa eſt maiori numero Doctorum fulcita: Tum quia non fuit oſtenſum,hic habere locum ius accreſcendi.

Poſſet bene dicta opinio Gab.Corbul. & aliorum habere locum, quando vni tota res ideò adiudicaretur, quia illa non pateretur commodam diuiſionem, nam tunc verè diceretur alienatio neceſſaria, poſt alios Surd. d,deciſ.305.num.31.cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Beneficium non præſumitur de Iurepatronatus, maximè in Potente. Et in eo præſumitur Iuſpatronatus potius ex vſurpatione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia in dubio præſumuntur libera, ita vt pratendens iuſp. debeat illud probare.*
2 *Iuſpatronatus præſumitur ex vſurpatione in potente.*
3 *Iuſpatronatus an poſſit acquiri à laico in Eccleſia Collegiata.*
4 *Quid in Monaſteriis Regularium.*
5 *Tempus immemorabile tollit ſuſpicionem vſurpationis.*
6 *Tempus immemorabile probat iuſpatronatus eſſe ex fundatione, & dotatione.*
7 *Tempus immemorabile ſolum non probat iuſp. in potente, ſed requiruntur alia.*
8 *Clauſula,nec aliter,quàm ſi &c. importat formam.*
9 *Eccleſia libera numquàm recipit ſeruitutem. Et num. 11.*
10 *Iuſpatronatus quando acquiratur ex reædificatione Eccleſiæ.*
12 *Præſumuntur omnia ſolemnia pro ſententia antiqua.*
13 *Citatio quando præſumatur ex temporis antiquitate.*
14 *Diſpoſitio in vno falſa, in omnibus redditur falſa.*
15 *Eccleſiæ læſæ conceditur beneficium reſtitutionis in integrum.*

RESOLVTIO XXXIII.

PRętendebat quidem Princeps,omnia beneficia ſui Status eſſe de eius iurepatronatus:Epiſcopus autem illius Diœceſis dicebat, prætenſionem eſſe illegitimam.

Viſis iuribus vtriuſque partis, ac negotio maturè diſcuſſo, inclinatum fuit ad fauorem d.Epiſcopi, cum pro eo aſſiſtat ius commune †.diſponens, 1
omnia beneficia in dubio libera pręſumi, vt aliàs dictum eſt, & proinde Principem teneri probare cõtrarium, nempè, iuſpatronatus ſubeſſe ad eius fauorem, iuxta dicta per Pariſ. conſil. 20.in prin.vol.1. Maſcard. de probat. vol.3.concl.1221.num.2.&.6.Cęſar de Graſ.de dilat.deciſ.1.num.3.

Coadiuuabatur iſta veritas.Primò, ſiqui-

2 ſiquidem † iuſpatronatus in potente præſumitur ex vſurpatione. Put. deciſ.57. cum duobus ſeq. & deciſ 205. par.1.Caputaq.deciſ.128.num.1.par.2. Caualc. deciſ.11. num.57. & deciſ. 28. num.10.par.3.Achil.de Graſ.de iurep. deciſ.4.num.2. cum ſeq. Mohed. de iurep.deciſ.10.num.2.Creſcent.de iurep.deciſ.1. num.2. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ.5. par.3. lib.2. & deciſ. 532. pat.3.lib.3.Gabr.conſ.192. num.1. volum.2.

Secundò,cum prætenderetur iuſpatronatus nimis vniuerſale,& in Italia Achil. de Graſ. de iurep. d. deciſ. 4. num.5.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.199. num.2.& deciſ.331.par.2.

Tertiò,nam plures Eccleſiæ d. Status olim fuerunt Collegiatæ, ſed deuaſtatæ ob bella, prout conſtabat clarè ex ſcripturis antiquis, & ex facie loci, iuxta dicta per Roch.de Curte, de iurep.in ver.in eccleſia.num.6.

3 Cæterùm † in Collegiatis non poteſt à laico acquiri iuſpatronatus, ſaltem quoad præſentationem, ſecũdùm veriorem opinionem, de qua per Lamb. de iurep. lib. 1. par.1. quæſt.2. prin.art.4.num.16.quæſt.19.prin.art. 5. num.40. vbi reddit rationem, quia ius in Collegiata eſt ſpirituale merum,& non annexum.c.ſacroſancta.c. maſſana.de elect.& latè quæſt.11.prin. art.3. per totum. Roch. de Curte. de iurep. in verſic. in eccleſia. numer. 3. quæſt. 2.

4 Quinimò aliquæ Eccleſiæ fuerunt† Monaſteria Regularium, in quibus non cadit vllo modo ius præſentandi ad fauorem laici, Abb. conſil.59. col. fin.vol.2.Lamb.d.lib.1.par.1.quæſt.11. prin.art.4.per totum.

5 Et dum d. Princeps ad ſui fauorem allegaret † tempus immemorabile, quod ſolet tollere ſuſpicionem vſurpationis. Rot. Rom. in nouiſſ.deciſ. 545.num.4.par.1. & ex eo non ſolùm præſumitur iuſpatronatus. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. prima caſ. 43. num.5.ſed † etiam illud eſſe ex fundatione,& dotatione. Gabr. conſil.192. nu.2.& 10.conſ.198. nu.1.5. & 18. Put. deciſ.58.num.6.& 10.deciſ.59.numer. 5.deciſ. 205. num.2. par.1. deciſ.404. & deciſ. 436. par. 2. deciſ.36. num.5. par.3. Caſſad. de probat.deciſ.2.nu 6. cum ſeq.Mohed.de iurep.deciſ.3.Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.2·4. num.2. deciſ.220.nu.3.par.3.lib.2. deciſ 243.deciſ.254. deciſ.717. & deciſ.842. par.3. lib.3. 6

Et propterea pluries tenui, quòd probato d. tempore immemorabili, dicatur ſatisfactum menti Papę ordinantis in ſuis literis, dummodo conſtet iuſpatronatus eſſe ex fundatione, vel dotatione, vide Theſau. fori eccl. par.2.c.21.nu.3.

Fuit replicatum, Primò, curſum d. temporis immemorabilis non fuiſſe formiter probatum per allegantem, prout debebat, iuxta gl. in c. .de præſcript.in 6.& aliàs dixi remiſſiuè.

Secundò,† ſolum temporis curſum non ſufficere in Potente ad probationem iuriſp. hodie, ſed requiri etiam præſentationes multiplicatas, & continuatas ad minus per 50. annos ſortitas effectum ſuum,prout clarè diſponitur per Sac. Conc. Trid. de reform. ſeſſ.25.c.9. Caualc. deciſ.11.nu.29. & 47. & deciſ.28. num.10. & 16. par.3. Gabr.in d.conſ.192.num.4.Ro. Rom. in nouiſſ. deciſ. 409. numer.2. par. 1. deciſ.199. num.3. & deciſ.331. par.2. & d. deciſ. 842. Theſau. d. cap. 21. numero 6. 7

Cõfirmabatur per †.clauſulam, nec aliter quàm ſi &c.appoſitã in d.c.9.cuius natura eſt importare formam. 8

Dec.conſ.528.num.11. Ruin.conſ.92. nu.25.lib.3. Soc.iun.conſ.46.num.23. lib.4. Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.446. num.5. par. 1. & deciſ. 199. num. 4. par. 2.

Tertiò, quòd Epiſcopus docuerit per publica documenta,plures Eccleſias, & beneficia ſuæ Diœceſis fuiſſe aliàs liberè collata à S. D. N. & ab E-
9 piſcopis anteceſſoribus;Eccleſia ✝ autem libera nunquam recipit ſeruitutem.Bal.in c.ſignificauit.num.1.de teſtibus. Caualc. in d.deciſ.11. num.69. Lamb.de iurep. lib.1. p.1. q.10. prin. art.10.nu.33.& 41.Rot.Rom.in nouiſſ. deciſ.254.nu.3.par.3.lib.3 Ex qua concluſione inferebatur, d. Principem malè prætendere iuſp. in Eccleſia S. Mariæ ad M. cum aliàs fuerit liberè
10 collata, & ✝ ex aſſerta reædificatione illius non potuit quæri iuſpatronatus, ex quo non interuenit conſenſus Ordinarij reſeruantis illud. c. nobis de iurep. Lamb.de iurep.lib.1.par.1.q.2. prin. art.3. & art.4. num.4. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſ.90. num.19. ſed dicitur benefactor. Lamb. d.lib.1. par.1.q.6. prin.art.1.nu.3. & art.3.nu. 3.Præſertim cum Eccleſia pręfata non eſſet in totum diruta. Lamb.in d.q.6. prin.art.3.num.11.cum ſeq.

Nec videbatur, poſſe hic applicari d. per Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.214. par.3.lib.2.deciſ.243.& deciſ.254. par.
11 3. lib. 3. Tum,quia ✝ hic conſtabat dilucidè de libertate eccleſiæ. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 220. par. 3. lib. 2. adducta autem in contrarium procedere forſan poſſent, quando dubitaretur, an eccleſia fuiſſet ſemel libera,vel non,prout innuit Rot.Rom. in d. deciſ. 254. num. 11. Tum quia ſecundùm Caualc.c.in d.deciſ.11. nu. 69. requiritur licentia Papæ, de qua hic non conſtitit. Et aduerte ad illud, quod dicit Rot Rom. in d.deciſ.254. num.10. nempè,quòd,ſtante centenaria præſcriptione, præſumitur priuilegium Papæ:Nam id non attenderetur hodie, cum Sacr. Concilium Tridẽtinum.in d.cap.9. reuocauerit omnia priuilegia iuriſpatronatus, etiam cum poſſeſſione inde ſecuta, ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 269. parte ſecunda. & aliàs diximus.

Poſtremò,dùm pro adiuuanda prætenſione dicti Principis fuiſſet exhibita quædam ſententia D. Delegati Apoſtolici lata de anno 1478. in qua declaratur, omnia & quæcumque beneficia ſui ſtatus, & dominij eſſe de iurepatronatus eiuſdem, & ✝ pro qua 12
ſententia præſumitur, ſtante antiquitate temporis. Put. deciſ.338.par.2. & Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ.382. nu. 1. par. 1. latiſſimè Gabr. de ſentent. concl. 4. numer. 35. cum ſeq. libro ſecundo.

Fuit reſponſum,Primò,dictam ſententiam non nocere bonis iuribus d. Epiſcopi, præſertim cum fuerit lata non citato Epiſcopo illius Diœceſis, de cuius intereſſe agebatur.l.2.&l.fin. C. quibus res iud. non noc. & ibi Doct.

Et licèt ✝ ex temporis antiquitate 13
pręſumatur citatio. Grat. conſilio 91. numer. 47. & 48. vbi ampliat etiam in præiudicium tertij. volum. 1. latè Menoch. de pręſumpt. libro 2. præſumpt.22. num.3. & pręſumpt.69. num.6.Maſcard.de prob.vol.1. concl. 290.nu.7.& 9.in verb.citationẽ.Gab. de ſent.lib.2.concl.4.nu.35.cum ſeq.

Nihilominus hic nõ pręſumitur citatio Epiſcopi, ex quo de ea nulla fit enunciatio in ſententia, neque etiam in genere,prout d. enunciatio in ſpecie requirebatur, cum citatio ſit de

primis

primis ſubſtãtialibus proceſſus. Gab. in d.concl.4. nu.38. & 48. & concl.5. num.37.cum ſeq. Bart.in auth ſi quis in aliquo.num.14.verſ.ſed hic quæritur.vbi etiam Purp. num. 23. C. de eden. Menoch. de præſump.lib.2.præſumpt.68.num.13.vbi latiſſimè.Crau. de antiq.temp.par.2.num.5.in puncto Affl.deciſ.107.num.5.cum ſeq. Quod indubitatum eſſe dicitur hic,cum agatur de præiudicio tertij,nempè eccleſiæ,& de re grauiſſima. Menoch.in d. præſ.68.nu.17.cum ſeq Et præſertim cum dicta ſententia eſſet lata ſine cauſæ cognitione, vt clarè ex ea conſpicitur. Menoch. in d.præſ.68.num.21. Nec exhiberetur in forma probante. Menoch. ibidem numero 22. cum ſeq.

Secundò reſponſum fuit, dictam ſententiam eſſe notoriè nullam,& iniuſtam, cum plura beneficia ſita in Dominio Principis fuerint antè, & poſt dictam ſententiam liberè per Epiſcopum collata,vt ſupra dictum eſt:
14 diſpoſitio † enim vniuerſalis in vno falſa, in omnibus redditur falſa. l.ſi is qui. §. verùm. & ibi Doct. ff. de reb. dub.faciunt dicta per Felin. in c. licèt cauſam.de prob.& Pariſ.conſ.149.nu. 27.vol.4. Poſtremò dictum fuit,dicto
15 Epiſcopo † in omni caſu fore concedendum, beneficium reſtitutionis in integrum, cum eccleſia ſit enormiſſimè læſa, & fuerit in vera ignorantia. Non.conſ 87.num.2. Caualc.deciſ.23. nu 96.par.1.Rot. om.in nou.de reſt. in integr.deciſ.2.num.7.

ARGVMENTVM.

An Emphyteuſis Eccleſiaſtica, deficientibus maſculis, tranſeat in fœminas.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina an ſuccedat in emphyteuſi, & quando. Et num.4.*
2 *Hæredis, appellatione venit fœmina.*
3 *Succeſſoris appellatione venit fœmina.*
5 *Retinere quando non liceat rem emphyteuticam.*

RESOLVTIO XXXIV.

FVIT per Reuerendiſs. Epiſcopum Aprutinum cõceſſum in emphyteuſim vnum petium terræ vineatum ſuæ Eccleſiæ cuidam Ioſepho Viuilacquę pro ſe,ſuíſque hæredibus, & ſucceſſoribus vſque ad tertiam generationem. Ex dicto Ioſepho remanſerunt duo maſculi,& duæ fœminæ, qui maſculi cum de eodem anno fuiſſent interfecti,fuit dubitatum de duobus. Et primò, an dictum petium terræ tranſeat ad dictas fœminas, vel potius reuertatur ad Eccleſiam ob deficientiam maſculorum. Secundò:ſuppoſito reuerti ad Eccleſiam: An poſſint dictæ fœminæ vti retentione, cum in conceſſione extaret pactum, quòd Epiſcopus in caſu finitæ emphyteuſis reſtitueret ducatos 40.aliàs liceret rem retinere.

In primo dubio,fui eius voti, bona prędicta eſſe deuoluta ad Eccleſiam, nam † licèt emphyteuſis Eccleſiaſtica, ſecundùm aliquorum opinionem, 3
tranſeat ad fœminas. Surd.deciſ.95.n. 12.& 14.conſil.100.nu.15.& conſ. 140. num.23. Clar.in §.emphyteuſis. q.32. Bero.in c.in præſentia.n.401.de probat.& in quęſt.18.nu.1.cũ ſeq. Quod

magis videbatur eſſe verũ in præſenti caſu, cũ in dicta cõceſſione fiat mẽtio
2 de hæredibus,† quorum appellatione veniunt fœminæ Bero.in d.quæſt.18. num.3.Gozad.conſ.27.numer.7.Dec. conſ.32.num 2. Cœph conſ.11. num. 4.Gabr.de verb ſignif.concl.6.num. 104.Hieron. Gabr.conſ.69. vbi plura cumulat in hac materia.vol.2.Surd.d. conſ.100. num.15.conſ.140.num.23 & deciſ.95.num.13 Et vlterius fiat men
3 tio de ſucceſſoribus,† quorum appellatione veniunt indubitanter fœminæ,ſecundum Alex.conſ 44. numero 1.volu.1. & Surd.dict. conſil.140. numero 24.

Tamen Rota Romana in nouiſſi-
4 mis deciſ.125.par.2.tenuit,†non tranſire ad fœminas,& præſertim quando in loco vigeret ſtatutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis, prout hic vigebat.

Propterea reſolutum fuit, d. fœminas non ſuccedere in d.bonis,ſecundũ etiam Salic.in l.2.col.17. Cod.de iur. emph.Alex.conſ.44 nu.2.vol.1.Bero. conſ.105.vol.1. Burſat.conſ.80. nu.21. vol.1.plures refert Surd.in d.deciſ.95. nu.2.cum ſeq Et dùm numer.20.cum ſeq.dicit d ſtatutum non habere locũ in bonis Eccleſiæ: fuit reſponſum, id non eſſe verum , prout poſt alios firmat Gabr.de ſtat.concl.10. n.10.cum ſtatuto fauorabili poſſit vti Eccleſia, ſi velit.Surd. conſ.2. num.19 33. & 35. cum ſeq.Brun.de ſta.excluſ.fœm.art. 6.num.67.

Vlterius dùm idem Surd.in d.deciſ. 95.nu. 24. dicit, fœminas eſſe admittendas,ſi maſculi non extent. Bero.in d.quæſt 18.num.5 Clar.in d.q.32.verſ. fin.Fuit reſponſum,id habere locum, quando fœminæ eſſent excluſæ temporaliter ſecus ſi eſſent excluſæ ſimpliciter,vt hic, nam tunc ſemel excluſæ ſemper habentur pro excluſis, ſecundum receptiorem ſententiam, de qua teſtatur idem Surd.in d.deciſ.95. num.7.Oſaſch.deciſ.23. num.17. Bero.conſ.151.num.23.lib.2. Non.conſ. 1.nu.56 Crau.conſ.22.nu.10.Becc.cõſ. 107.num.17.Pariſ. conſ 12. nu.7.vol. 1.& conſ.48.num.22. vol. 2. Tiraq.in l.ſi vnquàm verſ. liberos nu.12. C.de reuoc.donat.

In ſecundò fuit reſolutum,†non li- 5
cere retentionem. Primò, quia dictæ fœminę non docuerunt,pecuniã fuiſſe verſam in vtilitatem Eccleſię,prout tenebantur.Maſcar. de prob.cõcl. 1160.num 2.& 24.&concl.1161.num. 33.vol.3.& licèt Rip.de depoſito reſp. j.nu.3.& 5.dicat,id eſſe verum in contractu mutui tantùm,tamẽ Surd.cõſ. 181.num. 11. dicit, id habere locum in omnibus contractibus , quod comprobat,num.43.cum ſeq.latè Menoc. de arbit.iud.lib.2 cent.2. caſ.432. Secundò dicebatur,id eſſe debitum prędeceſſoris,non ipſius Eccleſię,ſucceſſor autem non tenetur ad debita ſui prędeceſſoris Abbas in c.dilecti num. 2.& 7.de foro comp. Put. deciſ 43. & deciſ.44.par.2.deciſ.4.par.3.quamuis aliud videatur eſſe in melioramentis, ſecundum Rot.Rom.in nouiſſ. deciſ. 186.& deciſ.208.par.2.

ARGVMENTVM.

Separatio matrimonij quoad thorum quando ſit concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Vxor poteſt petere ſeparationem matrimonij quoad thorum ob viri adulterium.*

2 *Adulterium quomodo probetur.*

3 *Adul-*

3 *Adulterium quando remittatur per commixtionem. Et num. 4.*
5 *Matrimonium poteſt ſeparari quoad thorum ob ſæuitiam viri.*
6 *Idem, ſi vir tentauerit neçare vxorem veneno.*
7 *Quid ſi offeratur cautio de bene tractando.*
8 *Vxor diuertens à viro quid poßit facere.*
9 *Cauſa diuortij præfati ſpectat ſolùm ad iudicem Eccleſiaſticum.*

RESOLVTIO XXXV.

IN vna ſeparationis thori vertente coram D. Vicario Epiſcopali Papiæ Delegato Apoſtolico, poſt multa hinc inde deducta, fuit reſolutum, N. mulieri de Sacchis, licere impunè diuertere ab. A. eius viro, ex pluribus.

Primò, nam abſolutum eſt in iure,
1 † ob viri adulterium poſſe vxorem licitè petere matrimonij ſeparationem quoad thorum. Abb. in cap. fin. num. 3. de adult. vbi allegat totam 32. quæſt. 6. Pariſ. conſ. 54. num. 42. vol. 4. S. Anton. in ſum. par. 3. cap. 21. §. 5. vbi etiam dicit, quod, ſi adulteria viri forent notoria, vxor valeret propria auctoritate, & abſque iudicio eccleſiæ à viro diuertere. Couar. lib. 1. par. 2. cap. 7. §. 5. numero. 8. Theſau. deciſ. 130. numero. 4. Caualc. deciſ. 18. num. 26. par. 2. & deciſ. 21. num. 7. & 26. par.
2 4. De † adulterio autem conſtitit per plures teſtes deponentes de viſu circa copulam, quamuis, quando agitur de dicta ſeparatione, ſufficiant violentæ præſumptiones, de quibus latè per Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 57. nu. 5. & concl. 63. num. 2. & dictam copulam, licet cum ſoluta, eſſe adulteriũ, habetur clarè in cap. 16. 32. q. 5. & in c. fin. 32. q. 6. & ponit Pariſ. in d. conſ. num. 43.

Nec profuit d. viro allegare, † vxorem eius, poſt prætenſum adulterium, rem carnalem cum ipſo pluriès habuiſſe, & proinde d. crimen cenſeri remiſſum. c. 1. 32. q. 1. gl. in c. fin. de adult. Clar. in §. adulteriũ verſ. caueat etiam num. 18. S. Ant. in d. c. 21. 6. verſ. quintus eſt. Couar. in d. c. 7. §. 6. nu. 7. Tum quia d. vir tenebatur docere de commixtione habita poſt patratum adulterium cum vxore, † ipſamque plenam habuiſſe notitiam d. adulterij, cum remiſſio iuriũ in dubio nõ præſumatur, nec illa extendatur ad ignorata. l. mater. ff. de inof. teſt. Surd. conſ. 49. nu. 32. Tum quia aſſumptum verum eſſe dicitur in viro ſe commiſcente cum vxore adultera, ſed non è contra, cum mulier ſit in viri poteſtate, nec ſit vxoris corripere virum. Graff. deciſ. aur. caſ. conſc. lib. 2. cap. 83 num. 6. 3 4

Secundò, fuit congruè probata ſæuitia † viri, quæ ſufficiens eſt cauſa concedendi dictam ſeparationem ca. 1. vt lite non conteſt. cap. literas. & ibi Abb. num. 7. de reſtit. ſpol. Couar. in d. cap. 7. §. 5. num. 1. Pariſ. in d. conſil. 54. num. 7. 12. & 36. Fab. Turr. conſil. 15. nume. 36. volum. 2. Natt. conſi. 616. num. 1. cum ſeq. Caualc. d. deciſ. 18. num. 27. & d. deciſ 21. num. 7. & 26. Theſaur. in d. deciſ. 130. numero 1. Vinc. de Franch. deciſ. 244. num. 2. part. 2. vbi amplius dicit, poſſe peti alimenta. 5

Tertiò, nam plures teſtes conteſtes depoſuerũt, † virũ tẽtaſſe eã occidere veneno. Abb. in c. quẽadmodũ in fine de iureiur. Couar. in d. c. 7 §. 5 nu 2. S. Antõ. in d c 21. §. 7. ver. vnde falſa eſt opinio. Theſaur. in d. deciſ. 130. nu. 5. 6

Neque potuit haberi conſideratio
7 † cautionis oblatæ per virum de benè eam tractando, & non offendendo &c. Tum quia dicta oblatio non fuit facta in actis. Tum quia, cum ex actis conſtaret de odio capitali viri in dictam eius vxorem, non diceretur ſuccurſum timenti de morte S. Anton. in d.cap.21.§.6. in fine. Turret. in d. conſ.15.nu.39. Caualc.in d.deciſ.18.n. 27. vbi refert diuerſas in hoc Doctorum opiniones, & tandem remittit omnia arbitrio prudentis iudicis; Pręſertim, quòd in effectu non videbatur ſignum aliquod pænitentiæ in eius viro.c.8.32.quæſt.1.Natt.in d. cõſ. 616.num.2.cum ſeq.Theſau.in d. deciſ.130. num.1.

Qua reſolutione attenta, dictũ fuit,
8 † dictæ Mulieri liberum eſſe, vel in ſæculo remanere, viuendo tamen cõtinenter, ſecundùm S. Anton. in d. cap.21.§.6.verſ.effectus. Et præſertim permanendo cum eius patre, Cæſ. de Graſ.de diuor.deciſ.1.nu.2. Vel religionis habitum aſſumere, dicto eius viro adultero etiam inuito, ſecundùm c.Agathoſæ.27. quæſt. 2. de quo alibi dicetur.

Occaſione ſupradictæ reſolutionis
9 aduertendum proponebatur, quòd † iudices ſæculares abſtinere omninò debeant à declarando, licere vxori diuertere à viro, cum hęc determinatio, & cognitio ſpectet ſolùm ad Eccleſiaſticum iudicem! ſcriptum eſt enim, quos Deus coniunxit homo non ſeparet. c. tuæ de procurat. & ita firmarunt in terminis Innoc. in c. tuam de ord.cognit. Dec. conſ.112.Couar. de ſponſ. par. 2. cap.7.§.6 numer.8. Vinc.de Franch.deciſ.36.nu. 1. par.1. & deciſ.312.num. 3. par. 2. & de communi opinione teſtantur Farin.de inquiſit. quæſt.8.num. 130. & 148. & Clar.in §.fin. quæſt. 37. verſ. quæro nunquid.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Agens pro recuperatione bonorum ſuæ eccleſiæ debet probare, quænam ſint bona illius.*

2 *Identitas bonorum quomodo ſit probanda.*

3 *Inſtrumentum producens cenſetur fateri omnia in eo contenta.*

4 *Confeſſio oris proprij eſt optima probatio.*

5 *Impugnans inſtrumentum non poteſt ſe ex eo iuuare.*

6 *Et quando hoc ſit verum, & num.*7. *&* 8.

9 *Inſtrumentum quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte impugnari, & num.*10. *&* 11.

RESOLVTIO XXXVI.

IN cauſa relaxationis bonorũ eccleſiaſticorũ vertente inter R.Puteũ Canonicũ Collegiatæ S.Inuētij Papię ex vna, & Dominos de Mediabarbis, de Ripa, & de Bordonibus ex altera, dubitabatur de tribus principaliter, Primò, an ex deductis conſtaret de indẽtitate dictorum bonorum.

Et quamuis obijceretur, dictum Puteum non probaſſe ſufficienter dictorum † bonorum identitatem, prout 1
tenebatur, ſecũdùm Rip.de iu. emph. reſp.3.& latè Maſcard. de probat. vol. 2. concl.

2.concl.874. num. 11. Nihilominus fuit reſolutum, plenè conſtitiſſe de dicta identitate, cum dicti de Ripa, & conſortes in eorum comparitionibus exhibitis dixerint hæc verba. [Non negantes, nec intendentes aliquo modo negare emphiteuſim] & ipſi perſoluant dicto Canonico canonem debitum. Et inſuper exhibuerint renouatiuas inueſtituras, in quibus deſcripta ſunt dicta bona per confinia,
2 & alias demonſtrationes, quibus, † probari identitatem, voluerunt Natt in conſ.3.num.9.& latè Maſcard. in d. concl.874.num.1. Preſertim cum non fuerit oppoſitum de pluralitate bonorum, Maſcard. ibidem num. 13.

3 Abſolutum eſt autem, † producentem inſtrumentum fateri omnia in eo contenta, ſecundùm Doct. in c. cũ venerabilis.de except. Achil.de Graſ. de confeſ. deciſ. 2. num 1. Cæſar de Graſ.de ſent.& re iud.deciſ.6. num.2. vbi declarat. Mohed. de regul. deciſ.1. num.2 Rot. Rom. in nouiſſi.n. deciſ. 159.num.1.par.2. Maſcard.d. vol.2.cõcl.951.num.1.& 15.vbi ampliat, etiam ſi eſſet facta proteſtatio, quatenus cõtra producentem non faciat &c.

4 Et † confeſſio partis dicitur probatiſſima probatio.l. generaliter. C. de non num.pec.præſertim ſi eſt facta in iudicio.vt hic.Rip. in d. reſp. 3. num. 6.cum ſeq.

Dumque obijceretur, dictum Pu-
5 teum † non poſſe iuuari ex dictis inſtrumentis, cum illa impugnauerit, vulg.c.ex eo.de reg.iu. Gabr. de reg. iu.lib 6.concl.1.nu.1.Lancel. de attẽt. par.2.cap 4.ampl.3.num 5.Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.190.num.1. par. 1. Et, quod magis eſt, impugnauerit dicta inſtrumenta vti nulla, nam confeſſio emanans ex inſtrumento nullo non præiudicat.Caputaq.deciſ.187. & deciſ 190. par.1.

Fuit reſponſum, Primò, † hic non 6
impugnari actum, ſed opponi defectũ ſolemnitatis, quo ſtante, poteſt quis iuuari ex actu ſic impugnato, ſecundùm Felin.in c. capitulum nu. 14. de reſcrip. Gabr. in d. concl.1.num 62. Gallia.conſ.99.num.55. Oſaſch.deciſ. 101.num. 40.

Secundò, donec † pendet impugna- 7
tio actus, & ſuper ea non eſt pronunciatum, poſſe ex illo impugnantem iuuari. Felin. in d. c. capitulum nu. 9. Gab.in d.concl. 1.nu. 40. Viu. deciſ. 370.num.7.lib.2. Rim. iun. conſ. 48. nu.46.vol.1. Gabr. conſ.40.num. 26. vol. 1.

Tertiò, hic † non fuiſſe acceptatam 8
per partem dictam impugnationem. Bal.in l.ſi præſidi num.4.C.de donat. ante nup. Miſing.obſeru.51.cent. 4.

Quartò, iudici † licere, ſi videt acto- 9
rem non poſſe fundare intentionem ex alio, quàm ex inſtrumentis, pronũciare pro eo, quamuis ipſe actor non poſſet illa allegare, ſecundùm Natt.in conſil.120.num.24.

Poſtremò dùm iterum opponeretur, confeſſionem reſultantem ex dictis inſtrumentis eſſe indiuiſibilem, & ſic non poſſe prò parte acceptari, & pro parte reprobari, Caualc. deciſ. 27.num.86 par.2.Surd.deciſ. 144.nu. 10.Franc.Becc.conſ.55.num. 7. Quod omninò verum eſſe dicebatur hic, cũ videatur agi de vnico facto cum ſuis annexis qualitatibus. Bal. conſ.79. nu. 2.lib 2.Rom. conſ.353.num. 11. Boer. deciſ 243. num. 3.

Fuit replicatum, † hic non impu- 10
gnari contenta in inſtrumento, ſed opponi defectum ſolemnitatis, & poteſt eſſe verum inſtrumentum, ſed tamen nullum ob dictum defectum, qui eſt quid extra inſtrumentum, faciunt

dicta per Maſcar. in d. vol.2.concluſ. 917. Et confirmatur,nam quis poteſt pro ſe allegare dicta teſtium, ſed impugnare perſonas eorum. Achil. de Graſ.de teſtib.deciſ.2.num.1.item poteſt quis fateri, aduerſarium habere poſſeſſionem iuxta inſtrumentũ exhibitum, ſed tamen illam poſſeſſionem eſſe nullam,& vitioſam Crauet. conſ 150.num.5. Surd.deciſ.258 num. 6.Prætcrea dictum fuit,obiectum nõ
11 procedere hic,†cum inualiditas actus non pendeat à poteſtate partium, ſed à iure,& conſuetudine. Dec.conſilio 317.in fine. Maſcard. in d. concl.915. num.6.

ARGVMENTVM.

Quando poſſit intentari remedium poſſeſſorium Canonis reintegrandæ.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio excluſiua delicti in dubio eſt facienda.*
2 *Poſſeſſio præſumitur iuſta.*
3 *Emphyteuſis titulus dicitur legitimus ad poſſidendum.*
4 *Emphyteuſis probatur ex ſolutione decennali.*
5 *Remediũ reintegrandæ eſt pinguius, & fauorabilius.*
6 *Probari quid debeat pro obtinendo in dicto remedio.& num.7.& 8.*
9 *Remedium reintegrandæ competit contra poſſidentem cum titulo.*
10 *Titulus nullus dicitur,& poſſeſſio, non ſeruatis ſolemnibus.*

RESOLVTIO XXXVII.

SECVNDÒ principaliter dubitabatur, An benè fuerit actũ remedio poſſeſſorio Canonis reintegrandæ 3 q.1. Et pro nullitate iudicij intentati adducebatur per dictos Conſortes.

Primò,quòd non poſſint dici occupatores præfatorum bonorum, cum† 1
in dubio ſit facienda interpretatio excluſiua delicti.vulg.l meritò ff.pro ſoc.Natt.conſ.549.num.11. Maſcard. de prob.volum.1.concl.496. Menoc. de præſump.lib.5 præſumpt 161.numero 26.

Secundò, † nam eorum poſſeſſio 2
præſumitur iuſta,& legitima Crauet. conſ.150.nu.5.Rot Rom.in nouiſſim. deciſ.345.num 12. & deciſ.802. num. 4.par. 1.prout in materia emphyteuſis dicit Corbul.de iure emph. in rub. de cau.priuat.ob lineam finitam. numero 110.

Tertiò, allegabatur † titulus em- 3
phyteuſis, qui dicitur legitimus ad poſſidendum, etiamſi foret nullus. Rot.Rom.in nouiſſ. deciſ. 100. num. 21.par.1. Et de dicta emphyteuſi non ſolùm cõſtare dicebatur per ſolutionem decennalem, † ex qua præſumi- 4
tur ſolemnis emphyteuſis, ſecundùm Iaſ.in l.ſi certis annis numer.9. C. de pact.Maſcard.de prob concl 604.nu. 29. Licèt non contra eccleſiam, contra quam requiritur ſpacium quadraginta annorum,idem Iaſ.in d l.ſi certis annis.numero 15 verſ. vndecimò limit. Menoch. de præſumpt.libro 3. præſ.108.num 5.Verùm etiam per inſtrumenta inueſtiturarum, quæ dicuntur probatio probata. l. cum præcibus.C.de probat.Pariſ conſ. 77.nu. 1.volum 3.

Cæterùm fuit reſolutum,ritè,& rectè fuiſſe intentatum dictum remedium Canonis reintegrãdæ,†vti pin- 5
guius,& maximè fauorabile,ſecundũ Menoch.de recup.poſſeſ. remed.15.n. 5.& 88.Surd.conſ.28.num.91. Franc.

Becc.

Becc.conſil.12.num.7.Non.conſil 58. nu.16 Boccac.ſuper conſt. pro.ma. in cap.vt minorum gloſ. 8. num. 4. & 310.Caputaq.deciſ.170 num 4 par.1. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 282. par.1.

Nec dubitabatur ex actis abundè
6 conſtare † de antiquiori poſſeſſione agentis,& noua conuenti, quæ duo tantùm probari oportere, communis eſt Doctorum ſententia, prout de ea teſtatur idem Menoch in d remed. 15.nu.383.cum ſeq.Franc. Becc. conſ. 75.num.2. Obiectis autem,quæ videbantur in vnum ferè conuenire,& leuioris eſſe momenti, fuit reſponſum.
7 Primò, † ad obtinendum in tali remedio non eſſe opus probatione violentiæ,& occupationis iniuſtæ,ſecundùm Menoch. in d. remed.15. num. 397. & ratio eſt, nam ceſſat præſumptio non commiſſi criminis, cum agatur de actu à iure prohibito. Menoch.in d.remed. 15. num.388. Gabr. de reſt.ſpol.concl.5.num.122. Turret. conſ.37.num.19.& conſ.48.nu. 7.vol. 1.Non.conſi.23.num.7. Becc. d. conſ.
8 75.nu.4.& 5. vbi limitat. Sed † ſatis eſſe negationem partis, ex qua prima poſſeſſio introuertitur, & noua efficitur,ſecundùm Menoch. de adip. poſſ. remed.2 nu.90.
9 Secundò,fuit dictum, † d. remediũ competere etiam contra poſſidentem cum titulo, & bona fide. gloſ. in c cum ad ſedem.de reſtit.ſpol.Menoch dicto remed.15 num 80 cum ſequentibus vbi teſtatur de communi. Frãc. Becc.in d.conſ.75. num. 4.
10 Tertiò replicatum fuit, quod, † cum in dictis conceſſionibus,& inueſtituris non interuenerint ſolemnia iuris, vt dicetur in ſequẽti dubio plenius,titulus omnis reducitur ad non titulum,poſſeſſio dicitur nulliter trãslata, & contractus habetur pro infecto.Surd.conſ 3.num. 21. & conſil.28. nu.89.cum ſeq. Vinc. de Franch. deciſ.163.num.3.par.1.Menoch. in d. remed.15 nu.179.ſuper actu autem nullo nullum poteſt fieri fundamentum. Surd in d. conſ. 3. num. 11. & d. conſ. 28.num.88. in puncto Redo. de reb. eccl. non alien.quæſt.48.incip. ſed an in alienatione.num. 23.

ARGVMENTVM.

Tranſactio facta ſuper re Eccleſiæ quomodo poſſit dici nulla.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes emphyteutæ tenentur inſolidum ſoluere Canonem.*
2 *Limitatur.*
3 *Proteſtatio quando releuet.*
4 *Alienare non poteſt Canonicus bona ſui Canonicatus, ſine conſenſu Capituli.*
5 *Referenti non creditur, niſi conſtet de relato.*
6 *Verba enunciatiua quando probent. Et num.7.*
8 *Solemnitas quando præſumatur.*
9 *Tranſactio non poteſt fieri ſuper re clara.*
10 *In alienatione requiritur auctoritas ſuperioris. Et vtilitas, num. 12.*
11 *Vicarius non poteſt interponere auctoritatem ſuper alienatione bonorum Eccleſiæ.*
13 *Reſtitutio in integrum quandò concedenda, non obſtante lapſu quadriennij. Et nu.14. & 15.*
16 *Et an ſit augendus canon.*
17 *Alienans quando poſſit contrauenire ſuæ alienationi. Et num. 18.*

19 *Pretium quando ſit reſtitue idum. Et num.22.& 23.*

RESOLVTIO XXXVIII.

TErtiò principaliter dubitabatur, An pronunciandum eſſet ad fauorem R. D.Putei.

Et, cum pars Motiuo dato nunquàm reſpondiſſet,fuit facta reſolutio ad fauorem d. Putei,ex pluribus.

Primò, cum fuerit ceſſatum à ſolu-
1 tione integra Canonis,† ad quam omnes tenebantur inſolidum, cũ prior inueſtitura proceſſerit ab vno capite. Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.14. Caualc.deciſ.25.num.26.& deciſ.30. nu.
2 118.par.2.quod limitatur, † ſi res eſſet data in emphyteuſim, vt certum quid ſolueretur pro pertica,ſecundùm Caualc.in eadem deciſ.30. num.6. Affl. deciſ.153.num.3.Corbul. de emph. in rubr. de cauſ. priu. ob non ſol. can. ampl.8.num. 2. vbi teſtatur de magis communi. Præſertim cum hic eſſet appoſitum pactum in inueſtitura, vt inſolidum hæredes tenerentur. Alber. in l.communi.num.2.ff. com. diuid. De ſolutione autem integrali docendum erat per dictam partem aduerſam, ſecundum Clar. in d. §. emphyteuſis.quæſt.10.verſ.fin. & Caualc. d. deciſ.30 num.6.Nec ſuper receptione certi canonis dicebatur poſſe fieri fundamentum. Tum quia illa rece-
3 ptio fuit facta † cum proteſtatione,& reſeruatione iurium Eccleſiæ, & non aliter &c.de communi Iaſ.in l. ſi poſt moram.nu.4. ff. de eo quòd certo loco.Surd.deciſ.317.nu. 25. Clar. in d. quæſt.10.in prin.vbi declarat, id non procedere,ſi recipiatur penſio pro tẽpore futuro,cum tunc proteſtatio, & reſeruatio videatur contraria facto, licèt idem Surd. in d. deciſ.317. num. 27.cum ſeq.teneat contra d. declarationem, ex eo, quod non poſſit aſſignari vera ratio incompatibilitatis, quod omninò firmarem,ſi pars d.proteſtationi fuiſſet præſens,& non contradixiſſet, vt poſt alios dicit idem Surd.in deciſ.32.num. 12. Menoch. de præſump.lib. 3. præſump. 65. num.6. Præſertim ſi id factum eſſet in iudicio, prout idem Menoch. dicit in d. tract. de præſ. lib. 2. præſ. 46. num. 5.
Tum quia aſſerebatur agi de † con- 4
ceſſione in emphyteuſim bonorum Eccleſiæ Collegiatæ, vnde non poterat Canonicus dictæ Eccleſiæ præiudicare,ſine Capitulo.Alex.conſ.5. nu. 18. lib.5. quem ſequitur Clar. in d. quæſt.10.verſ. ſed nunquid. vbi teſtatur de communi.Non.conſ. 58. num. 11. Soc.ſen.conſ.15. num.8.vol.1.Licèt hoc non videretur benè verificari in facto,cum bona Canonicatuum dictæ Eccleſiæ S.Iuuentij videantur ſeparata à bonis Capituli.

Secundò, arguebatur nullitas inueſtiturarum hac ratione. Aut pars aduerſa fundat intentionem ſuam ex inueſtitura anni 1534.& illa dicitur omni ex parte nulla;Tum vti facta à perſona laica carente etiam omni mandato,quod in ſpecie requirebatur,nec pręſumitur;Tum vti facta ſine ſolẽnibus iuris,& præſertim ſine auctoritate Papæ, & ipſius etiam Ordinarij loci,prout in alijs reſolutionibus pleniſſimè deductum fuit.

Nec profuit dicere, illa bona fuiſſe ſolita concedi in emphyteuſim perpetuam, ob illa verba appoſita in dicta inueſtitura, videlicet, non nouas, ſed antiquas, & veteres renouando &c.

Primò, quia † referenti non credi- 5
tur,

tur, niſi de relato conſtet, præſertim hic, vbi ius reſiſtit, & agitur de graui præiudicio. Bal. conſil. 331. vol. Io. Bapt. Ferre. conſ. 87. num. 2. Gram. deciſ. 79. num. 20. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133 num. 24. Et inſuper contigit de relato principaliter diſputari. Surd. conſ. 5. num. 19. Magon. in Lucenſi deciſ. 81. num. 9. Maſcar. de prob. vol. 2. concl. 621. num. 19. cum ſeq.

6 Secundò, etenim † verba enunciatiua prolata ſuper eo, de quo partes diſponere non poſſunt, vt hic, non probant, ſecundùm Menoch. de pręſ. d. lib. 3. præſumpt. 132. in fin. & præſ. 133. num. 17. Et in puncto voluit Non. in d. conſ. 58. num. 5.

Tertiò, replicatum fuit, factum Rectoris non nocere Eccleſiæ, ne que ſucceſſoribus, Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 101. Capella Tholoſ. quæſt. 487. Caputaq. deciſ. 128. num. 3. part. 3. Coadiuuatur, nam ſucceſſores in Eccleſia dicuntur quodammodo

7 tertij, † verba autem enunciatiua non probant contra tertium. Menoch. in dict. præſ. 133. numero 21. cum ſequent.

8 Minùs potuiſſe allegari † præſumptionem ſolemnitatum ex temporis lapſu, dictum fuit. Quandoquidem vſque ad tempus motæ litis non ſunt lapſi anni 20. Vide Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 160. num. 6. par. 2.

Quinimò neque decem anni effluxerũt, deducto tempore, quo vixit Canonicus alienans. Latè Caualc. in d. deciſ. 30. num. 14.

Aut fundat intentionem in tranſactione ſubſecuta de anno 1565. & pariter dicitur dicta tranſactio nulla.

9 Primò, † vti inita ſuper re clara pro Eccleſia. l. ſi cauſa. C. de tranſ. c. ſuper eo. extra eodem. Socin. iun. conſ. 144. numer. 16. volum. 1. Franc. Becc. conſ. 109. num. 3. Surd. deciſ. 139. num. 19. & deciſ. 185. num. 9.

Secundò, cùm non interuenerit auctoritas ſuperioris, nempe Papæ, † quę 10
requirebatur, vt in extrauag. ambitioſæ. de rebus eccl. non alien. quæ conſtitutio præſumitur vſu recepta, ſecundùm dicta per Benintend. deciſ. 13. numero 9. & Eugen. conſ. 24. num. 7. lib. 1. & alleganti non vſum incumberet onus probandi vnà cum ſcientia Papæ. Caualc. in dict. deciſione 30. numero 8. & 16. Menoch. in d. præſ. 133. num. 71.

Minúſque interuenerit auctoritas Ordinarij, nam ſuper decreto D. Vicarij non poteſt fieri fundamentum, cum
† de iure non liceat d. Vicar. inter- 11
ponere auctoritatem ſuper alienatione bonorum Eccleſiæ. Caualc. deciſ. 45. numero 40. par. 1. & poſt alios Sbroz. de off. Vicar. quæſtion. 118. numero 2. lib. 2.

Præſertim ſtante conſtitutione Sinod. Papiæ incip. indiſcretis. edita tempore Reuerendiſſimi D. Guidi Epiſcopi, qua prohibetur expreſſè conceſſio rerum Eccleſiæ in emphyteuſim vltra annos nouem, ſub pœna nullitatis ipſo iure, & excommunicationis latæ ſententiæ. Cui conſtitutioni non potuit derogari cum clauſula non obſtante, &c. per d. Vic. vti inferiorem c. cum inferior. de ma. & obed. Iaſ. in l. omnes populi. numero 30. lect. 1. ff. de iuſt. & iure. Azor. inſtit. mor. libr. 5. cap. 15. quęſt. 7. & pręterea, cum inferior Principe non poſſit vti clauſula, non obſtante lege &c. l. Princeps. ff. de legib. Iaſ. in l. nemo poteſt. numero 5. ff. de leg. 1.

Tertiò, allegabatur nulla dicta tranſactio, cum in ea non tantùm non in-
teruenerit † vtilitas Eccleſiæ, quę re- 12
quiritur euidens, ſecundùm Caualc.

deciſ.46.num.41.part.1.Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.178.num. 10.par. 2.ſed potius adfuerit damnum euidens, ob minorem præſtationem ſictuum, qui debuerant augeri, cùm eſſent aucta pretia rerum, & ob tot pacta inſolita, & patenter damnoſa Eccleſię apposita in dicta tranſactione.

13 Et propterea videbatur ſaltem † concedendam eſſe reſtitutionem in integrum d. Puteo, ſtante d. lęſione. Cæſar. de Graſ.de reb.eccl.non alien.deciſ.4.num.15. Pariſ. conſ.26.num.17. vol.1.Vinc.de Franch.deciſ.248.num. 6.vbi dicit, lęſionem eſſe arbitrariam iudici.

Non obſtante prętenſo lapſu qua-
14 driennij, † Tum ſtante dicta lęſione, quę enormiſſima aſſerebatur.Felin.in c.placuit. num. 8. de pręſcript. Couarr.var.reſolut. lib.1. cap.3.num.10. & in c. poſſeſſor. §. 3. num. 4.de reg. iur.in 6.Put.deciſ.63.num. 2. & deciſ. 64.par.1.deciſ.380.nu.4.par.2. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 7.quęſt.7. num.84.

15 Tum † concurrente duplici vitio dictę tranſactionis, nullitatis ſcilicet,& lęſionis. Menoch. in d. remed. 15.nu-
16 mer.184. An autem † ſtante lęſione eſſet augendus potius Canon, vide dicta per Menoch.in conſ.747.in fin. & Rot. Rom. in nouiſſim.deciſ. 428. par.1.Et ego tenerem poſſe augeri, & expedire ad tollendas lites, ſed tamen non poſſe Eccleſiam ad id compelli.

Nec dictæ reſolutioni obeſſe dictum
17 fuit,quod † ipſemet Puteus conceſſerit aliqua ex dictis bonis quibuſdam de Bordonibus, & proinde non poſſit modò reuocare dictam conceſſionem, ſecundùm Crau.conſ.24. num. 11.& 15.Franc.Becc.conſ.34.numer.1. conſ.38.num.1.& conſ. 57. numer.16. Surd.conſ. 15.nu.7. Gabr.de reb.Eccl. non alien. concl. 2. Menoch. de pręſumpt.lib.3.pręſ.117.num.3.& dictum eſt ſuprà in Reſol.5.num.2.

Etenim, † quando conceſſio eſt ip- 18
ſo iure nulla, vt hic, ipſemet alienans poteſt reuocare gloſſ. in l.1.& ibi Bal. C.de lib. cau. Ang. in §. 1. num.7.inſtit.quibus alien. lic. Rom. conſ.370. Alex.conſil. 123. num.6.vol.1.& conſ. 93.vol.2.Ioan.de Ann. conſ. 54. num. 4. Caualc. de tut. & cur. numero 162. & 175. Franc. Becc. conſ.72. num.17. & conſ. 90. num.15.Surd.conſ. 28.nu. 97.conſil.73.num.34.conſ.284 num. 2. & deciſ. 51. numer. 17.Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verb. reuertatur.num. 406.C.de reuoc.don. Natt. conſ.198. numero 28. Rot.Roman.in nouiſſim. deciſione 14. numero 3. part. 1. vbi ampliat, vt poſſit repetere fructus perceptos.

Quinimò fauore eccleſię quilibet poteſt dicere,& opponere de nullitate alienationis, etiamſi eccleſia ipſa nihil opponat. Aret. inſt. quibus alien. licet &c.in prin.Felin. in rubr de reſcript.num.7.Lap.alleg.11. Affl.deciſ. 107. num. 3. Marſil. in l. ſi quis num. 113.ff. de quęſt. Idque ſuppleri etiam poteſt à iudice ex officio nemine comparente,ſecundùm Bal. in l. ſi vnus.§. pactus.col.13.ff.de pac.& Vant.de nullit.in rubr. quis poſſit dicere de nullit.num.10.Faciuntque dicta per Cur. iun.cōſ.51.circa finem.&Soc.iun.conſ. 52.col.1.vol.2.

Neque mirum videri debet,dictum conſenſum Putei nihil operari, quippè qui actus humani non regulantur à ſola voluntate, ſed à poteſtate, & modo tradito per legem. Bal. conſil. 326.col.2.vol.1. Dec. conſ. 198.col.2. quorum altero deficiente corruit actus.Soc.iun. conſ.183.num. 8.volu.2.

his

hic autem deficit poteſtas ob iuris reſiſtentiam, Tiraq. de leg. connub. glo. 8. num. 92.

19 Similiter dum opponeretur, † dictum Puteum fore obaudiendum, niſi prius reſtituerit pecuniam receptam à dictis de Bordonibus pro laudemio, vel aliter, ſecundùm Affl. deciſ. 220. num. 4. Crau. conſ. 83. num. 1. & conſ. 329. num. 9. Cœph. conſ. 207. in prin. volum. 2. Non. conſ. 88. num. 11. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 84. Surd. conſ. 39. num. 24. & conſ. 183. num. 47. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 111. deciſ. 805. & deciſ. 810. par. 1.

Fuit replicatum non eſſe hic faciendam aliquam pecuniæ reſtitutionem, cum alienatio fuerit ipſo iure nulla. Rol. conſ. 7. num. 4. vol. 3. Alex. conſil. 4. col. 2. vol. 3. Rim. iun. conſ. 5. nu. 71. vol. 1. Caualc. de tut. & curat. num. 122. & 135.

Præterea in caſu reſtitutionis debuiſſet prius probari, pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ, quod hic non fuit probatum, neque allegatum. Soc. ſen. conſ. 15. num. 15. & conſ. 29. num. 14. vol. 1. Gabr. de prob. cõcl. 7. num. 18. Caualc. de tut. & cur. num. 122. Surd. deciſ. 156. num. 9. & conſil. 181. num. 11. & 46. Maſcard. de prob. concl. 581. concl. 728. volu. 2. & concl. 1160. nu. 19. vol. 3. Boccac. ſuper conſt. pro March. in cap. vt minorum gloſ. 8. num. 52. Menoch. d. lib. 3. præſumpt. 55. & præſumpt. 84. num. 4.

ARGVMENTVM.

Executor mixtus literarum Apoſtolicarum poteſt declarare, illas non mereri executionem, ſi fuerint obreptitiæ, & ſubreptitiæ.

Et Epiſcopus iure ordinario poteſt inſtituere præſentatum, ſtante dicta declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſi conſtiterit, importat cauſæ cognitionem.*

2 *Idem importat clauſula, vocatis vocandis.*

3 *Quid in clauſula, ſi idoneũ repereris.*

4 *Executor quando poſſit cognoſcere de exceptionibus. Et num. 5.*

6 *Literæ obreptitiæ, & ſubreptitiæ ſunt ipſo iure nullæ.*

7 *Tempus datæ attenditur quoad ſubreptionem.*

8 *Iuripatronatus eccleſiaſtico quando, & quomodo derogetur. Et num. 9. & 10.*

11 *Reſcriptum reſtringitur ad expreſſa tantùm.*

12 *Valor beneficij probari debet, & quomodo. Et num. 13. & 15.*

14 *Dictio, quicumque, includit maiora expreſſis.*

16 *Ordinarius poteſt inſtituere præſentatum, ſi literæ Apoſtolicæ prouiſionis ad fauorem alterius ſint nullæ.*

17 *Appellatio datur ab inſtitutione.*

RESOLVTIO XXXIX.

FVIT per M. R. Prępoſitum S. Petri in Cœlo Aureo, & alios prętenſos patronos pręſẽtatus ad Eccleſiã Archipreſbyteralem loci Villanterij Diœc. Pap. R. Lana de Valentia, & dum peteretur inſtitutio, & confirmatio dicti pręſen-

tati,contradicentibus quibuſdam aliis patronis, qui prȩſentauerant R. Origonum Mediolanen. fuerunt per dictum Origonum prȩſentatȩ literæ Apoſtolicæ prouiſionis dictæ Eccleſiȩ ad eius fauorem; Et cum d.Lana plura opponeret pro impedienda executione dictarum literarum, pro veriori reſolutione cauſæ dubitabatur principaliter de tribus.

Primò, An D. Vicarius eſſet merus, vel mixtus executor.

Secundò, An dictæ literæ eſſent exequendæ; & in caſu non executionis; An d. Vicarius poſſet deuenire ad inſtitutionem d.Lanæ prȩſentati.

Tertiò, An in caſu dictȩ inſtitutionis daretur ab ea appellatio quoad vtrumque effectum.

In primò dubio fuit reſolutum, D. Vicarium eſſe mixtum executorem, ponderando plures clauſulas in dictis literis contentas,& præſertim.

1 Primò † clauſulam illam, ſi conſtiſterit iuſpatronatus eſſe ex fundatione, vel dotatione &c. quam importare partis citationem, & omnimodam cauſȩ cognitionem, firmarunt Henr.Boich.in cap.de cætero. numer. 9.de ſent.& re iud.Abb.in cap. fin.nu. 3.vbi etiam Fel.num. 33. de præſumpt. & in c. ſi conſtiterit.numer.5.de accuſat. Lap. alleg. 60.num. 20. Vital. in tract.clauſ.de cla.ſi tibi conſtiterit.numero 5. Pariſ. conſ. 31.num.33.& conſ. 94.num.7 vol.4. Caualc.deciſ.22.num. 6.par.1. Creſcent. de reſcript. deciſ.6. & de priuil.deciſ.12.num.2.Rot.Rom. in nou.de off.deleg.deciſ. 12. numer.3. Quicquid dixerit Caſſan. conſ. 45. num.34.

Secundò ponderata fuit clauſula, 2 † vocatis vocandis,quȩ pariter importat cauſæ cognitionem. Abb. in d.c. fin.num.13.& Felin. ibidem. numer.23. verſ. fallit primò. & in d. c. de cȩtero numer.9. Zabar. conſil. 63.in prin.Io. Bapt.Ferret.conſ.247.nu.9. Caputaq. deciſ.284.num.4. par. 2.Rot.Rom.in nou.de reſcript. deciſ. 30. Theſau.fori eccl.c.17.num.46.& cap.31.numer. 13. par.2.

Conſiderabatur etiam clauſula, † ſi idoneum repereris,&c. Sed ſuper illa non potuit fieri firmum fundamentum,cùm ſecundùm receptiorem ſcribentium ſententiam,ex ea non importetur cauſȩ cognitio. Lap. alleg.15.numero 7. & d.alleg.60.numer.2.Ferret. in d.conſ.247. numer. 10.Pariſ.conſil. 57.num.51.vol.4.Felin.in d.c.fin.num. 17.Maſcard.de prob. vol.2. concl.878. num.2. 3

Quod ſuadetur,nam examen idoneitatis ad beneficia eſt actus extraiudicialis,& propterea poteſt,pendente etiam lite,fieri abſque partis citatione. Abb. in clem.1.nume.15. de off.deleg.Felin. in d.c. fin. numer.36. Anan. in c.licèt. nume.14.de tranſact.Flam.Pariſ.de reſign.beneſ.lib.10.q.3.num.69.Theſau. fori eccl.in d.c.17.num.14.& in cap.22. num.10.

Quibus attentis,poterat iuremeritò d.Vicar. Delegatus, vti mixtus executor, † iudicialiter cognoſcere de exceptionibus propoſitis per d. Lanam 4 contra dictas literas, & partes iudicis omninò aſſumere, ſecundùm Felin. in c.paſtoralis. numer. 16. de off. deleg.& in d. c. de cȩtero. numer. 2. vbi etiam Boich. Caualc. in dicta deciſione 22. numero 3. Menoch.de arbit. iud. quȩſtione 38. numero 4. Rot. Roman. in nouiſſim. deciſione 35. numer. 1. parte 2. Quod ampliatur, licere etiam mero executori, ſecundùm Ferret. conſilio 290. numero primo, ſed id intelligas, quoad exceptiones reſpicientes ipſam executionem, non

autem

autem merita cauſæ, Surd.conſ.358.n. 3.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.33. num.1. par.2.

5 Quinimò addebatur, † dictumDelegatum poſſe quoque ſuper dictis exceptionibus ſententiare. per c. ſuper literis.de reſcrip.quod voluerūt Abb. in d.c.paſtoralis. §. quia verò.num.3. Caualc. in d. deciſ. 22. num.3.Miſing. cent.4. obſer.93.num.3.Menoch.in d. q.38.num.16. Rot. Rom. in nouiſſ.in d.deciſ.35. num.1.& deciſ.202. num.1. par.1. Quicquid dixerit Felin. in d.c. de cætero. num. 2. & in d.c.fin.nu.34. cuius dictum intelligendum eſt in mero executore.

In ſecundò fuit reſolutum,dictas literas non eſſe exequendas ex pluribus, & præſertim.

6 Primò,cum, † vti obreptitię, & ſubreptitiæ, viderentur nullæ ipſo iure. Felin.in c.ad audientiam.el 2.num.22. de reſcript. Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 22. num. 17.Flam. Pariſ.de reſig. benef.lib.10.quæſt.2.num.4. Maſcar. de probat. vol.2. concl. 885.numer.8. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.529. num.1. par.1.

Obreptio autem, & ſubreptio deducebatur; Tum ex eo, quod d.Origonus in d. literis aſſeruerit Papę, ſe iam fuiſſe pręſentatū à patronis,quod tamen verum non erat tempore datæ dictarum literarum,quæ fuit facta die 13.Ianuarij,& præſentatio die 22.Nec d.nullitas potuit ſanari ex dicta præſentatione poſtea ſubſecuta, quando-

7 quidem, † quoad ſubreptionem, attenditur tempus datę Flam. Pariſ.de reſig. benef.lib.8.quæſt.8.numer.11.& 107.Mandoſ. de ſign. gratiæ. in rubr. reſignationes.verſ. quærebatur. Pariſ. conſil.45.numer.2.volum.4.Creſcen. de priuil. deciſ. 10. num. 9.Put.deciſ. 268. num. 4.par.3. Caputaq. deciſ.52. num.2. par.2. Et tunc requiri nouam prouiſionem, tenuit Mohed. de renunciat. deciſ. 12. quem refert Flam. Pariſ.in d.lib.8.quæſt. 8. nu.10.& 101. cum ſeq.

Quamuis in reſcriptis attendatur tempus præſentationis. Innoc. in c. mandatum. num.2.& in cap. poſtulaſti.num.2.de reſcript. Abb. in c.dilectus.num.7.de pręb.Felin.in c.eam te. num.18.de reſcript. Vinc. de Franch. deciſione 326. numer. 1. cum ſequ. par.2.

Tum,ex quo in eiſdem literis.d.Origonus aſſeruerat etiam,ſe fuiſſe pręſentatum à maiori parte patronorum laicorum, quod non potuit probare, prout tenebatur, ſecundùm Maſcard. de probat.vol.1.concl.177.nu. 1.&Flamin.Pariſ.de re ſign.benef.lib.2.quęſtion.4.num.56.vbi teſtatur de communi opinione.

Nec profuit dicere, dictum iuſpatronatus ſpectare pro medietate ad Præpoſitum,& Canonicos Regulares ſancti Petri in Cœlo Aureo Papiæ, † de qua medietate fit mentio in dictis literis,vnde cenſetur ei tacitè derogatum,ſecundùmFel.in tract.quando literæ Apoſtolicæ noceant patrono.num.11.lim.3. Caſſad. de prob.deciſ.4.Pariſ.in d.lib.2.q.4.num.38.cum ſequ. 8

Quia † in iurepatronatus mixto,vt eſt præſens, requiritur expreſſa derogatio, non ſolùm quoad partem laicalem, verùm etiam quoad eccleſiaſticam, ſecundùm gloſſ.& Doct.in c. cùm dilectus.de iurep. Fel. in d.tract. quando literæ Apoſtolicæ, &c. ampl. 6.vbi teſtatur de communi. & lim. 3. numer. 11. Rot. Rom. in antiq.deciſ. 467.Creſcent.de iurep.deciſ.3. num. 3.& vide Caſſad.de probat.in d.deciſ. 4.num.10. 9

10 Et communis ratio Doctorum eſt, † nam licet iuſp. mixtum quoad priuilegia,& commoda dicatur eccleſiaſticum , tamen quoad derogationem cenſetur laicale. Pariſ.conſil, 128. nu. 14.vol.4.Flam Pariſ.in d.lib.2.quæſt. 4.num.50. Caſſad. de iurep.deciſ.7.& de probat.deciſ.fin.in fine. Put. deciſ. 157.num.5.par.3.

Tum quia aſſeruit , dictum iuſpatronatus ſpectare pro medietate ad Priorem , & Conuentum S. Petri in Goza, quæ non reperiuntur in Ciuitate, neque Diœceſi Papienſi. Et propterea non ſolùm dicitur excluſa præ-
11 tenſa derogatio tacita, cum † reſcriptum reſtringatur ad expreſſa tãtùm, vti ſcripti iuris.c.cum dilecta.c.ſedes. & cap.fin.de reſcript. Affl. deciſ.366. num.3. Pariſ. conſ. 108. num.18.lib.4. Beroſ.conſ.143.num.1.lib.3. Natt.cõſ. 594.in fin. Franc. Becc. conſ.21.num. 14. Sed dicitur quoque probata nullitas dictarum literarum, ſecundùm Rebuff. in praxi benef. §. tertia pars ſignaturæ in verſ.nominum.& in verſ. qualitatum. Flam. Pariſ. de reſig.benef. lib. 19. quæſtion. 2. numer. 13 & quæſt. 3. numer. 1. Caſſad. de probat. deciſ. 13.

Secundò principaliter pro non executione vrgebat , etenim dictus Ori-
12 gonus † non probauit valorem beneficij, prout tenebatur , ſtante præcipuè oppoſitione dicti Lanę quod non fuiſſet verus valor expreſſus. Rot. Rõ. in nou.de præben. deciſ. 20. & in nouiſſim.deciſ.415.num.2.par.1.deciſ.28. par.3.lib. 1.vbi ampliat , & ſi in literis legatur dictio, forſan, deciſ. 64.& deciſ. 189. par. 3.lib.2.deciſion.269.deciſion. 519. & deciſion. 829.par. 3.lib. 3. Capel.Tholoſ.deciſ.435. Menoch. de arbit.iud.caſ. 201. num.77. Flam. Pariſ.in d.lib.10.quæſt 3.num. 40. Maſcard.de probat.concl.885. cum ſeq. & concl.1210.num.4.vol.3.

Quod ampliatur, etiam ſi gratia eſſet in forma pauperum , ſecundùm Creſcent.de reſcrip.deciſ.9. & Caſſad. de probat. deciſ. 4. num.9.vbi decl. quicquid dixerit Caputaq. deciſ.280. par.2.

Quinimò d.Lana probauit concludenter, valorem dicti beneficij eſſe ducatorum 110. non autem 24. prout aſſerebatur in dictis literis, † Idque 13
verificauit, tàm ex literis Apoſtolicis prouiſionis dictę eccleſię expeditis de anno 1597. in quibus aſſeritur, dictam Eccleſiam eſſe valoris ducatorum 110. Caſſad. ſuper reg. Cancell. deciſ. 20. numer.1.& faciunt dicta per Maſcard. de probat. vol.2. concl. 621 numer.7. quàm per teſtes, quibus iunctis, induci plenam probationem, tenuit Flam. Pariſ.in d.lib.10.quæſt.2.num.52.cum ſeq. Sed quomodo probetur valor beneficij , vide Put.deciſion. 139. par. 1. Rot.Rom. in nouiſſim. deciſion.189. 293.302.335.380.cum ſeq. & deciſion. 436.par.1.deciſion. 184. par. 3.libr.2. deciſione 46. & 185. parte 3. libro 3. Caputaqu. deciſione 78. & 381. parte 2. deciſione 49. 328. & 330. par.3.

Et dùm per D. Aduocatum dicti Origoni diceretur, in beneficiis de iure patronatus non requiri expreſſionẽ valoris , nec habere locum reg. Cancell.54.

Fuit reſponſum, d.regulam Cancellariæ loqui per illa verba vniuerſalia; 14
† quorumcumq; beneficiorum ; quæ includũt etiam maiora expreſſis. Soc. ſen.conſ.10.n.9.vol.1.Rol. conſ.5.nu. 44.vol.1.Gabr. de verb. ſignif.lib. 6. concl.4.nu.10.Franc.Becc.conſ.74.n. 9.Turret. conſil. 48. numer.21.vol.1. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.791.numer. 10.

10.par.1.Quod confirmatur ex practica,& obſeruantia ſubſecuta , & quia in confirmationibus , penſionibus, vnionibus, & expectatiuis requiritur etiam expreſſio veri valoris, ſecundùm Maſcard.de probat.vol. 2.concl. 887.num.12.

Poſtremò dùm obiiceretur, quod,
15 † expreſſo verò valore , Papa adhuc gratiam conceſſiſſet, iuxta dicta per Anch.in conſ. 296. col. fin.& Couar. var.reſol.lib.1.cap.20.num.7.

Fuit replicatum , Papam fore conceſſurum gratiam, quando fuiſſet ſeruata forma tradita per d. regul. Cancell. & facta ſolutio annatæ, quibus ceſſantibus gratia ſubeſt nullitati, ſecundùm d. reg. ibi, [alioquin gratiæ ſint nullæ) & dicta per Felin. in c.ad aures.num.12.de reſcrip.

Stante igitur ſupradicta reſolutione,fuit deuentum ad inſtitutionem,& confirmationem d. Lanæ præſentati,
16 quod † Ordinario licere, docuerunt in terminis Innoc.in c.inter dilectos. nu.4.vbi etiam Abb.num. 10. de exceſſibus prælat. Felin.in c. fin.nu.40. in fine.de præſumpt.ſicque fuiſſe reſolutum per Rot. Rom. in vna Tuden. teſtatur Flam.Pariſ.in d.lib.10.q.2.n. 44.cum ſeq. Patrocinante pro d.Lana D. Ioan. Petro Contennio Aduocato, & in Papienſi Gimnaſio celebri iuris Canonici interprete.

17 In vltimo fuit reſolutum , † dari appellationem quoad vtrumque effectum, prout voluit Lancell.de attent. par.2.cap.12.in præfat.num.79.& lim. 49.per totum. & tenuit Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ. 6. numer. 1.cum ſeq. par.2. Poterit benè interim Ordinarius deputare Vicarium idoneum,qui onera ſuſtineat , iuxta diſpoſita per Sacr. Conc. Trid. de reformat.ſeſſ.7. cap.5.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus reſeruatum cum dictione taxatiua non tranſit ad extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus reſeruatum maſculis an tranſeat ad extraneos. Et nu.6.*
2 *Et quid ſi adeſt dictio taxatiua.*
3 *Patronus non poteſt praiudicare illis de familia. Et quando num.7.*
4 *Iuſpatronatus non tranſit ad fideicommiſſarium. Et num.8.*
5 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*

RESOLVTIO XL.

VACANTE per mortem R. Lucæ de Tortis capella S. Iac. iuriſpatronatus DD. de Ferrariis , fuit ad eam præſentatus R. Codatia à Diſciplinantibus S.Mariæ de Conſalono Papiæ prætenſis patronis vigore teſtamenti Iacobi de Ferrariis.Et,dùm inſtaretur pro confirmatione,& inſtitutione d.præſentati,plura opponebantur per D.Aduocatum Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis.

Primum erat obiectum,quòd † licèt iuſpatronatus reſeruatum illis de 1
familia tranſeat, ſecundùm magis receptam ſcribentium ſententiam, ad extraneos, ſi eſt finita linea, gloſſ. in cap.conſiderandum. 16.quæſt. 7.& in clem.final.de iurepa. Alb. conſil.488. numer.6.Ioan. Bapt. Ferr.conſ.131.& conſil. 243. num. 23.Caualc.deciſ.17. nu.20.par.2.Anch.conſil.81.numer.2.

Roch.de Curte de iurepatr. verſ.ipſe, vel is,quæſt.8.num.19.& qu.33.num. 77. Lamb.de iurep.lib.1.par.2.quæſt. 2.princ.art. 6.num.8.& art. 14.Ioan. Bott.conſ.3.num. 24.Morott.reſp.33. num.5. Cald.de iurepa.conſi.4.Pariſ. conſ.48.num.21.vol.4. Caſſad.de iurep.deciſ.1.nume.3.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.385.num.1.par.1. Quicquid in contrarium dixerint Cioff. conſil. 18.numer.1. Ferret. conſil.134.num.5. Zabar.conſil.48. Couar.lib.2. var.reſol.cap.18.num.10. & Gabr.conſ.196. num.2.vol.2.

Nihilominus, cum in fundatione dicti iuriſpatronatus legantur infraſcripta verba, † videlicet, [idem Petrus per ſe, & ſuos hæredes, licet à ſe non deſcendentes,præſentes,& futuros maſculos, & ſucceſſores omnes deſcendentes,& qui deſcēdunt, & deſcendent maſculi à dicto Franciſchino de Ferrarijs patre ipſius Petri maſculi tantùm, reſeruauit, & reſeruat iuſpatronatus.] abſolutum eſt in iure,ob illam dictionem taxatiuam, tãtùm,deficientibus dictis maſculis,iuſpatronatus nullatenus poſſe tranſire ad extraneos, cum in illis deficiat dicta qualitas requiſita per teſtatorem, Pariſ. conſil. 48. numer.7. cum ſequ. vol.4.

2

Quinimò, ipſam capellam fuiſſe effectam liberam, voluerunt Lambert.in dicta quæſt.2.princ. articul.6. num 8.art.8.num.1.cum ſeq. & artic. num.11. Morott.d.reſp.33. numer.5.& Rot.Rom.in nouiſſ.d.deciſio.385.numero 14.

Et dum opponeretur, per dictionem taxatiuam non excludi extenſionem legis Rip.in l.ſi conſtante. num. 82.ff.ſol. matrim. Iaſ.in l.ſi mora.nu. 5.ff.eod.

Neque excludi perſonam hæredis, Dec.in l.hæredem.ff.de reg.iur.

Demúmque non eſſe veriſimile, quòd teſtator ob dictam dictionem taxatiuam noluerit hæredibus ſuis, quibus repręſentari cupit,proſpicere. Menoch.conſ 90.num.103 vol.1.

Fuit replicatum, Primò,regulariter taxatiuam dictionem excludere omnes caſus præter expreſsè incluſos. l.final. C.de patria poteſt. l. ob æs.C. de præd. min.Surd.conſ.25.nume.37. cum ſeq.vbi declarat,licere extenſionem,quando militat eadem ratio,quę hic omninò ceſſat: Quinimò reſiſtit voluntas teſtatoris, vt infrà dicetur: Et hoc idem confirmat in conſil. 36. num. 19. cum ſeq. Franc.Becc.conſ.8. num.3.& conſ.21.num.20.cum ſeq.vbi ampliat,etiamſi agatur de materia fauorabili, & confirmat ex eo, quòd dictio taxatiua in ſe habeat implicitam negatiuam.

Secundò replicatum fuit,perſonam hæredis in præſenti caſu excludi, ne dicta dictio aliàs videretur per teſtatorem, ſeu fundatorem ſuperfluè appoſita, l. non ſolùm. §. tale.ff. de lib. leg. Ruin.conſ. 94.col.4.vol.1. quem refert,& ſequitur Gabr. de verb.ſign. lib.6.concl.5.num.3.vbi latè.

Dictum fuit tertiò,non eſſe recurrendum ad argumentum de veriſimili, vbi habetur clara mens teſtatoris, prout hic,atque illam ſeruandam eſſe in ſimili materia, voluit expreſsè Lãbert. in dict.lib.1.par.1. quæſt. 9.prin. art.1.num.1.cum ſequ. & num.33.ſol. 80.& num. 11. vbi in puncto loquitur de conditione, quod maſculi tantùm ſuccedant. Quod præſertim verũ eſt, hic, cum dicta conditio ſit ſecundùm ius,& inſuper acceſſerit conſenſus Epiſcopi. Lambert. in d.quæſt.9.princ. art.1. num.49.cum ſeq. & facit c. cum dilectus.de conſuetud.

Secun-

Secundum erat obiectum d.D. Aduocati, † dict.Iacobus deſcendens ex
3 fundatore,non potuerit teſtando ſub ſtituere dictos Diſciplinatos in præiudicium illorum de dicta familia, ſaltem ſine conſenſu Epiſcopi, c.1.de iurepatr. clem.plures.eod. tit. Feder. de ſen.conſ.225. Crot conſ.108.num. 14.Couar.variar. reſolut.lib.6.cap.18. num.10.diffusè Menoch.conſ.90.numer.88.cum ſeq.vol.1.Quod hic corroborabatur ex dicta dictione, tantùm, ſecundùm Roch. de Curte in d. verſic. ipſe vel is à quo. quæſtion. 33. num. 73.

Tertium erat, nam dicti Confratres prætendunt,ſe eſſe hæredes fidei-
4 commiſſarios, † ad quos non tranſit iuſp.vt dictum fuit ſupra Reſol.7.nu. 20. Accedit, cum nec docuerint de actuali apprehenſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, prout tenebantur, ſecundùm Caputaq.deciſ.135. num.1.par.2. & diximus in d.Reſolu. vij. num.16.

Ex parte verò dicti præſentati proponebatur, d.Confratres eſſe hęredes
5 vniuerſales dicti Iacobi, † iuſpat.autem tranſire cum vniuerſitate bonorum, c.ex literis.de iurep.Lamber.de iurep.lib. 1. par.2. quæſt. princ.art.1. Alb.conſ.488.num. 6.Cioſ.conſil.18. num.5. Caualc.deciſ.10. num.59.par. 3.Put.deciſ.351.num.1.par.2.

6 Et ad primum Fiſci obiectum reſpondebatur. Primò, † aliquos Doctores etiam non modicæ auctoritatis tenuiſſe, iuſp. reſeruatum cum dictione taxatiua tranſire ad extraneos, vt Roch. de Curte. in d. verſ.ipſe vel is. nu.77.Cald.conſ.19. de iurep.& alios relatos per Lamb.Et facit pro dicta opinione, nam reſeruatio fuit facta fauore maſculorum,non eccleſiæ. Pariſ.in dict.conſ.48.num.21.Et Epiſcopus id veriſimiliter conceſſiſſet, vt laici incitentur ad fundandas capellas. Rot.Rom.in nouiſſim.in d.deciſ. 385.num.7.

Secundò reſpondebatur, dictum inſtrumentum fundationis non fuiſſe exhibitum in forma probante,& propterea non eſſe attendendum, ſed ſatis fuiſſe,quod fuerit doctum de quaſi poſſeſſione præſentandi per plures vices.cap. conſultationibus. de iurep. Ferr.dict.conſi.131.circa finem. & dictum eſt alibi.

Reſpondebatur tertiò, dictam dictionem, tantùm non referri ad perſonas hæredum maſculorum, ſed ad perſonam Franciſchini patris Petri fundatoris, cum relatio debeat fieri ad proxima,vulg.iuribus.

Quo ſtante, poſſet habere locum doctr.Cioff.in d. conſ.18.nu.15. idque confirmabatur ex obſeruantia ſubſecuta, quæ declarat diſpoſitionē dubiam,vt dictum fuit ſupra Reſol.vj.in fine. nam fæminæ plures prouenientes ex dicta familia præſentarunt abſque contradictione ad d. capellam,vt aſſerebatur,& ſubſecutæ ſunt inſtitutiones ſortitæ effectum ſuum.

Quartò pro reſponſione aſſerebatur per quendam Iuriſconſultum huiuſmodi diſtinctio nempè, Aut dictio, tantùm, eſt immediatè appoſita alicui ſubſtantiuo, ſeu termino vniuerſali, puta, illis de Seraphinis tantùm,& tunc priuatiuè ad alios conſtitutum intelligitur iuſpatronatus, nā ſalua ratione recti ſermonis non poſſunt includi extranei. Pariſ.d. conſil. 48.numero ſeptimo.Gemin.conſ.45. Gig.conſil. quinquageſimo. Aut illa dictio eſt appoſita alicui adiectiuo ad qualificandam reſeruationem, veluti,pro maſculis tantùm, & tunc expreſſio maſculorum ſatis operatur,

dum excludit fœminas. Abb. conſ.36. numer.3.lib.1. abſque eo, quod excludat extraneos. Facit nam prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis, quæ ſit de iure communi. gloſſ. in l. 2. C. de iu. emph. Iaſ.in l.item quia. num.4.ff.de pact. Verùm hæc diſtinctio non placebat; Tum quia pro ea non allegabatur neque lex, neque auctoritas; Tum quia de vno caſu ad alium non videtur poſſe applicari vera diuerſitas rationis, præcipuè ſtantibus iam dictis.

Secundò obiecto occurrebatur
7 † cum doctrina Lamb. in d. lib.1.par. 2.q.2.prin. art. 8. qui in terminis firmat, vnum ex deſcendentibus poſſe iuſpat. reſeruatum deſcendentibus maſculis tantùm donare, & legare, ſine Epiſcopi conſenſu in præiudicium ſucceſſorum, Hoſpitali, ſeu alteri pio loco, quia donatio fit Eccleſię, & iuſpatronatus cenſetur potius reſeruatum, ne tranſeat ad fęminas, quam quòd mutet naturam iuriſpatronatus, quę eſt, vt transferatur habilibus, & allegat Cald. de iurep.conſ.19. Abſolutum eſt autem in iure, Confraternitates dici loca pia. Et quamuis. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.574. nu.6.cũ ſeq.par.1. tenuerit iuſpatronatus relictum Confraternitati eſſe laicale: tamen id intelligendum eſt cum grano ſalis, videlicet concurrentibus qualitatibus, de quibus in dicta deciſione.

Vltimum tollebatur ex eo, quòd ſit apprimè controuerſum penès Docto-
8 res, † an iuſpatr. tranſeat ad fideicommiſſarium, & præſertim ſi de bonis fideicommiſſo ſubiectis non detrahatur aliqua quarta, Præterea dicebatur, hic tranſire omninò, cùm nullus detur hæres directus, ſecundùm doctrinam Alb.d.conſ.438.num.6. 9.& 15. Inclinabam ad reſoluẽdum pro Fiſco.

ARGVMENTVM.

Quibus denegandum ſit beneficium c. Odoardus de ſolutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium c.Odoardus.non competit doloſo.*

2 *Item nec neganti debitum, & habenti contra ſe rem iudicatam. Et num.4.*

3 *Dicto beneficio an poſſit renunciari cum iuramento. Et num.5.*

6 *Dicta cauſa infra quem terminum ſit expedienda.*

RESOLVTIO XLI.

CVm Reuer. N. Canonicus Aprutinus carceratus ad inſtantiam Plinij ſui creditoris peteret coram D. Vicario Aprutino, admitti ad beneficium c.Odoardus.de ſolut. dictus creditor plura oppoſuit ad excludendum eum à dicto beneficio.

Nempè Primò, quia † videbatur do- 1
loſus, ex quo contraxerat debitum, ſciens, ſe non eſſe ſoluendo. l. penult. in fin.ff.de iur.dot.Iaſ.in §.final.verſ. cum eo quoquè.num.19.Inſtit. de act. Bald.in l.1.num.2.C.qui bon.ced.poſſ. Put.deciſ.56.numer.10.par.1. Doloſus autem non debet admitti ad dictum beneficium. Natt.conſil.361.numer.2. & 7.Put.deciſio.251.& deciſ. 394.par. 1.Lancell.de attent.par.3.cap.31.num. 44.Farinac.de delict. quæſt. 26.num. 5.Marcheſan.de Commiſſ.par.1.Commiſſ.4.cap.3.num.24.

Secundò, † cùm negauerit debitum. 2
Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.841. num.1. par.

par.3.lib.3.Put.deciſ. 321. par.2. Natt. conſil.319.numero 8. Prӕſertim quod dicta negatione non obſtante,fuit cōdemnatus ad ſoluendum, ſententiaq; ſuperinde lata tranſiuit in iudicatum. Iaſ.in d.§.fin.num.16.Soc.reg.46.fall. 16.Affl.deciſ.296.Farinac.de carcerat. quæſt.27.num.70.cum ſeq.Put. d.deciſ.56. Mohed. de ſolut. deciſ.1.& deciſ. 2. Rot. Rom. in nouiſſim. d. deciſione 841. & deciſione 1188. part. 3. lib.3.

3 Tertiò, † cum dictus Canonicus renunciaſſet in contractu dicto beneficio, & alteri cuicumque cum iuramento. Farinac. in d. quæſt. 27.num. 70.cum ſeq.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum,& mandatum excarcerari dictum Canonicum,aſſignatis certis redditibus dicto creditori,deducto tamen ne egeat, iuxta dicta per Rom. conſil. 369.num.3.Caſſan.conſil.26.numer.1. Marcheſan.dicto cap.3.num.17.& Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.998. par.3.lib. 3.Cum plenè conſtaret ex actis de illius paupertate, & miſerabilitate, ac de aliis requiſitis per Doct. ad obtinendum dictum beneficium Couar. var.reſolut. lib. 2. cap. primo,num.9. Put.deciſ.87.par.1.Caſſad.de reſcript. deciſion. 11. numer. 4. cum ſequ. Farinac. de delict. quæſt. 26. numero 11. & de carcer.d.quæſtion. 27.numero 65.

Et primum partis fundamentum reſpondebatur non obeſſe, ex quo dictusCanonicus tenebat,ſe eſſe ſoluendo,quando contraxit debitum; præſertim cùm haberet beneficia,& à dolo quęlibet cauſa,etiam iniuſta, excuſat,vulg.iurib.& doctr. Pręterea creditor, antequam contrahat, debet ſe informare de idoneitate debitoris.l. qui cum alio, & ibi Doct. ff. de reg. iur. aliàs prӕſumitur, cum tamquam idoneum comprobare. l. 3. ff.de fideiuſſ. Maſcard. de probat. vol. 1.concl. 478.

Ad ſecundum dicebatur, quòd † licèt dictus Canonicus à principio negauerit debitum, tamen poſtea agnouit illud ante ſententiam. Affl. deciſ. 379.Inſuper,etiamſi clericus condemnaretur per tres ſententias conformes,nihilominus adhuc gaudere deberet dicto beneficio,quoad excarcerationem, ſecundùm Couarru. in dicto capit. 1. num. 9.Put. d.deciſ.56. & Caſſad. de reſcript. d. deciſion. 11. num.1. 5

Ad tertium replicabatur, † dicto beneficio non poſſe cum iuramento renunciari, ſecundùm Felin. in cap. cum ex officio numer. 2. de prӕſcript. in cap.ſi diligenti nu. 4. verſ.tertium corrolarium. de foro compet. & in cap. ex reſcripto num. 11. de iureiur. Bald.in d. l. prima num. 13.Iaſ.in d.§. fin.num.30.Couar.in d.cap.1. num.9. Ioan.Bapt.Ferr.conſ.254 num.3.Theſau.deciſ.36.numer.4.vbi aſſerit,hanc opinionem eſſe benigniorem. Rot. Rom. in antiq. de renunc. deciſ.31.licèt in dicta deciſ. 841. tenuerit contrarium.Menoch.de arbitr. iud.lib.2. cent.2.caſ.183.numero 18. Lanfr.deciſione 4. 6

Præterea addebatur, dictam renunciationem fuiſſe generalem, non autem in ſpecie de dicto beneficio, vnde non dicitur ei renunciatum,ſecundùm Ioan.Bapt. Ferr. in d. conſ.254. num.14.

Et dum opponeretur, † cauſam non fuiſſe expeditam infra quatuor menſes, iuxta Conſtit. 31. & Conſtit. 32. Clem. VII.de quibus in Bullario fol. 336. 7

Fuit reſponſum,dictas Conſtitutio-

nes locum habere in Vrbe tantùm, conſtitutio autem localis non extenditur vltrà locum. Doct. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinitat. & fide Cath. Contard. in l. 1. C. ſi mom. poſſ. ſuper Ægidiana, quæſt. 6 n. 1. cum ſeq.

Et cùm quidam dubitaret, D. Vicarium non poſſe dictum beneficium concedere; Fuit reſponſum, id non reperiri prohibitum in iure, vnde cenſeri permiſſum. l. nec non §. quod eis. ff. ex quibus cauſ. ma. l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procur. Franc. Becc. conſ. 60. num. 8. Soc. ſen. conſ. 39. num. 1. vol. 4. Fabius Turret. conſil. 80. nu. 15. vol. 1. Surd. deciſ. 27. num. 4. & deciſ 36. num. 2.

Quinimò in foro Epiſcopali Aprutino, id pluries fuiſſe conceſſum, aſſerebatur. Quamuis poſſet dici, hic non fuiſſe conceſſum dictum beneficium, ſed fuiſſe tantùm prouiſum ſuper excarceratione dicti Canonici, etiam de conſenſu partis.

ARGVMENTVM.

Ex forma S. Conc. Trid. à quibus detur appellatio in foro Eccleſiaſtico.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur niſi à diffinitiua, vel eius vim habente, ſecundùm Concil. Trid. tàm in cauſis Eccleſiaſticis, quàm in prophanis. Et num. 12.*

2 *Dictio, quicumque, eſt vniuerſalis, comprahendens ea, quæ aliàs non venirent.*

3 *Verba generalia ſunt generaliter intelligenda.*

4 *Clerici trahunt laicos conſortes ad forum Eccleſiaſticum.*

5 *Princeps ſolus poteſt derogare rei iudicatæ.*

6 *Sententia interlocutoria nunquam tranſit in iudicatum quoad iudicem. Et num. 7.*

8 *Acta facta coram Arbitratoribus non probãt corã iudice Ordinario.*

9 *Libellum mutare licet ante litem conteſtatam.*

10 *Articuli ſuccedunt loco libelli in ſummariis.*

11 *Exceptiones dilatoriæ ſunt reſeruandæ in fine litis.*

12 *Appellatio, & Querela differunt.*

RESOLVTIO XLII.

FVIT maximè dubitatum, An inhibitio conceſſa à Sacræ Rotæ Maceratẽſis Auditorio ad inſtantiam Pilei contra Decretum Reuerendiſſ. Epiſcopi Fanenſis eſſet reuocanda.

Et fuit reſolutum pro reuocatione, ex quo per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 20. de reformat. ſancitum eſt, † in cauſis pertinenti- 1
bus quomodolibet ad forum Eccleſiaſticum non dari appellationem, niſi à diffinitiua, vel eius vim habente, quãuis aliter ſit diſpoſitum per ſacros Canones, vt per Contard. in l. 1. lim. 3, & lim. 5. C. ſi de momen. poſſeſſ. vbi etiam Boccac. annot. 10. dictum autem decretum dicebatur eſſe merè interlocutorium, cum ex eo non determinaretur cauſa principalis. Iaſ. in rubr. ff. de acq. poſſeſ. nu. 22. & in l. nec quiquam. §. vbi decretum. num. 21. ff. de off. proconſ. Rip. in rubr. ff. de re iud. numer. 11. Franc. Becc. conſil. 31. numer. 1. Burſ. conſil. 455. numer. 5. vol. 4.

Et licèt cauſa videretur merè prophana,

phana,cum ageretur de ſuccedendo in hęreditate laici, & inter plures laicos; Tamen dictum fuit adhuc intrare diſpoſitionem dicti S.Concilij Tridentini, cùm loquatur non ſolùm de cauſis Eccleſiaſticis,verùm etiam de prophanis ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum quomodocumque, prout clarum redditur , tàm ex illa dictione,
2 † quomodocumque,quæ, cum ſit vniuerſalis, compręhendit, quę aliàs non venirent. l. prima. ff.de teſt.milit.Roland.conſil.5.numer.47.vol.1. Turret. conſilio 48.numer.20.vol.1.Surd.conſ.
3 73. numer. 64. quàm ex aliis † verbis generalibus eiuſdem Concilij, vulg. l. de pretio.ff ad Trebel.& l.1.§. generaliter.ff.de legat.præſtand. Crau.conſil. 3.num.1.Becc.conſil.32.num.4.Turret. conſil.73.num.1.vol. 1. Surd. deciſ.122. num.1.

Præterea cauſa prędicta dicebatur ſpectare ad forum Eccleſiaſticum, cum
4 Reorum alij † eſſent Clerici, alij laici, & vlterius Clerici petierint remiſſionem cauſę ad Eccleſiaſticum,prout remiſſa fuit , dictis laicis conſentientibus, gloſſ.in c.licèt el 1. de for.comp. Felin. in cap. 1. numer. 6.de præſcript. Soc.ſen. conſ. 12. numero 17. volum.1. Marant.de ord.iud.part.4.verſ.ſęculare.fol.mihi 170.numer.21. Menoch.de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. numero 475. Farinac. de inquiſit. quęſtione 8. numero 151. Couarruu. pract. quęſt. c. 34. Caſſan. conſil.1.præſumpt.4.nu.50. Aufrer.in Clem.vti Clericorum. num. 21.cum ſeq. de offic. ord. & de Pot.Eccleſ. numero 106. cum ſequent. fol. mihi 449.

Et dum opponeretur, dictum Concilium tollere appellationem, ſed permittere,quemquam poſſe conquęri de grauaminibus, quę hic pars prętendebat ex pluribus.

Primò, quia decretum iam latum ſuper admiſſione articulorum, & reſeruatione exceptionum tranſiuerat in iudicatum ob partis non appellationem,vnde decretum reuocatorium dicti decreti factum poſtea ab Epiſcopo fuit nullum, † cum ſolus Prin- 5
ceps poſſit derogare rei iudicatæ. Dec.in l.res iudicata. numer. 3. ff.de reg.iur.Turret. conſil.79.nu.25.vol.1. vbi ampliat requiri ſpecialem derogationem,quòd idem firmat Non.conſ. 42.num.3.

Et licèt Iudex poſſit quandocumq; ante ſententiam diffinitiuam reuocare decreta † interloquutoria,cùm quo- 6
ad ipſum nunquam tranſeant in iudicatum.Achil. de Graſ. de appellat.deciſione 31.numer.2.Surd.conſ.167.numer. 2. & declarat num. 11.& 12.volumine 2. Lanfranc. in c.quoniam contra.de probat.Pract.Pap. in for.interloc.ſuper incomp.numer. 7. fol.184.
Tamen † id verum eſt , quando iu- 7
dex reuocat ex officio, ſecùs ſi ad inſtantiam partis.Innocent. in cap.quoad conſultationem.de re iudic. Pract. Papien.in d.nu.7.

Secundò,nam ſicut primum decretum admiſſionis articulorum fuit legitimum, ita ſecundum reuocatorium dicti primi dicebatur iniuſtum.

Aut enim id fecit Epiſcopus ex eo, quòd prius eſſent reficiendæ expenſæ ob mutationem libelli,& malè feciſſe
proponebatur; Tum quia † acta facta 8
coram arbitratoribus non probant in iudicio ordinario, cùm non ſint facta in forma iudicij. Felin.in c.præſentata. numero 12. de teſtib. Maſcard. de probat. concl. 33. numero 4.volum.1.
Tum quia † ante litem conteſtatam, 9
licet mutare libellum. Doc.in l edita. C.de edē. Prac.Pap. in for.lib.act.real.

in verſ.ſaluo iure,add.num.8.& reddit rationem Dilect.de art.teſt.tit.11.c.17. numero 2. ſed coram arbitratoribus non dicitur, litis conteſtationem fieri,cum coram eis procedatur de facto. Felin.in d.c.præſentata.num. 12. Tum quia dicta exceptio reficiendarum expenſarum poterat in fine litis reſeruari, iuxta formam Conſtitutionis pro. mar.vt infra.

Aut id fecit, quia nondum fuerat porrectus libellus in cauſa, & adhuc malè feciſſe dicebatur; Tum quia fue-
10 rant producti † articuli, qui in ſummariis ſuccedunt loco libelli. Marant. de ord.iud.par.4.verſ. & an iudex numer. 18. Menoch. de recup. poſſ.rem. 15.numer. 245. Tum quia exceptiones partis erant dilatoriæ, iuxta notata per Marãt.de ord.iud. par 6.memb. 9. numer. 1. Marc. deciſ. Delph. 574.
11 num.1.par.2. Et † exceptiones dilatorię ſunt reſeruandæ in fine litis, tàm de iure communi, ſecundùm Aret.in §. præterea numer. 12. vbi etiam Iaſ. numer.57.inſtit.de act.Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.2.caſ.167.numer.21. quàm per dictam Conſtitutionem prou.Marchiæ.

Fuit replicatum, prædicta non obſtare,cum dictum Concilium,dùm loquitur de grauamine, ſit intelligendum in caſibus, in quibus grauamen non eſt reparabile per ſententiam diffinitiuam. Contard.in d.l.1.oppoſ.1.n. 3. quod clarè cauetur etiam in eodem Concilio, hic autem erat reparabile grauamen.

Præterea dictum fuit,hic agi de re-
12 medio appellationis,& † aliud eſt appellatio,aliud quærela,ſecundùm eundem Contard. in dict. l. 1. queſtion.8. numer. 13. & 20. Marant. de ord. iud. par.6. verſ. & quandoque appellatur. num.114.

ARGVMENTVM.

Matrimonium contractum à furioſo nullum dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus non poteſt contrahere matrimonium, &, ſi contrahat, nullum eſt.*

2 *Furor quomodo probetur.*

3 *Teſtes ſingulares probant furorem.*

4 *Furioſi quandoque prudenter loquũtur,& faciunt actus prudentes.*

5 *Furore probato ante,& poſt,præſumitur medio tempore.*

6 *Actus geſtus à furioſo habente dilucida interualla præſumitur factus tempore furoris.*

RESOLVTIO XLIII.

IN cauſa nullitatis matrimonij vertente inter Angelam de Aldis ex vna, & Ioãnem Baptiſtàm de Vercellis ex altera, fuit reſolutum, matrimonium contractum inter dictam Angelam & Ioannem Baptiſtam fuiſſe nullum,cum abſolutiſſimum ſit in iure, † furioſum non poſſe contrahere 1
matrimonium, & contractum eſſe ipſo iure nullum. c. neque furioſus. 32. quæſt. 7. cap. dilectus de ſponſal. Couarr de ſponſal.par.2.cap.2. num.5. & 8. tom. 1. Henriq. in ſumm. Theol. mor.lib.11.cap.4.§.3.Theſau.for. eccl. par.2.c 24.num.99.Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.107.par.2.

De furore autem dicti Ioan.Baptiſtę, tàm ante, quàm poſt contractum matrimonium plenè depoſuerunt teſtes examinati ad inſtantiam dictæ Angelę, † ſpecificando plures actus, ac 2
ſigna

ſigna exteriora furoris, ex quibus probari furorem voluerunt Couar. in d. c.2.numer. 6. Alex. de Neuo conſ.38. numer.5.Pariſ. conſ. 87.num. 4.vol.3. Farinac.de pœnis temp. quæſt.94.numer.5.Maſcard.de prob.concl.502.vol. 2. & magis in ſpecie Rot. Rom. in d. deciſ.107.& deciſ.134.par.2. Quinimò dicti teſtes depoſuerunt etiam de publica voce, & fama, ex qua pariter pro-
3 batur furor, licet † teſtes eſſent ſingulares, ſecundùm Pariſ. in d. conſil. 87.num.7.cum ſeq & Rot. Rom.in d. deciſ.107.num.12.

Et inſuper exhibita fuit atteſtatio Phyſicorum dicentium, dictum Ioannem Baptiſtam eſſe deſtitutum omni ſpe recuperandi ſanitatem mentis, & dictis peritis in huiuſmodi caſibus ſtandum eſt, ſecundùm Rot. Rom. in d.deciſ.107.num.6.

Dumque obiiceretur, dictum Ioannem Baptiſtam tempore celebrati matrimonij habuiſſe dilucida interualla, quòd prȩſumebatur, dum dictus Ioannes Baptiſta interrogatus de conſenſu in actu matrimonij à Parocho rectè reſpondit, & proinde matrimonium tenuiſſe, neque poſſe annullari ſuperueniente furore, eſt tex.in c. hi qui 32. q.7.& voluerunt gloſſ.& Doct.in d.c. dilectus.Theſau.in d.c.24. num. 100. Henriq.in d.§.3.in fin.

4 Fuit replicatum, Primò, † furioſos ſæpè eſſe conſtitutos in conſpectu vmbratȩ quietis, & actus facere ſanos, quamuis verè ſint mente capti, ſecundùm gloſſ.in d.c.dilectus in ver. furore. Anchar.ibidem in princ.vbi recenſet caſum cuiuſdam furioſi, qui interfecit patrem. Pariſ. in d. conſ. 87. numero 44. Rot. Rom. in d. deciſ. 107. num.22.

Secundò dictum fuit, ex parte dicti Ioannis Baptiſtæ, nedum fuiſſe probatum, ſe ſolitum habere dilucida interualla, Quinimò dictam Angelam abūdè probaſſe furorem † & ante, & poſt 5
matrimonium, & propterea prȩſumi medio tempore furorem dicti Ioannis Baptiſtȩ, tenuit Rot. Rom.in d.deciſ. 107.num.26.

Accedit, nam furor de prȩſenti prȩſumitur in futurum durare.Pariſ. in d. conſil. 87. numero 12. Couarr. in d.c. 2.numero 6.Farin.in d.q. 94. numero 52.cum ſeq.Rot.Rom.in d. deciſ. 106. num.26.

Tertiò pro reſponſione addebatur,
† quod actus geſtus à furioſo præſumitur in dubio factus tempore furoris, quamuis haberet dilucida interualla, vt poſt alios firmat Pariſ. in d.conſ. 87.num.13.cum ſeq. 6

ARGVMENTVM.

In conſtitutione Cenſus requiritur vera, & actualis pecuniæ numeratio.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniæ quando probetur per illa verba, confitetur recepiſſe &c. Et nu. 7. & 11.*
2 *Notario atteſtanti de re non viſa non eſt credendum.*
3 *De forma Cenſus eſt, quòd pecunia numeretur in ipſo actu celebrationis inſtrumenti.*
4 *Inſtrumentum in dubio præſumitur verum, & ſolemne.*
5 *Præſumptiones excluſiuæ delictorum alijs præferuntur.*
6 *Ex ſolutione ſubſecuta cenſetur approbatio contractus.*
8 *Ex confeſſione probatur numeratio pecuniæ.*

9 *Incontinenti dicitur factum, quod ſit eadem die, & coram eiſdem teſtibus. Et num.12.*

10 *Contractus quando habeatur pro abſoluto.*

13 *Imperitia Notarij non debet nocere partibus.*

14 *Dictio, Ante, quomodo intelligenda ſit in contractu.*

15 *Contractus aliud eſt, & aliud inſtrumentum.*

16 *Appellatio dicitur deſerta, ſi non ſint obtenta literæ inhibitoriales infra xx. dies, ſecundùm Conſtitutionem pro. mar.*

17 *Reſtitutio in integrum poteſt prohiberi à ſtatuto, & quando non concedenda.*

RESOLVTIO XLIV.

IN cauſa inſtrumẽti Cenſus vertente inter Dominos de Ferris ex vna, & Dominos de Muſiottis ex altera, fuit dubitatum. Primò, An inſtrumentum Cẽſus exhibitum per dictos de Ferris ſubiaceret vitio vſurariæ prauitatis.

Secundò, An appellatio interpoſita per dictos de Muſiottis eſſet deſerta.

In primo, ex parte dictorum de Muſiottis allegabatur, dictum inſtrumentum eſſe vſurarium ex pluribus.

Primò, quia ſecundùm formam Bullæ Pij Papæ V. fœlic. recordat. in creatione Cenſus, quæ vbique ſeruãda eſt, cum tractet de peccato, Surd. conſ. 282. numer. 2. cum ſeq. & numer. 13. requiritur vera, & actualis pecuniæ numeratio, ibi [niſi verè in pecunia numerata] in dicto autem inſtrumento
1 dicitur, † [confeſſi fuerunt habuiſſe, & recepiſſe &c.] ex quibus verbis nõ probatur vera numeratio pecuniæ, cùm aliud ſit recipere, aliud confiteri recepiſſe vulg. l. ſi ex pretio, & ibi Doctor. C. de non numer. pecun. Socin. ſen. conſ. 3. numero 11. volum. 1. latè Maſcard. de probat. concl. 1111. numero 2. volum. 2. Corroborabatur ex illis verbis, [Ante præſentem contractum &c.] vnde nullo modo dici poteſt, numeratam fuiſſe pecuniam, nam † Notario non eſſet credendum 2
in hoc, cùm atteſtaretur de re non viſa tempore inſtrumenti. Iaſ. in l. ſingularia. numero 50. ff. ſi cert. pet. Marſ. ſing 462. Felin. in c. ſi cautio. numero 57. de fide inſtrum. Maſcard. de probat. concl. 1096. numero 9. & concl. 1112. numero 11. volum. 2. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſion. 248. numero 2. par. 1.

Secundò, † nã ex forma dictę Bul- 3
læ requiritur, [quòd pecunia numeretur in ipſo actu celebrationis inſtrumenti Cenſus, non autem prius &c.] & hæc ſunt verba pręciſa d. Bullæ, ex quibus induci certam formam voluerunt Oſach. deciſ. 165. num. 8. & in terminis Turret. conſ. 91. volum. 1. Quod præſertim verum eſt, ſtante clauſula irritante, de qua ibi. in puncto Nauar. de empt. & vendit. lib. 3. conſ. 1. numer. 1. Surd. conſ. 282. numer. 6. cum ſeq. In dicto autem inſtrumento leguntur illa verba [Ante pręſentem contractum, &c.] quę dictio, ante, importat, quod omninò eſt ante. Bal. in l. ex his num. 5. C. quando dies leg. ced. Dec. in l. 2. §. creditum. nu. 6. ff. ſi cert. pet.

Ad fauorem verò Dominorum de Ferris adducebatur. Primò † quan- 4
doquidem inſtrumentum in dubio pręſumitur verum, validum, & ſolemne. Ioan. de Anan. conſ. 13. numero 1. Soc. ſen. conſ 12. num. 24. volu. 1. Ruin. conſil. 119. num. 1. lib. 1. Put. deciſ.

ciſ.385.nu.2.par.2. Maſcard. de prob. concl.905.volum.2. Crau. conſil.48. num.8.vbi in ſpecie dicit,contractum in dubio non præſumi vſurarium,niſi in ſolito fœnerari. & conſil.145.nu.2. Tiraq. de retract. conuent. in fi. numero 126.

5 Quod confirmabatur, nam † præſumptiones excluſiuæ delictorum aliis præferuntur. Cœphal. conſ. 75. num.8.vol.1. Ruin.conſ.1.nu.2. vol.5. Maſcar.de probat.concl.1224. num.3. volum.2.

Secundò, nam per viginti annos fuerunt pacificè exacti fructus cen-
6 ſuales,† ex qua ſolutione cenſetur induci approbatio contractus l.ſi præteritus.ff.de bon.poſſ.contr. l.ſi proponas.§.1. ff.de inoff.teſtam. Natt. conſ. 45.num.12.vol.1.& propterea non videtur hodie poſſe improbari. Dec. conſ.665.num.2.Crau.conſ.188. nu.5. Maſcard.d.concl.915.vol.1.

Et primum fundamentum illorum de Muſiottis dicti de Ferris nitebantur tollere; Tum ex eo, quòd in dicto inſtrumēto adeſſent illa verba [prout
7 habuit,& recepit in pecunia † numerata in præſentia mei Notarij, & teſtium &c.] ex quibus probari veram numerationem voluerunt Ang.in §.1. num.9.inſtit.de lit.obl. Bart.in l.ſi ex cautione.num.2.Bal.num.16. C.de nō num.pecun. Felin.in c.ſi cautio.num. 37.de fide inſtrum. Maſcard. de probat. concl. 1112. num. 8. & 13. vol. 2.
8 Tum † quia de conſuetudine vera numeratio pecuniæ probatur ex confeſſione, etiam in caſibus ſuſpectis Bal. in l.2.num.5. C. ne lic. pot. Caſtrenſ.in l.per diuerſas. num.12. in fi. C.mand. & Fulgoſ. conſil.205. col.1. Eò maximè lapſo biennio. Rot.Gen. deciſio. 26. numero primo. cum ſeq.

Et coadiuuabatur, etenim in dicto inſtrumento habentur etiam illa verba[contentus fuit,&c.]quæ importāt quietationem,& renunciationem. c. duo 12.quæſt.1.l.quoties.C.famil.herciſcun.Et doctrinam allegatam Iaſ.dicebatur non obſtare, cum ipſe loquatur de numeratione facta heri, hic verò erat facta numeratio eadem die, inter quos caſus militat diuerſa ratio, & ſic diuerſa diſpoſitio militare debet,vulg.iurib.nam † res facta heri 9
dicitur facta ex interuallo, ſed res facta eadem die, & coram eiſdem teſtibus dicitur facta incontinenti, ſecundùm Corn. conſ.113.num.2. & conſil. 284.in prin.vol.1. Soc.ſen.conſil.143. num.7.volum.1. Quinimò dicitur facta in actu ipſo,cum numerationis, & ſtipulationis vnicus ſit contractus l. ſi ita.§.fin.& ibi Doct.ff.de nouat. Accedit, † nam partes noluerunt habere 10
contractum pro abſoluto, niſi omnibus abſolutis. Soc. conſ. 253. num.3. cum ſeq.vol.2.Caputaq.deciſ.235. nu. 1.par.1.& Notarius præſumitur rogatus de omnibus, quæ fiunt parùm ante,vel parùm poſt contractum,ſecundùm Doct.in d.l.ſi ita.§.fin.

Secundum fundamentum pariter friuolum dicebatur: Tum quia, cùm verè pecunia fuerit numerata, dicitur ſaltem ſatisfactum menti Pontificis, vt in caſu, in quo vigebat minor ratio,conſuluit Surd.162.num.38.& 44. vol.2.& in foro cōſcientiæ tutos eſſe Dominos de Ferris, firmat Nauar. de vſur. num. 88. faciúntque dicta per Crau. in conſil.48. num.7. dùm vult, ſtatutum non valere, ſi ex eo diſponatur, contractum dici vſurium ex aliquo facto, qui verè vſurarius non ſit. Et ego de Ordine S.D.Noſtri approbaui legitimum contractum Cenſus, in quo numeratio

fuerat facta poſt decem dies à die ce-
lebrati contractus. Tum quia poteſt
ſuſtineri, quòd numeratio fuerit facta
in actu celebrationis.

Primò ponderãdo verbum; numera-
11 tionis: atque illa verba, † in præſentia
mei notarij &c. quæ non potuiſſent
apponi per Notarium, niſi numeratio
interueniſſet in actu celebrationis, vt
in puncto firmat Soc. ſen. conſil. 143.
num. 7. vol. 1. Quod præſertim verum
eſſe addebatur, ſi fuerit facta eodem
die, loco, & coram eiſdem Notario, &
teſtibus, vt hic. Soc ſen. d. conſ. 143. nu.
7. Corn. conſil. 113. num. 2. & conſil.
284. in princ. vol. 1.

Secundò, nam dicitur in ipſo actu
fieri, quod fit ante, vel poſt immedia-
tè l. 1. & ibi Bald. C. de oper. lib. Iaſ. in
l. non ſolùm. §. morte. num. 13. ff. de
oper. nou. nunc. Gozad. conſ. 73. num.
33. vbi ampliat, etiam ſi id requiratur
pro forma. Gabr. de præſumpt. lib. 1.
concl. 13. Soc. ſen. conſil. 253. num. 3.
12 vol. 2. qui declarat † dictiones illas,
ante, & poſt, & reddit rationem num.
4. Et dicitur vnus contractus, d. l. ſi i-
ta §. fin. & ibi Doct.

Tertiò, quia notarius rogatus de di-
cto inſtrumento erat ſolitus ſtipulari
ſimiles contractus Cenſus, cum dicta
clauſula, ante præſentem contractum
&c. etiam ſi pecunia numeraretur in
ipſo actu, prout fuit exhibita fides, vn-
15 de talis † ſimplicitas, ſeu imperitia
notarij non debet nocere partibus,
neque vitiare contractum, Bald. in l. 2.
col. 2. C. de rer. permut. Felin. in pro-
hem. decret. numero vigeſimo-
primo.

Neque dicta dictio, ante, dice-
14 batur obſtare, † Quia recipere po-
teſt talem interpretationem, ante
præſentem contractum, ſcilicet, fini-
tum, & perfectum, vt aliàs declarauit
Bart. in l. inſulam. §. fructus numer. 1.
ff. ſol. matr. Felin. in prohem, decr. nu.
18. & in terminis inſtrumenti ponit
Dec. in l. 2. §. creditum. num. 5. concl. 5.
ff. ſi cert. pet. & in l. 2. num. 4. C. de
bon. poſſ. ſecun. tabul. Soc. ſen. conſil.
253. num. 3. & conſi. 277. num. 9. vo-
lum. 2. Quæ interpretatio in præſenti
caſu ſuadebatur: Tum ad excluden-
dam nullitatem contractus. Felin. in
d. prohem. decret. num. 17. Menoch.
de adipiſcen. poſſ. remed. 5. num. 169.
Tum quia verba ſemper ſunt intelli-
genda in actu perfecto. Tiraq. de
conſt. poſſ. parte 3. lim. 13. numero
ſexto.

Tum demum quia verba contractus
ſunt interpretanda contra eum, qui
eis nititur, Corn. conſi. 91. num. 13. vo-
lum. 3. & conſil. 69. numer. 5. vo-
lum. 4.

Et licèt † aliud ſit contractus; & a- 15
liud inſtrumentum, ſecundùm Surd.
conſil. 80. num. 29. & conſil. 144. nu-
mer. 13. volum. 1. Tamen dum Nota-
rius dixit [ante præſentem contra-
ctum] intellexit de inſtrumento: tàm
attento iure communi, ſecundùm
quod inſtrumentum dicitur contra-
ctus d. l. ſi ita. §. fin. & ibi Caſtr. l. 1. in
fi. ff. de pact. Quàm attento communi
vſu loquendi, iuxta dicta per Alex. in
l. ſtipulationum. num. 9. ff. de verb.
oblig.

In hoc dubio potius inclinabam ad
fauorem Dominorum de Muſiottis,
ob verba præciſa, & clauſulas irritan-
tes dictæ Bullæ, Pij V. Nec non pro-
pter obſeruantiam, quæ eſt, vt in fo-
ro fori obtineatur confirmatio Apo-
ſtolica.

In ſecundò fuit reſolutum pro de- 16
ſertione, † ex quo dicti de Muſiottis
nõ obtinuerũt à die appellationis per
ipſos interpoſitæ infra viginti dies li-
teras

teras inhibitoriales à Sacræ Rotæ Macerateñ. Auditorio,prout tenebãtur ex formaConſtitutionis pro.mar. ſub cap.9. lib.6. & proinde fuit pronunciatum, ſententiam in iudicatum tranſactam,fore & eſſe exequendam, ſecundùm dicta per Crauet.conſ.270. num. 7.Gabr.conſ.54.volum.1.Surd. conſ 139.num. 10. & conſ.233. numero 13.

Et dum pars peteret,reſtitui in integrum aduerſus dictam deſertionem, fuit obaudita: Tum quia per eamdem Conſtitutionem libr.1. cap. 11. prohibetur conceſſio reſtitutio-
17 nis, † nec dubitandum eſt, ſtatutum poſſe prohibere reſtitutionem in integrum Curt. iun.conſil. 18. numero 4.Soc.ſen.conſ.242.numero 2. volumine 2.Contard.in l.prima lim.8.numero 20.C ſi de momen.poſſeſ.Tum quia ad petendum dictum beneficium requirebatur ſpeciale mandatum,quod hic non aderat.l.illud. §.ſi. ff.de min. cap. coram, & ibi gloſſ. & Doct.de reſtit.in integr.Crauet.conſilio ducenteſimo trigeſimooctauo. numero tertio. Odd. de reſtit. in integrum.quæſtion.31.artic.13. numero quadrageſimooctauo.Tum quia non allegabatur cauſa legitima concedendi dictum beneficium; nam dicti de Ferris, vel videbantur bonum ius fouere, vel ſaltem res patiebatur difficultatem non modicam, ex qua excludebatur notorietas boni iuris partis aduerſæ.Surd.conſilio 188.numer. 14.cum ſeq.

ARGVMENTVM.

An ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare locationi per prædeceſſorem factæ.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor non tenetur ſtare locationi.*

2 *Niſi annus eſſet cœptus.*

3 *Vel niſi recollectio eſſet de proximo, quia tunc tenetur ſtare ſaltem pro illo anno.*

4 *Ratificatio ex receptione penſionis cenſetur inducta pro illo anno tantùm.*

5 *Diſpoſitio eadem debet eſſe, vbi eſt idem ius.*

RESOLVTIO XLV.

REVERENDVS Gazarinus Clericus Papienſis obtinuit à S. D. N. beneficiũ, ſiue capellam S. Benedicti per reſignationem R. Nicolę,ciúſque apprehendit poſſeſſionem de menſe Ianuarij anni 1600. De mẽſe verò Maij eiuſdem anni intimauit præceptum N.conductori,ſiue fictabili bonorum dictæ capellæ, vt dimitteret, & relaxaret dicta bona, quia non intẽdebat ſtare locationi dicti Reu.Nicolæ.

Fuit apprimè controuerſum, An dictum præceptum iure ſubſiſteret. Et tandem fuit reſolutum, non poſſe ſubſiſtere pro illo anno. Quia licet abſolutiſſimum ſit in iure,†ſucceſſo- 1
rem non teneri ſtare locationi. cap.ſi gratioſè.de reſcrip.in 6.c.relatum.de teſtam.Por.Imol.conſ.161.numero 8. Borgn.deciſ.44. num.4. par.1. Bero. conſ.83.numero 8.vol.1.Io.Bapt.Fer. conſ.317.volum.2. Bellam.deciſ.748. Surd.deciſ.37. num. 7. deciſ.40.num. 4.& deciſ.172.numer.1.Put.deciſ.181. par.1.deciſ.421.nu.4.par.1. Rot.Roman.in nou.de locato. deciſ.1. Couar. var.reſol.lib.2.c.15. numero primo.&

ſexto, vbi loquitur in beneficiis, & reddit rationem. Caualc.deciſ.25.nu. 1.cum ſeq. par.5. & num.6. dicit, poſſe illum expellere propria auctoritate. Atque in ſucceſſore per reſignationem beneficij vide in pũcto Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib.1. quæſt.16. numer.47. Couar. d. cap.15. numero ſexto.

2 Tamen † quando annus eſt inchoatus,& facta impenſa neceſſaria,& pręſertim † ſi recollectio fructuum eſſet
3 de proximo,prout erat in pręſenti caſu,ſucceſſor omninò tenetur ſtare locationi,& illam obſeruare,etiamſi eſſet ſingularis ſucceſſor, prout in terminis firmat Surd.in d.deciſ.40.num. 1.& deciſ.52.num.14. cum ſeq. vbi allegat plures Doct. & teſtatur hanc opinionem eſſe æquiorem, & ſecundùm conſcientiam. Caualc. dicta deciſ.25. num.9. vbi declarat, licèt eius declaratio non videatur vera.

Benè verùm eſſe cõcedebatur,quòd finito dicto anno inchoato, vtſupra, teneretur d.conductor, ſiue fictabilis relaxare prædicta bona d.ſucceſſori,etiamſi ab eodem fuiſſent receptæ penſiones, quia † cenſetur inducta ratifi-
4 catio ſolùm pro anno illo, pro quo eſt penſio recepta,non autem pro ſequentibus. Surd. deciſ. 33. num.11. deciſio. 264. numero decimotertio. & deciſio. 265. numero decimoquinto. Put.deciſ.180. par.1. vbi latè diſputat, quando cenſeatur facta relocatio ex receptione penſionis,& Caualc. d. deciſione vigeſimaquinta. numero tertio.

Et quamuis doctrinæ allegatæ per Surd. in d. deciſionibus videantur loqui in partiario colono,non autem in
5 conductore: Tamen, † cum in vtroque eadem militet ratio,& forſan maior in colono,vti ſocio, eadem debet militare diſpoſitio. vulg.l.illud. ff. ad l.Aquil. in puncto Surd.in d.deciſ.52. num. 10.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficiorum inexacti tempore mortis Beneficiati, an ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, an verò ad hæredes tranſmittantur.

SVMMARIVM.

1 *Lex vbi habetur non eſt dubitandum.*
2 *Conſtitutio præſumitur vſu recepta, niſi contrarium probetur.*
3 *Atteſtatio extraiudicialis non probat.*
4 *Conſuetudo non inducitur ex actibus difformibus.*
5 *Liber Cronicarum probat in iudicio.*
6 *Probatio debet eſſe concludens de neceſſitate.*
7 *Clauſula, non obſtantibus, habet vim ſpecialis derogationis. Et num.11.*
8 *Per clauſulam: quorum tenores &c. cenſetur derogatum cuilibet Conſtitutioni, & habenti clauſulas derogatorias. Et num.12.*
9 *Clauſula derogatoria legis eatenus reuocat aliam,quatenus adſit contrarietas.*
10 *Clauſula derogatoria non extenduur ad ea, quibus Princeps veriſimiliter non fuiſſet derogaturus.*
13 *Fundamentum de ſuperfluitate dicitur friuolum in iure.*

RESO-

RESOLVTIO XLVI.

IN controuerſia vertĕte inter hęredes vniuerſales teſtamentarios Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. Cardinalis Rubei ex vnà,& Reuerendiſs. D.Epiſcopum Papienſem ex altera,fuit dubitatum, An pecuniæ inexactæ ſpectarent ad dictos hæredes, vel ad dictum ſucceſſorem in Epiſcopatu.

Et reſoluendum videbatur ad fauorem dicti Epiſcopi ſucceſſoris, nam
1 † vbi habetur lex, ibi non eſt vlteriùs dubitandum. Bald. in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib. & poſth. Dec.conſil.563. num.7. Corn. conſil.109. in fi. vol.1. Franc.Becc.conſ.12.num.2.Surd.conſ. 58.num.3.vol.1. Magon.Lucen. deciſ. 12.numero decimooctauo. Hic autem extat conſtitutio expreſſa Iulij III. ædita de anno 1550. die 26.Iunij, quæ
2 † præſumitur vſu recepta,niſi contrarium probetur, vulg.l. Ariani. C. de hæret. Dec.conſ.534. in ſecundo dubio.Benintend.deciſ.13. num.9. Surd. conſil.58. num.2. Et in puncto vide Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.809.num.1. par.1.Theſau.deciſ.143.Caualc.in deciſ.30.num.2.par.5. Quamuis de iure communi res ſit controuerſa, vt latè per Couarr. var.reſol. lib.1. cap.15. num.12. & videntur facere dicta per Vinc.de Franch.deciſ.13. num.4. cum ſeq. par.1.

Nec obeſſe dicebatur quædam atteſtatio D.Borgnini Caualcani exhibita, qua aſſeritur,dictam Conſtitutionem non eſſe vſu receptam in Statu Mediolani, nec in Ciuitate Papiæ, vt eſt videre in d.deciſ.30.num.5.par.5.

Primò, quia, † cum dicta atteſtatio ſit extraiudicialis, non probat Doct. in c.cum cauſam de teſtibus.Maſcard. de probat.concl.149.num.5. volum.1. Et maximè cum ſit ſuper non vſu, de quo non creditur vnico Doctori atteſtanti Gabr. de prob. concl.4.nu.1. Maſcard.de probat.concl.426.num.3. cum ſeq.vol.1.

Secundò, dictus Borgninus, pace ſua,videtur ſibi contrarius,cum in deciſ.44. num.4.par.1. teſtetur, dictam Conſtitutionem vidiſſe obſeruari Papiæ,vnde ei nulla venit fides adhibenda Ioan. de Anan. conſ. 119. num.9. Turret. conſ.15. num.38. lib.1. Becc. conſil.86.num.14.Put.deciſ.28.& deciſ.375.par.3.

Tertiò, quandoquidem d. Borgninus in dicta atteſtatione dicit, fuiſſe etiam iudicatum ad fauorem ſucceſſorum in beneficiis,prout per Epiſcopum fuerunt in actis exhibitæ plures ſententiæ; vnde ſequitur, nullam vigere conſuetudinem contra dictam Cŏſtitutionem, cum † ex actibus diſ- 4
formibus non inducatur conſuetudo. de communi Non. conſ. 48. num.14. Becc.conſ.7. nu.27. Menoch. de præſumpt.lib.4.præſ.31.num.8.

Quartò, dictus Borgninus ſe fundat, quando in loco fiunt ſpolia per Cameram Apoſtolicam, vt eſt videre in dicta deciſione 30. num. 5. ſed in Statu Mediolani non habet locum ſpolium, vt notorium eſt.

Inſuper dū allegaretur deciſio Rotæ Romanæ in vna Mediolani coram R.P.D.Orano, qua cauebatur dictam Conſtitutionem,non eſſe vſu receptā in Statu Mediolani,Et adduceretur alia Conſtitutio dicti Iulij III.de anno 1553. die 29. Martij, in qua fit mentio de dicto non vſu in dicto Statu, ſiue antiqua conſuetudine,Et vlterius exhiberentur quędam literæ Illuſtriſſi-

mi Cardinalis Ruſticuccij reuocatorię Collectoris ſpoliorum Pontiroli.

Fuit dictum, dictam deciſionem nō obeſſe: etenim Ciuitas Papiæ eſt locus ſeparatus à Statu Mediolani, cùm dicatur Principatus, prout colligitur ex
5 Cronicis Sacci, & aliorum, qui † libri probant in iudicio, ſecundùm Felin. in c. ex parte el 1. circa fin. de reſcript. & dilucidè patet ex iuramento fidelitatis receptæ ſeparatim à d. Ciuitate per Catholicum Regem Philippum: & conſuetudo non extenditur de loco ad locum. Rol. conſ. 57. num. 26. lib. 2. Turret. conſ. 9. num. 41. lib. 1. Menoc. de retin. poſſ. rem. 5. num. 62. Gabr. de præſcript. lib. 5. concl. 2. num. 15.

Dictámque Conſtitutionem Iulij III. loqui de conſuetudine antiqua circa ſpolia, non autem circa fructus non exactos, ad quem ſpectent, Faciunt dicta per Redoan. de ſpol. eccl. quæſt. 5. per tot. Et idem dicitur, quo ad dictas literas: Et propterea, illa non
6 eſſe attendenda, cum † probatio debeat eſſe concludens de neceſſitate. Bald. in l. ad probationem. C. de probat. Io. de Anan. conſ. 41. nu. 8. Franc. Becc. conſ. 52. num. 101. Surd. conſil. 5. num. 46.

Tandem dùm dicti hæredes confugerent ad indultum teſtamentarium conceſſum d. Cardinali, tàm amplum, & cum tot clauſulis, & maximè cum
7 clauſula: non obſtantibus, &c. † quæ vim habere videtur ſpecialis derogationis, ſecundùm Anch. conſil. 335. num. 2. Bart. in l. fin. num. 5. C. ſi contra ius, vel vtil. public. & in Extrauag. ad reprimendum. verſ. non obſtantibus. numero ſecundo. Dec. conſilio decimo. numero ſexto. cum ſeq. latè Becc. conſilio quinquageſimoquinto. numero vigeſimo. cum ſequent.

Quod omninò verum eſſet, ſi fuiſſet coniuncta clauſula: ex certa ſcientia: Becc. d. conſ. 55. nu. 21 & conſil 56. num. 49. Gabr. de clauſ. concl. 1. num. 21. Put. deciſ. 109. num. 6. par. 1. & deciſ. 515. cum ſeq. par. 2.

Item ſtante clauſula: † quorum te- 8
nores &c. per quam cenſetur derogatum cuicumque Conſtitutioni, etiam habenti clauſulas derogatorias. Felin. in c. nonnulli. num 6. de reſcrip. Burſ. conſ. 177. num. 45. lib. 2. Gabr. de clau. lib. 6. concl. 5. num. 1. cum ſeq. Becc in d. conſ. 55 num. 24. & d. conſ. 56. num. 50. cum ſeq. Put. deciſ. 89. par. j. & deciſ. 515. num 4 par. 2. Gomeſ. ſuper regul. Cancel. in proœm quæſt. 6. num. 6. cum ſeq. Flam. Pariſ. de reſign. benef. tom. 2. lib. 12. quæſt. 14. num. 16. & de ſtylo Romanæ Curiæ teſtatur Caſſad. ſuper regul. Cancell. deciſ. 10. & Gabr. d. concl. 5. num. 14. Mohed. de reſcript. deciſ. 1.

Demùm ſtantibus illis verbis dicti indulti, nempè [pecuniis, iuribus, & actionibus] quæ aliàs forent fruſtratoria, quod non eſt dicendum.

Fuit reſponſum Primò, dictum indultum non eſſe repugnans dictæ Cōſtitutioni Iulij III. prout ex verbis ipſius Conſtitutionis, & indulti videri poteſt, & propterea dicendum eſt, per dictum indultum non fuiſſe derogatum dictæ Conſtitutioni, cum clauſula † reuocatoria 9
alicuius legis, vel ſtatuti eatenùs legem, vel ſtatutum reuocet, quatenùs cum illis repugnantiam contineat l. j. §. his tantummodò. C. de lat. lib. toll. Rom. conſil. 57. numer. 1. & ibi Mandoſ. & facit dictum eiuſdem Rom. in conſilio 498. numero decimonono.

Secundò fuit reſponſum, † dictas 10
clauſulas derogatorias non extendi ad

ad derogandum his, quibus non eſt veriſimile Principem fuiſſe in ſpecie derogaturum. Archidiac. in cap. ei cui de præb. in 6. Rom. conſ. 436. num. 9. & d. conſ. 498. numero 18. ſed veriſimile non eſt, Papam voluiſſe in ſpecie derogare dictæ Conſtitutioni: Tum quia illa eſt fauorabilis Eccleſiæ, & multùm rationi, & æquitati conſona: Tum quia tolleretur ius tertij, quod non eſt admittendum, faciunt dicta per Gabr. in d. conſ. 5. numero 21. Io. Bapt. Ferret conſ. 31. numero 33.

Reſponſum fuit tertiò indiuidualiter.
11 Nam † per dictam clauſulam: non obſtantibus &c. non cenſetur derogatum dictæ Conſtitutioni, quæ continebat in ſe clauſulam derogatoriã, vnde requirebatur ſpecialis, & indiuidua illius derogatio, ſecundùm Bart. in l. ſi quis. ff. de leg 3. Gomeſ. in dict. procem. q. 5. num. 2. cum ſeq. Flam. Pariſ. d. tom. 2. lib. 8. q. 7. num. 166. Zab. conſ. 136. numero 13 Gabr. d. concl. 5. num. 13. & Pariſ. conſ. 42. numero 18. & 27. lib. 4.

Similiter nec per dictam clauſulam,
12 † quorum tenores &c. poterat dici derogatum dictæ Conſtitutioni, prout ita fuiſſe reſolutum in Rot. Rom. teſtatur Caputaq. deciſ. 121. par. 1. quem ſequitur Flam. Pariſ. in d. quæſt. 7. numero 173. Præſertim cum dicta Conſtitutio videatur conformis iuri communi, ſecundùm Canoniſtas. Bart. in l. diuortio. num. 12. ff. ſol. matr. Redo. de ſpol. eccl. q. 5. nu. 9. & 18. verſ. non obſtat.

13 Et † fundamentum de ſuperfluitate verborum fuit reputatum ſemper leue in iure: Tum quia ſatis eſt; quod verba minimum aliquod operentur Crau. conſ. 79. num. 29. Becc. conſil. 1. num. 10. Surd. deciſ. 36. num. 19. & vix eſt, quin verba aliquid operentur: Tũ quia illa verba ſunt ſemper ſolita apponi in ſimilibus indultis, etiam ante dictam Conſtitutionem, facit dictum Putei deciſ 328. par. 2.

Poſtremò nam potius ſunt intelligenda verba, vt nihil operentur, quàm vt ex eis inducatur correctio iuris, prout hic induceretur correctio dictę Conſtitutionis. Becc. in d. conſ. 1. nu. 12. & conſ. 34. nu. 31. Grat. conſ. 8. num. 11. cum ſeq. vol. 1. Felin. in tract. quan. lit ap. noceant patron. n. 3. Et vlterius præiudicaretur tertio, quod iura abhorrent. Non. conſ. 7. num. 4.

DECISIO.

Die Lunæ 12. Februarij 1601. coram R.P.D. Lancellotto Papien. fructuum.

AGEBATVR de terminis inexactis, maturatis tamen viuente b.m. Cardinali de Rubeis Epiſcopi Pap. & de penſionibus, quarum dies ſolutionis ceſſerat in vita dicti Cardinalis pro fructibus eiuſdem Epiſcopatus, iam antea recollectis: & quæſtio exiſtebat inter hæredes dicti Cardinalis ex vna, & Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Papiæ partibus ex altera.

Dubium verò erat, Ad quem huiuſmodi pecuniæ ſpectarent.

Quo per me propoſito, Domini concorditer reſoluerunt, ſpectare ad hæredes: Et, omiſſa diſputatione ex diſpoſitione iuris communis, & ſuper conſuetudine Status Mediolanen. nec non Conſtitutione Iulij III. de fructibus non exactis, moti fuerunt ex ampliſſima facultate teſtandi, quam fœl. record. Sixtus V. eidem Cardinali conceſſerat,

etiam de pecuniis, iuribus, & actionibus ratione fructuum, & prouentuum Papien. Eccleſiæ. Quæ verba ſatis comprehendunt iſtas penſiones maturatas: Tum quia ad illas Cardinalis habebat actionem, cùm dies ſolutionis, eo viuente, ceſſiſſet, aliàs facultas diſponendi de iuribus, & actionibus ſtaret ſine effectu, cum iam eſſet data facultas diſponendi de fructibus: Tum etiam quia, cum fructus eſſent in vita Cardinalis recollecti, & eodem modo penſiones maturatæ, debentur hæredibus. Alex. conſ. 15. num. 1. & 2. lib. 2. Io. Baptiſta Ferr. conſ. 118. num. 3. & 4. Rip. reſpon. 16. numer. 1. de iure emph. Nam huiuſmodi penſiones ſuccedunt loco fructuum. l. defuncta. ff. de vſufr. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. empt. Alexand. conſ. 28. numer. 3. lib. 1. Aret. conſ. 10. num. 10. etiam ad effectum, vt tranſeant ad hæredes, Bello. conſ. 3. num. 11. ita vt inſpiciatur tempus ipſorum fructuum, cuius reſpectu debetur penſio. Anchara. conſ. 193. numero 3. Alexand. d. conſ. 28. & fuit dictum in cauſa Regien. fructuum 7. Martij 1573. coram bonæ memor. Foriolenſi.

Neque obſtat conſtitutio Iulij III. Quia ei fuit ſufficienter derogatum per clauſulam, non obſtantibus: ad not. per Bart. in extr. ad reprimendum. in verb. non obſtantibus. Nam cum fuerit data facultas diſponendi de fructibus, iuribus, & actionibus, contra diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis, cum declaratione, quòd teſtamentum non comprehendatur ſub literis Pij IV. neque ſub quibuſcumque aliis Conſtitutionibus, reuocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, decretis, declarationibus, cum poſtea derogatur præmiſſis, aliiſque Cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cum verbis ampliſſimis, & cum clauſula: quorum tenores: quæ iuxta conſ. 2. Ant. de Butr. ſæpius in Rota canonizatum, habet vim ſpecificæ, & indiuiduæ derogationis.

Nec dubitari poteſt de validitate dictæ facultatis teſtandi, cum fuerit conceſſa motu proprio, & in Camera regiſtrata, & duret etiam poſt obitum concedentis, vt aliàs deciſum fuit in cauſa Pientina 24. Ianuarij 1578. coram Rubeo.

ARGVMENTVM.

Vniuerſitas quomodo poſſit acquirere iuſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia libera non poteſt effici ſerua.*
2 *Iuſpatronatus non poteſt reſeruari, niſi ab Epiſcopo.*
3 *In fundatione iuriſpatronatus requiritur dos competens.*
4 *Iuſpatronatus quando acquiratur Vniuerſitati per dotationem.*
5 *Iuſpatronatus Parochianorum præſumitur ex vſurpatione.*
6 *Inſtituere regulariter ſpectat ad Epiſcopum.*

RESOLVTIO XLVII.

VNIVERSITAS loci Curtis Ollonæ Diœceſis Papienſis prætendens habere Iuſpatronatus ad Eccleſiam Parochialem ſub titulo S. Stephani eiuſdem loci vacantem per mortem R. Speltæ Rectoris, præſentauit quendam R. N. & inſtetit pro inſtitutione coram M. R. Abbate S. Saluato-

ris.

ris,ad quem dicebat ſpectare inſtitutionem, ſiue confirmationem ad dictam Eccleſiam.

Fuerunt delata iura D. Vicario Epiſcopali pro cognitione,& approbatione iuriſpatronatus, & examine faciendo de præſentato. Qui D. Vicar. viſis dictis iuribus, dedit motiuum huiuſmodi,videlicet.

Aut loquimur quoad Vniuerſitatem prætendentem iuſpatronatus vti reſeruatum, & conceſſum à præfato Abbate, & dicta Vniuerſitas videtur obaudienda.

1 Primò, cum dicta Eccleſia fuerit † ab initio libera,vt patet clarè per ſententiam latam de anno 1540.à D.Cōſeruatore, vnde nō potuit dictus Abbas eam in ſeruitutem redigere, prout redegit, reſeruando iuſpatronatus dictæ Vniuerſitati in tranſactione,cū nec hoc potuiſſet Epiſcopus Papienſis concedere. Lamb.de iurep.lib.1.p.1.q 10.princ.art.5 num.47.& aliis dictum eſt.

2 Secundò, † quia iuſpatronatus non poteſt concedi, & reſeruari ab inferiore,ſed tantum ab Epiſcopo Lamb. de iurep lib.1.p.1.quæſt.9.princ.art.1. num.50.Rot.Rom in nouiſſ.deciſ.85. & deci.99.par.2.niſi inferior haberet poteſtatem dandi licentiam ædificandi Eccleſias intra ſuam Parochiā. ot. Rom.ibid.numer 2.& deciſ.99.numero 4.

3 Tertiò,nam † in fundatione,& reſeruatione iuriſpatronatus requiritur dos cōpetens,& certa,iuxta Sac.Conc. Trid.de reform.ſeſſ.14 c 12.& 13.Rector autem dictæ Eccleſiæ non percipit, niſi primitias, quæ poſſunt diminui. faciunt dicta per Maſcard. de probat.concl.956.num.35.volum.2.& quatenus haberet dotem aliquam, illa eſt adeò modica, vt habeatur pro non dote. Rot.Roma.in nouiſſ. deciſ. 60 nu.2.par. 2. Quod confirmatur,cū prætendatur iuſpatr.in eccl.Parochiali,quæ ſine dote non poteſt ædificari, nec conſecrari.c.nemo. de conſec.diſtin.1.Rot.Ro.in nouiſſ. deciſ.141.nu. 5.p.2.

Quartò,tunc etenim,† vniuerſitati iuſpatronatus in Eccleſia acquiritur, quando illa Eccleſia eſſet dotata nomine vniuerſitatis, nō autem per ſingulos,& ratione ſingularium eleemoſinaliter, prout hæc. Lamb. de iurep. lib.1.par.1.quæſt.7. princ.art.15. num. 9.& quæſt.8. princip. artic.5. numero quarto. 4

Coadiuuabantur omnia ſupradicta ex eo, quòd † iuſpatronatus Parrochianorum præſumitur ex vſurpatione. Put. deciſio. 57. & deciſio. 205. par.1. 5

Aut inſpicimus perſonam dicti Abbatis prætendentis facultatem inſtituendi, & videtur etiam vana dicta prætenſio.

Primò, quia dicta Eccleſia eſt libera,vt ſupra fuit concluſum, quòd neque ipſe Abbas audebit negare, ſtante dicta ſententia ipſo inſtante, & ad eius fauorem lata, & illa vacauit de menſe Auguſti reſeruato Papæ, iuxta Reg.viij.Cancell. Vnde illius prouiſio,& Collatio ſpectat ad Papam.

Secundò,quia † inſtituere ſpectat ad Epiſcopum, non autem ad inferiorē, ſecundum ſacr. Conc.Trid. ſeſſ.14. c. 13 Et licèt ius inſtituendi poſſit competere etiam inferiori ex præſcriptione,vt latè per Lamb. de iurep. libr.2. par.3.quæſt.1.prin art.10. Tamen, cū præſcriptio ſit poſt dictum Concil. Trid. venit attendenda diſpoſitio eiuſdem Concilij,non autem iuris cōmunis. Præterea in omni caſu requiritur præſcriptio immemorabilis, ſe- 6

cundum Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 803. n. 4. par. 1. de qua præſcriptione hic non conſtitit.

Quinimò etiam præſentatio debuiſſet fieri coram Epiſcopo Papienſi, iuxta formam d. Conc. Trid. d. ſeſſ. 14. cap. 12. & cap. 13. cum non doceretur de aliqua legitima fundatione, & reſeruatione, & tractaretur de iure acquiſito ante præfatum Concilium.

Et confirmabatur; nam in Synodo Papienſi peracto de anno 1571. fuit pręfixus terminus ſex menſium omnibus, & quibuſcumque inferioribus prætendentibus ius, & facultatem cōferendi, & inſtituendi ad docendum de eorum iuribus, ſub comminatione amiſſionis iurium &c. in quo termino nil fuit doctum per dictum Abbatem.

Et, dum ſuper reſolutione motiui altercaretur, fuit dicta Eccleſia, vti libera, obtenta à Santiſſ. D.N. per R.N. qui eam hodie pacificè poſſidet.

ARGVMENTVM.

Pro bonis, & fructibus Eccleſiæ poteſt laicus conueniri coram Eccleſiaſtico Iudice.

SVMMARIVM.

1 *Laycus poteſt conueniri pro bonis Eccleſiæ coram Iudice Eccleſiaſtico.*
2 *Ampliatur. Et num. 3. 4. & 5.*
6 *Præſertim ſi agebatur ſpolio.*
7 *Vel per viam declarationis excommunicationis.*
8 *Vicarius an ſit Iudex competens, quando agitur de re ſui Epiſcopi.*
9 *Laycus poteſt conueniri pro fructibus bonorum Eccleſiæ coram Iudice Eccleſiaſtico. Et num.* 10. 11. 13. 14.
12 *Papa habet vtrumquè gladium.*

RESOLVTIO XLVIII.

PRocurator Menſę Epiſcopalis Aprutinæ mouit iudicium coram D. Vicario dicti Epiſcopi contra N. laycum pro relaxatione, & reſtitutione Molendini, & Furni dictæ Menſæ, vnà cum fructibus Et inſtabat, præfatum N. vti occupatorem declarari excommunicatum, & cum opponeretur exceptio declinatoria fuit principaliter controuerſum. Primò, An dictus vicarius eſſet iudex competens quoad dicta bona. Secundò, quid quoad fructus.

In primo dubio placuit reſolutio affirmatiua ex pluribus, & præſertim. Primò, cum indubitatum ſit in iure,
† laycum pro bonis Eccleſiæ poſſe 1
conueniri coram Eccleſiaſtico Iudice. c. ſi clericus & ibi Doct. omnes de foro compet. c. 2. de priuil. Aufr. de poteſt. ſæcul reg. 4. fall. 5 nu. 23. fol. 417. & nu. 39. fol. 426. Zab. conſ. 146. nu. 1. Rom. conſ. 159. nu. 3. Nauarr. de redd. Eccl. q. 1. caſ. 9. Gabr. conſ. 37 nu. 10. vol. 2. Quinimò Natt. conſ. 27. n. 2. dicit, Iudicem laycum eſſe incompetentem.

Et † hoc verum eſſe dicitur, ſiue a- 2
gatur actione reali, ſeu perſonali. De communi Felin. in d. c. ſi clericus nu. 4. & de magis communi Oſaſch. deciſ. 32. num. 3. Berret. conſ. 8. Vel ſi a-
gatur ad † reſciſionem contractus, 3
cum attendenda ſint bona Eccleſiæ, quæ habent hoc priuilegium, non autem actio intentata, ſiue perſona con-

conuenta quicquid dicat Oſaſch. deciſ.78.num.15.per l.2.C. vbi, & apud quem. qui textus intelligendus eſt, quando actor, & reus ſunt ſub eodem Iudice ſæculari, nec agitur de bonis priuilegiatis, vt hic.

4 Item ampliatur, † etiam ſi laycus conuentus negaret bona eſſe Eccleſiæ, ſecundùm Abb. in d. c. ſi clericus num.12. & 15. vbi ſe reſtringit ad ſummariam cognitionem, & in c. nouit. nu.19. de Iud. Aufr. de poteſt. Eccl. nu. 39. fol. mihi 426. Berret. d. conſ.8. nu. 3. Borgn. deciſ 2. num.38. par.2. Menoch. de retinen. poſſ. rem.3. num. 373.

5 Quod ſuadetur, † Tum ex eo, quòd iudex, cuius iuriſdictio negatur, poteſt de iure cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. c. ſuper de reſcript. c. perſonæ de priuileg. in 6. Rot. Rom. in nouis de except. deciſ.6. nu.3. de appell. deciſ.24. Tum quia, quando non negatur, rem eſſe Eccleſiæ, res ipſa vti priuilegiata tribuit iuriſdictionem, non autem confeſſio, ſecundùm Abbat. in d. c. ſi clericus, num.15. & colligitur ex d. cap. Tum quia talis cognitio in dubio ſpectare debet ad digniorem, & ſic ad Iudicem Eccleſiaſticum, Couarr. pract. quæſt. c. 33. nu. 1. & cap.34 Boſſ. de for compet. num. 155. Cabal. Milleloq 8;8. par.2. Tum demùm quia aliàs diſpoſitio d. cap. ſi clericus. poſſet reddi faciliter inutilis, & fruſtratoria, cum quilibet poſſet negare, rem eſſe Eccleſiæ. Abb. in d. cap. ſi clericus nu.15.

6 Secundò principaliter adducitur, † nam hic actum fuit ſpolio c. ne de viro. c. qui diſtulerit 12. quæſt.2. Abb. in d. c. ſi clericus num.3. & 13. Felin. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ nu.11. de conſt. Federic. de Sen. conſil 245. in fin. Marant. de ord. iud. verſ. ſæculare, vel eccleſiaſticum. num. 6. par. 4 Farin. d. quæſt 8. num.152 Caualc. deciſ.45. nu. 72. par.1. Couar. var. reſol. lib. 1. c.4. num.2. & pract. quæſt. cap.6 numer.1. verſ. in ò, & in hoc &c. Menoch. de recuper. poſſ. rem.15. num.205 & rem. 1. num.89. vbi dicit, ſpolium probari per negationem reſtitutionis, vel ſolutionis. Stringitur, quia ſpolium dicitur ſacrilegium, quod eſt mixti fori vt aliàs dictum eſt, & inſuper tunc agi dicitur de peccato. c. nouit. de iud. Abb. in c. inſinuante num.9. de off. deleg. Felin. in c. cum veniſſet num.9. de iud.

Tertiò proponebatur †, hîc actum fuiſſe remedio declarationis excommunicationis, de qua in ſacro Concilio Tridentino ſeſſ. 22. c. fin. de reform. & in Bulla Cœnæ Domini, quæ declaratio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum dumtaxat c. ſi Iudex de ſent. excomm. c. veniens. de renunc. Cald. de for. comp. conſ.9. Silu. nup. lib.3. nu 58. & clarè habetur in Sac. Conc. Trident. de Reform. ſeſſ.25. cap.3. circa fin. 7

Et dum obijceretur, † dictum Vicarium eſſe Iudicem incompetétem, cum agatur de re ſpectante ad Menſam ſui Epiſcopi. Serd. conſ 50. num. 1. & 18. vol.1. conſ.193. num. 3. & 6. conſil.2 86. num.14. & 19. Natt. conſ. 174. num.6. conſil.294. num.1. & conſil.576 num.1. Ambrozz. de off. Vic. lib. 2. quæſt.137. 8

Fuit reſponſum, etiam ipſummet Epiſcopum eſſe Iudicem competentem in cauſa ſuæ Eccleſię, neque poſſe allegari ſuſpectum. c. ſi quis, & ibi gloſ. 4. quæſt.7. c. qui prædia 12. quęſt. 2. c. dilectio de ſent. excom. in 6. Cap. deciſ.22. num 11. & deciſ. 137. vbi latè. Felin. in c. cum veniſſent num. 7. de iud. Rodo. de reb. eccl. nõ alien. q.77.

cap.3.incip.& re ita ſe habente. num. 26.& quæſt.78.cap.8. incip.item quęri.num.4.Put.deciſ. 210. nu. 3. par. 2. Nauarr.de ſent. excomm.lib. 5. conſ. 21. nu. 17. in puncto Marant. de ord. iud.par.4. verſ.ſæculare, vel eccleſiaſticum num. 26. per tex. in d. c. dilectio de ſent.excomm. in 6. & hoc idē videtur ſentire idem Sbrozz. in d. tract. lib. 3. quæſt. 60. vide Cæſar de Graſſ de except.deciſ.4. nu.1. cū ſeq. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.361.par. 1.n. 1.Caſſad.de priuil.deciſ.6.num.1.

9 In ſecundo placuit etiam opinio † affirmatiua, quam tenet Gabr. in d. conſ.37. num.10. & pro ea adducitur. Primò.d.c. ſi clericus, ponderando verba illa; pro re ſua, vel Eccleſiæ; nam rei appellatione veniunt fructus l.rei ff.de verb.ſig.l. rem ff. de acquiren.rer.domin. & vtrobique Doct.

10 Secundò, quia † idem iudicandum eſt de fructibus bonorum Eccleſiæ, quòd de ipſis bonis c.ſi annum, & ibi gloſ.de iud.in 6.Oſaſch.deciſ. 32. nu. 6.cum dicantur pars fundi l. fructus ff.de rei vendic. l. in re ff. comm.diuid.Zab.conſ.146.num.1. Rom. conſ. 309. num.3. ſi itque fructus obligati pro neceſſitatibus eccleſię, & pauperum,ſicut ipſamet bona. Aufrer. de pot.ſęcul.in eccl.num.31.verſ.trigeſimonono.item vti acceſſorium ſequātur naturam ſui principalis, ac de eiiſdem iudicandūm ſit, quòd de principali l.etiam C.de iur.dot.Surd. deciſ. 88.num.10.Laycus autem poteſt conueniri coram Eccleſiaſtico Iudice pro bonis Eccleſiæ.

11 Tertiò, † Nam laycus poteſt conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico pro decimis c. poſtulaſti de homic. Couarr.pract.quæſt.c.35.num.2.Imò ſolus Iudex Eccleſiaſticus eſt competēs ſuper eis, cum ius decimarum ſit ſpirituale.Clem.diſpendioſam de Iud. c. litteras de iur. calum. nouiſſimè poſt alios Monet.de decim.cap 8.nu. 1. cū ſeq.Vnde multò magis dicendum eſt, pro dictis fructibus poſſe conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico, cùm illi proueniant ex bonis Eccleſiaſticis, Decimæ verò ex bonis laicalibus.

Et hæc reſolutio vera omninò dicebatur,ſi concurreret authoritas Papæ per litteras delegatorias, cum † 12 Papa habeat vtrumque gladium c. 1. extrauag.de maior.& obed.c. cuncta. 9.quæſt.3.c.nouit.de iudic.c.1.22.diſt. c.dudūm.3.q.6 c.rogamus.24. q. 1. c. ad Apoſtolicæ.de re iud.in 6. Nauar. in d.c.nouit.num. 41. Theſ. fori eccl. par.1.c.1.num.6.& 13. & cap. 15. num. 32.Alban.de poteſt.Papæ.p.2.num.11. cum ſeq.Direct.Inq par. 1. commen. 8. Et ad eum ſpectet quemcumque compellere ad benè, beateque viuendum.c.de Iudæis. 45. diſt. Nec Papæ dici poſſit, Tu non es Iudex. Bart. ad reprim.in verb.per edictum. Fel.in c. ſi quando de reſcrip.

Quod ſine difficultate procederet, † ſi contrahentes laici renunciaſſent 13 fori priuilegio, & iudici eccleſiaſtico ſe ſubmiſiſſent, quod poſſunt de iure facere.l.ſi qui. C. de Epiſc. & Cler.l. Epiſcopale.C.eod.tit. Natt.conſ.413. num.4.Oſaſch.deciſ.78. num.2. cum ſeq.& num.17.vbi declarat.Abb.in c. P.& G. num. 6. de off.deleg. Pariſ. conſ.48.num.1. cum ſeq. vol.1. vbi quærit, an per promiſſionem factam de ſtando iuri cenſeatur prorogata iuriſdictio.Deciān.conſ.39. nu 57. vol. 2. Couar.pract.quæſt.cap.10. num. 6. & cap.35.num.2.Caualc.deciſ. 45. nu. 70.par.1. Affl. ſuper Conſtit. Neap. rub.48.de off reprob.num.14.lib.1.

Et hoc verum tenerem, † etiam ſi 14 caueretur per Conſtitutionem Principis

cipis ſæcularis, quòd ſui laici nõ poſſent renunciare foro, & ſe ſubmittere iudici eccleſiaſtico, quia talis conſtitutio non valeret, vt contra iuriſdictionem & libertatem Eccleſię, quicquid dicat Oſaſch. deciſ. 78. numero 19. & Nauar. de ſent. excommun. lib. 5. conſ. 1.

Poſtremò hæc reſolutio dicebatur ſeruanda omninò in Curia Epiſcopali Papiæ, cum in ea vigeat conſuetudo immemorabilis conueniendi laicos, non ſolùm pro fructibus Eccleſię coram D. Vicario Epiſcopali, verùm etiam pro re patrimoniali Clericorum. facit c. 2. de except. in 6. c. ſimiliter, 16. quæſt. 1. cap. ſiquis. 24. quæſt. 3. Aufrer. de poteſt. ſæcul. in eccl. num. 31. verſ. ſi autem clericus. Rot. Roma. in nouiſſ. deciſ. 793. numero primo. par. 1.

Quæ omnia confirmabantur, cum in Synodo Papienſi celebrata tempore Reuerendiſs. Guidonis Epiſcopi legatur decretum Ducis Mediolani, tenoris infraſcripti, videlicet.

Item iudex Eccleſiaſticus poſſit cognoſcere contra Emphyteotas, Liuellarios, Maſſarios, & ſictabiles laicos Eccleſiaſticorum, quoad id, ad quod tenerentur Eccleſiæ ex dictis contractibus.

ARGVMENTVM.

Inſtantia inchoata coram iudice ſæculari contra laicum defunctum, cui ſucceſſit hæres Clericus, non continuatur in Clericum, qui debet propterea conueniri coram Eccleſiaſtico.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſucceſſor laici an ligetur inſtantia iam inchoata coram iudice ſæculari. Et num. 2.*

3 *Inſtantia incipit à litis conteſtatione.*

RESOLVTIO XLIX.

SYRVS Piſcarius Papienſis, dùm eſſet in humanis, fuit citatus ad inſtantiam N. coram Maiori Magiſtratu Mediolani ſuper redditione adminiſtrationis cuiuſdam negotij: Qui Syrus oppoſuit declinatoriam iuriſdictionis, & proteſtatus fuit, ipſum eſſe conueniendum coram D. Prætore Pap. Pendente dicto iudicio, obiit dictus Syrus, condito per ipſum teſtamento, in quo reliquit hæredem vniuerſalem N. eius filiam legitimã, & naturalem Monialem profeſſam Monaſterij S. Dalmatij.

Et cum Abbatiſſa, & Moniales dicti Monaſterij adiuiſſent hęreditatẽ ſupradicti Syri cum beneficio legis, & Inuentarij, fuerunt citatæ coram d. Magiſtratu pro dicta redditione rationis, dimiſſa copia citationis in Turno eiuſdem Monaſterij.

Contingit dubitari, An dictæ Moniales potuerint citari coram dicto Magiſtratu.

Et licèt ex parte actoris allegaretur, citationem fuiſſe legitimam, cum † Clericus ſucceſſor laici ligetur inſtantia coram laico iudice inchoata. 1
Aufrer de pot. ſæcul. in eccl. fall. 6. Bero. deciſ. 69. numero trigeſimoſecundo. Couar. pract. qu. c 8. nu. 3. cum ſeq. Surd. conſ. 222. num. 10. cum ſeq. & deciſ. 110. num. 1. cum ſeq. vbi teſtatur de magis communi opinione.

Tamen fuit inclinatum in contrariam opinionem. Primò, quia verior, & magis communis eſt Doctorum

2 opinio, † Clericum ſucceſſorem non ligari d. inſtantia, prout de dicta n agis communi ſententia teſtantur Maran. de ordin. iud. par. 5. ver. & omnia fiant durante num. 13. Surd. d. conſilio 222. num. 4. & d. deci. 110. num. 1. Aſin. in prax. iud. §. 2. c. 12 nu. 54. cum ſeq. And. Gail. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 37. num. 8. Purpur. conſ. 64. numer. 6. vol. 1 Aufr. de poteſt. ſæcul. in eccl d. fall. 6. Peregr. de fideicomm. art fin. n. 2. Rot. Rom. in antiq. de foro compet. deciſ. 552.

Pro qua opinione ſatis vrget. Primò, nã aliàs Eccleſia, & Clericus ſuum amitteret priuilegium, quod debet præponderare prætenſo intereſſe actoris. Felin. in c. quia V. num. 3. in fi. de iud. Et dicta opinio indubitatè tenenda eſt in præſenti caſu, cum Monaſteria Monialium ſoleant ſuos peculiares iudices habere. Vide Couar. in d. c. 8. num. 3. Concedi benè poſſet, quòd ad parcendum expenſis, inſtantia ſic inchoata eſſet continuanda coram iudice Eccleſiaſtico, non autem foret alia inſtantia inchoanda, ſecundùm Aſin. in d. c. 12. num. 56.

Secundò vrgebat, nam viuente dicto Syro, non poteſt dici, aliquam inſtantiam fuiſſe inchoatam, cum exceptio declinatoria per ipſum oppoſita excluderet litis cõteſtationem, quin imò litem ipſam, ſecundùm Lancell. de attent. lit. pend. par. 2. ca. 4. in præfat. num. 5. 3 inſtantia † autem incipit à litis conteſtatione. l properandum. C. de iud. Aſin. in prax. iud. §. 1. cap. 3. num. 6 & §. 2. cap. 12 in princip. Marant. de ordin. iud. d. verſ. & omnia fiant durante inſtantia num. 3. Lancel. in dict. c. 4. in præfat. numer. 152. cum ſequent. vbi teſtatur de communi, & faciunt dicta per Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 434. num. 18.

Addebatur, dictam citationem non fuiſſe legitimam, cum Turnus ſit locus patens omnibus, & ſucceſſiuè non poſſit dici copiam fuiſſe dimiſſam in manibus Monialium, ipſáſque audiuiſſe, iuxta dicta per Bald. in l. conſentaneum. Cod. quomodo & quand. iud. & Vant. de nullit. in rubr. ex defect. citat. numero 88. & propterea aliqui tenent tutius eſſe confugere ad remedium affixionis ad valuas Monaſterij. Vide Surd. conſilio 88. numero 16.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio quando non dicatur attentata.

Item quando ſententia dicatur ſubiacere nullitati, & quando non.

Item quando locatio poſſit dici ſimulata, & in fraudem.

Item quando mandatum de manutenendo non ſit concedendum.

Item quando intret regula de annali poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta pendente appellatione eſt attentata, vel pendente tempore ad appellandum. Et numero 2. & 3.*

4 *Appellatio datur à declaratione.*

5 *Appellatio datur à priuatione.*

6 *Executor mixtus quando dicatur. Et num. 13.*

7 *Clauſula, appellatione poſtpoſita, quid operetur. Et num. 8.*

9 *Verba non ſunt dicenda ſuperflua.*

10 *Leges*

10 *Leges declarare eſt eius, cuius eſt condere.*
11 *Princeps poteſt tollere attentata.*
12 *Papa habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus.*
14 *Iudex quando poſſit ſtatim exequi, & in poſſeſſionem immittere. Et num. 15.*
16 *Confeſſus non appellat.*
17 *De principali eſt prius cognoſcendum.*
18 *Attentata non ſunt reuocanda, quādo conſtat de bono iure.*
19 *Appellatio deſeritur, ſi non redeatur pro apoſtolis, vnde non ſunt attētata reuocanda. Et quando hoc verum ſit. num. 20. 21. & 22.*
23 *Executio quando ſit reuocanda per viam nullitatis. Et num. 24.*
25 *Sententia lata à iudice ſuſpecto non valet, maximè ſi fuerit appellatū. Et num. 26.*
27 *Sententia lata pendente recurſu eſt nulla. Et quando num. 36 & 39.*
28 *Extrauagans, ambitioſæ, ſeu Paulina, an ſit vſu recepta. Et num. 40.*
29 *In alienatione rei eccleſiæ facta cum euidenti vtilitate an ſit neceſſaria ſolemnitas.*
30 *Sententia præſumitur iuſta, & rectè lata.*
31 *Recuſatio ſuſpecti iudicis non eſt attendenda, ſi cauſæ ſint friuolæ, vel ſi recuſatio, & electio arbitrorum non fuerit formiter propoſita. Et num. 32.*
33 *Ius Canonicum attenditur in foro eccleſiaſtico.*
34 *Arbiter electus poteſt cognoſcere de cauſis ſuſpitionum.*
35 *Papa tollit recuſationem, & iudici recuſato poteſt cauſam delegare.*
37 *Acta quando faciant notorium. Et num. 38.*
41 *Literis Papæ ſtandum eſt.*
42 *In alienatione rei eccleſiaſticæ, licet modici valoris, requiritur auctoritas Epiſcopalis.*
43 *In alienatione rei eccleſiaſticæ requiritur cauſa, & ſolemnitas.*
44 *Permutatio dicitur alienatio.*
45 *Locatio facta coniunctæ perſonæ dicitur nulla.*
46 *Locatio bonorum Eccleſiæ vltrà tres annos eſt illegitima.*
47 *Quando locatio dicatur ſimulata. Et num. 48. 49. & 50.*
51 *Papa vbi apponit manum, non poteſt inferior ſe intromittere.*
52 *Iudex non dicitur habere iuriſdictionem, ſi non eſt purificata conditio.*
53 *Sequeſtro conceſſo eſt cognoſcendum de negocio principali.*
54 *Attentatis dicitur renunciaſſe relaxans poſſeſſionem.*
55 *Integra acta ſunt tranſportanda.*
56 *Regulæ de annali quando ſit locus.*
57 *An quis debeat ſe inſcribere ad pœnam talionis. Et an requiratur ſpeciale mandatum, ſi ſe inſcribat per procuratorem.*

RESOLVTIO L.

IN ardua cauſa vertente inter Reu. L. ex vna, & Reu. C. ex altera occaſione Præpoſituralis Eccleſiæ Sancti N. Diœceſis Papienſis, fuit dubitatū.

Primò, An, ſtante appellatione interpoſita per procuratorem dicti à ſententia declarationis, fuerit attentata immiſſio dicti R. L. in poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ.

Secundò, An ſententia priuationis, & collationis vigore literarum Apoſtolicarum lata per D. Delegatum fuerit nulla, & iniuſta.

Tertiò, An decretum vltimum Sa-
crę Congregationis declaratorium
primi ſuper repoſitione fructuum di-
ctæ Prępoſiturę prout dicto Reu.L.

Quartò, An eſſet concedendum
mandatum de manutenendo dicto C.
ex hactenus deductis.

In primò dicebatur, poſſeſſionem
fuiſſe attentatam, & ſucceſſiuè reuo-
candam.

1 Primò, † vti capta pendente appel-
latione c. non ſolùm de appell. in 6.
latè Lancell. de attent. app. pend. par.
2. cap. 12. ampl. 1. num. 1. cum ſeq. Vel
2 ſaltem † pendente tempore ad appel-
landum, latè Lancell. de attent. pend.
temp. par. 2. cap. ij. num. 1. cum ſeq
3 quod aliqui ampliant, † etiamſi non
fuiſſet poſtea appellatum, vt Put. de-
ciſ. 30. num. 6. cum ſeq. lib. 1. Cæſar de
Graſ. deciſ. 108. num. 5. & tentum fuit
in Rota Rom. in vna Militen. benefi-
cij 1596. 18. Decembris coram Reu. P.
D. Cotta, licèt contrarium teneat Lã-
cell. in d. cap. 11. num. 42. vbi multas
auctoritates allegat.

Et hęc cauſa dicebatur appellabilis.
4 Tum quia † à declaratione datur ap-
pellatio. Abb. c. fin. num. 18. de iur.
cal. & conſi. 100. num. 4. par. 1. Felin.
in c. cum non ab homine num. 12. de
iud. & in cap. Rodulphus num. 43. de
reſcript. Rom. conſ. 482. num. 9. Tum
quia † à ſententia priuationis datur
5 appellatio. Lancell. in d. cap. ij. num.
43. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 834. par.
3. Tum quia dictus Delegatus erat
mixtus executor, † tàm ob clauſulam;
6 vocato C. &c. Card. conſ. 63. in prin.
quàm ob aliam clauſulam; ſi per hu-
iuſmodi inquiſitionem relata inue-
neris veritate nici. Oldr. conſ. 227. nu.
2. Anchar. conſ. 227. num. 7. cum ſeq.
Felin. in c ſi conſtiterit num. 5. de ac-
cuſ. ideò debuit aſſumere partes iudi-
cis; ſed à proceſſu mixti executoris
datur appellatio. cap. exhibita. vbi
Abb. num. 6. de iud. Felin. in c. fin. nu.
23. de pręſumpt. & in c. de cætero nu.
10. de re iud. Dec. conſ. 173. num. 2.
Card. d. conſ. 63. in prin & conſ. 92.
nu. 2. Rot. Rom. in nou. deciſ. 30. de
reſcrip. & in nouiſſ. deciſ. 204. num. 1.
par. 1. & deciſ. 35. num. 1. par. 2. & fuit
tentum in vna Panormitan. Archi-
diaconatus xv. Iunij 1590. coram R. P.
D. Pegna. Achil. deciſ. 384. num. 3.

Cæterùm per d. L. reſpondebatur.
Primò, ex verbis dictarum literarum
clarè colligi, mentem S. D. N. fuiſſe,
quòd dictæ literæ omninò executio-
ni demandarentur, remota omni ap-
pellatione, & ponderabantur, tum di-
ctio illa: per te: quæ videtur perſona-
liſſima, vulg. iuribus. Item illa verba:
conferas, inducas, manuteneas, amoto
dicto C. Demùm clauſula illa: † ap- 7
pellatione poſtpoſita compeſcendo:
quæ operatur de iure, vt poſſit fieri
executio, quæ non veniat per viam
attentati reuocanda Caputaq. deciſ.
134. nu. 4. par. 3. Pariſ. de reſign. benef.
lib. 8. tom. 2. quæſt. 7. num. 163. licèt
dicta clauſula referatur ad contradi-
ctores de facto, non autem de iure, la-
tè Lancell. de atten. app. pend. par. 2.
cap. 12. lim. 8. num. 41.

Confirmabaturque dicta reſpon-
ſio. Tum quia omnes dictæ † clauſulę 8
habere videntur eandem vim, quam
habet clauſula: appellatione remota;
quæ tollit omne vitium attentatorũ.
Put. deciſ. 328. par. 2. Contard. in l. 1. C.
ſi de mom. poſſeſ. lim. 13. num. 16.
Natt. conſ. 172. num. 6. Lancell. in d.
par. 2. cap. 12. lim. 8. num. 1. cum ſeq.
Tum quia aliàs plures clauſulæ dicta-
rum literarum eſſent fruſtratoriæ,
quod † non eſt dicendum cap. ſi Papa 9
de priuil. in 6. Grat. conſ. 9. num. 142.
vol. 1.

vol. 1. præſertim cum non ſint dictæ
clauſulæ ita ſolitæ apponi,ſed extraor-
dinariæ,& impetranti valde fauorabi-
10 les. Tum quia in omni caſu pro † illa-
rum intellectu eſſet recurrendum ad
Summum Pontificem , iuxta diſpoſi-
tionem l.leges ſacratiſſimæ. C. de le-
gib.cum vulg.

11 Et abſolutiſſimum eſt in iure,† Pa-
pam, vtì ſupra ius, poſſe facere, ne ab
initio attentata inducantur. Lancell.
de atten.par.2.c.4. in præfat. nu.404.
& c. 12.lim.52. num.5. Mohed. de re-
ſtit. ſpol. deciſ. 4. numero 7. præſer-
tim in beneficialibus, in quibus Papa
habet plenitudinem poteſtatis. cap.2.
de præben.in 6. Io.Bapt.Ferret. conſ.
6.num.13.

Secundò reſpondebatur, dictum D.
Delegatum fuiſſe vigore dictarum li-
terarum executorem mixtum , quoad
declarandum priuatum d. C. dicta
Præpoſitura, & adhoc referũtur clau-
ſulæ illæ : vocato &c. & ſi conſtiterit
13 &c. quamuis, † quoad collationem &
alia,eſſet merus executor,iuxta cumu-
lata per Abb.in Clement.iudices, nu.
7.de off.deleg. Put. deciſ.214.num.3.
par.3.& Contard.in l.1.lim.1.num.36.
C.ſi de mom.poſſeſ.

14 Tertiò reſpondebatur,quòd,† quã-
do Papa ad pœnam irrogandam com-
mittit alicui , vt de beneficio proui-
deat,& conferat,ille iudex poteſt pro-
uiſum in poſſeſſionem inducere : illa
enim inductio habet ſe , vt executio
puri facti ad pronunciationem iudi-
cialem,ſecundùm Inno.in c.ſuper eo.
nu.1. de off.deleg. quem ſequitur Be-
ned. Capra. in repeti. Clem. auditor.
num.43.cum ſeq.de reſcript.

Quæ reſponſio corroborabatur ,
15 cum † hic ageretur de priuatione in-
flicta per Conſtitutiones Apoſtolicas
ipſo iure, & abſque alia declaratione,
vt in extrauag.ambitioſæ.de reb.eccl.
non alien. quo caſu iudex poteſt ſta-
tim exequi,ſecundùm Gemin.in c.v-
bi periculum.§.propterea.not.pen.de
elect. in 6.Flam. Pariſ. de reſign.be-
nef.lib.11.quæſt.10.num.2.& 27.Pariſ.
conſil. 99. num. 18. vol.4. Achil. de
Graſ.de pœn.deciſ.1.num.3. cum ſeq.
vbi firmat, in trahentibus ſecum exe-
cutionem non eſſe neceſſariam decla-
ratoriam.

Quartò reſpondebatur,dicto C.nõ
† licuiſſe appellare, ex quo ob fugam, 16
& carceris effractionem fuerat iam
declaratus conuictus , & confeſſus, li-
cèt ex proceſſu appareret etiam d. C.
conuictus,& confeſſus,in punctoRot.
Rom.deciſ.1549.num.2.par.3.lib.3. in
nouiſſ. Vnde fruſtra dicebatur quæri
de attentatis. Caputaq. deciſ.52. par.1.
& deciſ.328.num.2. par.2. plenè Lan-
cell.de attent. appel. pend. d.par.2. c.
12.lim.9.num.3.cum ſeq.

Quintò reſpondebatur,reſolutionẽ
iſtius cauſæ pendere à negotio crimi-
nali intentato per dictum Reu. L. vi-
gore dictarum literarum , ob illud
verbum, accuſari, ſecundùm Decian.
in tract.crim.lib.3.cap.1.num.10. Vn-
de vel † de negotio criminali , vtì 17
principali, erat prius cognoſcendum,
vel ſaltem de vtroque ſimul.Lancell.
de attent.par.3.cap.24.q.19. num.1. &
indubitatum erat , ex dicto proceſſu
criminali conſtare de notorio bono
iure dicti R. L. & non iure partis , &
& ſic † attentata non eſſent reuocan- 18
da , quatenus extarent , de communi
Lancell. d.par.3. cap.24. numero pri-
mo.cum ſeq. & quæſtione trigeſima-
prima. num.8. & Rot.Rom.in nouiſſ.
deciſ. 6. numero nono. par. 2. vbi de-
clarat.

Reſpondebatur ſextò,† appellatio- 19
nem fuiſſe deſertam , ex quo non fuit

reditum pro Apoſtolis. Lancell. de attent. appell pend. d. par. 2. cap. 12. lim. 13. num. 5. & lim. 4. & cap. 13. num. 49.

20 Nec valuit dicere, † adhuc attentata eſſe reuocanda, ſecundùm Boer. deciſ. 356. num. 2. Lap. alleg. 1. num. 11. Lancell. d. par. 2. c. 12. ampl. 1. num. 2. & ita tentum fuit in Rot. Rom. in vna Peruſin. bonorum 1542. xvij. Februa-

21 rij coram R. P. D. Pegna: Quia † id verum non eſt, quando conſtat de deſertione ex actis, vt hic. Lancell. in d. cap. 12. ampl. 1. num. 8. & par. 3. cap. 24. quæſt. 4. Item nec fuit reputatum validum obiectum, poſſeſſionem fuiſſe captam ante deſertionem, & nō poſt.

22 Quia idem eſt, † ſi verè adſit deſertio, ſecundùm Rot. Rom. deciſ. 1. in nou. & Lancell. in d. par. 2. cap. 11. numero 42.

Secundò principaliter allegabatur

23 ad fauorem dicti C. quòd ſaltem † dicta immiſſio in poſſeſſionem eſſet reuocanda per viam nullitatis, ſecundùm Cæſar. de Graſſ. de appell. deciſ. 2. Put. deciſ. 30. num. 6. cum ſeq. par. 1. Cæterùm fuit reſponſum, hoc fundamentum parùm valere; Tum quia ex infra dicendis conſtabit, nullam extare nullitatem; Tum quia in omni ca-

24 ſu † executio eſſet reuocanda ante omnia, lata tamen prius ſententia ſuper nullitate, non autem ex priuilegio attentatorum, ſecundùm Lancell. de attent. nullit. pend. par. 2. cap. 17. num. 31. & 42. cum ſeq. Eo maximè, quòd aſſerta nullitas requirebat altiorem indaginem. Lancell. in d. cap. 17. numero 73. & 93. & iam fuerat de ea plenè diſcuſſum. Lancell. in d. cap. 17. num. 151.

In ſecundò allegabatur per dictum Reu. C. ſententiam latam ſubiacere nullitati, & iniuſtitiæ ex pluribus.

Primò, † vti lata à iudice recuſato 25
ſuſpecto. Put. dec ſ 370. par. 1. Paleot. deciſ. 158. Rot. Rom in nouiſſ. deciſ. 2. num. 2. cum ſeq. par. 2. Pariſ. conſ. 98. num. 7. vol. 1. Caſſan. conſ. 30. num. 21. & deciſ. 294. num. 1. par. 3. lib. 2. Lancell. de attent par 2. cap. 6. num. 1. cum ſeq. & Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 511. par. 3. lib. 3. vbi ampliatur, etiamſi non probaretur cauſa, nec electi eſſent arbitri. Caputaq. deciſ. 7. par. 3 Rip. de ſent. & re iud. reſp. 1. num. 1. cum ſeq.
Præſertim, quòd † ab vlteriori pro- 26
ceſſu fuerat in ſpecie appellatum. Peregr. lib. 2. deciſ. 292. Caputaq. deciſ. 172 num. 9 par. 1. vbi dicit, non eſſe opus proſecutione appellationis. Rot. Rom. in d. deciſ. 2. num. 18. & fuit dictum in vna Orioleñ. iuris conferendi 1576. xxiij. Maij coram Illuſtriſſimo Blanchetto. Achil. de Graſ. de except. deciſ. 3. Et materia recuſationis iudicis ſit fauorabilis Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 93. par. 1. num. 1.

Secundò, † vti lata poſt recurſum 27
habitum ad ſacram Cōgregationem, quæ cauſas omnes amplexa iam erat. l. eos. C. de appell. c. licèt de elect. Neuizan. conſ. 44. num. 10. Lancell. de attent. par. 2. cap 19. num. 3. cum ſeq.

Tertiò allegabatur iniuſta, cū † ex- 28
trauag. ambitioſę, vulgò dicta la Paulina, non ſit vſu recepta in Ciuitate, & Diœceſi Papienſi, neque in toto Statu Mediolani, prout aliàs dictum fuit ſupra in Reſol. xxj. num. 14. & videri poſſunt dicta per Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 896 par. 3. lib. 3.

Quartò dicebatur iniuſta, nam
† cùm alienationes eſſent factæ in e- 29
uidentem dictæ Eccleſiæ vtilitatem, non videbatur neceſſaria aliqua iuris ſolemnitas. Abb. in c. cauſam col. penul. de iud. Capic. deciſione decimaſexta. numero quarto. Berret. conſ. 92.

conſ.92.Nauar.de reb.eccl.non alien. lib.3.conſ.11.& in Manu.cap.27.num. 149.latè Gabr.de rer.alien.concl.1.libro 3.Rot.Roma.in nouiſſ. deciſ.225. par.3.lib.2.deciſ.261. par.3.lib.3. Hieron.Gabr.conſ.71.num.11.cum ſequ. vol.2.Surd.conſ.181.num.17. conſilio 181.num.17.conſ.245. numer.40.cum ſequen.vbi dicit valere ſaltem in foro conſcientiæ & conſ.249. num.8.dicit de conſuetudine tollerari. Vide Maſcard.de prob.at.vol.1.concl.75.numer. 7.cum ſeq. Vinc.de Franch. deciſ.35. par.1.& Farinac. de accuſat. quæſt.15. nu.9.qui loquitur in minore.

Quintò dicebatur etiam iniuſta, etenim dicta Paulina loquitur de alienationibus, non autem de permutationibus bonorum eccleſiæ,& prohibita alienatione non cenſetur prohibita permutatio &c.

Cæterùm ad fauorem dicti L. adducebatur peruulgatum illud iuris a-
30 xioma,quòd †ſemper præſumitur pro ſententia, & rectitudine proceſſus. Bart in auth.niſi. C.de ſent.ex breuic. recit.latè Gabr. de ſent. concl.4. per tot.concl.5.& concl.6.numer.24. vbi ampl.etiam pendente appellatione.

Et primum partis fundamentum ſuper recuſatione tollebatur. Primò
31 ex eo,quòd†cauſæ ſuſpicionis allegatæ eſſent euidenter fruſtratoriæ,iniuſtæ, & calumnioſæ, vnde debebant ſperni,vt malitiis hominum,& tergiuerſationi occurratur.Natt.conſi.152. num.7 & conſ.167.num.14.Io.Bapt. Ferret.conſ.66.num.1.Fran.in c.cum ſpeciali.num.23. de appell. Sac.Conc. Trid.de refor.ſeſſ.13.cap.1.Vide Rot. Rom.in dict. deciſio. 93. numero ſecundo.

32 Secundò, quia dicta † recuſatio, & arbitrorum electio non fuit formiter, & legitimè petita, vnde perinde haberi debet, ac ſi non eſſet propoſita,neque petita,vt in terminis voluerunt Bald. in conſ. 26. numero 2. volum.1.Abb.1.in cap.1. numero 27. de re iud. dictus enim C. petiit eligi arbitros,ſecundùm l.fi.C.de iud.Quinimò in comparitione facta die xxvj. Ianuarij proteſtatus fuit, cauſas ſuſpicionis cognoſci debere per arbitros vnà cum aliis; Item dictam l fin. eſſe in vſu in foro Eccleſiaſtico, cum in cor cernentibus iudicium attendatur ius ciuile, quod idem repetiit in alia proteſtatione facta die xx. Februarij.

Et tamen id petendum erat ſecun- 33
dùm ius Canonicum, præſertim cum cauſa eſſet de re beneficiali, & ventilaretur inter Eccleſiaſticos in foro Eccleſiaſtico;vide Abb. in c.licèt numero 17.de for compet.Rol.conſ.19. num.14 vol.3.Franc. in d.ca.cum ſpeciali.num.46. Marcheſ. de commiſſ. vtriuſque ſig.commiſſ. 3. de adiunct. dand.par.1.cap.1.num.7. cum ſeq.Ius autem canonicum in hac materia non concordat cum iure ciuili: De iure enim ciuili Iudex allegatur ſuſpectus abſque cauſæ expreſſione, ſtatúrque iuramento recuſantis,ſed de iure Canonico ſunt allegandæ, & approbandæ cauſæ legitimæ aliter, quàm per iuramentum. Franc.in d.ca cum ſpeciali.num.46. Alex.conſ.104. num.4. vol 5.Rol.conſ.31. num. 26. volum.3. Gail.obſer.33. num.16. Marcheſ.in d. cap.1.nu.9. & 13. quicquid dicat Caputaq.deciſ.102. par.1. & deciſ.7.par. 2.Item de iure ciuili †arbitri poſſunt 45
cognoſcere de cauſis ſuſpicionum, & de ipſarum cauſa principali;ſed de iure Canonico poſſunt cognoſcere tantùm de cauſis ſuſpicionum. Franc. in d.c.cum ſpeciali.num.46. Marcheſ.in d.c.1. num.51. Et ita vidi obſeruari in

ſoro Eccleſiaſtico.

Tertiò, quandoquidem dicta pars propoſuit cauſas præfatas ſuſpicionis, etiam coram Sanctiſs. D.N. in ſignatura Gratię, quibus reiectis, cauſa fuit remiſſa ad dictum D. delegatum, &
35 clarum eſt, † poſſe Papam tollere omnem recuſationem, cauſámque ipſi iudici recuſato committere, ſecundùm Marcheſ. in d.c.1. nu.22.

Quartò, quia videbatur conſtare ex actis plenè de bono iure dicti L. & ſententia, vti iuſta, poteſt confirmari, in puncto Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 162. num.3. par.3. lib.2.

Secundùm faciliter impugnabatur.
36 Primò, † nam non conſtitit iudici de tali recurſu. Felin. in c.2. nu.7. de ma. & obed. Achil. deciſ.8. de reſcript. vbi firmat, commiſſionem auocatoriam non ligare ignorantes. Lancell. de attent. par.2. cap.4. lim.27. num.9. cum ſeq. & cap.12. ampl.15. num 24. Et friuolum fuit reputatum fundamētum, quòd de hoc fuerit proteſtatum in a-
37 ctis, & † acta facere notorium cap. ex inſinuatione de appell. Tum quia nō legitur in actis aliqua de dicto recurſu proteſtatio; Tum quia dicta acta facerent proteſtationem notoriam, non autem recurſum, de quo docendum erat formiter, vt induceretur ſcientia in iudice; Quòd præcipuè ve-
38 rum eſt, † ſi fuiſſet oppoſitum contra dictam proteſtationem. Maſcard. de probat. concl. milleſima centeſima ſecunda. numero 24. & 26. cum ſequ. vol. 2.

Secundò, quia etiam in caſu notitię,
39 & ſcientiæ Iudicis † requirebatur inhibitio ſuperioris, vt eius manus eſſent ligatæ. Menoch. de arb. iud cent. 5. caſ.416. nu.29. & de præſumpt. lib. 5. præſ.4. num.8. Lancell. de atten. d.p. 2. cap.19. num.26. cum ſeq.

Tertiùm ſimiliter tollebatur. Primò dicendo, dictam † Paulinam prę- 40
ſumi vſu receptam, vt diximus ſupra in Reſol. xxj. numero 15. & 16. cum ſit inſerta in corpore iuris, quinimò, illam eſſe in vſu quoad priuationem, firmat expreſſe Nauar. de reb. eccleſ. non alien. libro tertio. conſ.3 num.5. conſ.5. numero ſecundo. & conſ. fin. per tot. vbi indubitatum tenet, ſi fuerit præſtitum iuramentum de non alienando.

Secundò, etenim in omni caſu, cùm Papa mandauerit in dictis litteris, quòd, conſtito de permutationibus, priuatum declaret, ſtandum eſt dictis
† litteris, etiam ſi lex non priuaret, vt 41
in puncto dicit Felin. in cap. ex parte. numero 4. verſ. & adde, ſi Papa mandat. de reſcript. Creſc. de prob. deciſ. 9. num.8.

Tertiò apprimè vrget conſtitutio Synodalis Papiæ, quæ prohibet alienationem rerum Eccleſiæ ſub certis pœnis ac Cenſuris in Apoſtolicis conſtitutionibus contentis Confirmabatur cum in dicto C. alienante argueretur dolus, tam ex numeroſitate dictarum alienationum, & earum circumſtantiis, quàm ex omiſſione † au- 42
ctoritatis Pontificiæ, & Epiſcopalis, quæ in omni caſu ſaltem adhibenda erat, etiam ſi res fuiſſet modici valoris, ſecundùm Innocent. in cap. irrita. de his quæ fiunt à Præl. Theſaur. for. eccle. par.1. c.15 num.6. & aliàs dictum eſt.

Ad quartum reſpondebatur. Primò, ex actis plenè conſtare, dictas alienationes fuiſſe factas cum euidenti damno dictæ Eccleſiæ.

Secundò, † pro forma ſubſtantiali 43
alienationis rerum Eccleſiæ duo requiri: nempè vtilitatem ſiue neceſſitatem, & ſolemnia iuris, & vtrúque

que ſine altero non ſufficere, c. ſine.c. prædia 12.quæſt.2. Abb. in c.nulli nu. 7.de reb.eccl.non alien. Rol.conſ.36. num.28.vol.1.Surd.conſil.301. num.2. vol.3.Gram.deciſ.79.num.13. Capic. deciſ.105. num.1. Gabr. de rer. alien. d.concl.1. Redoa. de reb. eccl. non alien.quæſt.46. Rub. quanti interſit in alien.num.8.& quæſt.52. cap.7.incip. videtur etiam, quòd res num. 21. Farin.de accuſ.quæſt.15.num.7. Maſcar. d.cõncl.75.num.9.& dictum eſt ſupra in Reſol.v.

44 Vltimum tollebatur. Nam † permutatio dicitur propriè alienatio c. nulli de reb.eccl.non alien. vbi Abb. num.1. Bald. in auth.res, quæ col.fin. C.comm.deleg. Redo.. de reb. eccl. non alien.quæſt.2. cap.4. incip.venit etiam permutatio.

Quod comprobatur,nam ſi in d.extrau.ambitioſæ. includitur conceſſio, & locatio, ex qua non transfertur dominium,multò magis permutatio includi debet, cum ex ea transferatur dominium,l.1.ff.de rer.permut.Redo. in d.cap.4.num.5.cum ſeq. Præterea Papa in dictis litteris mandat ſolum cognoſci,an ſint factę permutationes, &, conſtito de eis,declarari priuatum &c. Vnde ſupponendum eſt pro reſoluto,dictam extrauag.comprehendere permutationem.

In tertiò dicebatur, dictum decretum non poſſe ſuffragari dicto Reu. C.

Primò, tanquàm conditionale, ob illa verba,videlicèt [ſi vera, & legiti-
45 ma eſſet facta locatio]Dicta † autem locatio fuit illegitima, & nulla; Tum vtì facta perſonæ coniunctæ Put. deciſ.2.par.1.vide Borgn.deciſ.45.num. 49. par. 1. Maſcard. de probat. concl. 446.numer.8.vol.1. Surd. deciſ. 116. nu.4.conſ.249.num.1.cum ſeq. Becc. conſ.52. num.55. nam non caret fraudis ſuſpitione, ita vt magis præſumatur in vtilitatem conſanguinei facta, quàm Eccleſiæ. Rota Rom.in nouiſſ. deciſ.720.num.1.par.1. deciſ.65. num. 18.par.2. Nauar.de feud.lib.3.conſil.1. num.7.Surd. conſ. 249. num.15. cum
ſeq. vbi declarat: † Tùm vtì facta per 46
annos ſex, contra formam Apoſtolicarum Conſtitutionum. Couar. var. reſol. lib.2. c.16. num.5. Franc.Becc. conſ.92.num.19.Caual.deciſ.43.num. 6.par.1. Et, quòd magis eſt,cum euidenti damno Eccleſię,vt dictum eſt.

Fuit etiam dicta locatio ſimulata.
Tum vtì † facta occultè, nec ce- 47
dulis affixis, iuxta ſolitum. Maſcard.de probat.concl.445.num.1. volum.1.

Tum quia † ipſemet locator adhuc 48
percipit fructus. Maſcard. d.volum.1. concl.446.nu.12. Becc.in conſ 52.nu. 79. vbi ex conſecutiuis dicit argui ſi-
mulationem. Tum quia † ſimulatio 49
probatur per coniecturam à veriſimili.Bec.in d.conſ.52.ſed veriſimile non eſt, fuiſſe factam dictam locationem, ex quo ipſemet locator conſenſit ſequeſtrationi fructuum,per priùs nunquàm ſolitus erat locare dicta bona,& fuit facta locatio tempore inſolito,cũ proiecta iam eſſent ſemina: ex inſolitis autem inducitur ſuſpicio, Surd. conſ.32.num.14.Becc.in d.conſ.52.nu, 77. cum ſeq. Tum quia proponeba-
tur, dictum † locatorem ſolitum eſſe 50
inire ſimiles contractus. Maſcard. de probat. in d. concl. 445. numero 5. Becc. d. conſil.52. num. 51. vbi multa in hac materia dicit. Vnde,cùm conditiones non poſſint verificari, decretum non videtur conſiderabile. Caputaq. deciſ.338. num.2.par.1. Put. deciſ.283.num.1.par.2. Grat.conſ.103. num.18.vol.1.

51 Secundò, nam, cum † Papa ſuper dicta repoſitione fructuum appoſuiſſet manus, inferior non potuit ſe intromittere Caputaq.deciſ.282. nu 5.par. 3. neque per viam declarationis Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 784. par. 1. cùm ordo Papæ videatur habere vim ſententiæ. Lancell. de attent. par. 3. cap.29.num.69. facit cap.ſi Romanorum diſtinct.19.

In vltimo dicebatur per d. Reu. L. non poſſe concedi mandatum de manutendo d.C.ſed perſiſtendum eſſe in ſequeſtro.

Primò, cum Papa commiſſerit cauſam vni ex Auditoribus Rotæ, cum conditione, quòd fructus deponerentur penès perſonam Eccleſiaſticam,
52 vnde † prius purificanda erat dicta conditio, aliàs iudex non dicitur habere iuriſdictionem Put.deciſ.283.num. 1.par.2. & deciſ. 429. par.j. Caputaq. deciſ.150. num.5. par.1. ſicut in ſimili dicit de clauſula, refectis expenſis. Peregr.deciſ.229.lib.2.
53 Secundò, quia, † cum fuerit iam conceſſum ſequeſtrum, erat cognoſcẽdum de bono iure in negotio principali. Lancell.de attent.par.3 cap.24. quæſt.19.num 4. Caputaq. deciſ.200. par.2. & fuit tentum in vna Panormitan. Archidiaconatus xvj. Octobris 1592. coram R.P.D.Pegna. & in alia Aſteñ.feudi ij.Maij 1584 corã R.P.D. Bubalo. Præſertim, quòd dicto ſequeſtro acquieuerat dictus C. vel ſaltem prius erat tractandum de relaxatione poſſeſſionis ſequeſtratæ, iuxta dicta per Lancell. de attent. d.par.2. cap.ij. num.36. cum ſeq.

Tertiò addebatur, ipſum R. L. non
54 † incumbere poſſeſſioni amplius, & ſic renunciaſſe attentatis, ſi quæ extabant, ex parte ſua. Vide Lancell. de atten. parte tertia. capite 29. numero quadrageſimooctauo. cum ſeq.

Quartò proponebatur nondum per d.C.fuiſſe tranſportata † integra acta, 55
ſine quibus non poteſt cauſa rectè diſputari, & decidi. Vide S.Conc.Trid. de reform.ſeſſ.24.cap.20. quæ negatiua fuit plenè probata ab ipſo allegante, ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.64.num.7.par.1.

Dùm hæc cauſa per appellationem ventillaretur coram Sacro Rotæ Romanæ Auditorio, fuit dubitatum. An
† eſſet locus regulæ de annali contra 56
Reu.L.

Et per Dominos Aduocatos Reu. C.dicebatur reſoluendum eſſe affirmatiuè, cùm ſententia lata ad fauorem dicti L. fuerit per dictam Rotam declarata nulla, præſertim ex eo, quòd
† dictus L. non accuſauerit, neque ſe 57
inſcripſerit, prout Papa in ſuis literis mandauerat; Vnde iudex ſine iuriſdictione preceſſiſſe dicitur, ſecundùm Pariſ. conſil. 46. num.6. & conſ. 94. num.3.& 8. vol.4. Cúmque omnia ſine iuriſdictione emanauerint, nõ impediri curſum regulæ, voluerunt in ſpecie Guidob.deciſ.3.& Creſcent. de cau.poſſ.& prop.deciſ.2. faciunt dicta per Put.deciſ.374.par.2.

Cæterùm ad fauorem dicti L. multa allegabantur: Primò, quòd recuſatio, & inſcriptio fuerit facta ab Aloyſio eius procuratore cum libera, & cum clauſula: vt ea omnia facere valeat, quæ ipſemet conſtituens: quæ multùm operatur, ſecundùm Lancell. de attent. par. 1. capit. 1. numero trigeſimoſexto.

Nec obſtare dictum fuit, quòd ſpeciale mandatum requiratur ad inſcribendũ, cùm agatur de incurſu pœnæ. l.qui ita. §.1. ff.ad Trebell. clem.non poteſt. de procurat. Iaſ. in l. ſi pro-

curator

curator nu.4. ff.de cond. indeb. Lancell.de atten. d.par.1.c.1.num.12.

Tum quia non videtur agi de aliqua pœna, ex quo hodie quilibet admittitur ad accuſandum, & cum fuerit de conſuetudine ſublata ſolemnitas inſcriptionis ad pœnam talionis. Menoch. de arbit.iud. caſ.322. num.3. cum ſeq.Couar.var.reſol.lib.2. cap.9. num.1.Felin.in c.ſuper his num.4. de accuſ. vbi dicit, non eſſe de ſubſtantia inſcriptionem,& latè Farin. de accuſ. quæſt.12. num.53. & quæſt.16. num.3. Et quando ius prouidet non eſt attendendus ordo reſcripti. Caputaq. deciſ.iij.num.7.par.1.

Niſi dixeris poſſe inſcribi non ad pœnam talionis, ſed ad pœnam extraordinariam iudicis arbitrio,in puncto Creſcen.de ſimon.deciſ.2. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ.138. par.2. Pariſ.de reſign.benef.lib.3. quæſt.16.nu.60. cum ſeq.

Tum quia nunquam fuerit oppoſitum de nullitate d.mandati, vnde iudicium valuiſſe, firmant poſt alios Vant.de nullit. in rubr. fin. num.105. verſ.ſi ratione, & Achil. de Graſſ. de procurat.deciſ.6.num.4.

Tum quia vltra ratificationem actorum, quæ vim habet mandati, ſecundùm Vant. d.rubr. fin. num.101. Lancell.d.par.1.cap.1. num. 46. Natt. conſ. 126. num.7. Mohed. de procur. deciſ.8. Rot.Rom.in antiq.de procurat.deciſ.10.fuit repertum,extare ſpecialiſſimum mandatum ad ſe inſcribendum, quod poteſt quandocumque, etiam poſt ſententiam produci. Achil.de Graſſ. de procurat. deciſ. 6. num.2. & Creſcent. de ſent. & re iudic.deciſ.1.num.4.

Allegabatur ſecundò, fuiſſe per dictum L. ſatisfactum regulæ, ex quo infra annum fuit lata ſentẽtia in cauſa ad eius fauorem, & in dicta regula non cauetur,an ſit reportanda ſententia fauorabilis, vel ne:cum id pendeat à futuro euentu,pro quibus ponderari poſſunt verba dictæ regulæ, quæ ſunt iſta, videlicèt, [cauſámque infra annum vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè proſequi debeat, & teneatur:] vnde videtur data pro forma ipſa proſecutio vſque ad ſententiam incluſiuè. Præſertim cum ſententia etiam inualida dicatur ſententia, ſecundùm Rebuff. in l.Paulus. verſ. intellige.ff.de verb.ſign. Faciunt dicta per Put. in d. deciſ.374. num.5. Contard. in l.1. lim. 9. num. 54. C. ſi de mom. poſſ. Et cum dicta regula ſit odioſa, vti exorbitans à iure communi, ſecundùm Achil. de Graſſ. ſuper reg. de triennn.deciſ.7.num.3. (quamuis fauorabilis ſit,quoad impetrantem Put. dec.128.n.3 par.1.Pariſ.de reſig.benef. lib.3.q.5.num.57.) venit ſtrictè interpretanda. cap. cum dilectus de conſuetud.c.odia.de reg.iur. in 6. Anch. conſ.91.num.1.

Tertiò allegabatur, non eſſe locum dictæ regulæ,ex quo dictus C.non ſolùm in actis non produxit dictam regulam, ſed neque allegauit, prout tenebatur, ſecundùm Gomeſ. ſuper dicta regula de annali.quæſt.4.& quæſt. 5.vide Contard. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. ſuper Ægidiana quæſt.2. num.3. Quinimò neque probauit, ſe fuiſſe in poſſeſſione pacifica per annum.Caputaq. deciſ. 21. par.3. Cæſ.de Graſſ. de cauſ. poſſ. & prop. deciſ. 7. numero ſecundo.

Poſtremò addebatur, animaduertendum eſſe, quòd Guidobon. in d. deciſione tertia. loquitur in caſu, quo literæ non fuerant expeditæ, quòd non eſt hic. Et doctr. Pariſ. in d. conſilio 46. numero ſexto.

non poteſt propriè applicari ad iſtum caſum.

ARGVMENTVM.

Quando electio vni tantùm competit, iſte ſe ipſum eligere non poteſt. Quòd ſi electio ad plures ſpectet, tunc vnus ſimul cum aliis poteſt ſeipſum eligere.

SVMMARIVM.

1 *Eligere quando quis poſſit ſe ipſum. Et num.5.*
2 *Conſilium quando quis teneatur ſequi.*
3 *Dictio, cum, non inducit neceſſitatem.*
4 *Dictio, tamen, an importet modum.*
6 *Statuta recipiunt declarationem ab obſeruantia ſubſecuta.*
7 *Succeſſio eſt vitanda in officiis.*
8 *Confirmatio eſt iuris iam quæſiti corroboratio.*
9 *Appellatio non datur ab electione, ſi iam eſt publicatum ſcrutinium.*

RESOLVTIO LI.

De menſe Nouembris 1602. fuerunt in Eccleſia S. Michaëlis, congregato Clero, electi à D. Primicerio Conſortij Papiæ tres pro noui Primicerij electione, iuxta formam ſtatutorum dicti Conſortij, videlicet, Præpoſitus Sanctiſſimę Trinitatis, Præpoſitus S. Ioannis in Montefalcono, & Rector Sancti Euſebij, & dictorum ſtatutorum verba ſunt hæc. videlicet. [Primicerius eligat tres idoneos ſacerdotes de Clero, cũ Conſilio tamen quatuor Conſiliariorum, deinde dentur vota ſecreta in manibus Notarij, in præſentia M.R. D. Vicarij, & ex his tribus electis, qui plures habuerit voces, ſit Primicerius ſubſequentis biennij.] Receptis votis, eiſque numeratis, fuit repertum, dictum Rectorem Sancti Euſebij præualuiſſe in vocibus, ſiue ſuffragiis. Publicato autẽ ſcrutinio, dictus Præpoſitus Sanctiſſimæ Trinitatis appellauit à dicta electione, &, monitis partibus per dictum D. Vicarium in Camera pro die ſequenti, fuit dicto die cauſa plenè diſcuſſa, cum multa hincinde allegarentur.

Pro parte enim dicti Præpoſiti Sãctiſſimæ Trinitatis proponebatur nullitas dictæ electionis, ex pluribus capitibus.

Primò, quia nemo † poteſt ſeipſum eligere, aliàs dicitur ambitioſus. c. in ſcripturis. & c. Apoſtolica. 8. quæſt. 1. c. didicimus. 24. quæſt. 1. c. cum in iure. c. cumana. de elect. ca. per noſtras. de iurepatr. c. fin. de inſt. Doct. in cap. quia propter. de elect. Abb. in c. gratum. num. 2. de poſtul. Præl. & in c. 1. num. 6. de elect. Put. deciſ. ducenteſima quinquageſimatertia, numero 2. par. 3. Lamb. de iurepatr. libr 2. par. 2. quæſt. 5. prin. art. 5. num. 2. gl. in c. Eccleſia. de ſortileg. Borgnin. deciſ. 40. num. 1. par. 1. dictus autem Rectoꝛ dicebatur ſeipſum elegiſſe, ex quo erat vnus ex quatuor Conſiliariis, qui dederant Conſilium, & ſine quibus Primicerius non poterat eligi. 1

Cæterùm per dictum Rectorẽ reſpondebatur. Primò, quòd Primicerius elegerit tres, & licèt id teneretur facere cum Conſilio Conſiliariorum, tamen † non tenebatur ſequi eorum Conſilium, ſecundùm Bart. in 2

l. ſi

l.ſi conuenerit nu.4. & ibi addit.ff. de re iudic. Dec. in c. ſi pro debilitate num.58.de off.deleg.Rom. conſ.228. nu.14.Ang.conſ.188.num. 2. Sacc.de conſ. ſapient. lib.1. cap.24.& lib.3.c. 25.Put.deciſ.506.num.2 par.2.Caputaq.deciſ.305.num.3.par.1.Bal.in c.bonæ.el.2.num.17.de poſtul. Prælat. vbi dicit, poſſe ſperni dictum Conſilium abſque peccato. Felin.in c. ex parte num.7. in fine. de inſtit. vbi in puncto videtur decidere hanc quæſtionẽ. Bened.in collect.ad ius can.par.3.collect 27.num.2. Corroborabatur dicta

3 reſponſio. Tum ponderando ✝ dictionem illam, cum, quæ non inducit neceſſitatem,ſicut dictio, de, Sacc. d. lib.1.cap.27.circa fin. Tum ponderãdo verbum illud,conſilium,quod differt à conſenſu. Felin. in d.c.ex parte num.1. Tum quia illa qualitas Conſilij non videbatur concernere modũ, & formam, ſed potius expeditionem actus. Felin.in d. c. ex parte num.7. verſ.ſextus, & vltimus caſus eſt.

Nec huic reſponſioni videbatur ob

4 ſtare, quod illa, ✝ dictio, tamen, importet modum, & conditionem. Iaſ. in l.3.§.ex contrario num.4.cum ſeq. ff.de acq. poſſ. & lex præcipiendo cõſilium videatur tacitè ſaltem include re nullitatem actus. Bal. in l. 1. C ne fic.tertio Sacc.d.cap.27. in fi.Fel.in d. c.ex parte num.1.verſ.alia declaratio. Quia hic non importat modum, vt infra dicetur, quod maximè colligitur ex obſeruantia ſubſecuta.

5 Secundò fuit reſponſum, quod ✝ quando electio fit à pluribus,& præſertim plurium, vt hic, tunc poteſt vnus ſeipſum eligere cum alijs,&,cõſentiendo electioni de ſe factæ ab alijs, auget numerum eligentium, ac electionem perficit.tex eſt ſingularis in c.cum in iure. de electiõ. neque poteſt notari ambitione,cùm dicat ſe electus ab alijs.Bal.in l.planè.ff. quod cuiuſquè vniuerſit.Bart.in l.conſul.in fi.ff.de adopt.& in l.ab omnibus. §. ſi à Titio nu 5.ff.de leg.1. Archid.in c. qui Epiſcopatum.8. quæſt.1.Abb.in c. cum poſt.num.3. de elect. & conſ. 25. num.3 par.2.Borgn.in d.deciſ.40.nu. 4. & facit à ſimili, nam ſi ſunt plures Patroni,vtique poſſunt vnum de ipſis præſentare. glo.fin. in c. conſuluit. de iurepatr.

Tertiò reſponſum fuit,✝ ſtatuta recipere declarationem ab obſeruantiæ 6
ſubſecuta.Surd.deciſ.129.nu.19. Frãc. Becc.conſ.8.nu.19. Turret. conſ. 99. nu.2.& 26. vol. 1. Atqui alijs vicibus fuit electus vnus ex conſiliarijs in Primicerium, qui exercuit pacificè officium ſuum, prout graues viri atteſtati fuerunt.

Quartò dictum fuit, ſolam petitionem, & deſiderium non facere quem ambitioſum, ſed quando concurrit mala intentio, quæ defuiſſe dicitur in dicto Rectore. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ.117.num.3. par. 2.

Secundò principaliter opponebatur per dictum D. Præpoſitum, etenim per illud ſtatutum prohibetur confirmatio officiorum, elapſo biennio, quod ✝ videbatur eſſe rationabi- 7
le,ne quodammodo daretur ſucceſſio hæreditaria in officio c.Apoſtolica 8. queſt.1 c. ad extirpãdum de fil. presb. quæ ſucceſſio videtur dari hic.

Verùm fuit reſponſum, hic non poſſe agi verè de confirmatione, ex quo non fuit confirmatus Primicerius in ſuo officio,nec Conſiliarius in ſuo, in quo caſu loqui ſtatutum præfatum dicendum eſt; Tum quia ita patitur verbum, ✝ confirmatio, quæ 8
eſt iuris iam quæſiti corroboratio.c. inter de fide inſtrum. Iaſ. in l. more

num.41.ff.de iuriſd.omn. iud. Tum quia verba ſtatuti ſunt ſtrictè intelligenda.Anch.conſ.147.num.2.Nauar. conſil.2.numer.3. de vulg.lib.2. Gig. conſ. 144. maximè ſi ſtatutum ſit exorbitans à iure communi,vt eſt hoc, cum de iure communi licita ſit confirmatio. Doct. in c. cum dilectus.de conſuetud.Abb in c.ex parte de verb. ſign.Tum quia ita fuit declaratum ex obſeruantia ſubſecuta,nam Conſiliarius fuit electus in Primicerium, & Primicerius remanſit primus Conſiliarius.

Quamobrem,cum ex prædictis appareret de Canonica electione dicti Rectoris,fuit reſolutum ad eius fauo-
9 rem, reiecta †appellatione dicti Præpoſiti,ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum;Præſertim cum iam fuiſſet publicatum ſcrutinium.c.in cauſis, & c. publicato,& ibi glo.de elect.Nauarr. conſ.3.nu.4.de elect.lib.1.& vide cap. quia propter, & ibi gloſſ.de elect.qui tex.videtur eſſe in terminis. facit dictum Abb.in c.conſtitutis num. 5. de appel.& Lancel.de attent. par.2. cap. 12.lim.4.& lim.5.num.2.Præterea dictus Præpoſitus debuiſſet appellare ſtatim facta electione, non expectato aliter ſcrutinio.Bal.in c.conſiderabimus. de elect. ſed diſtulit poſt publicationem, quæ dilatio non debet ei prodeſſe d.c.publicato. Feder.de ſen. conſ.102.colum.3.

ARGVMENTVM.

An à ſententia lata ſuper caducitate detur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an detur ab executione iuris. Et an à ſententia de exequendo. num.10.*
2 *Verba debent aliquid operari.*
3 *Appellatio quando detur à poſſeſſorio. Et num.11.*
4 *Appellatio quando detur à notorio. Et num.12.*
5 *Poſſeßionem quando liceat ingredi propria auctoritate. Et numero 13.*
6 *Appellatio cenſetur permiſſa.*
7 *Caducitas reſpicit petitorium.*
8 *Sententia an requiratur ad auocandam poſſeſſionem in caſu caducitatis.*
9 *Appellatio datur à ſententia declaratoria.*
14 *Sententia confirmatoria dicitur de nouo datio.*

RESOLVTIO LII.

CVM fuiſſet lata ſententia ad fauorem quorundã Capellanorum in vna caducitatis, & per eoſdem apprehenſa poſſeſſio bonorum, fuit apprimè dubitatum, An daretur appellatio à dicta ſententia, ita vt poſſeſſio capta diceretur attentata.

Et quòd à dicta ſententia non daretur appellatio,adducebatur. Primò
† nam hic agitur de executione ſen- 1
tentiæ ipſo iure à lege promulgatæ. Rip.de decim.reſp.1.num.5. Lancell. de attent.par.2.cap.12.lim.27. num.1. Rot.Roman.in nouiſſ.deciſ.30.par.3. libro primo. & deciſio. quinquageſimaoctaua. par. 3. libro 2. Corbul. de emphyt. in rub.de ca.priu. ob nõ ſol. can.quæſt. 12.per tot.

Quod confirmabatur ex illa cõuentione expreſſa in inueſtitura, vt ipſo
iure caderetur &c. quæ † debet ali- 2
quid plus operari, Iaſ.in l.ſi ego. numero

mero 5. ff. ſi cert. pet.

Ab executione autem iuris non datur appellatio l. ab executore & ibi doct. C. quorum appel. non recip. Prout neque à ſententia de exequendo, poſt alios Gab. de appell. lib. 2. concl. 4. vbi innumeras cumulat auctoritates. Non. conſ. 77. numero. 17 Surd. deciſ. 27. numero 1. Lancell. dicto cap. 12. lim. 53. numero 10. cum ſeq. vbi teſtatur de communi, & faciunt dicta per Caualc. deciſ. 28. num. 91. par. 2.

3 Secundò, quia dicta ſententia videtur lata in † poſſeſſorio, à quo non datur appellatio. l. 1. & ibi Doct. omnes. C. ſi de mom. poſſ. Lancell. in d. par. 2. cap. 12. lim. 25. num. 1. cum ſeq. Contard. in l. 1. quæſt. 7. num. 9. vbi teſtatur de magis communi opinione. Lancell. in d. cap. 12. lim. 25. nu. 29. & lim. 53. num. 58. Menoch. conſ. 736. numer. 5. vol. 1. Burſ. conſ. 456. num. 38. vol. 4. qui in terminis loquitur.

Præſertim in ſummarijſſimo, vt per eundem Contard. in d. l. j. lim. 3. num. 48. Beneinten. deciſ. 79. num. 2.

4 Tertiò, cum videatur agi de facto notorio, † à quo de iure eſt prohibita appellatio. Oldrad. conſ. 18. num. 3. Lancell. in d. par. 2. cap. 12. lim. 9. nu. 1. cum ſeq.

5 Quartò facere dicebatur † pactum appoſitum in inueſtitura appræhendendi poſſeſſionem auctoritate propria in caſu caducitatis. l. 2. C. de iu. emph. glo. in c. potuit extra locati. Dec. conſ. 146. nu. 7. Crau. conſ. 248. nu. 6. facit l. 3. C. de pign. & latè pertractat Menoch. de adip. poſſ. remed. 5. num. 1. 34. & 89. cum ſeq. & in d. conſ. 736. in prin. vbi dicit, à ſententia de aſſociando non dari appellationem, ſtante dicta facultate. latè Corbul. in d. rub. de cau. priu. ob non ſolut. can. quæſt. 13. quæ facultas tranſmittitur in ſucceſſorem, ſecundùm Menoch. d. remed. 5. num. 97.

Cæterùm videbatur reſoluendum, vt à dicta ſententia detur appellatio, & ſucceſſiuè d. appræhenſio fuerit attentata, ex pluribus.

Primò, cum † appellatio in dubio cenſeatur permiſſa, niſi expreſſim reperiatur prohibita, etiam quoad vtrumque effectum. Dec. in c. paſtoralis. num. 12. de appell. Contard. in l. 1. quæſt. 7. C. ſi de moment. poſſ. Surd. deciſ. 27. num. 4. 6

Quod indubitatum eſt de iure Canonico, ſecundùm quod à quocumque grauamine datur appellatio. Benintend. deciſ. 1. num. 3. Contard. in d. l. 1. lim. 3. num. 4. Franc. Becc. conſ. 31. num. 1.

Secundò, nam dicta ſententia fuit lata ſuper † caducitate, quæ reſpicit petitorium. Contard. in d. l. 1. quæſt. 15 numero 19. Quod præſertim verum eſt, cum fuerit plenè cognitum, & diſcuſſum de cauſis caducitatis. Contard. in d. quæſt. 15. numero vigeſimoſeptimo quem allegat Burſ. in d. conſ. 456. numero trigeſimoſeptimo vol. 4. 7

Et primum obiectum tollitur, cum verior, & magis recepta Doctorum ſententia ſit, † requiri ſententiam declaratoriam iudicis ad auocandam poſſeſſionem, prætextu caducitatis. c. licèt. de conceſſ. præb. in 6. & ratio communis Doctorum eſt, nam multa poſſent deduci, ex quibus res non incideret in commiſſum. Afil. deciſ. 97. nu. 2 cum ſeq. Iaſ. in l. 2. num. 12. cum ſequentibus C. de iure emph. Tiraq. in l. ſi vnquàm. in ver. reuertatur. nu. 187. C. de reuoc. donat. Franc. Becc. conſil. 57. num. 15. Turret. conſ. 26. num. 11. vbi limitat. vol. 1. Farin. de 8

inquiſit.quæſt.11.num. 102. verſ. & in omnem euentum. Lancell. in d. cap. 12.lim.9. num. 13. Menoch. de adip. poſſ.remed.5.nu.52.cum ſeq. cum ſint liquidandæ cauſæ caducitatis. Burſ.in d.conſ.456.num. 35. vbi tenet ad priuandum emphyteutam poſſeſſione exigi ſententiam declaratoriam. Vide Corbul. de cau. priu. ob non ſol. can. d.quæſt.12. Licèt in præſenti negocio de hoc non dubitetur,cum fuerit iam lata ſententia. Cæterùm abſo-
9 lutum eſt in iure, † à ſententia declaratoria dari appellationem quoad vtrumquè effectum. glo. in c. cupientes.§.inſuper.de elect.in 6.Felin.in c. cum non ab homine.num.12.de iudicijs Mattheſ.ſing. 48.

10 Præterea † etiam à ſentētia de exequendo datur appellatio,ſi eſſet diffinitiua,vt hic.Gabr.in d.concl.4.verſ. tertiò limita.Grat.conſ.109. num. 6. cum ſeq.vol.2 Non.d.conſ.77.nu.18. Contard.in d.l.1.lim.19.num.6. Lancell.d.lim.53.nu.35.

11 Secundum diluitur; † Tum quia dicta ſententia non eſt lata ſuper merè poſſeſſorio,ſed mixto,cum caducitas, vt ſupra dictum eſt, reſpiciat petitorium Contard.in d.l.j. lim. 2. & in d. q.15.nu.27.Tum quia à ſententia mera ſuper poſſeſſorio datur appellatio de iure Canonico Contard. in d. l. j. lim.3.Benintend.deciſ.17.num.1.præſertim ſi agatur de rebus Eccleſiæ, vt hic.Contard in d.lim.3. num. 3. Lancell.in d.lim.25.num.18.cum ſeq.Couar.pract.quæſt.cap.23.nu.8.verſ.prima concluſio.vbi teſtatur de communi,dari appellationem quoad vtrumque effectum, quicquid dicat Baldus relatus per Menoch. de adipiſc. poſſ. rem.4.num.840.

Tertium eneruatur, negando, hic conſtare de notorio, cum quælibet controuerſia,ſeu probabilis cauſa impediat notorium. Contard. in d.l.1. lim.3.num.8.lim.7.num.70. & lim.9. num.34. Lancell. in d.cap. 12.lim.9. num.5.& ampl.1.nu.48.Inſuper † hic 12
non poſſe agi, niſi de notorio probationis, à quo datur appellatio quoad vtrumque effectum.Lancell. in d.cap. 12.lim.9.num.12.

Vltimum dicebatur friuolum, nam
† ex quo fuit electa via agendi in iu- 13
dicio, non poteſt rediri ad viam executiuam extra iudicium, & ſic ad dictam facultatem. tex. in l. j.vbi Bart. C.de furt.Iaſ.in l. in prouinciali §. j. num.2.& 9. Caſtr num.1. & 2. ff. de oper.nou.nunciat.Abb.in c.ſignificātibus.num.30.de libel. oblat. Bal.in l. 1.C.de ſeru. & aqua. quem refert, & ſequitur Marant.de Ordin.iudic.par. 6.verſ. Et producuntur ſcripturæ, & inſtrumenta.num.31. Ruin. conſ. 57. num.3.lib.4.Lancel. de attent.lit.pēd. par.2.cap.4.ampl.j.num. 2. Menoch. in terminis in d.remed.5.nu.157.Corbul.in d.quæſt.13.num.2.

Nec poteſt iuuari ex proteſtatione, quòd eſſet ſibi ſalua auctoritas ingrediendi poſſeſſionem, ſuper quo vide Alex. conſ.131.num.12. lib. 4. Menoch.in d.remed.5.num. 158. & Corbul.in dicta quæſt.13.num.2. Quia dicti Capellani apprehenderunt poſſeſſionem vigore dictæ ſententiæ, non autem facultatis reſeruatæ.

Præterea dici poteſt, quod cum vnum remedium non oriatur ex altero,neque alteri ſubordinetur,vno intentato,tollitur aliud, etiamſi vtrumque ſit petitum cum proteſtatione in libello, ſecundùm dicta per Marant. de Ordin. iudic. par. 4. diſtinctione prima iudiciorum.num. 22. cum ſeq.

Minus potuit iuuari ex eo, quòd ſententia eſſet confirmatoria præce-

pti.

pti. Quia adhuc † dicitur ſententia diffinitiua,& de nouo datio,ſecũdùm doctrinam Iaſ. in l.more. numero 33. ff.de iuriſd. omn. iud. præſertim cum præceptum fuerit tranſmiſſum ab eodem iudice. Quæ omnia confirmantur, cum inuenti fuerint reſiſtentes, & per vim fuerit apprehenſa poſſeſſio.Corbul.in d.rubr. de cauſ. priuat. ob non ſolut.can.quæſtio.12. numero ſeptimo.

ARGVMENTVM.

Beneficium Curatum habitu tantùm eſt compatibile cum Canonicatu habente perſonalem reſidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſus eſt inhabilis ad beneficia obtinenda.*
2 *Beneficium in dubio præſumitur ſimplex.*
3 *Canonicatus habens perſonalem reſidentiam eſt compatibilis cum beneficio ſimplici.*
4 *Beneficium Curatum habitu tantùm, quando ſit compatibile cum Canonicatu.*
5 *Ius ſepeliendi non arguit beneficium curatum.*
6 *Nec ius baptizandi.*
7 *Optio quando concedatur habenti beneficia incompatibilia. Et numero 8.*

RESOLVTIO LIII.

Reverendvs M. litem mouit coram D. Vicario Aprutino cõtra R.D. Canonicum Aprutinum, & Beneficiatum S.Petri ad Azzanum,ſumpto prætextu, quòd dictus Canonicus retineret duo beneficia incompatibilia, nempè Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, & dictam Eccleſiam Sancti Petri Curatam.

Et, diligenter ponderatis omnibus hinc inde deductis, fuit pronunciatum ad fauorem dicti Canonici ex pluribus.

Primò,quia dictus M. reperiebatur
† proceſſatus pro grauibus crimini- 1
bus, ex quibus reddebatur inhabilis ad beneficia obtinẽda. c.graue nimis. de præben.c.cum in cunctis.de elect. Lamb.de iurep.lib.2.par.1.q.9.prin. art.23.Hoied.de benef.incomp. par.1. c.fin.num.78.Ferret.conſi.367. num. 12.Pariſ.conſ.136.num.38.vol.4. Feli. in c.inquiſitionis. num.8. de accuſat. & in c.ex parte.numer.4. de reſcript. Bellam.deciſ.698. Put.deciſ.514. par. 2. & deciſ.508.par.3. Caputaq.deciſio. 135.par.1.Rot.Rom.in nouiſſ.dec.426. par.1.deciſ.63.cum ſeq.par.3.lib.1. deciſ.94.& deciſ.98.num.5.par.3. lib.2. deciſ 23. & deciſ.30. vbi declarat par. 3 lib.3.

Secundò, cum conſtiterit, dictam Eccleſiam eſſe beneficium ſimplex
rurale. Tum quia † talis præſumeba- 2
tur in dubio, ſecundùm Rebuff. in prax. benef. in verb. ſæculare beneficium.num.11.Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.17.par.1.Bellam. deciſ.676. Tum quia vti ſimplex ſemper fuit poſſeſſa à dicto Canonico,& ſuis anteceſſoribus, faciunt dicta per Put. deciſ.493. num.1.par.3.Tum demùm quia exhibita fuit quædam ſententia lata ad eius fauorem, & tranſacta in iudicatum,qua declaratum fuit,dictam Eccleſiam eſſe beneficium ſimplex: Cæterùm † Canonicatus requirens perſonalem reſidentiam eſt compatibilis

7 *Conſtare dicitur de l ſione Eccleſiæ eò ipſo, quòd fuerunt omiſſæ probationes.*

8 *Intentans Saluianum interdictum debet probare duo extrema.*

9 *Hæres quando poſſit conueniri inſolidum.*

10 *Poſſeſſio probatur ex conſtituto.*

RESOLVTIO LIIII.

IN cauſa bonorum præbẽdæ Canonicalis vertẽte inter R. D. Io. Franciſcum Canonicum Maceratenſem ex vna, & hæredes Capitanei Franciſci ex altera, fuit de duobus principaliter dubitatum. Primò, An d. Canonicus potuerit de iure obtinere reſtitutionem in integrum aduerſus omiſſas probationes. Secundò, An eſſet pronunciandum ad fauorem d. Canonici, qui intentauit remedium Saluiani interdicti.

In primò allegabatur per dictos hæredes, non fuiſſe legitimè conceſſam dictam reſtitutionem.

Primò, quia † in petitione dictę reſtitutionis non fuerunt ipſi hæredes citati, prout citandi erant. c. cum ex literis. de reſtit. in integr. Clem. ſæpè. de verb. ſign. latè Gabr. de citat. cõcl. 1. num. 220. Odd. de reſtit. in integr. q. 34. art. 8. num. 39. & q. 35. art. 9. n. 65.

Secundò, cum † non fuerit probata aliqua cauſa per d. Canonicum, ob quam iudex potuiſſet moueri ad concedendum dictum beneficium, nec minus allegauerit, ſe habuiſſe probationes ſaltem præſumptiuas. Bart. in l. nam poſtea. §. ſi minor. num. 7. ff. de iureiur.

Tertiò, etenim, † quando fuit petitũ dictum beneficium, erat iam emanata citatio ad ſentẽtiam. in terminis Affl. ſuper Conſtit. lib. 2. rub. 40. num. 14. quem refert Odd. de reſtit. in integr. q. 65 art. 12. Achil. de Graſſ. de in integr. reſtit. deciſ. 9. vbi, nec poſt publicatas atteſtationes concedi, firmat.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum, nam † Eccleſia, ſicut minor reſtituitur aduerſus omiſſas probationes. Doct. in auth. qui ſemel. C. de prob. & in l. petendæ. C. de temp. in integr. reſtit. Bart. in d. l. nam poſtea. §. ſi minor. nu. 7. Abb. in c. auditis de reſti. in integ. Rõ. cõſ. 407. nu. 5. Natt. cõſ. 343. nu. 1. cũ ſeq. Capel. Tholoſ. q. 53 nu. 4. Capic. deciſ. 109. nu. 8. Contard. in l. j. lim. 8. nu. 13. C. ſi de mom. poſſ. Rim. iun. conſ. 12 lib. 1. Rolã. cõſ. 10. lib. 4. Oſaſch. deciſ. 158. nu. 13. Put. deciſ. 193. par. 2. Odd. de reſtit. in integ q. 36. art. 8. & q. 65. art. 12. Redo. de reb. eccl. non alien. q. 78. de reſtit. in integr. c. 7. incip. Sed videndum eſt, an in probandis. nu. 7. cum ſeq. Quod præſertim verum eſt, hic, cum Eccleſia tractaret de damno vitando. Io. Bapt. Ferr. conſ. 274 num. 6. in puncto. Affl. deciſ. 390. num. 5. cum ſeq. 4

Et licèt in dicta conceſſione reſtitutionis fuerit appoſita clauſula; prout iuris; quæ videtur importare conditionem quandam, ſecundũ Cõtard. in d. l. j. lim. 8. nu. 58. & Turret. conſ. 76. nu. 23 cum ſeq. vol. 1. tamẽ adhuc conceſſio dicitur prodeſſe, ex quo de iure illa veniebat concedẽda, vt patet ex iã dictis. Nec ambigẽdũ erat, † Epiſcopũ vti ordinariũ poſſe concedere reſtitutionẽ in integrũ, nã hoc firmarunt expreſsè Abb. conſ. 87. lib. 1. Redoan. d. q. 78. c. 8. incip. Item quæri debet. nu. 3. cum ſeq. Odd. de reſtit. in integr. q. 32. art. 3. nu. 28. & art. 15. Caualc. deciſ. 14. num. 24. par. j. 5

Et primum fundamentũ partis tollebatur. Primò ex eo, † ꝙ nõ requireretur hic citatio partis, cum reſtitutio in integrũ peteretur incidẽter, nõ aũt 6

principaliter, vt in terminis dicit Bald. in auth. ſi omnes. nu. 7. C. ſi min. ſe ab hæred. abſt. Gabr. de citat. cōcl. 1. num 363. lib. 2. Et facit, nam quando petitur reſtitutio incidenter, non requiritur noua inſtantia. Odd. de reſt. in integr. q. 34. art. 3. num. ij. Non litis conteſtatio. c. fin. de off. iud. Redo. d. q. 78. de reſtit. in integr. c. fin. num. 1. Odd. ibidem quæſtio. 35. art. 9. num. 59. Non cauſæ cognitio ſaltem plena. Rot. Rom. in antiq. de reſt. in integ. deciſ. 1. Redo. d. num. 1. Odd. d. quæſtio. 34. art. 6. &, vbi non requiritur cauſæ cognitio, poteſt procedi parte non citata. Gabr. de citat. lib. 2. concl. 1. num. 363.

Secundò diluebatur, etenim quatenus citatio partis fuiſſet neceſſaria, potuiſſet tamen hic omitti, ex quo pars non potuiſſet conceſſionem impedire latè Gabr. d. concl. 1. num. 348.

Tertiò dictum fuit, d. reſtitutionem fuiſſe iam petitam in libello ob clauſulas ſalutares. Rim. iun. conſ. 41. nu. 46. lib. 1. Sim. de Prętconſ. 168. num. 24.

Secundum fundamentum tollebatur.
7 Tum quia, † eo ipſo, quod fuit omiſſum facere probationes, conſtare dicitur de lęſione Eccleſię, & ſic de cauſa legitima. Abb. in c. auditis. num. 2. Ant. de Butr. conſ. 63. Redo. d. q. 78. c. 6. incip. Sed eſt videndum, an & quando in petenda. num. 2. Odd. ibidem q. 36. art. 4. Put. deciſ. 193. par. 2. Io. Bapt. Ferret. conſ. 274. num. 3.

Tum quia ex actis plenè conſtabat de bono iure dicti Canonici, licèt ſufficeret prę́ſumptiua probatio, ſecundum Bart. in d. §. ſi minor. num. 7. Odd. ibidem quæſt. 65. art. 12. vide dicta per Io. Bapt. Ferret. in d. conſ. 274. num. 3. & Achil. de Graſſ. d. deciſ. 9.

Tertium tollebatur; Tum quia in caſu Affl. citatio ad ſententiam fuit facta vtraque parte inſtante, &, vltra d. citationem, erat facta relatio cauſæ à Iudice, quod non verificabatur hic; Tum quia Eccleſia ſemper reſtituitur, iuxta dicta per Caual. deciſ. 23. nu. 96. par. 2. Tum quia id verum forſan eſſet, quando detegeretur calumnia pro Eccleſia. ſed hic conſtabat de bono iure. vide Ferret. in d. conſ. 274. num. 7.

In ſecundò fuit reſolutum ad fauorem dicti Canonici, ex quo † plenè 8
probauerat duo extrema requiſita in d. remedio, nec non ſe eſſe ſucceſſorem in prębenda Canonicali, ad cuius fauorem fuerat conſtitutus Cenſus, ſecundùm Menoch. de adipiſc. poſſ. rem 3. quæſt. 28. num. 163. Dec. conſ. 321. num. 2. Boer. deciſ. 10.

Nec obſtare dictum fuit, quòd ipſi hæredes poſſiderēt † ſolum duas par- 9
tes fundi cenſualis, vnde cogendi erāt ſolùm pro rata, non autem inſolidū, ſecundum Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 6.

Quia opinio communis ſcribentium eſt, quòd poſſit agi contra eos inſolidum, prout de ea teſtatur idem Couar. in d. c. 3. num. 6. quæ opinio communis eſt tenenda in iudicando.

Similiter dùm opponeretur, intentantem remedium Saluiani interdicti teneri ad probandum, quòd tempore obligationis debitor poſſideret rem, quàm intendit conſequi. l. ante omnia ff. de probat. Iaſ. in §. item Seruiana. num 89. Inſtit. de act. Bar. in l. & quæ. §. quòd dicitur ff. de pig. Neguſ. de pign. memb. 3. num. 19. Rol. conſ. 14. lib. 1.

Fuit reſponſum, ex actis plenè, tàm per teſtes conſtitiſſe de poſſeſſione debitoris, quàm † per ipſum Inſtrumentum, ſtante conſtituto. Tiraq. de con-

conſtit.poſſ.par.2.ampl.3.num.1. Benintend. deciſio.69. numero octauo. Rolan.conſ.46.nu.18.vol.2.Maſcard. de probat.concl.1184.numero 27.volum.3.

ARGVMENTVM.

Intruſus non dicitur,qui ad beneficium Iuriſp.eſt ab Ordinario inſtitutus. Nec de intruſione poterit redargui, ſi affixæ fuerint literæ edictales ad valuas Eccleſiæ.

Item executor mixtus poteſt declarare, reſcriptum eſſe obreptitium,& ſubreptitiũ.

SVMMARIVM.

1 *Intruſus quando quis non dicatur.*
2 *Patroni certi an ſint ſpecialiter citandi. Et nu.4.& 5.*
3 *Inſtitutio facta pendente termino eſt nulla.*
6 *Status vltimus attenditur in beneficiis.*
7 *Proteſtatio conſeruat iura illaſa.*
8 *Præſentatio vnius patroni conſeruat ius alterius compatroni.*
9 *Præpoſitus non poteſt præiudicare Eccleſiæ,& ſucceſſoribus.*
10 *Iuſpatronatus acquiritur ex vnico actu præſentandi.*
11 *Ad probandum iuſpatronatus requiritur probatio temporis immemorabilis, & multiplicatarum præſentationum.*
11 *Prælatus an poſſit præſentare,& inſtituere ſimul.*
13 *Ius præſentandi amittitur ſpatio xl.annorum.*
14 *Ius in re dicitur quæſitum per inſtitutionem.*
15 *Executor an poßit pronuntiare,literas Apoſtolicas non mereri executionem.*

RESOLVTIO LV.

VACANTE Capellæ S.Stephani ſita in Eccleſia Collegiata Valentiæ per obitum R.Auguſtini, fuit per D. Ioannem Iacobum Stanchum patronum præſentatus Reu.Antonius Franciſcus eius filius ad dictam Capellam, & affixis literis edictalibus conceſſis ad fauorem dicti præſentati ad valuas dictæ Eccleſiæ, & alia loca ſolita, & nemine in termino comparente,nec aliquid opponente,fuit(accuſata prius contumacia)inſtitutus,& confirmatus dictus præſentatus, qui dictæ Capellæ pacificam poſſeſſionem apprehendit.

Elapſis aliquibus menſibus,fuerunt præſentatæ literæ Apoſtolicæ prouiſionis dictæ Capellę ad fauorem Reu. Lanæ,& cum inſtaretur pro executione dictarum literarum, & contra eas plura opponerentur, fuit dubitatum principaliter de duobus. Primò, An dictæ literæ Apoſtolicæ mererentur executionem.Secundò,An Dominus Vicarius executor haberet auctoritatem pronunciandi dictas literas non mereri executionem, vtì obreptitias, & ſubreptitias.

In primò fuit reſolutum, dictas literas Apoſtolicas nullam mereri executionem.

Primò,quia in illis aſſeritur,dictum R.Antonium Franciſcum nullum habere canonicum titulum, & de facto occupare, & detinere dictam Capellam,quòd verum non eſt, † cum ipſe 1

habeat inſtitutionẽ à ſuo Ordinario facta, ſeruatis ſeruandis. Pariſ. conſil. 47. num. 40. & conſ. 125. num. 25. vol. 4. Put. deciſ. 62. par. 3. Lancell. de attent. par. 1. c. 3. nu. 69. Capic. deciſ. 6. n. 12. vbi explicat modos intruſionis. Præterea quis in dubio non præſumitur intruſus, ſed pro poſſeſſore bene præſumitur, vt per Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 936. numero tertio.

Quinimò, ſtante contumacia accuſata, præſumitur, alios quoſcumque prætendentes in iurepatronatus voluiſſe, præſentationem d. Reu. Antonij Franciſci validam eſſe. Lamb. de iurep. lib. 2. p. 2. q. 6. prin. art. 10. num. 3. circa finem. Quòd præſertim verum eſſe dicebatur hìc, cum ſit ſecuta inſtitutio, & confirmatio. idem Lamb. in d. lib. 2. par. 2. quæſt. 1. princ. art. 28. num. 1. & d. quęſt. 6. princ. art. 26. num. 2. & art. 27. Put. deciſ. 312. num. 2. par. 3. latè Felin. in c. veniens numer. 2. cum ſeq. de accuſat.

Et dum d. Reu. Lana niteretur docere de intruſione, & occupatione de facto ex pluribus.

Primò, quia Præpoſitus, & Canoni-
2 ci d. Eccleſiæ, † cum eſſent certi patroni, veniebant ſpecialiter citandi, non autem per Edictum. c. fin. de elect. in 6. Pariſ. conſ. 101. num. 128. vol. 1. conſ. 31. n. 29. vol. 4. Gabr. conſ. 199. nu. 3. vol. 1. Surd. conſil. 181. num. 6. & deciſ. 5. num. 8. Put. deciſ. 306. parte 1. Lamb. de iurep. lib. 2. par. 2. quæſt. 6. prin. art. 10. num. 1. art. 11. num. 1. art. 12. num. 6. vbi tenet, inſtitutionem eſſe nullam ipſo iure. & art. 19. num. 1. Bero. conſ. 5. num. 77. vol. 1.

Secundò, quia dictæ literæ edictales non fuerunt lectæ, & publicatæ, nec minus affixę in pluribus locis, vnde non affecerũt. Surd. in d. cõſ. 181. nu. 7. cum ſeq. Pariſ. in d. conſ. 31. nu. 31. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 97. & 99. Caſſad. de dol. & contum. deciſ. 4. Rot. Rom. in nou. de reſcript. deciſ. 5. num. 1 & 13. & de dol. & cont. deciſ. 8.

Tertiò, quia † dicta inſtitutio fuit 3
facta pendente termino prorogationis literarum edictalium, & ſic tempore ſuſpenſæ iuriſdictionis, & propterea fuit nulla. Doct. in d. c. fin. Caualc. deciſ. 17. nu. 91. p. 2. Cald. de elect. conſ. 1. nu. 2. Lamb. in d. quæſt. 6. prin. art. 12. in fin. art. 20. n. 2. & art. 25. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 227. p. 3 l. 2.

Fuit replicatum in genere, nempe dicta tria obiecta non probare intruſionem, ſed redarguere inſtitutionem de nullitate, quę requirit altiorem indaginem, vt in puncto dicit Pariſ. cõſ. 125. num. 25. cum ſeq. vol. 4.

Replicatum fuit ſecundò in ſpecie, nam primum obiectum diluebatur. Tùm ex eo, quòd non eſſet verũ, † cõ- 4
ſtare de certis aduerſariis, & ob id ritè proceſſum fuit per edictum. Lamb. in d. quęſt. 6 princ. art. 11. num. 10. Vant. de nullit. in rub. ex defect. cit. nu. 141. Franc. Becc. conſ. 12. num. 9. Menoch. de recup. poſſ remed. 8. num. 113 Præſertim quòd non conſtitit de aliquo intereſſe dicti Prępoſiti, & Canonicorum in dicta Capella, vel eorum quaſi poſſeſſione ſaltem colorata, de quibus docendum erat, vt eſſent citandi, ſecũdùm Lamb. in d. quæſt. 6. prin. art. 13. nume. 2. verſ. ſecunda eſt concluſio. & num. 7. verſ. ex cuius dictis.

Tum quia quatenus cõpetiiſſet ſupradictis iuſpatronatus, tamen cum ageretur cum Capitulo, potuit procedi per viam edictalium literarum affixarum ad valuas d. Eccleſiæ, ſecundùm Menoch. in d. remed. 8. numer. 119.

Tum

5 Tum demum, quia † de ſtilo notorio Curię Epiſcopalis Papię ſolent affigi literæ edictales in ſimilibus vacationibus, etiam ſi extent certi aduerſarij, prout de dicto ſtilo, & cõſuetudine teſtatur Caualc. deciſ.10.num. 64.par.3. quę conſuetudo valida dicitur, cum forma dicti c. fin. ſit de iure poſitiuo, in puncto Lamb. in d.quæſt. 6.princ.art.14. Menoch.in d.remed.8. num.123. Put. deciſ.25. num.4. & deciſ.168.par.2. Creſcen.de ſent.& re iudic.deciſ.13. Tollebatur etiam ſecundùm obiectum; Tũ ex eo, quòd edicta non debeant legi, & affigi in pluribus locis, ſed ſatis eſt, quòd affigantur ad valuas Eccleſiæ, in qua ſitum eſt beneficium, quòd verum eſt, tam de iure, ſecundùm Surd. in d. conſ. 101. num. 34.cum ſeq.quàm de conſuetudine, & ſtilo d.Curiæ; Tum ex eo, quòd dictæ literę edictales fuerint etiam affixę in aliis locis ſolitis, prout patet ex relatione Nuncij, Præterea in ſimilibus res eſt repoſita in arbitrio iudicis. Menoch. de arb.iud. lib.2.cent.2. caſ. 464.num.2.

Vltimum tollebatur, ex quo in actis non conſtitit de aliqua prorogatione termini, prout notarij omnes dictæ Curię atteſtati fuerunt.

Inſuper dictum fuit, ſuppoſita prorogatione, adhuc fuiſſe validam inſtitutionem, ſecundùm aliquos Doct. quos refert Lamb. in d. quęſt.6. prin. art. 25.

Secundò principaliter adducitur, dictas literas non meruiſſe executionẽ, quia in eis aſſerebatur, dictum iuſpatronatus eſſe mixtum, quòd tamen verũ nõ eſt, cũ ſit totũ laicale. Nã R. Auguſtinus vltimus cappellanus fuit pręſentatus ſolũ à dicto Ioanne Iacobo, & vigore dictæ pręſentationis fuit in-
6 ſtitutus: In † ſimilibus autẽ attenditur vltimus ſtatus. Benintend. deciſ.23.n. 11. Dec. conſ.126.nu.3. Gab.cõſ.185. n. 2.& 23.vbi docl.vol.2. Lambert.de iurep.lib.3.quæſt.7.princ.art.7.nu.7. & lib.2.par.1.quæſt.3.prin.art.11.num.1. Maſcard.de probat.vol.1.concl.172.n. 8.& vol.2.concl.956.num.6.quod verum eſt, etiã ſi appareret de variatione. Vinc. de Frãch.deciſ.85.n.2.par.1.

Confirmatur, quandoquidem, dum dict. R. Auguſtinus apprehendit poſſeſſionem d. Capellæ vigore inſtitutionis ſubſecutæ ad eius fauorem, Prępoſitus, & Canonici præfati nil oppoſuerunt. Faciunt dicta per Maſcard.in d.vol.2.concl.957.num.12.

Et dùm opponeretur, quòd Capitulum in actu poſſeſſionis apprehenſæ per d. R. Auguſtinum vltimum Cappellanum fecerit proteſtationem pro conſeruatione iurium ſuorum, quę † 7
proteſtatio conſeruat iura dicti Capituli illæſa. Abb. in c. ſi verò. de iurep. Lamb.de iurepat.lib.2.par.3. quæſt.2. princ.art.9.nu.1. Item quòd † pręſen- 8
tatio vnius patroni non priuet alios compatronos quaſi poſſeſſione pręſentandi, ſed potius eam præſeruet. Abb.conſ.54.nu.3.vol.1. Caputaq.deciſ.292.deciſ.364.num.7.deciſ.366. & deciſ. 419. par.2. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ.229.num.5.par.1. Put.deciſ.298. num.3. par.1. Theſau. for.eccl. par. 2. cap.27.num.67.

Demum, quòd † negligentia dicti 9
Præpoſiti, & Canonicorum non præiudicet Eccleſiæ, & ſucceſſoribus. c. cum propter. & ibi Doct. de iurep. Natt.conſ.501.num.44. Caputaq.deciſ.128 num.3.par.2.

Fuit replicatum primò, non conſtitiſſe de dicta proteſtatione, &, quatenus de ea conſtitiſſet, illa non prodeſſet, cum videatur contraria facto. l.cum in plures. §. locator. ff.locati.

c.gratum. de off. deleg. Franc. Becc. conſ.34.num.25. Surd.deciſ.70. num. 8.& deciſ.246.num.4. Secundò, non eſſe verum, quòd dicti Præpoſitus, & Canonici ſint compatroni, & ob id per præſentationem dicti Io. Iacobi non fuiſſe præſeruatum eorum ius, vt benè declarat Put. in d.deciſ.298. nu. 1.cum ſeq.

Et dùm vlterius opponeretur, quòd dicti Præpoſitus, & Canonici de anno 1500. præſentauerint ad dictam Cappellam vnà cum aliis compatronis de Stanchis, qui præſentatus fuit inſtitutus, & apprehendit poſſeſſionem
10 pacificam dictæ capellę: Ex vnica † autem præſentatione acquiritur iuſpatronatus. c.conſultationibus. de iurepat. Rip. in c.cum Eccleſia num.91. de cauſ.poſſ.& prop. Calder.de iurepatr. conſil.12. Flam.Pariſ. de reſig. benef. lib.7.quæſt.29.num.9. Gabr. conſil. 196.num.7. volum.2. Lamb. de iurepatr. lib.2.par.1. quæſt.1. princ. art.4. num.10. Benintend. deciſ.23. num.10. Put.deciſ.189. vbi declarat. deciſ.192. par.1. deciſ.120. num.3. & deciſ. 251. par.2. Caſſad.de cauſ.poſſ. & prop. deciſ.7.num.1.cum ſeq. Caputaq. deciſ. 69.par.1.deciſ.132. & deciſ.337. par.2. Creſcent.de iurep. deciſ.2. & deciſ.5. vbi declarat. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.318.num.2.par.2.deciſ.174. nu.2. par.3.lib.2.deciſ.169.num.3. deciſ.273. num.5.& deciſ.680.par.3.lib.3.

Et adderetur, quòd quamuis illa verba appoſita in dictis litteris inſtitutionis, nempè [vnam vocem Præpoſitus, & aliam Capitulum habet] ſint enunciatiua, tamen probare dicebantur, cum ſint prolata inter eaſdem perſonas. Maſcar.de probat.volum.2. concl.621.num.28.& 31. Præſertim accedente ſpacio antiquiſſimi, ſiue potius immemorabilis temporis. Maſcard.in d.concl.621. num.15. & concl. 956.num.3.& 29.

Fuit replicatum. Primò, † per ſa- 11
crum Conc. Trid. de reform. ſeſſ.25. cap.9. requiri non ſolùm curſum temporis immemorabilis, ſed multiplicatas etiam præſentationes, de quibus non fuit doctum, licèt poſt annum 1500. pluribus vicibus vacauerit dictum beneficium. Gabr.conſ.92.num. 4.& conſ.98.num.2.vol.2.

Secundò fuit replicatum, in terminis præſentis cauſæ non ſatis eſſe de dicta præſentatione docuiſſe, ſed etiam opus fuiſſe, vt doceretur de titulo, ſaltem ad colorandam poſſeſſionem. Lamb.in d.quæſt.6, princ. art.13. num.7. Gabr. in d. conſ.92. numer.1. & conſil.98.num.1 Rot Rom. in nouiſſim. deciſ. 228. numero 2. parte prima.

Præſertim, quòd dubitabatur de auctoritate dicti Præpoſiti, qui inſtituit, cum inſtitutio de iure ſolùm competat Epiſcopo c.2.de inſtit. Lamb.de iurep.lib.2.par.3. quæſt.1. princ. art. 10. num.1. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ. 85, num.1.par.2. Nec veriſimile videtur,
† dictum Præpoſitum eſſe patronum, 12
& habere inſimul auctoritatem inſtituendi, licèt hoc non fuerit viſum conſiderabile, cum de iure Prælatus poſſit habere ius præſentandi, & inſtituendi, & vtrumque vnico actu expedire. Felin. in c. cum venerabilis. numero trigeſimo octauo. de except.

Tertiò fuit replicatum, dictum Præpoſitũ, & Canonicos amiſiſſe omne ius præſentandi, ex quo ſpacio annorum centum non præſentarunt, licèt plures vacationes euenerint dictæ Capellę in dicto temporis ſpatio;
ius † autem præſentãdi amittitur ſolo 13
ſpacio quadraginta annorũ, ſecundùm

Lamb.

Lamb.de iurep.lib.3. quæſt.7. princ. art.7.& art.8. & Caputaq. deciſ.130. par.2.& alibi plenius dicetur.

Nec videtur obſtare, quod tenuit Rot.Roman. in nouiſſ. deciſ.109.par. 2. Nam id verum eſſe dicitur quando Ordinarius vellet præſcribere,ſecus ſi alter compatronus, qui præſcribit ius alterius ſpatio quadraginta annorum. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.229.numero primo. & deciſ. 407. numero primo,par.1.

Vltimò replicatum fuit,quòd quatenus competeret iuſpatronatus etiã præfatis Præpoſito, & Canonicis, tamen pro hac vice dictus D.Antonius Franciſcus inſtitutus eſſet conſeruandus, & manutenendus in poſſeſſionem, iuxta cumulata per Maſcar.in d. concluſ.956.numero octauo, cum ſequent.

Tertiò, & vltimò dictum fuit, vrgere pro non executione dictarum literarum, quòd non fuerit probatus valor beneficij, neque quòd iuſparr. eſſet ex fundatione,& dotatione, iuxta formam Sac. Conc. Trid. & dictarum litterarum,Item quòd in eis non fuerit facta mentio quaſi poſſeſſionis pręſentandi,iuxta dicta per Put.deciſ. 404.par.2.

Demúmque quòd dicto Reu. de
14 Stanchis eſſet † iam ius quæſitum in re ob inſtitutionem ſubſecutam, ſecundùm Gomeſ.de iur.quæſ.non tol. quæſt.1.num.15. quod ius in re indubitanter præſeruatur ex clauſula; dummodò alteri non ſit quæſitum: prout dictum fuit ſupra Reſol.ix.

In ſecundo fuit reſolutum,dictum†
15 Delegatum poſſe pronunciare, dictas litteras nõ mereri executionem, cum eſſet mixtus executor. Bart.in l.à Diuo.ff.de re iud. & in l.1.C.ſi cõtra ius. Menoch.de arb.iudic. quæſt.38.num. 3.Caſtr.conſ.32. num.23. volum.3.Io. Bapt.Ferr.conſ. 53.num.2. Felin.in c. de cætero.num.10. de re iud. Caualc. deciſ.22.num.3.par.1. Miſing.obſeru. 93.nume.3.cent.4. Et præſertim cùm ſupponeretur,dictum reſcriptũ poſſe argui de mendacio, vt per eundem Menoch.de arb.iud.in d.quæſt.38.numero 25.

ARGVMENTVM.

Occupans bona Eccleſiæ eſt excommunicatus, qui propterea non poterit vti reſcripto Apoſtolico,nec erit audiendus, niſi prius relaxatis bonis detentis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus quando poſſit vti reſcripto.*
2 *Conceſſio qualibet intelligitur re integra.*
3 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
4 *Clauſula, non aliter &c. importat formam præciſam.*
5 *Conſors litis quando poßit proſequi ius alterius.*
6 *Correlatiuo vno deficiente deficit alter.*
7 *Priuilegio non poteſt vti, qui eo abutitur.*
8 *Excommunicationem incurrit occupans bona Eccleſia.*
9 *Excommunicatus an audiatur in poſſeſſorio.*
10 *Poſſeſſor mala fidei non poteſt vti retentione.*
11 *Expenſa facta pro recuperatione bonorum Eccleſia præſumuntur facta de redditibus Eccleſia.*

RESOLVTIO LVI.

REVERENDVS Marius Archipreſbyter Baſylicæ Stephanoni Diœceſis Papienſis, vigore litterarũ Apoſtolicarũ, fuit immiſſus in poſſeſſionem quorũ dam bonorũ dictæ ſuæ Eccleſiæ, quæ detinebantur à quodam Michaële de Ferrariis, qui, prætendens ſe ſpoliatũ, fuit repoſitus per D. Prætorem Papiæ de facto in poſſeſſionem dictorũ bonorum; Dictus Archipreſbyter mouit litem coram D. Vicario Epiſcopali contra dictum Michaëlem, petens ipſum declarari excommunicatum, & compelli ad relaxationem dictorum bonorum.

Difficultas reducebatur ad duo tantùm, Primùm erat, An dictus Michaël eſſet audiendus ſuper quibuſdam litteris Apoſtolicis, vulgò dette, il ſi in euidentem &c. ſaltem non facta prius relaxatione, & reſtitutione dictorum bonorum dicto Archipreſbytero. Secundò, An poſſet declarari excommunicatus excommunicatione Papali ob vſurpationem dictorum bonorum.

In primò fuit reſolutum, dictum Michaëlem non eſſe audiendum ſuper verificatione dictarum literarum.
1 Primò, quia † excommunicatus, prout erat dictus Michaël, non poteſt vti reſcripto. Docto. in c.1. de reſcript. in 6. Felin. in ca. fin. de except. Put. deciſio. 128. par.3. vnde aliàs, proceſſum eſſe nullum, firmat, Achil. de Graſ. de ſenten. excommun. deciſ.2. numer.2. cum ſeq. Dictáque exceptio excommunicationis afficit etiam eius procuratorem. Magon. Luc. deciſ. 71. numero 3. cum ſeq.
2 Secundò, Nam † quælibet diſpoſitio, ſiue conceſſio intelligitur re integra, & in ſuo ſtatu permanente. l. quòd Seruius. ff. de condit. ob cau. ca. in Parochia. 16. quæſt.1. gloſſ. in c.2. de reſcrip. Pariſ. conſ.16. num.16. vol.2. Oſaſch. deci.91. num.2. & 14. cum ſeq. vbi decl. Sed res non erat hodie integra quoad executionem dictarum litterarum, cum Archipreſbyter ſupplicans iam obiiſſet, & nouus renuat cõſentire. in puncto Pariſ. conſ.14. num.2. cum ſeq. vol.1. qui licèt loquatur de feudo, tamen valet argumentum de feudo ad emphyteuſim. Clar. in §. feudum. quæſt.3. verſ. & hæc quidẽ, quod magis in ſpecie firmat idem Pariſ. cõſil.138. numer. 4. volum.4. dum dicit, non poſſe verificari in perſona noui ſucceſſoris litteras obtentas, cum cõditio ſit implenda in forma ſpecifica, quòd in terminis tractat etiam Vinc. de Franc. deciſ. 163. numero 9. par.1. qui licèt poſtea teneat contra, tamen eius opinio non videtur vera, & nullatenus tenenda in iudicando.

Nec fuit viſum conſiderabile inſtrumentum inueſtituræ factæ de dictis bonis per D. Archipreſbyterum mortuum dicto Michaëli nepoti.

Tùm quia illa inueſtitura fuit facta conditionaliter, nempe, accedente beneplacito Apoſtolico, & decreto iudicum delegatorum, de quibus in dictis
literis, conditio † autem nihil ponit in 3
eſſe l. cedere. ff. de verborum ſignific. Franc. Becc. conſ.39 num.19. Turret. conſ.44. numer.7. volum.1. &, dicto beneplacito non accedente, licita eſt pœnitentia. Rot. Roman. in nouiſ. deciſ.573. numer.2. par.1. Quòd cõfirmabatur cum in dicta inueſtitura eſ-
ſet appoſita clauſula † illa; & non ali- 4
ter, aliàs &c. quæ importat præciſam formam. Alexand. conſ.3. num.4. vol.1. Soc. ſen. conſ.44. num.10. volum.1.

Cla-

Clarus in §.emphyteuſis qu.13.verſic. item quæro. Becc. conſ.14. numero 26.Gabr.de arb.conclu.3. numero 53. Neque illa conditio poſſet hodie verificari, tam ob contradictionem noui Archipreſbyteri.Pariſ.d. conſil.14. num.2. quàm ob damnum euidentiſſimum Eccleſiæ, cum inueſtitura ſit pro ſcutis viginti, & nouus Archipreſbyter locauerit illa bona pro ſcutis centum.

Tum quia conſenſus beneficiati debet interuenire poſt interpoſitum decretum à delegatis, prout vidi ſemper obſeruari, cum antea ius reſiſtat, non autem ante dictum decretum.

Et dùm replicaretur, remanſiſſe a-
5 lios ſupplicantes, qui † poſſunt ius ſuum proſequi. l.1. C. de conſort. eiuſd.lit.& faciunt not. per Doct.in c. cum plures de off.deleg.in 6. & dicta per Mohed.de renunc.deciſ.8.

Fuit reſponſum,hic agi de perſonis correlatiuis, nempe conductore, &
6 locatore, quorum, vno † deficiente, deficit alterum.Ioan.de Amic. conſil. 96.numer.7.Bald.in l fin.C.de per.& commod.rei vend.Gabr. de leg.conclu.3.num.46.Surd.deciſ 52.numer.5. conductorem autem,& locatorem eſſe correlatiuos,tenent gloſſ. in cap.1. de loca Surd.conſ.34. numer.25.Ioan. de Amic.conſ.96. numero 7. Socin. ſen conſilio centeſimo vigeſimo. nu. 3.lib.3.

7 Tertiò,quia†non poteſt vti reſcripto,& priuilegio,qui eo abutitur. Felin.in c.cum acceſſiſſent. num. 47. de conſt. dictus autem Michael abuſus fuerat reſcripto,occupando dicta bona ante beneplacitum præſtitum.

In ſecundo fuit reſolutum, dictum
8 Michaelem ob dictam † occupationem,& vſurpationem incurriſſe omninò excommunicationem Papalem, de qua in ſacro Concilio Tridentino ſeſſ. 22.cap.fin.in Bulla Cœnæ Domini cap. 17.& in extrau. ambitioſæ. de rebus eccle.non alien. vnà cum complicibus & forſan dicto Archipreſbytero alienante,iuxta dicta per Nauar. de ſent.excomm.lib.5.conſ.53.

Nec dicto Michaëli quicquam profuit allegare, quòd auctoritate iudicis ſæcularis poſſideret. Vide in puncto Vinc. de Franch. deciſ.163. cum ſequent.

Tum quia cõſtabat de notorio bono iure dicti moderni Archipreſbyteri, & notorio non iure ipſius Michaëlis.Menoch.de retin.poſſ. rem.3. num.602.& 693.

Tum quia iudex ſæcularis proceſſit de facto,& contra omne ius, vnde dicitur ſpoliaſſe. Caſ. de Graſſ. de conſt.deciſ.prima,num.4.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.1165.par.3.l.1.t.3.Caputaq. deciſ.112.par.2. Surd.conſ 168. num.26.vol.2.Bellam.deciſ.105.Et id præſertim verum eſt in iudice ſæculari.Maſcard.de probat.vol.3.conclu. 1324.numer.18. Quod comprobatur, nam dictus Michaël antea non poſſidebat,cum eſſet ſimplex Colonus,vnde ceſſat omninò opinio Vincent. de Franch.

Tum quia † ei, vti excommunicato, nullum ius competebat, etiam in 9
poſſeſſorio. latè Gabr. de reſtit. ſpol. lib.5.concl.1.num.69 Menoch.de recup.poſſ.rem.1.num.350.

Nec pariter potuit iuuari ex eo, quòd ſibi liceret retinere dicta bona ob impenſas,& ſumptus factos in lite pro recuperatione illorum iuxta l. ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condit. indeb.Capic.deciſ.17.Magon.Lucen. deciſ.81.num.4.cum ſeq.

Tum quia, cum † eſſet malęfidei 10
poſſeſſor,non poterat vti aliqua retẽ-

tione. Menoch. de recup. poſſeſ. remed.15.num.499.& 538. & num.601. vbi firmat, eſſe faciendam compenſationem cum fructibus malè perceptis.

Tum quia expenſæ fuerunt factæ ab Archipresbytero mortuo , qui eas à parte victa recuperauit , vel in omnem euentum contra partem victam pro eis erat agendum per d. Ferrarium. Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.777. par.1.

11 Tum quia † præſumitur feciſſe expenſas de redditibus eccleſiæ, vnde illæ ſunt acquiſitæ ipſi Eccleſiæ. Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.761.par.1.

Demùm dictũ fuit , ipſum Michaëlem non poſſe audiri in dicta exceptione retentionis, ex quo ipſe impugnat ſententiam , & allegans dictam exceptionem non dicitur impugnare ipſam ſententiam, quinimò dicit , illam bene latam.Magon.Lucen. deciſ. 81.num.7.Redoan.de reb.eccl.non alien.quæſt.72.cap.12. incip. vnde in hac materia. num. 2. allegans autem contraria non auditur. l.j. C. de furt. Bell. deciſ.554. Anch. conſil.214. numero 3.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum non eſt concedenda,niſi parito prius iudicato.

Item , ſententia non poteſt dici nulla ex defectu citationis,ſi conſtet, quòd ſit facta domi habitationis ſolitæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non debet concedi aduerſus rem iudicatam, niſi prius parito iudicato. Et num.2. Et quid probandum ſit. num.6.*

3 *Cauſa iuſta credendi excuſat à caducitate.*

4 *Sententia notoriè iniuſta nunquàm tranſit in iudicatum.*

5 *De notoria iniuſtitia quando dicatur conſtare.*

7 *Scriptura quando probet,ſi nihil per partem opponatur.Et num.9.*

8 *Exceptio generalis quàndo ſit releuans.*

10 *Sententia lata à non habente iuriſdictionem eſt nulla.Et num.15.*

11 *Citatio perſonalis an requiratur in cauſa.Et num.16.*

12 *Citatio facta domi quando ſit nulla. Et num.17.*

13 *In executione ſententiæ an requiratur citatio partis.*

14 *Appellatione pendente quando ſit nulla,Et num.19.*

18 *Epiſcopi, & Vicarij eſt vnum, & idem Tribunal.*

RESOLVTIO LVII.

REVERENDVS Vſmerius Capellanus capellæ S. Martiani in Ciuitate Derthonę declarauit caducitatem ob Canonem non ſolutum contra Paſquinũ Guidobonum emphyteutam pro quibuſdam bonis dictæ capellæ, & obtinuit ſentẽtiã fauorabilẽ,à qua fuit appellatũ ad Sanctiſſimũ Dominũ Noſtrũ , & cauſa per literas delegationis fuit introducta corã Domino Vicario Epiſcopali Papien. qui viſis ſcripturis dedit infraſcriptũ motiuũ, videlicèt.

Cùm ſententia lata ad fauorem D. Vſmerij tranſiuerit in iudicatum ob appella-

appellationem non interpoſitam infra decem dies à die intimationis ſententiæ,iuxta Rot. Rom. in nouiſſ. de-
1 ciſ.45.num.6.par.3. lib.3. non † videtur audiendus dictus Paſquinus in petita restitutione in integrũ, niſi prius plenè paruerit iudicato. clem. 1. de ſent.& re iud.Bal.in l.1. C.ne liceat in vna ead. cau. tert. prou. Thob.Non. conſ.68.n.9.Pariſ.conſ.109. n.17. vol. 4.Gabr.de execut.rei iud.lib.2.concl. 1. num.17.Put.deciſ.456.nu.4.par.2.
2 Præſertim † cum reſtitutio petatur poſt factam executionem. Gabr.in d. concl.1.num.17. verſ.concorda tamẽ, & poſtquàm fuerat iam deuentum ad cenſuras.Put.deciſ.285.num.2. par.2.

Nec videtur obeſſe obiectum notoriæ iniuſtitiæ, nempe ex eo, quòd dictus Paſquinus ſoluerit Canonem debitum cuidam Reu. Gentili Capellano, quem credebat eſſe directum Dominum dictorum bonorum em-
3 phyteoticorum, iuſta † autem cauſa credendi excuſat à caducitate, iuxta not.per Bart.in l.ſi vrbana.ff.de cond. Ruin.conſ 150.num.7. vol.1. in puncto Corbul. de cau. priuil. ob non ſolut.Canon.lim.24 & in credẽte optimo viro vide Vincent.de Franch. deciſ.296.numero 3.par.2. Et facit,nam quælibet cauſa etiam beſtialis excuſat à pæna.l.igitur.§.poteſt.ff.de lib.cauſ. Ang.in l.plagij.C.ad leg.Flau.de plag.
4 Sententia † autem notoriè iniuſta nunquàm tranſit in iudicatum. Gabr. de ſent.concl.10. num.1. cum ſequen. lib.2.Contard.in l.1.lim.7. num.13. & lim.9.nu.42.C.ſi de mom.poſſ. Surd. conſ.61.num.24.& deciſ.260.nu.30.

Primò, quia dubium eſt, an dictus Paſquinus habeat iuſtam cauſam proſe, &, quatenus habeat, an illa noceat Eccleſiæ: Cæterùm quando † res eſt dubia,non dicitur conſtare de iniuſtitia notoria, & euidenti. Contard. in l.1.limit.9.num.10.C.ſi de mom.poſſ. & num.34. dicit, ſufficere diſputationem, ſiue offuſcationem ad tollẽdum notorium: in omni autem ferè articulo dantur diſputationes, & variæ Doctorum opiniones.Contard.in d.lim. 9.num.50.cum ſeq.Et ſi replicaretur, ergo nunquàm daretur notoria iniuſtitia; Reſponderi poſſet, conſequentiam non eſſe veram: nam dantur cõmunes opiniones, quæ in iudicando ſunt attendendæ. Aſin. in prax. §. 32. lim.4.f.212.

Secundò,† cum non fuerit plenè & 6
legitimè doctum in actis per dictum Paſquinum de ſolutione continua Canonis facta alteri Capellano, & eius bona fide.Lancell de attent.par.2. c. 14. num.9. vbi in puncto tenet, requiri plenam probationem ad obtinendam reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam, quod idem dicit Maſcard.de probat. vol.3.concl. 1274 num.10. Et Contard. in d. l.1. lim.7.num.58.inquit, talem diſcuſſionem eſſe reſeruandam poſt executionem totalem. Maſcard.d.concl.1274. num.16.

Et ſi replicaretur, † apochas ſolu- 7
tionum factarũ alteri Capellano probare plenè dictam Canonis ſolutionẽ, cum cõtra eas nihil fuerit per d. Reu. Vſmeriam oppoſitum, iuxta dicta per Felin. in c.paſtoralis. num.30. de except. & in c. inter monaſterium. num.23.de ſent.& re iudic.Dec.in l.in ambiguis.num.10.ff.de reg.iur. Ruin. conſ.3.num.10.lib.3.Menoch.de præſumpt.lib.2.præſ.46. numero 1. cum ſeq. Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 927. numero 17. & volum. 1. quæſt. 10. num. 64. concl. 121. num. 13. volum.1. & concl.1388. numer. 11. vol. 3.

Poſſet reſponderi, fuiſſe oppoſitas
8 † exceptiones generales, quæ ſatis releuant, parte non replicãte. l. fin. C. de ann. except. Aret. in rub. Inſtit. de except num. 33. Felin. in c paſtoralis, numer. 17. de excep. Corn. conſ. 55. num. 17. vol. 3.

9 Præterea † dictæ apochæ ſolutionũ erant omninò nullæ, & inualidæ, cum non eſſent ſuffulta teſtium adminiculo. c. 2. de fide inſtrum. latè Maſcard. de probat. vol. 1. concl. iij. num. 1. cum ſeq Neque contineant pro quibus bonis eſſet facta ſolutio, vnde non erat opus partis contradictione, & oppoſitione ob iuris reſiſtentiam. Menoch. in d. præſumpt. 46. num. 30.

Similiter non videtur obeſſe obiectum vltimum notoriæ nullitatis, quę deducebatur ex pluribus capitibus,
10 nempè. Primò, † quia non conſtaret in actis de auctoritate aſſerti Locumtenentis, qui ſententiauit. l. fin. C. ſi à non comp iud. l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iur. l. 2. ff. de pœn. latè Vant. de null. in rubr. ex defect. iuriſd. numer. 1. cum ſeq.

Secundò, cum in toto proceſſu non
11 reperiretur aliqua citatio † dicti Paſquini perſonalis, quæ requirebatur, ſecundùm Rot. Rom. in nou. deciſ. 28. Caputaq. deciſ. 117. num. 1. par. 1. & deciſ. 119. par. 3. Put. deciſ. 279. parte 2. Turr. conſ. 17. num. 18. vol. 1.

12 Tertiò, nam † citatio facta domi ſolitæ habitationis de dicto Paſquino fuit nulla, ex quo Nuncius non dixit in relatione, ſe feciſſe debitam perquiſitionem de reperiendo eum perſonaliter, latè Aſin. in prax. §. 6. c. 1. numer. 4. cum ſeq.

Quartò, quia licentia apprehendendi poſſeſſionem dictorum bonorum emanauit ab Epiſcopo Derthonẽ. non autem à iudice, qui ſententiam protulit, &, † quòd magis eſt, abſque 13
partis citatione. Gabr. de cit. concl. 1. numero 131. Aſin. in praxi §. 31. cap. 4.

Quintò, quia dictus Paſquinus eadem die, qua † fuit lata ſententia in 14
negocio principali appellauerat à pręceptis D. iudicis comminatoriis excommunicationis, & aliarum pœnarum. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 1 num. 45. & limit. 2. num. 23. cum ſeq.

Quandoquidem ſupradicta capita non videntur vera in facto, & aliqua non vera in iure. Et primum tollitur, cum verè in actis conſtet de auctoritate dicti Locumtenentis. Præterea, cum omnia ſint ſecuta in contumacia, Vel onus dicti Paſquini erat probare, illum non habere iuriſdictionem, Vel ſatis eſſet, † conſtare, illum 15
pro Locumtenente fuiſſe publicè habitum, & reputatum, ſecundùm Vant. de null. in rubr. fin. num. 35. & 37. cum ſeq Maſcar. de prob. vol. 2. concl. 945. num. 17.

Demúmque, cum Epiſcopus eſſet præſens in loco, ſufficit eius ſcientia, & patientia, vt latè, per Vant. in d. rub. fin. nu. 44. Maſcard. de prob. volum. 1. concl. 317. num. 10.

Secundùm tolli poſſe videtur ex eo, quòd † hodie de conſuetudine ſuf- 16
ficiat citatio facta domi ſolitæ habitationis, ſi, perſonaliter non potuiſſe reperiri, referat Nuncius. Aſin. in prax. §. 6. cap. 1. num. 1. cum ſeq. & num. 9. vbi teſtatur de magis communi opinione, & de generali conſuetudine teſtatur Benintend. deciſ. 57. vbi reddit rationem. Put. deciſ. 353. num. 3. cum ſequent. parte tertia. Veſtr. in prax. libro quinto. capit. decimotertio. numero vndecimo. cum ſequent. Vant. de null. in rubr.

ex defect.citat.num.87.90.& 93.Viu. deciſ.274.lib.2.Achil.de Graſſ.de do lo,& cõtum.deciſ.17. Cæſar de Graſſ. de ſent. & re iud.deciſ. 7.num.1. cum ſeq.Caputaq deciſ 11. num. 9 par. 1. Rot.Rom.in nou.de dolo & contum. deciſ.1.& in nouiſſim.deciſ.348.num. 1.par.1.deciſ.75.deciſ.260. numero 5. deciſ. 262.& deciſ 298. par. 3. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 8. num.4. vol.1.

Ad quod facit, nam cùm non potuerit dictus Paſquinus reperiri, cenſebatur latitare. l. Fulcinius. §. quid ſit. ff. ex quib. cau. in poſſ. Maſcar.d. concl.8.num.4.& concl.449. num.5. vol. 1.

Neque iuramento citati ad domum ſtandum eſt,quod non habuerit notitiam citationis, ſiue ſententiæ, cum habeat præſumptionem iuris contra ſe,ſecundùm Maſcard.de probat. vol. 1.concl.94.num.24.& concl. 291. nu. 10.cum ſeq.Iaſ. in §. ſed iſte. verſ. & pro iſta puto. Inſtit. de act. Quicquid dicat Ludou.Peruſ.deciſ. 26. num.21. par.prima, nam eius dictum verum eſt in tertio nõ citato,nõ aũt in parte.

Quinimò fuit doctum, talem eſſe ſtilum Curiæ Epiſcopalis Derthon. qui attendendus eſt,tàm in ordinatorijs, quam in deciſorijs. Crau. conſ. 201.nu.21.Guidop.deciſ. 198. num. 2. Vant.de nullit.in rub. ex defect.proceſ.num.86. & in rubr. ex defect. cit. num.80. & latè Menoch. de præſũpt. lib.2.præſ.8.num.14.cum ſeq.

Præterea adducebatur,dictum Paſquinum habuiſſe notitiam præceptorum intimatorum, prout colligitur ex illius comparitione, qua ſcientia ſtante, ſuppletur omnis defectus citationis.Rom.conſ.360.Rot.Rom.in nou. de dolo & contum.deciſ.11. Caputaq. deciſ.112.par.1.

Tertium faciliter tollitur. Primò, quod † hic non requireretur illa perquiſitio reperiendi perſonaliter, cum ſummarie procederetur ob cauſę qualitatem.Aſin.in praxi.in d.§.6. cap.2. verſ.quintò huiuſmodi citatio admittitur. Vant.de nullit.in d. rubr. ex defect.cit.num.93. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ.12.num.3.par.1. 17

Secundò,quod ſatis eſſet,Nuncium retuliſſe, ſe feciſſe prout habuit in mãdatis.Benintend.d. deciſ. 57. nu. 3.Put.d.deciſ.355.num.3. cum ſeq. vbi ampliat,licèt Aſin.in praxi. §. 9. cap. 6.nu.3. & c.7. num.1. & Vant. in d. rubr.ex defect.citat.num.96. teneant contra dictam ampliationem.

Et ſi replicaretur, dicta verba non legi in relatione Nuncij; Poſſet reſpondeti contineri ſub illa clauſula; & cętera:cum illa verba ſint ſolita apponi in qualibet relatione. Crau.cõſ. 34.num.5.Ioan.de Amic.conſ.34. nu. 9.latè Tiraq. de conſtitut. poſſ. par.3. lim. 31.

Præterea de ſtilo notorio illius Curiæ ſic ſolet fieri relatio per Nunciũ, & rogari per Actuarium.

Quartum diluitur.Primò quia † Epiſcopi, & Vicarij eſt idem conſiſtorium,& Tribunal. cap. Romana, de appell.in 6.cap.2. de conſuetud. in 6. Achil.de Graſſ. de off. Vicar. deciſ.3. nu.3.Sbroz. de off. Vic. lib. 2. q.17. num.2.& lib.3.quæſt.2.nu.3. quæſt. 6. num.11.& quæſt.29.num. 2. & faciunt dicta per eundem.d.lib.3. quæſt. 10. 18

Secundò, nam, cùm extaret res iudicata, poterat illa à quocumque iudice exequi.Surd. conſil. 204. num.1. & 8. vol. 1.

Tertiò, aſſerebatur in pręſenti caſu fuiſſe à iudice mandatum,executiuum iam conceſſum, ſed illud ſignatum fuiſſe poſtea ab Epiſcopo: vn-

de non erat neceſſaria alia citatio, ſecundùm Aſin. in prax. §. 31. cap. 4. lim. 2.

Vltimum tollitur, ex quo dicta appellatio à præcepto pœnali fuit interpoſita poſt latam ſententiam diffinitiuam, iuxta dicta per Lancell. in d. c. 12. lim. 6. num. 1. & lim. 50. num. 64. cum ſeq.

Quamobrem omninò firmandum videtur, diſcuſſionem huiuſmodi nullitatis reſeruandam eſſe poſt paritum iudicato, cum ſatis ſit, quòd probabili exceptione in dubium negocium reuocetur, ſecundùm Contard. in d. l. 1. limit. 7. nu. 58.

ARGVMENTVM.

Ad immittendum aliquem in poſſeſſionem beneficij per alium poſſeſſi, an requiratur citatio ipſius poſſidentis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula; vocatis vocandis; importat citationem.*

2 *Clauſula; ſi ita eſt, an importet cognitionem cauſæ, & citationem partis. Et num. 3. & 4.*

5 *Clauſula; ſi ita eſt; ineſt de iure in reſcriptis.*

6 *Clauſula verificata habetur pro non appoſita.*

7 *Citatio partis non requiritur, ſtante prouiſionis nullitate.*

8 *Citatio poſſeſſoris requiritur antequàm eyciatur de poſſeſſione. Et quando hoc verum ſit nu. 11.*

9 *Poſſeſſionis apprehenſio eſt nulla, ſi non eſt capitulariter tradita.*

10 *Poſſeſſio inſtrumentalis non ſuffragatur.*

12 *Collatio, & immiſſio in poſſeſſionem differunt.*

13 *Iudex poteſt reuocare ſuum actum nullum.*

RESOLVTIO LVIII.

FVIT apprimè controuerſum, An collatio vnius Canonicatus Eccleſię S. Marię Maioris Lumelli Papięſis Diœceſis vacantis olim per reſignationem Reu. Brambillæ, vel aſſecutionem alterius beneficij Curati facta per D. Vicarium Epiſcopalem vigore literarum Apoſtolicarum cuidam R. Domino de Beccarijs fuerit nulla, vnà cum poſſeſſione ſecuta, ex quo non fuit citatus Reu. Guidobonus prius prouiſus de eodem Canonicatu per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, & qui aſſerebat, ſe iam apprehendiſſe poſſeſſionem dicti Canonicatus pacificè.

Et quoad collationem ipſam, fuit dictum, fuiſſe validam, & ritè, ac legitimè factam, ex quo in dictis literis ad fauorem d. Reu. de Beccarijs exhibitis non aderat clauſula; † vocatis 1
vocandis; nec alia, quæ importaret citationem partis. Felin. in cap. fin. numer. 23. de præſumpt. Rot. Rom. in nou. de reſcript. deciſ. 30.

Et dum opponeretur, quod fuiſſet vocanda pars, cum in dictis literis eſſet appoſita clauſula † illa: ſi ita eſt 2
&c. quæ cauſæ cognitionem importare videtur, ſicut clauſula illa: ſi conſtiterit: ſecundũ Felin. in d. c. fin. n. 22.

Præſertim, † cũ pręfatæ literę Apo- 3
ſtolicæ eſſent in forma DIGNVM, & alter iã prouiſus diceretur eſſe in poſſeſſione dicti Canonicatus. Rot. Rõ. in nouiſſim. deciſ. 202. n. 1. par. prima.

Fuit

Fuit replicatum. Primò, veriorem, & receptiorem eſſe opinionem, di-
4 ctam † clauſulam; ſi eſt ita &c. non importare cauſæ cognitionem, nec requirere partis vocationem, vt in terminis voluerunt Lap alleg.60. nu. 1.cum ſeq.Pariſ.conſ.57.num.50.cum ſequentibus vol.4.Caſſan.conſ. 45.n. 34.cum ſeq.Achil.de Graſ.de fil preſbyt.deciſ.2.num.1 cum ſeq.Caputaq. deciſ 125.par. 1. Bellam. deciſ. 4. vbi declarat, id verum omninò eſſe in gratioſis,prout hic. deciſ. 16. & deciſ. 85.vbi ampliat, etiamſi parti fieret præiudicium.Felin.in c. ex parte.nu. 15. de reſcript.

5 Et ratio eſt, nam † clauſula; ſi ita eſt:ineſt de iure in reſcriptis. cap.2.de reſcript.Pariſ.conſ. 102. num. 12. vol. 4.Et propterea, non poſſe opponi de nullitate, firmant in puncto Felin. in d.c. final. num. 29. & in d. c. ex parte num.5.Azor.inſtit.mor.lib.5. cap. 24. quæſt.3. Rot. Rom. in nouiſſ.deciſ. 576. par. j.

Secundò fuit replicatum, narrata in dictis literis fuiſſe ante ipſam collationem plenè in actis verificata: Cæ-
6 terùm quando † clauſula appoſita in literis eſt plenè verificata, habetur pro non appoſita, ſecundùm Caualc. deciſ.22.num.7.cum ſeq. par.j. Quæ opinio non placebat, cum conditio importet formam, quæ ſemper habetur pro appoſita,Item negabatur, dictam clauſulam fuiſſe ſaltem legitimè verificatã,cum non fuerit pars citata.

Tertiò fuit replicatum,dictum Canonicatum eſſe vacantem, ex quo prouiſio dicti Reu. Guidoboni fuit irrita & nulla, cùm præbenda dicti Canonicatus ex forma ſtatutorum d. eccleſiæ eſſet ſacerdotalis, & ipſe non ageret niſi xix.annum, prout in puncto extat decretum Sac. Conc. Trid. de reform.ſeſſ.22. cap. 4. cui decreto, & ſtatutis non cenſetur derogaſſe Papam, ſecundùm dicta per Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.48.par.j.Mohe.de conceſſ.præben. deciſ.7. Lambert.de iurepatr.lib.2.par. j. quæſt.7. prin.art.27. num.8. Quod verum eſt, ſtante etiam clauſula: non obſtantibus &c.:ſecundùm Rot.Rom.in nou. de conſuetud.deciſ.5 num. 3. cum dicta clauſula: non obſtantibus: non tollat ſtatuta iurata,prout ſunt illa dictæ Eccleſię,Mandoſ.de ſign.grat. in rubr. derogationes ali. verſ. & quod derogatio. Et,ſtante † dicta prouiſione irrita, non videbatur requiri citationem partis.Innoc.in c. veniens.de teſt.Felin in d.c.fin. num.22. 7

Circa verò apprehenſionem poſſeſſionis factam de dictoCanonicatu per R.de Beccarijs, plurimum dubitabatur,An eſſet nulla,quandoquidem, cũ dictus Reu. Guidobonus † eſſet in poſſeſſione, veniebat omninò citandus, antequàm amoueretur, & eijceretur, prout in puncto firmarunt Felin.in d.c.fin.nu.24 & in c.qui alium. de ſim.Pariſ.conſ.49.nu.16. cum ſeq. vol.4.Card.Zabar. conſ. 75. Turret. conſ.9. nu.15.vol.2. Bellam. deciſ. 85. in fi.Caſſad.de ſequeſtr. poſſ. deciſ.4. num.2.Caputaq.deciſ.347.nu.2 par.2. Rot Rom.in nou.de re iud.deciſ.4. & in nouiſſ.deciſ.99.num. 4. deciſ. 202. num.2.deciſ.423.num.4 vbi dicit,aliter facientem eſſe intruſum, & deciſ. 802.par.1.Mohed.de reſtitut.ſpol.deciſ. 11. numero ſecundo cum ſequent. Achil.de Graſ. de appellat deciſ. 32. num.4.& ſuper reg. de triennal. deciſ.6.num 4.vbi firmat, quod executor teneretur aſſumere partes iudicis, cum ageretur de amouendo poſſeſſore,& ſic,pluries fuiſſe reſolutum à Sacro Rotæ Romanæ Auditorio, teſta- 8

tur Flam.Pariſ.de reſignat.benef.lib. 11.quæſt.10 num.15.cum ſeq. & num. 33.vbi ampliat.etiam ſi non adſit clauſula; vocatis vocandis; Vide Maſcard. de probat.vol 2. concl.1323. num.24. cum ſeq.Theſau.for.eccl.c.17.num.8. & c. o num.9.

Cæterùm ad fauorem d. Reu. de Beccariis allegabantur plura, & Primò,
9 † quòd apprehenſio poſſeſſionis facta per d. Guidobonum fuerit nulla, cum non fuerit capitulariter tradita, prout requirebatur, ſecundum Caſſad de cauſa poſſeſ.& propr.deciſ. 8.Rot.Rom.in nouiſſim.deci.79 par. 3.lib.2.deciſ.3. & deciſ.1156.par.3. lib. 3.Quinimò,& Præpoſitus, & Canonici dictæ Eccleſiæ contradixerunt omnimodò.

Secundò, quòd poſſeſſio præfati Guidoboni fuerit inſtrumentalis tantùm,cum nunquàm reſederit in choro,nec alia miniſteria fecerit in dicta Eccleſia, & tamen dictus Canonicatus requirit reſidentiam perſonalem;
10 Et propterea † nullatenus poteſt eidem dicta poſſeſſio ſuffragari. Achil. de Graſſ ſuper reg.de publ.deciſ.1.numero 2.Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ. 324.num.2 vbi declarat deciſ.363. nu. 1.deciſ.390.nu 2 deciſ.802. nu.5 par. 1.deciſ.62. & deciſ.240. num.6.par.2. Caputaq.deciſ.333. & deciſ.3 4 par.2. deciſ.173.par.3.

Tertiò, quia, cum ex iam dictis videretur,
11 † nullam competere defenſionem dicto R.Guidobono,non erat neceſſaria citatio. Creſcent. de offic. deleg.conſ.3 num.4.& ſic potuit ſpoliari,ſecundùm Lancel.de attent.par. 2.c.4.decl. 4.nume.17.Grat.conſ.76. num.15.vol.2.

Duo tandem pro complemento digna animaduerſione proponuntur.

Primò quòd nō bene poteſt inferri de collatione ad immiſſionem in poſſeſſionem, itaut validitas, vel nullitas vnius obſit alteri; Nam † ſupradicta 12
differunt inter ſe, & ſunt omninò ſeparata,ſecundum Rom.conſ.337. numero 1.cum ſeq.& Rot.Rom.in nou. de conceſſ.præbend deciſ.16 numer. 1. Quod præſertim verum dicitur eſſe in iſtis partibus,in quibus immiſſio fieri ſolet per Oeconomum Apoſtolicum,& Regium,vt patet.

Secundò,quòd ipſemet D.Vicarius †poſſet reuocare dictam immiſſio- 13
nem,vti factam,dicto Guidobono nō citato,vt per Lancell. de attent.par.3. cap.25.num.45.cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum vxori, quòd hæres ſoluat certum quid annuatim, donec integras dotes non ſoluerit.an ſapiat vſurariam prauitatem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum purum ſimpliciter debetur.*
2 *Legatum quando dicatur factum ſub contraria conditione.*
3 *Legatum quando dicatur vſurariū, ſi eſt relictum in caſu retardatæ ſolutionis.Et num 9.*
4 *Vſuræ quando debeantur pro intereſſe dotis non ſolutæ.Et num.7.*
5 *Vſuram non committit, qui liberali animo oblatum recipit.*
6 *In voluntate coacta nō cadit vſura.*
8 *Vſura non poteſt legari.*
10 *Tranſactioni iuratæ ſtandum eſt.*
11 *Hæreditatis appellatione an veniant bona fideicommiſſo ſubiecta.*

RESO-

RESOLVTIO LIX.

FVit per D.Aurelianum Beccariam relictum legatum libr. 5000. Comitiſſæ Gridoniæ eius vxori quolibet anno cum in raſcripta conditione, videlicèt, [*Et in caſo vogli la ſua dote, & le ſia data, ceſſi il legato &c.*] & cum dos fuiſſet ab hęrede reſtituta licèt non petita à dicta Comitiſſa, cũ pacto tamen, quod hæres teneretur ſoluere libras bis mille eidẽ, donec viueret, & vitam vidualem ſeruaret.

Fuit dubitatum. Primò, An dictum legatum eſſet vſurarium.

Secundò, An hęres teneretur ſaltẽ ad dictam ſolutionem librarum bis mille iuxta conuentionem.

Pro veriori reſolutione primi dubij ſupponendum eſt.

Primò, dictum legatum fuiſſe pu-
1 rum, vnde † ſimpliciter deberi. l. legatum la 2. ff. de leg. 2. nec illa verba [*i caſo vogli la ſua dote &c.*] obſtant, cum reſpiciant perſonam legatar. j. l. 2. ff. de in diem adiect.

2 Secundò, illud dici † relictum ſub contraria conditione, nempè, ſi non petatur dos., ex quo adimitur ſub ea conditione [*in caſo vogli &c.*] l. ſi legatum purè. l. legata. ff. de adim. leg. Bart. in l. 1. num. 10. ff. de condit. & demonſt. Crau. conſ. 202. num. 26. Cœph. conſil. 52. num. 6. vol. 1. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 5. num. 13.

In dicto primo dubio dicebatur, dictum legatum pecuniarum eſſe vſurarium ex pluribus.

3 Primò, nam † vbicumque quantitas eſt ſoluenda per dinumerationem temporum pro retardata ſolutione capitalis dicitur vſura, vt poſt alios dicit Anch. conſ. 93. nu. 3 quem refert Surd. conſ. 23. num. 1.

Secundò quia pecunia dotalis videtur breui manu data hęredi, & ſic mutuata. arg. l. 3. §. ſciendum, & l. mulier. ff. de donat. inter vir. & vx.

Tertiò, hanc enim opinionem tenuerunt Anchar. d. conſ. 93. num. 3. Socin iun. conſ 56. num. 1. cum ſeq. vol 3 Abb. conſ. 39. nu. 6. par. 2. Menoch. conſ. 441. num. 26. & plures alios Doctores cumulat Surd. in d. cõſ. 23 nu. 1. & Put. deciſ. 70. par. prima.

Cæterùm pro altera opinione, quã firmarunt Surd. in d. conſ. 23. num 4. cum ſeq & alij relati per Put. in d. deciſ. 70. allegabatur.

Primò recepta illa concluſio, quod † pro intereſſe dotis non ſolutæ debeantur de iure vſuræ l. curabit. C. de act. empt. l j. §. exactio. C. de rei vx. act. facit c. ſalubriter. de vſur. quamuis de iure Canonico videatur deciſum contrarium. Abb. d. conſ. 39. nu. 6. latè. Menoch. de præſumpt. lib. 3 pręſ 25. 4

Secundò, quia videtur teſtator legaſſe dictas libras per modum pœnæ contra hęredem non ſoluentem. l. 1. C de his quæ pæn. nom. §. fin. inſtit. de leg. licèt in dubio præſumatur potius conditio. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 175. nu. 18.

Tertiò, nam legatum eſt donatio, vſuram † autem non committit, qui liberali animo oblatũ recipit. c. ſicut Epiſcopũ 1 q 2. Surd. in d. cõſ. 23. n. 4. 5

Et ad primum fundamentum primæ opinionis reſpondebatur, nõ poſſe hic conſiderari vſuram; Tum quia temporis dilatio non prouenit à voluntate legatarij, ſed à teſtatore. Surd. d. conſ. 23. num. 10. prout etiam illa annua legati ſolutio ſponte prouenit ab eodem teſtatore. Surd. d. num. 10. Tum quia dicta Comitiſſa

dici poteſt coacta differre executionem dotis, ex quo aliàs priuabatur opulento legato, & excedente fructus
6 dotis, ſed † in voluntate coacta nõ cadit vſura. Caſtr. in l. ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert. pet. Surd. d. conſ. 23. num.7.& 8.

Ad ſecundùm reſpondebatur, non poſſe attendi dictam fictionem: Tum quia in ſimilibus attenditur veritas, faciunt dicta per Surd.d.conſ.23.num. 7. Tum quia dos verè fuit numerata teſtatori, faciunt dicta per eundem Surd.in d.conſ.23.num.4.

Tenentes verò primam opinionem reſpondebãt, primum fundamentum
7 ſecundæ opinionis procedere † in viro, cui, cum ſuſtineat onera matrimonij, debentur vſuræ, vt intereſſe, non autem in vxore, cum, morte viri, ceſſent dicta onera, & forſan nomen dotis in præſenti caſu.l.3.ff.de fundo dotali.Iaſ. in rubr. ff. ſol. matr. numero decimo.Rip.num.70.cum ſeq.Anch. in d.conſ.93.nu.3.

Ad ſecundùm reſpondebatur negando, dictum legatum eſſe pœnam, cum retardatio ſolutionis dotis pendeat hìc à voluntate dictę Comitiſſæ, vt infra dicetur. Item poteſt dici, dictam pœnam fuiſſe adiectam in fraudem vſurarum.

8 Ad tertium reſpondebatur, neque † legari poſſe vſuram.l.3.§. fin. de ann. leg. Præterea, licèt ex parte teſtatoris eſſet donatio, tamen ex parte Comitiſſæ differentis petere dotem eſſet vſura. cap. conſuluit. & ibi Doct. de vſur.

In hac difficultate anceps iamdiù fui, in quam opinionem inclinarem, & tandem videbatur in caſu propoſito, veriorem eſſe ſententiam, vt dictum legatum non eſſet vſurarium.

Primò, quia non videbatur eſſe in poteſtate dictæ Comitiſſæ recuperare dotem, ex quo in caſu repetitionis priuabatur legato. facit l. nepos Proculo.ff.de verb.ſign.& dicta per Surd. in d.conſ.23.num.8. quando † autem 9
non eſt in facultate legatarij recuperare capitale, tenet legatũ, ſecundùm Didac.var.reſol.lib.3.cap.1.nu.9. quẽ refert, & ſequitur Surd.d.conſ. 23.nu. 13.Soc.ſen.in l.2.num.1.C. de his, quæ pęn.nom. Accedit, nam ceſſat hic etiam mora hæredis, cum in eius poteſtate non ſit ſoluere dotem, & ſe à legato liberare.

Secundò, nam non videtur legatum factum contemplatione dotis, cum id longè tranſcendat intereſſe illius: Quod ſuadetur, dum teſtator dixit, in dicto legato computanda etiam eſſe alimenta ipſius vxoris.

In ſecundò dicebatur, hæredem teneri, & cogi poſſe ad ſolutionem dictarum librarum bis mille, ſtante † 10
tranſactione iurata, cui ſtandum eſt. cap.3.de tranſact. Affl.deciſ.120. num. 3.etiamſi legatum fuiſſet nullum. faciunt dicta per Afflic. deciſ. 112. num. 2. cum ſeq. & per Surd. deciſ. 176. num.3. vbi firmat, ſuſtineri debere ſaltem in vim pacti.

Quod confirmabatur, cum dicta tranſactio fuerit ratificata per ſolutionem, vnde tollitur omnis nullitas, ſecundùm Archid. in c. quid agendum.de procur.in 6. & Afflict. in d. deciſ.120.num.20.

Et dum obijceretur, tranſactionem fuiſſe conditionalem, cum fuerit concepta cum conditione illa, videlicet, [vbi Congregatio immiſſa fuiſſet in poſſeſſionem hæreditatis] vnde, pendente euentu conditionis, res debet remanere in ſuſpenſo. l. demonſtratio, §.quòd autem.ff.de condit. & demonſtr. l. pecuniam. ff. ſi cert. pet.

Franc.

Franc.Becc.conſ.74 num.13.& 18.

Fuit reſponſum, Primò, dicta verba non facere tranſactionem conditionalem.

Secundò, Congregationem fuiſſe adeptam poſſeſſionem hæreditatis,
11 † cuius appellatione non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta.l.ſi Titius. ff.de leg.3. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.6.num.2.Marz.de fideic. quæſt.4.

Tertiò, dictam Congregationem non eſſe audiendam, niſi facta prius ſolutione dicti legati.ſecundùm dicta per Afflict.d.deciſ.170.num.4.obtentaq; abſolutione à iuramentis, vt per eundem Affl.ibidem.

ARGVMENTVM.

An fœminæ ſuccedant in iurepatronatus.

Item, An iuſpatronatus tranſeat in fideicommiſſarium.

Item, An ex vnica præſentatione acquiratur poſſeſſio, ſeu quaſi præſentandi.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ quando ſuccedant in iurepatronatus. Et num. 2.3.& 4.*

5 *Verba narratiua non probant. Et quando num.11.*

6 *Ad iuſpatronatus familiare requiritur, vt probetur eſſe de familia.*

7 *Excluſus ſemel ſemper remanet excluſus.*

8 *Liti renunciatur per tranſactionem.*

9 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſum vniuerſale. Et num.19.*

10 *Geminatâ confeſſio magis probat voluntatem.*

12 *Deſcendentis appellatione veniunt omnes poſteri vſque in infinitum.*

13 *Iuſpatronatus tranſit cum Vniuerſitate bonorum. Et cum parte. num. 15.& 16.*

14 *Tranſactio eſt alienatio.*

17 *Reſeruatio conſeruat ius.*

18 *Sententia lata ob non probationes nunquam tranſit in iudicatum.*

20 *Quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus an acquiratur ex vnica præſentatione.*

21 *Ceſsio iurium habetur pro traditione in incorporalibus.*

22 *Poſſeſsio vera transfertur ex conſtituto.*

23 *Iurepatronatus dato, datur ius præſentandi.*

24 *Concurrentibus pluribus præſentatis, quis veniat præferendus.*

RESOLVTIO LX.

VACANTE capella Sanctæ Luciæ ob priuationem Capellani, fuerunt ad eam duo præſentati, nempe R.Martinettus à Domina Monicha de Strata, & R.Coſta à D.Chriſtophoro de Strata, & inter præfatos præſentatos exorta lite, omnis difficultas illius reducebatur ad tria principaliter.

Primò, An dictæ Monicæ competeret iuſpatronatus in dicta capella.

Secundò, An cōpeteret dicto Chriſtophoro.

Tertiò, quis eorum foueret potiora iura in poſſeſſorio, ſuper quo ſolùm pronunciari inſtabat dicta Monicha.

In primò allegabatur per dictum
Chriſtophorum, quòd licèt † de iure 1
fœminæ ſuccedant in iurepatronatus. c.quoniam. & c. nobis de iurepatron. c.fin.de conceſſ. præb. Abb.in c.1.nu.

3.de iurepatron.Roch.de Curte.de iurepatr.in ver.competens.num. 1. cum ſeq. Pariſ. conſil. 48.numer.5.volum. 4.Claud.Tut.de iurepatron.quęſtion. 3.numer. 8.cum ſeq. Quod pręſertim
2 verum eſt hic, cum † in fundatione dictę Capellę fiat reſeruatio iuriſpatronatus hęredibus, & eorum deſcendentibus, quorum appellatione veniunt fœminę. Dec. conſ.395. num.6. Pariſ. conſ. 88. num. 12. par.2.Gabr. de verb.ſignif.concl.6.num.40. Menôch. de pręſumpt.lib.4.pręſumpt.91. numer.2.cum ſeq. Magon. Lucen.deciſ. 7. numer. 4. cum ſequ. vbi ampl. etiamſi adiiciatur verbum maſculinitatis.

Nihilominus ex pluribus dicebatur, non ſucceſſiſſe in hoc iurepatronatus dictam Monicham.

Primò, cùm eſſet copulata matrimonio. Turret.conſ. 82. numero 7.volumine 1.

3 Secundò, † cum Papię vigeat ſtatutum excluſiuum fœminarum. Mantic.de coniectur. vlt. volunt. lib.2.tit. 3.num.3. Turret.d.conſ.82.num.9.Pariſ.conſ. 48. num.16. vol.4. Surd.deciſ. 66.numer.2.& deciſ.84.num.9.Gabr. d.concl.6.numer.78.Rimin.iun.conſ. 732.numer.13.volum.6.Claud. Tut.de iurep. quęſtione 13. numero 1.Magon. Lucen. deciſ. 7. numero 14.cum ſeq.

4 Tertiò, † etenim in inſtrumento fundationis dictę Capellę leguntur hęc verba, videlicet, [cum hoc tamē quòd ipſi Franciſchinus,& fratres, ac eorum deſcendentes maſculi legitimi,& naturales,& de legitimo matrimonio procreati ſemper & perpetuò ſint,& eſſe debeant patroni dictę Capellę.] ſtante autem mentione maſculorum, excluduntur omninò fœminę, ſecundùm Menoch.in d.pręſump.91.n. 5.& Pariſ.in d.conſ.48.

Quę † verba, licèt ſint in narratiua, 5
non autem in diſpoſitiua, vnde non viderentur attendenda. Bald. in l. ad probationem. numer.7.C.locat.Alex. conſ.21.num.4. & conſ. 136. numer.2. volum.1.Dec.conſ.348.colum.fin.Tamen dicebatur, ſatisfacere ad cauſam. Tum quia pręcedentia verba declarant ſubſequentia l.ſi ſeruum. §.fin. ff.de leg.1. Soc. ſen. conſ. 47. num.5. volum.1. Tum quia conceſſio ſemper intelligitur ſecundùm ſupplicata.cap. inter dilectos, de fide inſtrum. Becc. conſ.21.num.2.Menoch.de pręſumpt. lib.2. pręſumpt.29.numer. 8. Tum demùm quia dictum verbum, maſculis, cenſetur repetitum in ſubſequenti oratione, tàm fauore agnationis, quàm Eccleſię, cuius intereſt patronos non multiplicari.Borel.conſ.25.numer.36. Rim.iun.conſ. 59. numer. 55.volum.1. Menoch.conſi.95.num.83 vol.1.& vtilius eſt vnum potiùs habere patronum, quàm plures, cum, quòd commune eſt, ſoleat negligi. Lamb.de iurepatr.lib.1.par.2.quęſt.2.princ.art.37. num.2.

Cęterùm ſuper hoc non fuit facta aliqua reſolutio; Tum quia dicta Monicha dicebat ſe eſſe in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica pręſentandi, vnde erat manutenenda,&, ſi aliud pretenderetur, agendum eſſet via iuris in petitorio iudicio; Tum quia replicabat, in omni caſu, maſculis deficientibus, fœminam ſuccedere.

In ſecundo plura deducebantur per dictam Monicham ad excludendum dictum Chriſtophorum à dicto iurepatronatus.

Primò, quòd non probauerit dictus Chriſtophorus, nec vnquam
probare poterit, ipſum † eſſe de ve- 6
ra familia, & ſtipite Dominorum de

de Strata fundatorum dictę Capellę, prout tenebatur. vulg. l. loci. §. comperiit. ff. ſi ſeruit. vend. l.prima. ff.de probat. Surd. conſil. quinto. numero 15. Pariſ. conſil. 23. numero 233. volum.1.

Secundò, quia dictus Chriſtophorus aliàs oppoſuit alteri pręſentationi factę de alio Capellano per dictam Monicham, & in lite ſuccubuit, vnde non poteſt amplius in
7 hoc audiri, cum † ſemel excluſus ſemper remaneat excluſus. Pariſ. conſ.22. numer.15.volum.1.& conſ. 48. nu.14. vol.4.

Tertiò, quandoquidem D. Chri-
8 ſtophorus † in tranſactione bonorum inita cum dicta Monicha renunciauit cuicumque liti, & iuri ſibi quomodolibet competenti. Doctor. in leg.poſtquam liti. Ç. de pact. Natt. conſ. 113. Honded. conſil. quadrageſimo nono. Mohed.de tranſ. deciſione tertia.

Quartò, ſuppoſito d. Chriſtophorum eſſe fideicommiſſarium vniuerſalem, adhuc tamen non eſſe
9 audiendum proponebatur, cum † iuſpatronatus non tranſeat in fideicommiſſarium vniuerſalem, reſtituto etiam fideicommiſſo. Roch. de Curt.in tractat. de iurepatron. in rubric. numero vigeſimoprimo. Lambert. de iurepatronat. libro primo. parte ſecunda.queſtione ſecunda.prin. art.35. Coſta in cap.ſi pater. parte ſecunda. verſ. Trebellianicę. numero quarto.de teſtam.in 6. Decian. conſilio 107. numero nono.volumine tertio. Couarruu. variar. reſolutionum. libro ſecundo. capite decimo octauo. num.8.

Cęterùm fuit reſolutum ex pluribus, dicto Chriſtophoro competere iuſpatronatus ad dictam Capellam.

Primò, quia conſtitit ex actis, ipſum eſſe ex deſcendentibus maſculis Dominorum fundatorum de Strata; Tam ex inſtrumento exhibito procuræ factę per quon. Nicolaum de Strata patrem dictę Monicę in perſonam dicti Chriſtophori de anno 1581. die 30.Martij, in quo leguntur hęc verba, [Nicolaus conſtituit, & creauit &c. dictum Chriſtophorum eiuſdem conſtituentis proximiorem, & ad quem bona fideicommiſſo ſuppoſita per D. Mathęum ſpectare poſt eius deceſſum immediatè dictus Nicolaus dicit, & proteſtatur,] & eadem verba repetiit dictus Nicolaus in confeſſione facta de anno 1581.die 23.Ianuarij, & in alia de anno 1584. die 22.Auguſti. Ex qua †geminata confeſſione inducitur ma- 10
gis veritas. vulg. l. baliſta. ff. ad Trebell.Dec.conſilio primo.numero ſexto.Rol.conſilio quinto.numero vigeſimo primo.lib.1.Surd. conſilio decimonono. numero 54. Turret. conſ. vigeſimoſecundo. numero 34.lib. primo. Pręſertim cum fuerint prolata dicta verba in diuerſis inſtrumentis. Menoch. de pręſumpt. lib. 2.præſumpt.21.num.12.

Quam ex inſtrumento exhibito tranſactionis inito inter dictas partes, in quo dicitur dictum Chriſtophorũ eſſe de vera familia de Strata, prout ſuper hoc iam obtinuerat etiam fauorabilem ſententiam. Quę verba tranſa-
ctionis, licèt † ſint enunciatiua, tamen 11
probant inter eaſdẽ partes. Crau.conſ. 29.latè Maſcard. de probat. concl.621. num. 28. vol.2. vel ſaltem transferunt onus probandi contrarium in dictam Monicham. Maſcard. in dict. concl.
621.numero 34. Deſcendentium † au- 12
tem appellatione veniunt omnes poſteri vſque in infinitum. Pariſ.conſil.

20.num. ij. vol.1.& conſ.87.num.24. vol. 2. Quinimò deſcendens maſculus nominatus ſuccedit, etiam ſi non ſit hæres, ſecundùm Pariſ. conſ.72.num. 4.vol.4.

Secundò, quia ſaltem competebat dicto Chriſtophoro iuſpatronatus vigore dictæ tranſactionis, cùm in ea per dictam Monicham relaxetur dicto Chriſtophoro medietas bonorum fideicommiſſo ſubiectorum cum omnimoda ceſſione iurium &c. & iuſpatronatus conſiſtens in vniuerſitate bonorum tranſit, bonis venditis, permutatis, donatis, vel aliter alienatis, in acquiſitorem abſque Epiſcopi approbatione, nulla etiam facta iuriſpatronatus mentione, prout eſt text. clarus in c.ex literis, & ibi Doct. de iurepatr. & firmant gloſſ. communiter approbata in c.cum ſeculum de iurepatr. Abb. conſil. 54. num.4 part.4. Nauar. de rerum permut.conſil.1.lib.3. Card. conſil. 122. numer. 1. Rim. iun.conſ. 728.num.26 vol.6. Lamb.de iurepatr. lib.1.par.2.art.1.in fine, & art. 2. in fine.quæſt.5. princ. Achil. de Graſſ. de iurepatron.deciſ.9.num.2.& deciſ.10. Couar. var. reſolut. lib.2 cap.18.nu.8. Caualcan.deciſ.31.numer. 16.cum ſequent.par.5.

14 Tranſactio ✝ autem eſt alienatio. l.1.§.vtrum autem. ff. ſi quid in fraud. patron.Doct.in l.1.C ſi aduer. tranſact.Alexand. conſil. 129. num.2 vol.1. Decian.conſil.54.num. 61. vol. 2.Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. in rubr. Quæ veniant appellat. alien. quæſtion. 2. cap.1. incip. iſtis paucis. numero primo, imò dicitur ſpecies venditionis, etſi fiat ſuper lite, l. 1. & l.litis. ff. pro empt. Angel.conſilio 230.

Quod corroboratur, nam in dicta tranſactione ceſſit dicta Monicha omnia, & quæcumque iura &c. & ſub ceſſione iurium venire indubitanter iuſpatronatus, firmauit Crot. in d. c. ex literis. num.31.

Et quamuis fuerit relaxata medietas, non autem vniuerſitas bonorum, tamen adhuc dicebatur fuiſſe tranſlatum iuſpatronatus.

Tum quia ✝ iuſpatronatus tranſit 15
per alienationem, etiam partis bonorum. Card. conſil. 84. Couar. d.lib.2. var.reſolut.cap.18.num. 8. Lamber.d. lib.1.par. 2. quæſt. 5. princ. art.16.Nauar.de rer.permut.lib.3.conſ.1.num.1. cum mentio medietatis bonorum faciat vniuerſitatem. l. bonorum. ff. de verb.ſign. Bart. in l.ſi mercedem.§.1. ff. de act. emp. Abb. in d. c. ex literis. num.12.Crot.numero 32. Tum quia ad tranſactionem fuit deuentum occaſione præambuli fideicommiſſi vniuerſalis, quod competere dicto Chriſtophoro fuit declaratum per ſententiam inſertam in dictæ tranſactionis inſtrumento, & in executione dictæ tranſactionis fuerunt diuiſa bona, at-
que ✝ in diuiſione bonorum titulo v- 16
niuerſali petitorum, & adiudicatorum venire iuſpatronatus, voluit expreſſè Lamb.d.lib.1.par.2.q.2.prin. art.36.& art.37.

Et primum obiectum partis fuit ex iam dictis plenè ſublatum.

Secundum verò tollebatur; Tum quia dictus Chriſtophorus fuit excluſus per ſententiam Vicarij, ſub conditione, nempe, reſeruato iure in pe-
titorio, ex qua ✝ reſeruatione ſemper 17
fuit ſaluum ius ei competens. Pariſ. conſ.103.num. 2. volu.3 Soc.ſen.conſ. 287.numer.2.Becc.conſ. 74. numero 16. Turret. conſ. 79.numer.21.vol.1. Surd.deciſ.163.num. 17. Eò maximè, quòd præſentatus tunc à dicto Chriſtophoro non fuit inſtitutus, quia

✝ non

18 † non probauit probanda, vnde ſententia non potuit tranſire in iudicatum. Doct. in l.1. C.de ord.cog. Gabr. de except. concl. 2. numero 14. Contard.in l.1.lim. 2. §.6.numer.4. C.ſi de nom. poſſ. Tum quia poteſt dici, ſuperueniſſe ius dicto Chriſtophoro vigore dictæ tranſactionis, etiam ex cauſa de præterito, quo caſu venit audiendus. Bald in l.per hãc col.3.C.de temp. appell. Gabr. de iud.concl.2.numer.4. & 10.

Tertium tollebatur. Nam ceſſio iurium fuit reciproca, vnde vtrique fuit acquiſitum, & præiudicatum vniformiter, iuxta dicta per Turret. conſil.31.num.41.vol.1.

Vltimum tollebatur. Primò, nam
19 † Doctor. allegati loquũtur in iurepatronatus eccleſiaſtico; hic autem agitur de laicali conceſſo familiæ, & agnationi. Cioff. conſ. 18. numer. 4. lib.1.

Verùm hæc reſponſio non videtur poſſe ſuſtineri de iure.

Secundò, quia verior, & tutior eſt ſententia, iuſpatronatus tranſire etiam ad fideicommiſſarium vniuerſalem, ſecundùm Crot. in cap. 1. numero 13. de iurepatron. Phanuc. de inuent. par. 6. numero 64. vbi latè diſputat, & videtur teſtari, ſic Romæ fuiſſe iudicatum.

Verùm nec hæc reſponſio, vtì contra magis communem opinionem placuit.

Tertiò, id verũ eſſe dicebatur, quando hæres grauatus reſtituere eſt capax iuriſpatronatus, ſecus ſi eſt incapax: prout eſt dicta Monicha, quia (cùm in fundatione vocentur deſcendẽtes maſculi, & ſic agnati) ipſa Monicha ſtantibus agnatis, habetur pro extranea. Card.conſ.48. Pariſ. conſ.48.n.6. vol. 4. Gabr.conſ.196.vol.2.

Quod confirmatur, nam, non extante hærede directo, iuſpatronatus tranſit ad fideicommiſſarium. Alba. conſ. 488.num.6.& 9.cum ſeq.

In vltimò, licèt diceretur ex parte d.Monicæ, ipſam eſſe † in quaſi poſ- 20
ſeſſione præſentandi, ex quo præſentauit vltimum Rectorem, qui fuit inſtitutus, non obſtante oppoſitione dicti Chriſtophori. c. conſultationibus de iurepatr. Lamb. de iurepatr.part.1. libr.2.quæſtion.3.art.6. & lib.3.quæſt. 7.art. 7. Put. deciſ. 192 par.1. Creſc.de iurepatr. deciſ. 2. & ſucceſſiuè ab ipſa præſentatum eſſe præferendum alteri præſentato à dicto Chriſtophoro, etiãſi ipſe eſſet verus Dominus, & Patronus. Crau. conſ.322. num. 5. Mandoſ. conſ.41.num. 4. Federic. de Sen.conſ. 234. col.penult. Caualc.deciſ. 22 par.2. Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ. 802.par. 3. lib.3. Flam. Pariſ. de reſignat.benef. lib.7.queſtion.29.numer.8.Rot.Rom. de reſcript.deciſ.49.in antiq. Maſcard. de probat.vol.1.concl. 173. nu. 6.cum ſequent.

Tamen fuit reſolutum ad fauorem preſentati per dictum Chriſtophorum, ex quo per dictam tranſactionem fuerat tranſlatum in dictum Chriſtophorum non ſolùm iuſpatronatus, ſed etiam poſſeſſio, vel quaſi preſentandi pro ſua parte, tam ob clauſulam ceſſionis † iurium, que in incorporali- 21
bus loco traditionis habetur. Menoch. de retin.poſſ.rem.3.numer.260. quàm ob clauſulam conſtituti, quod transfert omnem poſſeſſionem, vel quaſi. Doct. in l. quod meo. ff. de acq. poſſ. Benint. deciſ. 48. numero 2. Tiraq.de conſt. poſſ. par. 1. numero 2.& par.2. ampl.34. Non. conſ. 56.nu.17. Turret. conſil.46.numero 24.vol.1. Surd.conſil.73.numero 44. Menoch.de adipiſc. poſſ.rem.5.num.36. Et licèt † actus cõ- 22

ſtituti ſit factus, transfertur tamen ex eo vera poſſeſſio. Socin. ſen. in l. 1. §. per ſeruum numero 16. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. generaliter. numero 3. ff. eodem. Soc. iun. in d. l. 1. numero 16. Tiraq. de conſtit. poſſ. par. 2. ampl. 1. n. 2. cum ſeq.

Et dùm obiiceretur, per dictam relaxationem medietatis bonorum fuiſſe tranſlatum iuſpatronatus, non autem ius præſentandi, & vnum ſine altero ſtare poſſe. Gig. conſ. 48. num. 37. & conſ. 49. num. 10. Caualc. d. deciſ. 22. num. 18.

Fuit reſponſum, quòd cùm per dictam relaxationem bonorum ſit tranſlata etiam poſſeſſio in dictum Chri-
23 ſtophorum, dato † iurepatronatus, datur etiam ius præſentandi, vt per Abb. conſ. 54. numer. 2. part. 1. Crot. in c. ex literis num. 7. de iurepat. Put. deciſ. 193. par. 1.

Et fundamentum dictæ Monicæ tollebatur ex eo, quòd pro eius quaſi poſſeſſione non concurrerent omnia requiſita cumulata per Cald. conſilio 12. de iurepatronat. quem ſequitur Rot. Roman. vt per Caputaq. deciſione 338. & deciſione 418. parte 2. & Rot. Roman. in nouiſſim. deciſione 680. & deciſione 694. part. 3. libr. 3. Caſſad. de cauſſ. poſſ. & propr. deciſione 7. numero 1. cum ſequ. Gig. conſil. 168. numero 3.

Præterea ambigendum non eſt, vtrumque ex prædictis, ob dictam tranſactionem, & ceſſionem, eſſe in pari poſſeſſione, ſeu quaſi dicti iuriſpatro-
24 natus, & in paritate veniebat † præferendus præſentatus à dicto Chriſtophoro. Tam attenta perſona ipſius Chriſtophori habentis poſſeſſionem, magis coloratam. Bart. in l. ſi duo. ff. vti poſſid. Couarruu. pract. quæſtion. cap. 1. Theſaur. deciſione 206. numero 15. Eugen. conſilio 32. numero 29. Menoch. de retinen. poſſeſſ. rem. 3. numero 5. & 334. & vti maſculi de dicta familia. faciunt dicta per Lamb. de iurepatronat. libr. 2. part. 3. quæſt. 5. princ. art. 19. numero 7. Quàm attenta perſona præſentati, qui viſus fuit magis idoneus. Lamb. in d. quæſt. 5. princ. art. 5. 5. & 19.

ARGVMENTVM.

Emphyteota ob non ſolutionem Canonis cadit à iure ſuo. Et quando purgatio moræ eum non excuſet.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas non incurritur ob non ſolutionem Canonis, ſeu ficti in contractu cenſuario. Et quando num. 12. & 13.*

2 *Emphyteuta quando excuſetur à caducitate ob non ſolutionem Canonis. Et num. 16.*

3 *Mora quando purgetur ex depoſitione Canonis. Et num. 17. 18. 19. 20. & 23.*

4 *Caducitas incurritur ob non ſolutionem Canonis per emphyteotam.*

5 *Contractus talis indicatur, qualis ex verborum facie apparet.*

6 *Geminatio magis operatur.*

7 *Emphyteoticus contractus ex quibus præſumatur. Et numer. 8. 9. 10. & 11.*

14 *Iuſtè poſſidet, qui auctore Pretore poſſidet.*

15 *Deſertio appellationis quid operetur.*

21 *Moræ purgatio eſt in arbitrio iudicis, & quomodo. num. 22.*

24 Ex

24 *Ex actu nullo nullus reſultat effectus.*

RESOLVTIO LXI.

IN cauſa caducitatis bonorum Eccleſiaſticorum vertentis inter D. Ioannem Paulum Coſtam Capellanum Capellæ Sanctæ Luciæ conſtructæ in Eccleſia Maiori Papiæ ex vna, & Ioannem Baptiſtam Drochum ex altera, Fuit dubitatum. Primò, An dictus Capellanus eſſet in caſu obtinendi ſentẽtiam fauorabilem ex capite Canonis non ſoluti per tot annos.

Et pro parte negatiua adducebatur.
1 Primò, dicta bona † eſſe liuellaria, non autem emphyteotica, vnde non potuiſſe agi ad incurſum caducitatis ob canonem non ſolutum per biennium, vel triennium. Andr. in c. 1. §. 1. col. 5. de controuerſ. inter dom. empt. Capic. deciſ. 196. num. 2. Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumpt. 106. numero 16. vbi ampliat, etiamſi per mille annos cenſuarius ceſſaſſet ſoluere, & Natt. conſilio 3. numero 2. cum ſequent.

Secundò, quia non dabatur verus Capellanus dictæ Capellæ, cui ſolui potuerit dictus Canon, ex quo lis adhuc pendet ſuper dicta Capella inter d. Reu. Coſtam, & Reu. Martinengum
2 alterum præſentatum, † vnde videtur excuſandus dictus Drochus à dicto incurſu. l. ſi fundum. §. Marcellus. ff. de leg. commiſſ. Gig. de penſ. quæſtion. 77. numer. 19. Præſertim quod omnis cauſa etiã iniuſta excuſat à dolo & pœna. gloſſ. in l. plagis. C. ad leg. Iul. de plag. Bald. in l. 1. C. vbi cau. ſtat. Gig. de penſ. q. 75. num. 2.

Tertiò, nam in omni caſu fuit † mora purgata per realem depoſitionem Canonum decurſorum. c. potuit de locat. Iaſ. in l. ſi inſulam numero 14. ff. de verbor. obligat. Theſaur. deciſione 212 numero 5. Præſertim cum nulla tunc eſſet facta executio, ſecundùm Gabr. conſ. 66. numero 45. cum ſeq. vol. 2.

Cæterùm placuit reſolutio affirmatiua, ex quo abſolutum eſt in iure, ex † dicto capite incurri caducitatem. 4
Gabr. conſ. 75. nu. 2. vol. 2. Clar. in §. emphyteuſis. quęſt. 8.

Quod verum eſt, etiam ſi lis iam penderet ſuper dictis bonis, nam adhuc erat ſoluendus Canon debitis temporibus. Natt. conſilio 479. Caualc. deciſione 30. num. 121. par. 2. & deciſ. 25. num. 17. part. 5. Surd. deciſ. 6. num. 1. & deciſione 221. numero 18. Put. deciſio. 426. par. 3. Caputaq. deciſion. 180. cum ſeq. & deciſ. 299. par. 1. Rot. Roman. in nouiſſim. deciſ. 692. n. 3. p. 1. Niſi emphyteuta eſſet expulſus à poſſeſſione bonorum ſine eius culpa. Clar. in d. quæſtion. 8. verſ. ſed quęro. Corbul. tract. de emphyt. in rubr. de cau. priu. ob non ſolut. Canon. lim. 14. & lim. 24. Caputaq. deciſ. 298. numer. 1. par. 1.

Et primum partis obiectum diluebatur. Primò, cum dicta bona ſint verè emphyteotica, quod clarè demonſtratum fuit; Tam ex inſtrumento inueſtituræ factę de anno 1592. die 5. Iunij per Reu. Sacchellam tunc Capellanum eiuſdem capellę D. Franciſco de Capitedomus, in qua leguntur hęc verba, videlicèt [inueſtit in perpetuum, & in emphyteuſim perpetuam &c.] vnde cum nominetur verbum, emphyteoſis, ab eo non eſt recedendum; etenim † contractus ta- 5
lis indicatur, qualis ex verborum facie apparet. l. fideiuſſores. §. 1. ff. de fideiuſſor. Menoch. de pręſumpt. d. lib. 3.

prǽſumpt.105.num.1. cum ſeq.

Quod confirmabatur; Tum ex alijs verbis eiuſdem inueſtiturę, videlicèt [tanquàm fictabiles perpetui, & emphyteutę nominibus ſupradictę Capellę.] Item ex illis, [inueſtituram
6 perpetuam &c.] nam † verba geminata magis operantur.Pariſ. conſil. 71. num.16.vol.3. Fel.in c. ſi quando num.
7 31. de reſcript.; Tum † ex illo verbo, perpetua,Menoch.dicta prǽſumpt.105. num.3.cum ſeq. & præſumpt.106.nu-
8 mer.13. Tum quia † ſoluitur modica penſio.Menoch. dicta præſumpt. 105. num.6. cum pro tot bonis perſoluantur ſolùm lib.45.imperiales;Tum quia dictum fuit in dicta inueſtitura, quòd
9 in † caſu alienationis perſoluatur Capellano,eiuſque ſucceſſori pro debito laudemio ſolidum vnum pro qualibet libra veri pretij. Menoch. d.lib.3.præſumpt.105.num.7.cum ſeq. Tum de-
10 mùm † ex magis frequenti vſu concedendi bona Eccleſiæ in emphyteuſim. Menoch. d. lib.3. præſumpt.106. num.14.

11 Quàm † ex tot confeſſionibus ſolutionum fictorum maturatorum, ex quibus probatur emphyteuſis, vt latè poſt alios Menoch. de præſumpt. d. lib.3. prǽſumpt. 111.numero 1.cum ſequent.

Et poſtremò ex inſtrumento venditionis factæ de anno 1596. die vltima Maij per dictum Franciſcum de Drocho,in illis verbis,videlicet, [Et prę dictam venditionem facit cum onere ſuper ipſis bonis venditis ſoluendi ratam partem penſionis libr.34. pręſtari ſolit. per dictum venditorem dicto R. Capellano capellę Sanctę Lucię.

Diluebatur ſecundò dictum obie-
12 ctum, nam † etiamſi dictus contractus fuiſſet cenſualis, nihilominus adhuc fuiſſet locus caducitati. Tum quia in contractu adhibitum eſt iuramentum. Caſſad. deciſione 2.de iureiur. Menoch. in dict.prǽſump.106. numero 17. Tum quia in ſententia lata per Dominum Vicarium Papię de anno 1579.die 5.Februarij eſt adiecta conditio, [quod inueſtito ceſſante ſoluere fictum per annum & menſes quatuor,ſtatim, & ipſo iure ſit, & intelligatur cecidiſſe à Canone prędicto,& bona prędicta intelligantur, & ſint ipſo iure, & facto reuerſa ad Eccleſiam.] Quę ſententia fuit etiam confirmata de anno 1585. & à partibus expreſſè, & tacitè acceptata, & obſeruata. Quę conditio fuit etiam appoſita in dicta inueſtitura anni 1592. ſub hiſce amplioribus verbis, videlicet. [Tunc & eo caſu, ipſo iure & facto cadant, & cecidiſſe intelligantur à commodo,& beneficio pręſentis inueſtiturę perpetuę, & dictorum bonorum, & eorum vtile dominium cum directo, & naturalis poſſeſſio cum ciuili conſolidentur, & aperiantur,& conſolidata,& aperta ſint,& eſſe intelligantur,& cenſeantur, pariter & deuoluta ſint,& redeant pręfato R. Capellano inueſtienti,vel eius ſucceſſoribus &c.] Stante † igitur dicto 13
pacto, locus fuit omninò dictę caducitati,ſecundùmMenoch.d.prǽſumpt. 106.num.17.

Ad ſecundum reſpondebatur.Primò, quòd imò dabatur Capellanus, cùm dictus Ioannes Baptiſta Coſta fuerit inſtitutus à Domino Vicario Papienſi, ac fuerit, & hodie ſit in poſſeſſione, ſeu quaſi Capellæ pręfatę,
iuſtè † autem poſſidet, qui auctore 14
Prętore poſſidet.l.iuſtè.ff.de acq. poſſ. cum vulg.

Et licèt à ſententia D. Vicarij Papię fuerit appellatum, & cauſa introducta

ducta coram D. Vicario Therdonę per Breue Apoſtolicum; Nihilominus, id non obeſſe, dictum fuit; Tum quia Drochus vti emphyteota non poteſt refricare iſtam quęſtionem tituli. faciunt dicta per Menoch. de recuper. poſſ. rem. 11. numer. 35. cum ſeq. Tum quia dicta ſententia fecit tranſitum in iudicatum, ex quo ſunt lapſa fatalia etiam per lapſum quadriennij, &

15 † per deſertionem litem finiri, ex veriori opinione dicit Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in pręfat. numero 289. Et deſertio operatur perinde ac ſi non foret appellatum. Auth. ei qui C. de temp. app. Clem. ſi appellationem. de appellat. Gram. deciſione 13. numero primo.

Secundò reſpondebatur, quod di-

16 ctus Drochus † tenebatur, vti aliqua diligentia ad euitandam caducitatem, puta deponere Canonem; prout tandem fecit die 26. Iunij 1604. in actis Curię Epiſcopalis; vel proteſtari, iuxta dicta per Surd. deciſione 221. numero 25. Iaſ. in l. 1. numero 64. q. 20. C. de iure emphyt. & alia facere ſecundùm Rot. Rom. deciſ. 572. numero 4. par. 1. in nouiſſ. Et cauſa beſtialis excuſat à dolo, id eſt, à pœna pro dolo impoſita, non autem à pœna culpę commiſſę, vt hic Papon. conſ. 52. num. 12. Farinac. quęſt. 90. numero 52. pręſertim hic, vbi agitur de intereſſe partis pecuniario. Farinac. ibidem. num. 66. cum ſeq.

Vltimum tollebatur. Primò, nam

17 licèt † de ęquitate canonica mora poſſit purgari, non obſtante iuramento, vt poſt alios latè firmat Farinac. q. 34. num. 140. quicquid in contrarium tenuerint Theſau. deciſ. 212. nu. 6. Affl. deciſ. 174. n. 5. cum ſeq. Menoc. de pręſumpt. 112. n. 11. & vide Caputaq. deciſ. 230. nu. 3. vbi declarat. & deciſione 231. par. 2.

Nihilominus, quando † vltra iu- 18
ramentum interuenit declaratio caducitatis facta per Dominum, vt hic, non poteſt mora purgari, ob reſolutionem contractus. Affl. in d. deciſ. 174. nu. 3. Farin. d. q. 34. nu. 143. cum ſeq. Rot. R. in nouiſs. deci. 277. num. 5. par. 2. & in ſpecie de pacto reſolutiuo. vide d. deciſ. 572. n. 3. par. 1. Iaſ. in l. 2. num. 78. C. de iu. emphyt. Redo. de rebus eccl. non alien. quæſt. 75. de mor. purgat. num. 7. & quæſt. 79. cap. 3. incip. ſed, quòd emphyteota. nu. 18. Pariſ. conſ. 19. num. 230. vol. 2. Put deciſ. 66. par. 3. Caputaq. deciſ. 235. par. 2. vbi ampl. quòd dicta declaratio faciat ceſſare etiam beneficium reſtitutionis in integrum. Surd. conſ. 157. nu. 31. vol. 2. Gabr. dict. conſ. 66. numero 44. volum. 2.

Quod confirmatur, nam dictus
Drochus † non tantùm non ſoluit 19
Canonem per annos octo, ſed etiam poſt declaratam caducitatem non depoſuit integrè debitã pecunię quãtitatem. Rot. Rom. in d. deciſ. 572. nu. 4. & inſuper id fecit poſt quinque menſes à die dictę declarationis; Vnde in omni caſu eſſet ſublata omnis celeris ſatisfactio, & ſic intrat doctrina Gabr. in d. conſ. 75. numero 7. Licèt ego dictam doctrinam non putem veram, cum ſufficiat iuramẽtum cum declaratione, quę dicitur executio in hac materia, iuxta communem Doctorum opinionem, abſque eo, quòd interueniat ſententia, vel curſus longi temporis. Ant. Gabr. de tranſact. cõcl. prima num. 20. Magon. Lucen. deciſ. 35. numer. 3.

Secundò tollebatur ex multis clauſulis contentis in dicta inueſtitura, &
pręſertim † ex renunciatione, omni 20
legum auxilio, de quibus benè per Affl. in d. deciſ. 174. num. 4. Put. deciſ.

46. par. 2. & Magon. Lucen. deciſ.35. num.4.

21 Tertiò, ſuppoſito † purgationem moræ eſſe in arbitrio iudicis, ſecundùm Gabr.in d.conſ.66. num.45.cum ſeq. & d. conſ. 75. num. 5. Farin.in d. quæſt.34 num.145.Redoan.in d.quęſt. 65.numero 2.& d.cap. 3. num.16.Rot. Roman.in d.deciſ.572.numero 2. Ni-
22 hilominus † nullus iudex arbitrabitur,maximè contra Eccleſiam,tempus quinque menſium,ſeu potius octo annorum eſſe celere,& poſſe dici ſtatim. Surd.in d.conſ.157.num.33. & d.deciſ. 221.num.24.

23 Quartò,† in omni caſu,dictum fuit, depoſitum præfatum fuiſſe nullum,vti non integrum, cum ſolummodò fuerint depoſitæ libræ centum, longè autem maior quantitas deberetur; Et, quòd magis eſt,cùm depoſitum fuerit factum cum tot conditionibus, & inuolucris, prout eſt ex eo videre. Rot. Rom.in nouiſſ. d. deciſion.572.numero 2. Rip. in l. quòd te numer. 22. ff.ſi cert. pet. Menoch.de arbit. iud.libr.2. cent.3.caſ 232.num.7.Iaſ. conſil.9.numero 29. lib. 1. & propterea in eo,vti
24 † nullo, nullum poteſt de iure fieri fundamentum.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudic. Franc. Becc. conſ.12. num. 54.Surd.conſ.3.num.11.& deciſ.40.numero 8.Fab.Turret. conſ.92. num.70. lib.1.

ARGVMENTVM.

Alienans bona emphyteotica, Domino irrequiſito, cadit à iure ſuo. Et, ſi interuenerit actualis traditio bonorum ſic alienatorum, non iuuatur illa proteſtatione, Dummodo accedat conſenſus Domini, nec aliter &c. nec alio modo &c.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus Domini an requiratur in alienatione bonorum cenſualium. Et quando numer.4.5.6.& 8.*

2 *Clauſulæ; accedente conſenſu Domini,& non aliàs,aliter &c. quid operetur.*

3 *Emphyteuta alienans rem,irrequiſito Domino,incurrit caducitatem.*

7 *Poſſeßionis traditio dicitur alienatio.*

9 *Caducitas quomodo incurritur ex non ſuſceptione nouæ inueſtituræ.*

RESOLVTIO LXII.

IN eadem cauſa fuit ſecundò dubitatum, An caducitas fuerit ritè, & rectè declarata per dictum R.Coſtā contra eundem Drochum, ex capite alienationis factæ,ipſo Capellano irrequiſito.

Et pro negatiua adducebatur. Primò, † quod,cum illa bona eſſent cen- 1
ſualia, non requireretur conſenſus Domini in alienatione. Capic. deciſ.103. num.6.& deciſ. 196. per tot.Menoch. de præſumpt.lib.6.præſumpt.106.numero 19.

Secundò. nam in alienatione facta de bonis dictæ Capellæ S. Luciæ d. Drocho de anno 1596. fuit appoſita
clauſula † illa, videlicet, [& etiam 2
accedente ſemper conſenſu, quatenus tamen requiratur, & non aliter, dicti Capellani, & non aliter, nec alio modo,quia aliter &c.vbi requiratur conſenſus prædictus, quod non intelligatur tranſlatum dominiū,neq; poſſeſſio dictorum

dictorum bonorum, niſi prius dicto conſenſu ſecuto, & non aliter &c. quia aliter &c.] quæ clauſula, & non aliter &c. importat conditionem ſuſpenſiuam, & facit, vt nihil videatur actum. Clar. in §. emphyteuſis. quæſtio.13. verſicul. item quæro. Cœphal. conſil.118. column. 2. libr.1. Menoch. conſil.38. lib.1. num.21. & 29. vbi ampliat, vt etiam conſtitutum, & traditio poſſeſſionis ſit cõditionalis. Burſ. conſil. 26. & conſ. 45. numer. 3. lib.1. Rol. conſ.63. num.26. cum ſequ. lib. 4. Caualc. deciſ.31. nume.395. part.2. Caputaq. deciſ.82. num.3. cum ſeq. par.3.

3 Verùm placuit † opinio affirmatiua, per text. clarum in l. fin. C. de iur. emph. Soci. iun. conſ.70. num.14. lib. 3. Clar. in d. quæſt 13. in princi. Guido Papa. deciſ.46. cum ſequ. Theſaur. deciſ.169. numer.1. vbi limitat, ſi extaret conſuetudo in contrarium. Licèt de illius conſuetudinis validitate dubitarem in rebus Eccleſiæ, vide Gram. deciſ.77. num.2.

Et ad primum reſpondebatur. Primò, bona dictæ Capellæ, eſſe emphyteotica, prout latius concluſum eſt in præcedenti Reſolutione.

Secundò, quod quatenus contractus eſſet cenſuarius, nihilominus, cum ex dicta inueſtitura anni 1592. colligatur, fuiſſe conceſſum vtile dominium tantùm, nempe per illa verba, [vtile dominium cum directo, & naturalis poſſeſſio cum ciuili conſolidetur,]

4 firmandum eſt, † ex alienatione cadi ab ipſis bonis. Aret. in §. adeò. in fin. inſtit. locati. quem refert, & ſequitur Menoch. in d. præſumpt. 106. num. 20.

Ad ſecundum reſpondebatur. Pri-

5 mò, quòd † dicta Clauſula releuaret, ſi non eſſet deuentum ad actualẽ traditionem poſſeſſionis, & executionem contractus, ſecùs ſi eſſet deuentum, vt hic, ad dictam traditionem, & executionem, non obtento prius conſenſu Domini directi, vel formiter requiſito: nam tunc dicta clauſula non attenditur quoad incurſum caducitatis, vt in puncto firmat Pariſ. conſil.86. nu. 14. cum ſeq. vol.4. Burſ. conſ.254. nu. 20. lib.3. faciunt dicta per Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.573. numer.5. par.3. lib.3.

Quod præſertim verum eſt, ſi dicta traditio eſt longi temporis. Corbul. de cau. priuil. ob alienat. ampl.31. Et coadiuuatur, nam ex dicta traditione actuali videtur receſſum à dicta proteſtatione, in puncto vide Gram. deciſ.49. numer.5. Et præterea ſi talis cauteloſa clauſula admitteretur, faciliter interuerterentur iura, & poſſeſſio Eccleſiarum, earúmque bona breui tempore amitterentur: fraudibus autem eſt occurrendum. l. 2. C. ſi min. ſe mai. dix. l. iuriſg. §. ſed & ſi. ff. de pact. l. fraudis. ff. de regul. iur. vide Bero. conſ.120. num.40. volum.1. Tiraq de retr. lignag. §.1. glo.2. nume.33. & gloſſ.10. num.32.

Secundò, nam aſſumptum forſan poſſet procedere, quando † venditor, 6
vel emptor paulò pòſt contractum adirent Dominum, & eius conſenſum peterent, ſed hic non fuit vnquàm petitus dictus conſenſus, quinimò nec poſt litem motam, neque vſque in præſentem diem, vnde inducitur omninò apertus contemptus. faciunt dicta per Surd. deciſ. 221. num. 24. & vide Mohed, de ſimon. deciſ.1. nume. 2. & Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.83. par.3.

Tertiò, etenim ipſa † actualis tra- 7
ditio poſſeſſionis dicitur alienatio de per ſe, ſecundùm Beroſ. in c. Epiſcopi. de reb. eccl. non alien. quem ſequi-

tur Redoan. in tract.de reb. Eccl.non alien.q.2.cap.34.incip. vocabulo alienationis. & in cap. vltimo incip.dicitur quoque alienatio. numer. 1. & in quæſt.15.rubr.de vſufruct. num.16.ſed in dicta traditione non fuit facta aliqua reſeruatio ; Nec ambigendum eſt , traditionem poſſeſſionis eſſe comprehenſam in Paulina , ſecundùm Redoan. ibidem , tàm ob verba generalia illius conſtitutionis , quàm ob identitatem rationis prohibitionis, & in puncto dicit Surd. conſ. 276.numero 14. cum ſequ. & facit doctrina Baldi in l. iubemus. num. 6. C.de ſacroſanct.eccl.

Vltra ſupradicta capita alienationis,addebatur aliud , nempe inobſeruantia pactorum,nam in dicta inueſtitura inter alia extabat pactum, [quod caſu , quo ipſi emphyteutæ voluerint dicta bona alienare , & vendere, quod teneantur , & obligati ſint denunciare dicto Capellano perſonam certam, pretium , cui , & pro quo dicta bona vendere voluerunt, cumque interpellare,an dicta bona emere voluerit, &
8 † ab eo exſpectare reſponſum per dies quindecim &c.] quod quidem pactum eſt conforme iuri communi. leg. final. & ibi Iaſ.numero 66. C.de iure emphyt. verſ. poſtea ſequitur ſecundus.

Item proponebatur quoque caput
9 † non ſuſceptæ nouæ inueſtituræ , de quo aliàs dictum eſt , pro quo nec requirebatur interpellatio , ſecundùm Papon.conſ.114.Rol.conſ.40.vol.3.& Clar.in §. feudum. quæſt. 49. in prin. & multò minùs requirebatur ſententia ad ſubſtantiam eſſe,ſecundùm eundem Papon. in d. conſ. 114. & Decian. conſ. 4.num.12.vol.4.

Verùm hæc duo vltima capita non fuerunt diſcuſſa.

ARGVMENTVM.

Abbatiſſa poteſt de iure communi conferre beneficia, etiamſi ſint Curata. Pro iſtis tamen eſt faciendum examen per concurſum coram Ordinario , in cuius facultate eſt eligere digniorem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia libera non poteſt redigi ſub ſeruitute.*
2 *In iurepatronatus Eccleſiaſtico quæ forma ſit ſeruanda.*
3 *Abbatiſſa an poſſit conferre beneficia curata. Et num.5.*
4 *Reſignatio beneficij non poteſt fieri, niſi coram Papa,vel Epiſcopo, non autem coram inferiore.*
6 *Examen per concurſum eſt faciendum in beneficio patronatu curato.*
7 *Edictum ad concurſum an poſſit concedi per inferiorem collatorem.*
8 *Eligere digniorem inter approbatos ad concurſum ſpectat ad Epiſcopum.*

RESOLVTIO LXIII.

VACANTE Eccleſia Parochiali S.Patritij per obitũ R. Villani de menſe Iunij 1603. fuit coram D. Vicario Epiſcopali Papiæ præſentatus R. Ioannes Baptiſta per Abbatiſſam , & Moniales Senatoris,& per dictum pręſentatum fuerunt exhibita plura iura, quibus viſis , negotium videbatur reduci ad duas difficultates.

Prima erat, An dictus præſentatus eſſet inſtituendus & confirmandus.

Secunda, an dicta Abbatiſſa poſſet de iure liberè conferre dictam Eccleſiam.

In prima difficultate fuit reſolutum, abſtinendum eſſe à dicta inſtitutione, ex quo non conſtabat de iurepatronatus, ſaltem iuxta formam prę-ſcriptam per Sacr. Concilium Tridentinum de reformat. ſeſſ. 25. cap. 9. Quinimò ex dictis iuribus apparebat,
1 † dictam eſſe Eccleſiam liberam, & vtì talem pluribus collatam à Dominis ſuperioribus, vnde non erat redigenda ſub ſeruitute.

Præterea, quatenus eſſet de iurepa-
2 tronatus, non fuit ſeruata forma † tradita in iurepatronatus eccleſiaſtico per d. Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de reformat.

In ſecunda dicebatur, non poſſe dictam Abbatiſſam conferre dictam Eccleſiam.

Primò, quia ex deductis non conſtabat de aliquo priuilegio ad fauorem dictæ Abbatiſſæ, nec minus de prę-ſcriptione, quę in hoc caſu requireret ſcientiam, & patientiam Ordinarij, vt in puncto firmat Rot. Rom. in nouiſſim. deciſion. 803. numer. 4. & 7.
3 par. 1. quod † prę-ſertim in beneficio curato verum eſſe addebatur, cùm agatur de maiori negotio. c. cum in illis de prę-ben. in 6. faciunt dicta per Rebuff. in praxi benef. in tit. Forma ſignat. ſimplic. prouiſ. in tertia parte ſignat. verſ. etiam ſituationis. nu. 3. cum ſequ.

Secundò, nam dicta Abbatiſſa videtur priuata omni iure conferendi, ex quo aliàs dictam Eccleſiam vacantem contulit in menſibus reſeruatis Papæ, cum de anno 1532. die v. Auguſti contulerit illam R. Franciſco de Botellis, de anno 1572. die 9. Nouembris contulerit R. Philippo, & de anno 1575. die vij. Ianuarij contulerit R. Euſtachio.

Quinimò paſſa fuit, dictam Eccleſiam liberè reſignari coram ipſa, tàm de anno 1532. quàm de anno 1574. quòd erat prohibitum de iure, cum
† reſignatio beneficiorum non poſſit 4
fieri, niſi coram Papa, vel Epiſcopo, etſi ad inferiorem ſpectaret collatio. Abb. in clem. 1. num. 6. de rerum permut. Staph. de lit. grat. rubr. de var. mod. vacat. verſ. reſignationis modus. num. 14. fol. 129.

Cæterùm fuit reſolutum, dictam Abbatiſſam poſſe dictam Eccleſiam
conferre, cum † de iure communi li- 5
ceat Abbatiſſæ cōferre beneficia Abb. in c. cum dilectus num. 20. de conſuetud. Pariſ. conſ. 13. num. 1. vol. 4. Cuch. inſtit. ma. lib. 3. tit. 3. in rubr. de Abbat. Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 18. numer. 55. Idque verum eſt, etiam ſi beneficia eſſent curata. Fel. in c. dilecta. num. 1. de maior. & obed. Lamb. de iurepatr. lib. 2. par. 3. q. 1. in prin. art. 17. num. 1.

Et adducta in contrarium tollebantur faciliter, nam primum obiectum tollitur, cùm, vt ſup. dictum eſt, id liceat Abbatiſſæ de iure communi.

Secundum pariter dicebatur friuolum, cum delictum vnius Abbatiſſę non noceat Monaſterio, & ſucceſſoribus. Pariſ. conſ. 21. num. 51. volum. 1. & conſ. 157. numer. 8. & 44. volum. 4. Pręterea ex eo arguitur nullitas actus, non autem priuatio quoad collatorem ſeu collatricem, prę-ſertim in muliere, in qua præſumitur ignorantia, & bona fides ob ſexus imbecillitatem. Doct. in l. vbi. ff. de eden. Farin. de pęn. temp. quæſt. 89. n. 51. & queſt. 98. n. 13.

In pręſenti facto contigit dubitari. Primò, An in collatione dictę Eccleſię eſſet faciendum examen per concurſum.

6 Et fuit dictum, eſſe † omninò faciẽdum, ſtante Bulla Pij V. quæ eſt 32. in ordine Bullarij. Fuſch. de viſitat. lib. 2. cap. 5. num. 8. cum ſeq. vbi videtur illam limitare, ſi Eccleſia eſt tenuis, & modici redditus. Sed ſtante generalitate dictæ Bullæ non placet dicta reſtrictio. Vide Theſau. for. eccl. par. 2. cap. 32. num. 3.

7 Secundò, An † edictum ad concurſum eſſet concedendum per D. Vicarium, vel per D. Abbatiſſam, ad quam dicta collatio ſpectabat.

Et quamuis diceretur, poſſe concedi per Abbatiſſam, cùm ille actus ſit voluntariæ iuriſdictionis, iuxta dicta per Lamb. d. lib. 2. par. 2. q. 6. princ. art. 6. numero 1. & art. 7. Et in puncto videtur firmare Theſaur, for eccleſ. par. 2. cap. 21. numero 22. Nihilominus id fuit conceſſum per D. Vicarium, partibus acquieſcentibus, præſertim cum aſſereretur, ſic aliàs fuiſſe obſeruatum.

Tertiò, Ad quem ſpectaret eligere magis idoneum inter examinatos in concurſu.

8 Et fuit dictum, † ſpectare ad dictum D. Vicarium, prout expreſſè cauetur in d. Sacr. Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap. 18. verſ. peracto deinde examine. & firmat Fuſch. in d. lib. 2. cap. 5. numer. 6.

ARGVMENTVM.

Attentatum quando dicatur præceptum factum ab vno Conſeruatore, cum aliud iam eſſet tranſmiſſum ab alio Conſeruatore.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum non dicitur lite pendente, ſi lis eſt ſuper re diuerſa.*
2 *Cauſa connexa quando dicatur. Et num. 3. & 9.*
4 *Lis dicitur pendere, ſi eſt facta litis conteſtatio.*
5 *Proceſſus ſecundi iudicis quando dicatur attentatus.*
6 *Mandatum ſpeciale requiritur ad attentandum.*
7 *Referenti non creditur, niſi videatur relatum.*
8 *Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda.*
10. *Attentata in primis, & ante omnia ſunt reuocanda.*
11 *Iudex ſecundus poteſt cognoſcere de negotio principali.*

RESOLVTIO LXIIII.

IN cauſa vertente inter venerabiles Monachos Beatiſſimæ Mariæ de Gratia Chartuſiæ Papię ex vna, & & Reu. Patres Sancti Franciſci Mediolani ex altera, fuit datum Motiuum tenoris infraſcripti, videlicèt.

Non videntur audiendi dicti Monachi ſuper reuocatione prætenſi attentati.

Aut enim id prętendunt, quia D. Reina Conſeruator dictorum Fratrum Sancti Franciſci conceſſerit literas inhibitoriales, & citatoriales ſuper iactationibus, & vociferationibus ad inſtantiam eorum ſindici, & procuratoris, quamuis eadem lis iam fuiſſet inchoata, atque penderet indeciſa coram D. Georgio Conſeruatore dictorum Monachorum; Et friuola videtur prætenſio.

Primò, quia lis pendens coram dicto D. Georgio non erat ſuper principali negotio aquarum, & cauorum; ac

ac periculi inundationum, ſed ſuper damno paſſo, illiuſque æſtimatione,
1 quæ † cum diuerſa ſine, non poteſt dici de attentatis, poſt alios Lancell. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. lim. 2. numer. 1. cum ſeq. Caputaq. deciſ. 54. & deciſ. 59. par. 1. Et quando factum eſt diuerſum à re ipſa, firmare videtur in puncto idem Lancell. in d. c. 4. in præfat. numer. 498. & lim. 21. numero 6.

2 Et ſi replicaretur, cauſam † damnorum paſſorum eſſe dependentem, & connexam ipſi cauſæ principali, ita vt exceptio rei iudicatę in vna pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, & proinde dici poſſet de attentatis, ſecundùm Lancell. in d. c. 4. lim. 2. num. 86. & cap. 12. lim. 12. numer. 4. 23. & 28. faciunt dicta per Contard. in l. 1. limit. 1. num. 33. C. ſi de mom. poſſ.

Præſertim quòd in decreto D. Georgij ſuper electione confidentium ad æſtimandum damna prætenſa per dictos Fratres enunciatur, cauſam, & negotium principale pendere coram eodem.

3 Reſponderi poſſet, † cauſas ſupradictas eſſe diuerſas, iuxta dicta per Lãcell. in d. lim. 2. nu. 11. & 38. & cap. 20. limit. 5. num. 3. & per Contard. in d. l. 1. lim. 1. num. 34. cum ſeq.

Secundò, vana videtur dicta prętenſio, nam ſuper negotio principali fuit per dictos Fratres, ſeu eorum procuratorem oppoſita exceptio declinatoria, vnde non poteſt fieri fundamen-
4 tum in litis pendentia, cum † lis non dicatur pendere, niſi fuerit conteſtata. de communi Lancell. in d. cap. 4. in pręf. num. 151. cum ſeq. quicquid dicat num. 28. cum ſeq.

Comprobatur, quandoquidem dictæ literæ inhibitoriales D. Georgij videbantur nullæ, vti factæ à iudice incompetenti, cum actor ſequatur forum rei, prout in puncto dicit Fuſch. de viſit. lib. 2. c. 23. num. 5. Et rei dicebantur dicti Reuer. Fratres, licèt remedium. l. diffamari intentaſſent coram dicto D. Reina eorum Conſeruatore, poſt alios Gabr. de act concl. 6. num. 41. lib. 2. Contard. in l. diffamari. C. de ing. & manum. quæſt. 1. numer 8. cum ſeq. Capic. deciſ. 18. nu. 1. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 18. num. 4. cum ſeq. quicquid dicat Affl. deciſ. 268. Et proinde fruſtra dicitur de attentatis. Lancell. in d. c. 4. in præfat. numero 82.

Tertiò, quia in caſu controuerſiæ iuriſdictionalis inter dictos Conſeruatores non erat recurrendum ad remedium attentatorum, ſed erant eligendi arbitri, iuxta diſpoſita per Sacr. Concil. Trident. de reform. ſeſſ. 14. c. 5. & alias dictum eſt ſupra in Reſolut. xv. num. 7.

Quartò, † proceſſus enim ſecundi 5
iudicis valet, licèt lis iam penderet coram alio iudice, ſecundùm Lancell. d. cap. 4. lim. 2. num. 45. cum ſeq.

Sed hoc non videbatur tutum fundamentum, cum d. Reina fuiſſet à primo iudice inhibitus. Lancell. d. lim. 2. num. 58. Præterea quando etiam iudices ſunt pares, poteſt dici de attentatis, ſecundùm Affl. deciſ. 354. nu. 19. Lancell. in d. lim. 2. num. 60.

Quintò, † nam requiritur ad atten- 6
tandum ſpeciale mandatum, vt poſt alios firmat Lancell. de attent. par. 1. ca. 1. num. 12. procurator autem dictorum Fratrum non habebat ad id ſpeciale mandatum.

Verùm & hoc fundamentum videbatur debile, cùm præſumatur hic approbatio actus, ex quo Fratres ſciuerunt, & non contradixerunt ſtatim. Rot. Rom. in nou. de conceſſ. præ-

ben.deciſ.13.num.3. Caputaq.deciſ.58. par.1.

Aut attentatum prætendunt dicti Monachi vigorẽ literarum conceſſarum à D. Seneca Conſeruatore ipſorum de anno 1596.die 9.Martij;Et pariter vana videtur prætenſio.

Primò,quia de dictis literis non conſtitit,ſed tantùm fuerunt enunciatę in
7 literis D. Georgij , & † non creditur referenti, niſi videatur relatum l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. auth.ſi quis. C.de eden.Surd.conſ.5.num.57.vol.1. Franc.Becc.conſ.5.num.5.cum ſeq.

Secundò,cum D. Seneca in termino dictarum literarum nihil prouiderit,faciunt dicta per Gabr. in d.concl. 6.num.40.

Tertiò , nam in omnem euentum dictiFratres potuerunt de iure intentare remedium diffamationis coram ſuo Conſeruatore , prout in puncto firmat Gabr. in d. concl. 6.num.31.cũ ſeq.Quod autem lege permittente fit, non dicitur attentatum. Lancell. d. part.2. cap. 12. lim. 27. numer. 1.cum ſequ.

Fuit reſolutum, dictum præceptum dictæ Reinæ eſſe attentatum , cum eſſet poſterius,iuxta dicta per Creſc.de cauſ.poſſ.& propriet.deciſ.1.num.1. & in puncto Conſeruatoris qui præuenit,vide Rom.conſ.412.col.2.& Mandoſ.de ſign.grat.in rubr.de conſeruat. verſ.conſeruatores dantur.

Quæ reſolutio confirmabatur,cum etiam fuiſſet inhibitus dictus Reina,
8 inhibitio † autem , ſiue iuſta,ſiue iniuſta timenda eſt.Lancell.d. par.2.cap. 20.ampl.1.& ampl.11. Cæſar de Graſ. de appellat. deciſ. 109. Magont. Rot. Florent.deciſ.128.num.3.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.200.nu.4. par.2. Et præ-
9 terea, † quando cauſa dicatur connexa,eſt arbitrarium iudici. Lancell. in d.lim.2.num.89.

Et ſucceſſiuè † fuit reuocatum di- 10
ctum præceptum , prout ante omnia reuocandum erat , ſecundùm Lancell. in d. par.2.c.4.ampl.10.Affl.deciſ. 98. num.3. Caſſad.de dilat.deciſ.4.num.3. Put.deciſ.51.par.3.Caputaqu. deciſ.52. par.3.Quamuis ſi fuiſſet lata ſententia ſuper negotio principali , omiſſo negotio attentatorum, illa etiam fuiſſet valida. Lancell. de attent. par. 3. c.30. num.115.& Caputaq.deciſ. 60.nume.5. par.1.

Fuit tamen reſeruata cognitio principalis negotij in ſententia, cui reſer-
uationi partes acquieuerunt,licèt †de 11
ſtilo abſque dicta reſeruatione poſſet dictus Delegatus cognoſcere, ſecundùm Lancell.in d.lim.2.num.57.

ARGVMENTVM,

Edictum factum à Communitate alicuius loci, quòd homines de Communitate eant ad Molendinum ipſius Communitatis, non valet in præiudicium Eccleſiæ habentis aliud Molendinum in eodem loco.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet poteſt facere in re ſua,quod vult, licet alteri in conſequentiam noceat.*

2 *Charitas ordinata incipit à ſe ipſo.*

3 *Princeps non poteſt ſtatuere,vt quilibet eat ad ſuum Molendinum.*

4 *Limitatur , ſi fiat ab vniuerſitate ob bonum publicum. Et quãdo hoc verum ſit.num.7.8.9.10.& 11.*

5 *Limitatur , ſi extet præſcriptio. Et quando*

quando hoc ſit verum. numer. 12. *&* 14.

6 *Imperator non poteſt ſe intromittere in libertate Eccleſiaſtica.*

13 *Bona an tranſeant cum onere ſuo in Eccleſiam.*

15 *Excommunicationem incurrit faciens ordinationem in praiudicium Eccleſiaſtica libertatis.*

16 *Bona fides excuſat ab excommunicatione.*

17 *Ordinatio contra libertatem Eccleſia eſt cancellanda.*

18 *Inter libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, qua differentia ſit, remiſſiuè.*

RESOLVTIO LXV.

PRAETOR Plebis Cairi ad inſtantiam Communitatis dicti loci publicauit ordinem, ſiue proclama huiuſmodi tenoris, videlicet.

Che neſſuno di quelli, che vogliono cõſentire à quello, che ha ſtabilito la maggiore parte degl'huomini nel Conſiglio generale, & hà fatto il Conſiglio, & participare dell'utile, che ſi caua dal detto moleggio, debba dare alcuna ſorte di robbe à macinare ad altra perſona, eccettò che alli molinari ſudetti, & alli aſinari, quali conducono le robbe à macinare alli detti Molinì: & ſe alcuno ſi vorrà dichiarare, & farſe eſcluſo dalla detta macina, et non volere participare dell'utile, che ſi caua da eſſa, vogli ſubito manifeſtare, acciò ſi poſſa accreſcere il debito delle bocche.

Et cum RR. Patres Canepænouæ Papiæ haberent in dicto loco vnum Molendinum, opponebant de incurſu cenſurarum Apoſtolicarum contra Prætorem, & alios participes.

Pro reſolutione oppoſitorum fuit dubitatum de duobus principaliter.

Primò, An talis ordo, ſiue proclama de iure ſubſiſteret.

Secundò, An ob illius publicationem ſit incurſa excommunicatio Papalis per ſupradictos.

In primò ex parte dictæ Vniuerſitatis proponebatur, ordinem eſſe ritè, & rectè conditum, & publicatum ex pluribus.

Primò, quia † vnuſquiſque poteſt facere in re ſua, quod vult, principaliter vt ſibi proſit, licèt aliis per conſequentiam noceat. l. Proculus. ff. de damn. infect. l. ſi in meo. ff. de aq. plu. arc. l. fin. C. de vſucap. Anchar. conſil. 11. num. 4. Capic. deciſ. 209. numer. 26. accedentes autem ad dicta Molendina Vniuerſitatis ſunt homines ipſiuſmet Vniuerſitatis. 1

Quod confirmabatur, nam † ordinata charitas vult, vt magis proſpiciatur ſibi, & ſuis neceſſitatibus, quàm alteri: dicta Communitas autem dicebatur eſſe in neceſſitate, cum ſit pauperrima, ære alieno grauata, & multa ſupportet, ac perſoluat onera, tàm ordinaria, quàm extraordinaria. l. fin. C. de vectigal. & com. Anchar. in d. conſ. 11. num. 3. 2

Secundò, etenim † talis ordo, quamuis neque poſſit fieri à Principe ad ipſius priuatam vtilitatem, cum tendat in graue ſubditorum præiudicium. Soc. ſen. conſil. 272. lib. 2. Bald. conſil. 410. lib. 5. Boer. deciſ. 125. & de communi teſtatur Couar. in reg. poſſeſſor malæ fidei. 2. par. relect. §. 4. num. 7. Theſau. deciſ. 16. nu. 2. cum ſeq. Natt. in d. conſil. 106. num. 6. Nihilominus † ab Vniuerſitate poteſt fieri, quoties lucrum expendendum eſt in totius Communitatis vtilitatem, vt hic. 3 4

Bald.d.cõſ.410. Crau.de antiq.temp. par.4.verſ.circa præmiſſa. num.4. Iacob.de ſeud.verſ. & cum Molendinis. quæſt.1.Rol.conſ.80.num.38. volum. 3. qui allegat Abb. in capit. ſignificante. de appell. & in cap. Abbate.de verborum ſignif.Afflict.deci.388. numero 2. Rot Rom.in nouiſſ.deciſ.50. numero.21.cum ſequen.par.2.Natt.in d.conſ.106.num.5.& conſ.325,numero 2.

5 Tertiò, quia ✝ dictus ordo eſt antiquiſſimus,& obſeruatus ſemper, omnibus acquieſcentibus, vnde, ſtante tali præſcriptione,ſiue conſuetudine, non debet dubitari de illius validitate, licèt tendat inconſequentiam ad alterius præiudicium. Clar.in §.feudum.quæſtio.30.& ibi addit. Roland. conſ.22.numer.23.cum ſeq. volum.2. Natt.conſ.106.num. 8.& conſ.325.numero 1.Couar.in d.§.4. num.7. circa finem. Theſau.in d.deciſ.16.numero 7.& 13.

Cæterùm inclinatum fuit ad nullitatem dicti ordinis,ex quo ex eo præiudicare apertè videbatur libertati eccleſiaſticæ, cum prohibeatur libera adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, in
6 qua ✝ neque Imperator ipſe poteſt ſe intromittere. c.benè quidem 99.diſt. c.ſi Imperator.de reb.eccle. non alie. Grammat.deciſio.100. numero decimotertio.

Quæ reſolutio dicebatur vera,etiamſi ageretur de detrimento graui Ciuitatis in vniuerſum, neque dicto damno
7 no aliter obuiari poſſet: Tum quia ✝ eadem ratio præiudicij libertatis Eccleſiaſticæ concurrit, vt patet: Tum quia tali neceſſitati poteſt occurri per ordinationem, & beneplacitum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ deſuper obtinendum, vnde malè inferre Couar.in d.§.4.nu.8.tenendum eſt.

Et primum fundamentum dictę Vniuerſitatis reputabatur friuolum. Tum quia licèt dictus ordo reſpiciat rem, & perſonas dictæ Vniuerſitatis, tamen ✝ effectus reſultat in præiudicium immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticę.Innoc.in cap.fi.de immun. eccl.in 6. vbi gloſ. in verb.libertatis. Surd.conſ.2.num.25.Natt. conſ.515.n. 8
9.Anchar.conſ.13. Tum quia neque ✝ valet ordo indirectè præiudicans Eccleſiæ.c.ſtatutum de hęret in 6.Anch. conſ.12.numero 3 & conſ.258. num. 3.Gramm.dict.deciſ.100. numero 14. Natt.conſ.106 numer 2. Felin.in cap. nouerit. num.3. de ſent.excom. & faciunt dicta per Theſau. in d.deciſ.16. num.6.verſ.quintò amplia. 9

Secundum tollebatur. Tum quia multi Doctores tenent, quòd ✝ talis ordo non valeat, etiamſi agatur de publica vtilitate,vt Couarr. in d.§.4. nu.7. verſ. ego verò priorem ſententiã.& plures Doct. cumulat Rot. Ro. in d.deciſ.50.num.24.cum ſequen.vbi teſtatur etiam de magis communi. 10

Tum quia ✝ dicta opinio non procedit, quando agitur de præiudicio Eccleſiæ,vt hîc.Anch. conſ.12. & cõſ. 13.& multos allegat Couar. in d.§.4, num.7. verſ.hinc planè deducitur.vbi teſtatur de communi.Rot.Rom.in d. deciſ.50.num.24.cum ſeq.& ratio eſſe poteſt, nam vtilitas Eccleſiæ debet præponderare communi vtilitati priuatorum,quibus præſertim aliter ſuccurri poteſt.l.fin.C.de ſacroſanct.eccleſ. 11

Vltimum, quod videbatur nimis vrgere,confutabatur. Tum quia ✝ dicta conſuetudo, ſiue præſcriptio habuit locum contra laicos, non autem contra Eccleſiam,quæ paucis ab hinc annis poſſidet dictum Molendinum vigore teſtamentariæ ſucceſſionis 12

præ-

præſcriptio autem non extenditur de perſona in perſonam, & præſertim non ſubditam. faciunt dicta per Ancharan.d.conſ.12.numero 2. Gramm. d.decíſ.100. num.16. cum ſeq. & numero 22.

13 Et licèt † aliàs bona tranſeant cum onere ſuo, ſaltem impoſito de præterito l.ſi pro fure.§.conditio.ff.de cōd. fur.Ariſm.de mun.& oner.lib.2.verſ. ſi priuilegiatus, & faciunt dicta per Alexan.conſ.211.num.8.lib.2. Tamen id non eſt verum, quando res tranſit ad Eccleſiam, ſecundùm Feſtaſ. de coll.par.4.cap.1.num.50.& cap.2.numero 7.Surd.d.deciſ.20.nu.11.Franc. Becc.conſ.73. numero 3. Theſau. deciſio.234. numero ſecundo. cum ſequent.

Quod præſertim verum eſt hic, cum agatur non de re affecta onere, ſed de reſtringenda libertate, & mera facultate, quæ eſt impręſcriptibilis. Theſau.deciſ.16.nu.3.Capic.d.deciſ. 209. num.26.Azor.inſtit.mor. lib.5. ca.12. verſ.quòd verò.

14 Tum quia ordo † nouiter publicatus eſt factus poſtquàm Eccleſia eſt Domina Molendini, vnde non poteſt allegari aliqua præſcriptio contra eam.Capic.d.deciſ.209.num.28. cum ſeq. Tum quia id poſſet forſan habere locum in præſcriptione immemorabili, quę non adeſt hic. Vide Theſau. d.deciſ.16. numero quarto. vbi dicit, requiri etiam prohibitionem, de qua hîc non docebatur. & numero octauo. Natt.dict. conſilio 106. numero nono.

15 In ſecundo videbatur † affirmatiuè reſoluendum, ſtantibus ſupradictis, tam per tex.in cap.fi.de immun. eccl. in 6.quàm per Bullam Cœnę Domini numer.15. de qua latè pertractant Suarez.de cenſ.tom.5. diſp.21. ſect.2. verſ.decimaquinta cenſura Bullę Cœnę.& Theſau. for. eccl.par. 2. cap.38. num.74.

Cęterùm fuit inclinatum, dictam Communitatem excuſabilem eſſe ab incurſu dictarum cenſurarum.

Primò, quia videbatur † eſſe in bona fide, cum pro ea concurreret pręſcriptio allegata. Item decretum Magiſtratus Mediolani; nec non publicum bonum. Anch.in d.conſ.11.num. 5. verſ.in caſu autem meo.Surd.deciſ. 167.num.7.& deciſ.326.nume.73.Innoc. in c.nouerit.de ſent.excommun. Nauar.in Manu.cap.27.num.119.&de immun.eccl.lib.3.conſ.2.nu.3.ſed bonam fidem excuſare à d. incurſu voluit in puncto Nau.de ſenten.excom. conſ.38.lib.5. 16

Secundò, quia in Communitate nō videtur poſſe allegari dolus. vide Surd.d.conſ.2.num.22.

Benè verum eſt, quod ad abundantiorem cautelam † eſſet reuocandus, & cancellandus dictus ordo. iuxta c. nouerit.de ſenten.excom. Anch.d.conſ. 12.num.4.in fin.Surd.d. conſil.2. numero 22.Theſau.for.eccl. par.2. c.38. num. 55. cum ſeq.Bald.in Auth.caſſa. nume.2. vbi ampl.Cod.de ſacroſanct. eccleſ. 17

Quę autem † differentia ſit inter libertatem eccleſiaſticam, & immunitatem, vide Couar.var.reſolut.libro 2.cap.20.num.1.Item quando dicatur lędi libertas eccleſiaſtica, vide Felin. in ca.nouerit.numer.2.de ſentent.excommun.& Clar.§.fin.quęſt.77.verſ. facientes. 18

ARGVMENTVM.

Confraternitates Laicorum ſubſunt Epiſcopo.

Item, Quando poſſit Confraternitas deferre inſignia Confraternitatis in Vrbe, cui eſt aggregata, ſi alia Confraternitas eſſet ſolita prius ea deferre.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas Laicorum an ſubſit Epiſcopo. Et quando num.* 2. *&* 3.

4 *Epiſcopus poteſt viſitare Confraternitates, & eorum Eccleſias, & loca.*

5 *Loci inſpectio eſt maxima probatio.*

6 *Poſſeſſor eſt manutenendus. Et numero* 8.

7 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina, & vitioſa.*

9 *Exceptio reſpiciens petitorium non admittitur in poſſeſſorio.*

10 *Inſignibus alterius quando quis poſſit vti. Et quando prohiberi poſſit num.* 12.

11 *Forma non ſeruata corruit actus.*

RESOLVTIO LXVI.

CVm non modica exorta fuiſſet controuerſia inter Confraternitatem Sanctæ Mariæ Miſericordiæ, & Sancti Rochi ex vna, & Confraternitatem Sancti Ioſephi vnitam Confraternitati S. Rochi de Vrbe ex alia, occaſione delationis inſignium Sancti Rochi in baculis, vel alibi, Contigit de duobus diſcuti.

Primò, An dictæ Confraternitates ſubeſſent Epiſcopo Papiæ.

Secundò, quænam ex dictis Confraternitatibus foueret meliora, & potiora iura.

In primò, licèt † quidam acuti ingenij diceret, dictas Confraternitates nullatenus ſubeſſe Epiſcopo Papiæ, quia ſtatus laicalis præponderat ſtatui deuotionis, in puncto Felin. in c. 2. nu. 2. de for. compet. Natt. conſ. 62. num. 6. Gabr. de pia cauſ. concl. 1. nu. 15. lib. 6. Caualc. deciſ. 17. num. 69. par. 2. Pariſ. conſ. 50. num. 26. vol. 2. & conſ. 34. vol. 4. Rot. Ro. in nouiſſim. deci. 574. par. 1. Nauar. de off. iud. ord. lib. 1. côſ. 5. vbi tenet, quoad temporalia non ſubeſſe Epiſcopo, ſed quoad ſpiritualia tantùm. Theſaur. for. eccl. par. 2. c. 21. num. 30. vbi dicit, iuſpatronatus ipſarum eſſe laicale. Redoan. de rebus eccl. non alien. q. 49. rub. An in mat. alienan. num. 8. cum ſeq. & quæſt. 51. c. 15. incip. dico & ſecundùm Baldum num. 1. cum ſeq. 1

Nihilominus fuit reſolutum affirmatiuè.

Primò, quia † dictæ Confraternitates habent Eccleſias cum campanis, in eiſque celebrantur diuina. Lamb. de iurep. lib. 1. par. 1. q. 4. princ. art. 10. num. 10. Nauar. de foro comp. conſ. 3. Caputaq. deciſ. 328. par. 1. & ſunt inſtitutæ ad ſpiritualitatem, & charitatis profeſſionem. Burſ. conſ. 343. num. 12. volum. 4. 2

Secundò, cum † dictæ Confraternitates ſint erectæ auctoritate Epiſcopi Papienſis. Borgn. in d. deciſ. 17. nu. 69. Vſch. de viſit. lib. 2. ca. 14. num. 3. 5. & 8. vbi dicit ſufficere, quòd auctoritas Epiſcopi ſuperueniat, & præterea obſeruent regulas generales Illuſtriſs. D. Cardinalis de Rubeis olim Epiſcopi Papiæ, & proinde de relicto eis facto deberetur quarta Epiſcopo, ſecundùm Anch. & Barb. in c. officij. de teſt. n. & firmat expreſsè Theſau. for. eccl. par. 2. c. 29. num. 21. 3

Quoad verò viſitationem nulla eſt diffi-

4 difficultas, quin † Epiſcopus poſſit eas, & earum loca viſitare. Pariſ. in d. conſ.34. num.34.& 43. Quod expreſſè hodie eſt diſpoſitum per Sacr.Cōc. Trid.de reform.ſeſſ.22.cap.8. Theſau. for.eccl.d.c.29.num.22.& 23. vbi licèt dicat, eſſe ſuperſedendum, ſi aliquid opponatur, tamen ego eſſem voti, quòd nullatenus eſſet ſuperſedēdum, ſed ad viſitationem effectualem eſſet deueniendum ab Epiſcopo loci, ſaltē tanquàm ſedis Apoſtolicæ delegato, ſaluis iuribus partium. Similiter non ambigitur, Epiſcopum poſſe illas compellere ad reddendam rationem adminiſtrationis,prout cauetur per d. Sacrum Concilium Tridentinum in d.ſeſſ.22.c.9.& Theſ.fori Eccl.d.c.29. num.22.& 24.

In ſecundo fuit datum motiuum huiuſmodi.

Videtur,in controuerſia vſus,& delationis inſignium d.Rochi exorta inter dictos Confratres, pronunciandum fore ad fauorem Confratrum S. Mariæ Miſericordiæ, & S. Rochi in poſſeſſorio, cum ipſi ſoli fuerint per tempus immemorabile in poſſeſſione,ſeu quaſi pacifica,& quieta vtendi, & deferendi dicta inſignia,tàm priuatim, quàm publicè in functionibus Eccleſiaſticis, ſcientibus, & patientibus dictis Confratribus S.Ioſephi.

Prout de dicta poſſeſſione, ſeu quaſi conſtitit plenè, licèt ſummariè, per plura iura, & inſtrumenta exhibita, necnon per ipſam loci inſpectionem,
5 quæ † validiſſima eſt probatio. l. ſi irruptione.ff.fin.regund. Rip.in l.damnum. num. 7. ff. de dam. infec. Affl. deciſ. 23. numero ſexto. Et proinde
6 † veniunt in dicta poſſeſſione, ſeu quaſi manutenendi. Bart.in l.ſi duo.ff. vtì poſſid. Natt. conſilio 572. numero primo. cum ſeq. & conſil. 649. num.13. Oſaſch. deciſ.55. num.1.& 7.

Nulláque habenda eſt ratio poſſeſſionis, ſeu quaſi allegatæ ad fauorem Confratrum S.Ioſephi, nam † illa vtì 7
iunior præſumitur clandeſtina, & vitioſa.Iō. de Amic. conſ.97. num.1. & 12.Alex.conſ.76. num.8. vol.2. Non. conſ.24.num.19. Surd. conſ.28. num. 25.& 65.Io.Bapt. Ferret. conſ.17. n.1. Menoch.de retin.poſſ.rem.3. nu.726. Benintend. deciſ.42.num.4. Put. deciſ.509.par.2.Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.27.num.7.par.1.

Atque præſertim veniunt † manutenendi dicti Confratres S. Rochi, cū 8
eorum poſſeſſio ſit antiquior, & continuata.Rot.Rom.d.deciſ.27.num.13. & deciſ.28.num.2.cum ſeq.necnō fulcita titulo præſumpto ex dicto tempore, & aliis cauſis. Natt. in d. conſil. 649.num.14. Menoch.d.rem.3.num. 733. Ferret.conſ.5. num.8. Rot.Rom. d.deciſ.27.num.3.

Nec obſtare videtur, quòd dicta Confraternitas S.Rochi ſit erecta ſub titulo S. Mariæ Miſericordiæ, prout clarè dicitur colligi ex inſtrumento donationis domus factæ per Illuſtriſſimum Cardinalem Henricum de anno 1448. Kal. Martij in illis verbis [quam ſcholam Miſericordię denominari volumus.]

Quod coadiuuabatur ex inſtrumento conuentionum initarum de anno 1563. die 25. Ianuarij ſub rogitu Matthæi Cellanouæ, vbi leguntur hęc verba[Congregata Venerabili ſocietate Diſciplinatorum S. Mariæ de Ioſaphat,vulgariter nuncupata,*della Miſericordia.*]

Primò, † quia talis exceptio 9
vtì reſpiciens defectum tituli, & ſic petitorium, non poteſt opponi in præſenti iudicio poſſeſſorio. Oſaſch. deciſio. 55. numero tertio.

N 3

& deciſione centeſima decimaſexta. numero ſeptimo. Menoch. in d. rem.3.num.671.Contard.in l.1.q.1.C. ſi de moin.poſſ.

Secundò,nam, cum à tempore dictę donationis vſque in præſens ſit decurſum tempus antiquiſſimum, per quod tempus dicta Confraternitas fuit ſemper denominata ſub titulo S. Rochi, dici poteſt acquiſiuiſſe dictum titulum,præſertim accedente tacita,& expreſſa approbatione ſuperioris Eccleſiaſtici, prout patet ex multis inſtrumentis, & iuribus exhibitis. faciunt dicta per Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ.243.p.3.lib.3.

Tertiò, etenim illa verba denominationis non ſunt taxatiua,itaut ex tẽpore non potuerit addi alius titulus, qui ſit compatibilis cum primo,prout eſt in præſenti caſu. Doct. in l.ſi quis ante.ff.de acq.poſ.

Præterea in verbis contentis in dicto inſtrumento conuẽtionum non poteſt fieri aliquod fundamentum, cum in aliis inſtrumentis eiuſdem Confraternitatis rogatis per eundem Matthæum,& ante,& poſt dictum inſtrumentum denominetur Confraternitas S.Mariæ Miſericordiæ & S. Rochi ſimul.

Poſtremò dum opponeretur Confraternitatem S. Ioſephi fuiſſe aggregatam Confraternitati S. Rochi de
10 Vrbe,& vigore † dictæ aggregationis non ſolùm poſſe, ſed teneri vti inſignibus S Rochi, & ſic, cum pro ſe habeat conceſſionem Papæ, non videtur quomodo prohiberi debeat delatio dictorum inſignium,ac vſus.l.2. C.de iureiur. l. minor. ff. de modo mulct. Bart. in tract. de inſign. & arm. col.2. verſ.ſecundò quia.

Fuit replicatum; Primò, dictam aggregationem fuiſſe nullam; Tum ex eo, quòd Confraternitas S. Rochi de Vrbe non poſſit vigore priuilegiorum aggregare, niſi Confraternitates erectas ſub eodem titulo S. Rochi, ſub quo titulo non fuit erecta dicta Confraternitas S. Ioſephi: Tum quia dicta aggregatio fuit facta à Priore tantùm,& ſine interuentu aliorum ex forma priuilegij requiſitorum, forma
† autem non adimpleta corruit actus. 11
vulg.iurib.

Secundò, ſuppoſita validitate dictæ aggregationis, nihilominus dicebatur non potuiſſe præiudicari iuribus dictę Confraternitatis S.Rochi, cum abſolutum ſit in iure,quemquam non poſſe vti inſignibus alterius, ſi agitur de læſione, & præiudicio illius. Bart. & Bal.in l.1. C.vt nem.lic.ſine iud.auct. ſig. imp. idem Bartol. in tract. de inſign. & arm. col. 1. Coſta de fact. ſcient.& ign.diſt.50. num.3. cum ſeq. Hic autem proponebatur agi de intereſſe dictæ Confraternitatis S. Rochi ex pluribus, & præſertim reſpectu deuotionis,& eleemoſynarum.

Tertiò replicatum fuit, † ſuperio- 12
rem Eccleſiaſticum poſſe pro bono pacis,& ſcandalis euitandis prohibere dictæ Confraternitati S. Ioſephi per tempus ſibi arbitrarium, ne vteretur dictis inſignibus, iuxta dicta per Bart. in d.tract.de inſign.& arm.col.1.verſ. tertiò. iudex ex officio. Nauar. de elect.conſ.1.num.4. lib.1.

Inclinabam ad fauorem Confraternitatis S.Ioſephi, ſuppoſita tamen validitate aggregationis.

Primò, ex quo concurrebat auctoritas ſuperioris, nil refragante fundamento deſumpto ex doctrina Doct. in d. l.1. Tum quia diuerſus eſt caſus quoad mercatores à caſu quoad Confratres, cum in primo caſu poſſit conſiderari damnum, & deceptio

populi,

populi, ſed hîc reſultat Dei honor, & veneratio ſanctorum, ac deuotio populi. Tum quia non videbatur hîc verè agi de præiudicio alterius c.porrectum.de regul.Burſ.in d.conſilio treceteſimo quadrageſimotertio, numero 60.

Secundò, quia non vſus non præſcribitur, niſi concurrat prohibitio,& aſſenſus d.prohibitioni expreſſus, ſeu tacitus Doct.in l.malè agitur.Cod.de præſcript.xxx.ann.Burſ.in d.conſ 343 num.47.

ARGVMENTVM.

Fœminæ an ſuccedant in Emphyteuſi Eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *Tenor conceſſionis emphyteuſis eſt inſpiciendus.*
2 *Fœminæ an ſuccedant in emphyteuſi.Et quando num.12.*
3 *Emphyteuſis quando tranſeat ad extraneos:*
4 *Dictio,alia,ſignificat ſimilia expreſſis.Et num.9.*
5 *Verba generalia ſunt intelligenda ſecundùm naturam rei deducta in contractu.*
6 *Verba debent intelligi de actu vniformi,non autem difformi.*
7 *Inſtrumentum conceſſionis eſt ita interpretandum, ne ſibi contradicat.*
8 *Corrigere ſe incontinenti quis non præſumitur velle.*
10 *Interpretatio veriſimilis eſt ſequenda.*
11 *Verba ſcripturæ recipiunt interpretationem ab aliis verbis.*

RESOLVTIO LXVII.

FVit ab Eccleſia conceſſa emphyteuſis. N. [pro ſe filiis,& nepotibus maſculis, & fœminis ex linea maſculina deſcendentibus, & pro vna alia perſona,cui dare,& hæreditare voluerit,&c.] contigit, emphyteutam mori ſine teſtamento cum neptibus ex filia fœmina, ad quas hæreditas illius pertinebat ab inteſtato.

Dubitatum fuit, An dictæ neptes ex filia fœmina ad dictam emphyteuſim admitti deberent.

Et fui voti, dictas neptes ad dictam emphyteuſim non eſſe admittendas, licèt de iure emphyteuſis Eccleſiaſtica indifferẽter ſit tranſibilis ad fœminas,ſicut ad maſculos. Couar. var.reſol.lib.2.c.18.nu.1.Curt.iun.conſ.321. n.30.Magon.Lucen.deciſ.7.n.1. cum
ſeq.Quia,†ſi tenor cõceſſionis inſpi- 1
ciatur, ad quem ſemper recurrere debemus.Dec.conſ.113.& conſ.614.col. 1.Curt.ſen.cõſ.47.in prin.Cæph.cõſ. 251.n.21.vol.2.Rol.cõſ.53.in prin.vol. 3.Pariſ.conſ.5.nu.1.vol 1.conſ.12. n.2. cõſ.13.nu.13.vol.1.cõſ.16. nu.1.vol 4. Magon Lucen.deciſ.12.n.1.Ex ea cõſtat, illas fœminas ad dictam emphyteuſim eſſe vocatas, quæ deſcendunt ex linea maſculina. Cum igitur iſtæ neptes hæredes, nõ ex linea maſculina,ſed ex fœminina deſcendant†non ſunt admittendæ, & ita in propriis terminis tradunt,& concludunt Bald. Imol.Iaſ.& cæteri.in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de liber.& poſth.

Sed difficultas cõſiſtere videtur in il-
lis verbis†cõceſſionis,videl.[& ꝑ vna 2
alia perſona cui dare,&hereditare voluerit &c.]nã ꝑ dicta verba videtur ꝙ d.emphyteuſis trãſeat ad quoſcũq; he-

redes etiam extraneos.Bald.conſ.207. vol.2.Ruin.conſ. 105. num. 13. volum. 1.tam reſpectu ſucceſſionis teſtamentariæ,quàm ab inteſtato, vt per Curt. iun.cõſ.4. vol.2. quem ſequitur Non. conſ.4.num.3.Rol. conſ. 79.num.27. vol.2.& conſ.55.vol.3.

Sed ad iſta, in quibus tota vis conſiſtere videtur, reſponſum fuit, quòd in caſu iſto per dictam clauſulam non poteſt dici, comprehenſas eſſe iſtas neptes ex filia.

Primò,quia,cum in conceſſione ſit expreſſum [pro filiis , & nepotibus maſculis , & fœminis ex linea maſculina,& pro vna alia perſona, cui dare, &c.] debet intelligi de ſimilibus perſonis expreſſis,& ſic de vno alio maſculo, vel de alia fœmina deſcendente ex linea maſculina , quia natura illius
4 † dictionis, alia, qua vſi fuerunt concedentes, eſt,vt ſignificet ſimilia expreſſis.c.ſedes.vbi Felin.& alij de reſcript.Pariſ.conſ. 64.num.31. vol.2.& facit relationem ſimilium. Bal. & Sal. in l.ſi fugitiui C.de ſeru.fug.Bald.in l.conuenticulam.col.4. verſ. item eſt arg.C.de Epiſc.& Cler. Iaſ. in l.pen. C qui adm. Alex.conſ.70.vol.1. conſ. 12.col.penult.conſ.119. colum.2. vol. 2.Soc.iun.conſ.168. vol.2.nu.52. Surd. conſ.21.num.13.& conſ.42. nume.26. Natt.conſ.298.num.5.Pariſ.conſ.64. num 31.vol.3.Menoch.de recup. poſſ. rem.9.num.256.

5 Secundò,quia †verba generalia debent intelligi ſecundùm naturam rei deductæ in contractu. Bald.in rubric. C.de contrahend.empt.quæſt.9. & in l.à procuratoribus. verſ.nota ergo.C. mand.

6 Tertiò, quia †verba intelligi debent de actu vniformi , non autem difformi. Anch.conſ.291. col.4. Ideò verba illa[&pro vna alia perſona]debent intelligi vniformiter,ſcilicet,nõ ſolùm de filiis,& nepotibus maſculis, & fœminis ex linea maſculina, ſed etiam de quocumque alio maſculo, ſcilicet,pronepte,vel fœmina alia deſcendente tamen ex linea maſculina, & ſic non difformiter ex fœmina deſcendente ex fœmina.

Quarto, quia † inſtrumentum conceſſionis ita debet interpretari, ne ſibi contradicat. c.inter dilectos. §.cæterùm.de fid.inſtrum. Abb. in c.cum tu.de teſtibus.ſed ſi neptes ex fœmina per dicta verba dicerentur comprehenſę, hoc eſſet contra mentem concedentium , qui voluerunt ad dictam emphyteuſim comprehendi filios,& nepotes maſculos,& fœminas ex linea tantùm maſculina deſcẽdẽtes,& non † eſt præſumendum, quòd voluerint incontinenti ſe corrigere. l.nam ad ea.in prin. ff.de cond. & demon.Bart.in l.fin. §.idem quęſiuit.ff. de cond.indeb. 7 8

Nec obſtat fundamentum ſupra factum per illa verba, [cui dederit, vel hęreditare voluerit, &c.] quia dici poteſt, hoc procedere , vbi illa verba ſimpliciter fuiſſent adiecta, videlicet, [Pro filiis,& nepotibus, vel cui dare, &c.] ſed ſecus vbi dictum eſt [& pro vna alia perſona,&c.]quia †dictio,alia,repetit ſimilia,& eſt repręſentatiua eiuſdem qualitatis.Corn.conſ.182. num.6.volum.2.Natt.conſ.298.num. 5.volum.2.Ruin.conſ.130.colu.1. volum.3.conſ.116.num.16.vol.2.conſilio 68.num.3.vol.5. Rom.conſ.150. & ibi Mandoſ.in addit.& conſ. 485. Socin. iun.conſ.160.num.13.volum.2. Ceph. conſ.13.num.11.vol.1. & conſ.250.nu. 4.volum. 2. † & veriſimilis interpretatio eſt ſequenda, ex quo, partes ita ſenſiſſe,veriſimile eſt.Crau.conſ.245. Fab.Turrer.conſ.97.numer.7.Franc. 9 10

Becc.

Becc.conſ.57.num 19.

Secundò dicitur, quòd, cum in conceſſione ſit expreſſum pro filiis, &c. non poteſt dici deſcendentes ex fœminis includi, quia alteraretur conceſſio, & venirent contra expreſſam mentem concedentium. Ad quòd facit, nam † verba ſcripturæ recipiunt
11 interpretationem ab aliis verbis ipſius ſcripturæ. Crauet. conſ.231. numero 12.

Vnde dicta verba reſtringi debent;
12 vt † transferri poſſit dicta emphyteuſis ad aliam perſonam, ſecundùm tamen naturam conceſſionis factæ, vt in propoſito circa iſtam clauſulam benè conſiderat Dec.conſ.193.columnn. penult.verſ.non obſtat. Licèt contra Dec.teneat Rolan. de lucr. doţ. quæſtion.54.

Item, quòd non includantur filiæ fœminæ ex fœminina linea deſcendentes, comprobatur ex doctrina Alex.conſ.204.vol. 1. verſ. ſolùm ergo eſt videndum.Ruin.conſ.92.num.22. volu.3. & item facit, quòd nota Natt. conſ.551.num.29.vol.3.Soc ſen.conſ. 23.col.1.vol.4.& Ruin.conſ.13.num. 4.vol.1.

Et dum dicitur, iſtas neptes differre tantùm qualitate à perſonis ſpecificatis; Reſpondetur, quòd ſi qualitate differunt, ergo in conceſſione non comprehenduntur, cum dictio, alia, ſit repræſentatiua, non diuerſæ, ſed eiuſdem qualitatis, vt volunt omnes Doctor. ſupra allegati, qui loquuntur, quando diuerſitas eſt in qualitate iſta.

Nec facit doctrina Felini in d.c.ſedes. Quia Felinus ibi loquitur, quando in clauſula generali veniunt maiora expreſſis, quòd eſt quid diuerſum à caſu noſtro, in quo fit fundamentum ex natura dictionis, alia, quæ ex ſuo proprio ſignificatu implicat ſimilia. Felin.in d.c.ſedes. num. 40. quod ſuprà latiſſimè dictum eſt.

ARGVMENTVM.

Pendente lite ſuper Iurepatronatus in Curia, non poſſunt Patroni litigantes præſentare in partibus, nec Ordinarius inſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium de iurepatronatus non dicitur reſeruatum, ſi beneficiatus eſt mortuus in Curia.*
2 *Præſentare an liceat Patronis, quando lis eſt ſuper iurepatronatus.*
3 *Deciſio Rotæ Romanæ non habet vim legis.*
4 *Subrogatus in locum collitigantis vtitur eius bono iure.*
5 *Papa in ſubrogatione poteſt conferre beneficium de iurepatronatus abſque derogatione iuriſpatronatus.*

RESOLVTIO LXVIII.

PER mortem Reuer. Peronis in Curia vacauit Eccleſia Parochialis loci Caſtellatij Diœceſis Papiæ, ad quam fuit præſentatus Reu. Aloyſius vnus ex compatronis dictæ Eccleſiæ, qui licèt inſtetiſſet plures pro inſtitutione, & illa forſan videretur prima facie concedenda, ex quò docebat de iurepatronatus, iuxta formam Sacri Concil. Trident. de Reformat.ſeſſ.25.cap.9.& proinde † non diceretur obſtare, quòd dictus Rector eſſet mortuus in Curia, 1

ſecundùm Lap. alleg. 96. & ibi addit. Couar.pract.quæſt.cap.36.nu 4. Item cum aſſereretur conſtare, quòd patroni ſint in poſſeſſione clara, ſeu quaſi præſentandi. Lancell. de attent.lit. pend.par.2.c.4.in præfat. numer.541. & 546. Et præſertim Federicum collitigantem fouere litem iniuſtam, ſecundùm eundem Lancell. in d. præfat.num.565. Caſſad.vt lit.pend.deciſ. 3.num.2. cum ſeq.

Tamen placuit abſtinere ab inſtitutione, cum dicta Eccleſia eſſet litigioſa in Curia inter præfatos Peronum & Federicum, & propterea Ordinarius non poterat apponere ma-
2 nus, nec † minus dicebatur licere patronis præſentare. c. 1. & c. 2. vt lit. pend.in 6.Couar.in d.cap.36. num.7. Lap.alleg.22. num. 3. & ibi Mandoſ. qui teſtatur de communi opinione, eamque ſeruari in Rot. Rom. Pariſ. conſ.47. num.13. vol.4. Lancellot. in d.præfat.num. 554. cum ſeq. num. 572.579.& 585.Caualc.deciſ. 11. num. 130.par.3. Creſcen. de iurepatr. deciſ. 8.num.2.

Et licèt dictus Peronus ante eius mortem obtinuiſſet in dicta cauſa deciſionem Rotæ Rom. ad eius fauorem, tamen adhuc dicebatur lis pendere.

3 Tum quia † deciſio Rotæ Romanæ non habet vim legis. Vant.de nullit.in rubr.ex defect.proceſſ. num.121. & in rub ex defect. iuriſdict. deleg.n. 2.Lancell.in d. præfat. num. 506.& cap. 20.lim 1.num.2.Maſcard.de probat vol.1.concl. 484. Felin. in c. paſtoralis num.10.de fid.inſtrum.

Tum quia lis non dicitur finita, niſi per ſententiam executioni demandatam, ſecundùm Mohed. de lit. penden.deciſ.3.num.3.& deciſ. 5. num. 1. Creſcent.de iud.deciſ.9.nu. 1. Caſſad. vt lit.penden.deciſ.5.num.2. Put. deciſ.311.numer 6.par.2. Caputaq.deciſ. 171.& deciſ.172. num. 2. par. 2. Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.110.par.3.lib. 1.& deciſ.110.num.3.par.3.lib.2.Burſ. conſ.362.num.9.

Verùm, dum de hoc diſputaretur, dictus Federicus obtinuit à Papa ſubrogationem † in locum præmortui 4
collitigantis, cuius bono iure iuuabatur, vt latè poſt alios dicit Lancellot. in d.præfat.num.581. verſ. ad ſextum. & ſic fuit ſublata omnis difficultas. Burſat conſ.406.num.7. cum ſeq. vbi ampliat.vol.4.

Nam indubitatum eſt † Papam in 5
hoc caſu potuiſſe illud conferre abſquè derogatione iuriſpatronatus. Flã. Pariſ.de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 4.num.52. Gomeſ. ſuper reg. de impetran. benef. vac. per obitum Fam. Card.quęſt.8.nu.7. vbi teſtatur etiam de ſtilo ſignaturæ.

ARGVMENTVM.

An lex puniens facientem cõprehendat etiam mandantem.

SVMMARIVM.

1 *Clem.1. de ſepul. non includit mandantem ſepeliri excommunicatum.*
2 *Verba ſunt propriè intelligenda in odioſis.*
3 *Conſilium ſapientis excuſat.*
4 *Quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*
5 *Quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe.*
6 *Tutior pars eſt eligenda, vbi agitur de ſalute animæ.*
7 *Excommunicationis abſolutio d. Clem.*

Clem.1.nulli eſt reſeruata.

RESOLVTIO LXIX.

NON videbatur, ſuperiorem quendam Regularē, qui Religioſum ſubditum publicè ab altero ſuo ſuperiore excommunicatum mandauerat ſepeliri in Cœmiterio ad euitandum ſcandalum, cum proteſtatione tamen, quòd ibi deponeretur tamquàm in loco non ſuo, poſtea verò extrahendus, & loco prophano reddendus, iuxta conſilium habitum à quodam Magiſtro Sacræ Theologiæ, incurriſſe excommunicationem contentam in Clem. 1. de ſepult. ex pluribus.

Primò, quandoquidem ✝ conſtitutio excommunicans facientem non includit mandantem gloſ. in Clem.1. de conſang.& affin. Caiet.in ſumm. in verſ.excommunicatio c.46. verſ. & licèt Ang. in verſ. excom. caſ.36. num.5.Tabien. in verſ. excommunicatio.§.5.caſ.49.nu. 6. Nauar. in manu.cap.27.nu 51. & in puncto de hæret.lib.5.conſ.4.num. 4. verſ. quartò etiam.Ledeſ.2.4.quæſt.26.art.2. dub. 1.Caſtr.2.lib.de leg pœn. cap. 7. circa fin.

Et licèt Abb.in d.Clem. 1. num. 12. & Vital.ibidem num.33. Silu. in verſ. excommunicatio ix.num. 70. & aliqui alij tenuerint contrarium; Tum ex eo,quia d. Clem. 1. aliàs eſſet ludibrio, & fruſtratoria, ſecundùm gloſ. ibidem; Tum demum quia tacitè videtur colligi, tam ex verbis d. Clem. quàm ex veriſimili mente Pontificis, quòd includatur mandans.

Tamen prima opinio ſequenda eſt, vti communis, prout vidi quemdam Doctorem de communi teſtantem in quibuſdam manuſcriptis, necnon vti munita melioribus, & fortioribus rationibus,& innixa pietati,& pro ea admodùm vrget, ne ex vnius funere multitudo ligaretur, iuxta gloſ in d. Clem. 1. Et facit, nam ✝ in materia 2
odioſa,& pœnali, prout eſt diſpoſitio d.Clem.1. verba ſunt ſtrictè, & ad literam intelligenda.Franc.Becc. conſ. 11.num.16.Turret.conſ.6. numer. 10. vol 1.Surd.deciſ. 174. numer.1.

Secundò,quia dicta Clem.1. loquitur in præſumente ſcienter,& ſic præſupponit dolum, & malitiam. vide in puncto Tabien.in verſ. excommunicatio v.caſ.32. num.6 & de communi teſtatur Nauar. de hæret. lib. 5. conſ. 4.num.4. Dictus autem ſuperior erat immunis à dolo.

Tum quia id permiſit ratione ſcandali euitandi. faciunt dicta per Felin. in cap. 2. numero ſecundo cum ſequentibus de præſcript. Nauar. de celebratione Miſſ. conſ. 5. numero ſecundo lib. 3.

Tum quia hic agitur de actu commiſſo palàm.Bal.in l.3.num. 6. C. de ſumm.Trinit.& fid.Cath.

Tum quia id permiſiſſe aſſerebatur cum conſilio ſapientis, quòd ✝ Con- 3
ſilium dicitur excuſare, etiam ſi erraretur in iure Franc. Becc.conſ. 96. nu.16.Farinac q. 90. num.109. & 113. Conrard. in l. 1. lun. 9. num. 53. cum ſeq. C.ſi de mom.poſſ.

Tùm demùm quia fecit ſupradictam proteſtationem, quæ videtur ſaltem prodeſſe ad effugiendum dolum,& dicitur valida, cū referatur ad factum,non autem ad ius. Surd. conſ. 143.num.59.vol.1.

Et coadiuuatur, nam ✝ quælibet 4
cauſa etiā iniuſta excuſat à dolo. l. igitur.de lib.cauſ.Crau.conſ.225.num. 9.cum ſeq.vbi ampl. etiā ſi erraretur.

in iure. Franc. Becc in d. conſil. 96. numer. 17. Addebatur etiam, quòd eſt apprimè controuerſum, an Priores poſſint excommunicare, & denunciare vt per Abb. in c. 2. n. 8. de off. iud. ord. & in c. cum contingat. num. 30. de foro compet. vide Nauar. de regul. conſ. 75. num. 65. libro tertio & eodem tit. com. 3. num. 50 cum ſeq. Hẽriq. in ſum. Theol. lib. 13. cap. 24. de excom. §. 3.

5 Tertiò, † nam ſtante dicta proteſtatione, & extractione corporis à Cœmiterio facta incontinenti, non poteſt ꝑpriè dici ſepultus in Cœmiterio dictus religioſus. cum, quæ incontinenti fiunt, cenſeantur ineſſe. l. lecta. ff. ſi cert. pet. latè Gabr. lib. 1. de præſumpt. concl. 13. Quòd autem dicatur incontinenti, eſt repoſitum arbitrio Iudicis. Franc. Becc. conſ. 89. num. 17. cum ſeq. Io. Bapt. Ferret. conſ. 4. numer. 6. Menoch. de adipiſcen. poſſ. rem. 4. num. 370. & de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 9. numer. 5.

Cæterùm, quia dicebatur concurrere vltra mandatum concomitatio ad funus, & aliqua cooperatio in dicto Superiore, quo ſtante, res reddebatur apprimè dubia, ſecundùm Roſell. in verſ. excommunicatio. §. 38. nu. 15. Sanct. Anton. in ſumm. par. 3. tit. 24. cap. 33. & in factis attenditur momentum. l. ſi quis C. de inſtit. & ſubſtit Iaſ. in l. ſi quis §, in omnibus nu. 33. C. de Epiſc. & Cler. Gabr. de præſum pt. d. concl. 13. num. 3. & 30. cum
6 ſeq. Atque † in dubijs tutior pars ſit eligenda, præcipuè vbi agitur de ſalute animæ. Nau. in manu. c. 27. num. 193. Propterea fui voti, quòd ſaltem ad cautelam dictus Superior obtineret abſolutionem à dicta excommu-
7 nicatione quæ † nulli eſt reſeruata, ſecundùm Zabr. in d. clem. 1. quæſt. 27. & Nauar. in d. lib. 5. de hæret. conſ. 4. in fine. Et inſuper Cœmiterium reconciliaretur, iuxta c. 1. de conſecran. eccl. in 6.

ARGVMENTVM.

Demonſtratur, Plateam paruam Ciuitatis Papiæ eſſe Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Loca publica ſunt Principis ſæcularis.*
2 *Principis conſenſus requiritur in alienatione rei publicæ.*
3 *Viæ publicæ ſunt vniuerſitatis.*
4 *Spoliatus venit ante omnia reſtituendus. Et numer. 5.*
6 *Exceptio dominij non admittitur in poſſeſſorio. Et numer. 7.*
8 *Dominium ex quibus probetur. Et numer. 9. 10. & 22.*
11 *Præſumitur priuilegium, & conceſſio Principis ex tempore immemorabili. Et num. 12.*
13 *Dominium acquiritur ex præſcriptione.*
14 *Conceſſio facta Eccleſiæ præſumitur facta pleno iure.*
15 *Probare quis tenetur fundamentum ſuæ intentionis.*
16 *Dominus directus non poteſt præiudicare vtili domino, ipſo irrequiſito. Et num. 17.*
18 *Totum qui dicit, nihil excludit.*
19 *Præſumitur, quod eſt intra fines, eſſe illius, cuius ſunt fines.*
20 *Præſcriptum tantum dicitur, quantum poſſeſſum. Et num. 21.*
23 *Præſumptio fortior tollit debiliorem.*
24 *Ex actu violento, vel clandeſtino nihil acquiritur.*

25 *Vni-*

25 *Vniuerſitati non acquiritur ex actu particularis, & quando.*

RESOLVTIO LXX.

QVIDAM Ioannes Iacobus Galera Caſcarius auſus fuit occupare certum quid Atrij S. Syri Papiæ nuncupati hodie [*Piazza piccola*] per conſtructionem, & ampliationem porticus ſuæ domus, necnon duarum Caneparum abſque conſenſu, & licentia Dominorum Agentium Sacriſtiæ, & fabricæ Eccleſię Cathedralis Papiæ, cuius iuris eſt dicta Platea ſiue atrium ab immemorabili tempore citrà.

Et cum ad inſtantiam dictorum Agentium fuiſſet lis introducta coram D. Vicario Epiſcopali (omiſſo hic articulo illo, An d. Galera cum complicibus poſſent declarari excommunicati: nam de eo in ſubſequenti Reſolutione plenè diſcutietur) fuit apprimè controuerſum.

An dictum Atrium ſiue platea eſſet iuris dictæ Sacriſtiæ, & fabricæ.

Et ex parte dicti Galeræ eique ad-
1 hærentium allegabatur, dictam † Plateam eſſe Principis ſæcularis, prout ſunt omnia alia loca publica. ca. 1. quæ ſint reg. Luc. de Pen. in l. 2. C. de iur. reipub. lib. 11. Franc. Becc. conſil. 15. num. 3. cum ſeq.

2 Et propterea in † earum alienatione requiritur licentia dicti Principis. Bart. in l. 2. ff. ne quid in loco publ. Cœpol. de ſeru. ruſtic. prǽd. cap. 3. num. 22. Quod comprobatur, nam in d. Atrio ſiue Platea publicantur cridæ Principis ſæcularis, & Prætoris d. Ciuitatis etiam hodierno tempore.

3 Vel ſaltem eſſe Vniuerſitatis Papiæ, prout † ſunt viæ publicæ. l. 2. ff. de via publ. §. nullius. inſtit. de rerum diuiſ. & in propriis terminis dicit Bald. conſ. 206. col. fin. vol. 1. Becc. in d. cōſ. 15. num. 15. cum ſeq. à qua dictus Galera prætendit habuiſſe licentiam porticum conſtruendi, & Canepas.

Quod vltimum cōfirmabatur: Tum quia dicta Vniuerſitas olim nullum recognoſcebat ſuperiorem, niſi Imperatorem; Tū quia aſſeritur reperiri in quodam libro, quòd Vniuerſitas præfata ſelegari fecerit dictam plateam ſuis expenſis; Tum quia quidam Decurio Ciuitatis prætendebat, ſe feciſſe in dicta platea ſiue atrio aliquos actus Dominij ad fauorem Vniuerſitatis.

Cæterùm pro parte Dominorum Agentium Sacriſtiæ, & Fabricæ proponebatur, optima, & clariſſima eſſe eorum iura.

Tàm in poſſeſſorio, cum per multa inſtrumenta authentica conſtaret, dictam Sacriſtiam, & fabricam fuiſſe in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica, & quieta per annos trecentos & vltra dicti atrij ſiue plateæ, vnde, † vti temerè 4
ſpoliatæ, veniunt ante omnia reſtituendæ, & reintegrandæ, cum plena attentatorum purgatione. l. Colonus. l. cum fundum. ff. de vi, & vi arm. latè Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. num. 90. & 110. & remed. 8. num. 64. & 70.

Præſertim † quòd dictus Galera 5
nullum ius habet, nec habere poteſt in dicto atrio ſiue platea. Menoch. in d. remed. 1. num. 130.

Nec aliqua † exceptio Dominij 6
poſſet hic admitti, ſecundùm gloſ. in c. 1. de reſtit. ſpol. Menoch. d. remed. 1. numer. 239. & remed. 15. numer. 365. Maximè quando Eccleſia prætendit in poſſeſſorio, vt hic. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 73. numer. 2. deciſ. 595. &

deciſ.600. par.1. Put. deciſ.457.num. 2.par.2. Surd. conſ.234.num.35. Nec
7 minus valeret † de titulo Eccleſiæ quæri, iuxta l.cogi. C. de petit.hæred. Oldr. conſ.1. numer.7. Maſcard. de probat. volum.2. concluſ. 590. numero 3.

Quàm in petitorio iudicio, in quo
8 adducebatur. Primò conceſſio † in emphyteuſim perpetuam facta per dictos Agentes Sacriſtiæ, & fabricæ de certa parte dicti Atrij Paratico piſcatoris de anno 1396. ex qua, probari dominium ad fauorem Eccleſiæ, firmauit Bal. in l.cum tale. §.fin.ff.de cond. & demonſt. quem refert, & ſequitur Maſcard. de probat. vol.1. concl. 541. num.9.

Secundò exhibita fuerunt plura
9 † inſtrumenta locationum dicti Atrij ſiue plateæ factarum per dictos Agentes diuerſis fictabilibus à tempore immemorabili citra, ex quibus probari dominium, etiam contra tertium, tenet poſt alios Maſcard. de probat. concl.540.num.12.& concl.541. num. 14.vol.1.

Et cõprobabatur. Tum ex eo, quòd dicta platea fuit de anno 1521. circumſepta lapidibus marmoreis in capite, & pede ipſius, appoſitis in introitibus ferreis catenis cum clauibus, expenſis dictæ fabricæ, & Sacriſtiæ, quæ claues etiam hodie conſeruantur per eorum fictabiles. Quod clarè elicitur ex inſtrumentis authenticis, & ex illis verbis deſcriptis in præfatis lapidibus, videlicet. HOC OPVS CAPITVLI, & FABRICAE ECCLESIAE MAIORIS PAPIAE.
10 Et ex d. verbis † probari Dominium, tenuit poſt alios Maſcard. de probat. d. volum. 1. concluſ. 551. numero primo.

Tum ex eo, quòd in dicto atrio, vti Eccleſię, Epiſcopi Papienſes pro tempore exercuerint plures actus iuriſdictionales, nempè, faciendo diuerſa proclamata, de quibus in actis, & coercendo reuenditores, & debitores. faciunt dicta per Pariſ. in conſ.27.num. 25.vol.1.

Tertiò, nam, ſtante † dicto tempo- 11
re immemorabili ad fauorem Eccleſię, præſumitur pro ea priuilegium, & conceſſio Principis ſæcularis. Becc. in d.conſil.15.num.13. Gabr. de præſcript. concl.1.num.44. Grat. conſ.61. num. 23.vol.1. vbi dicit plus operari tale priuilegium præſumptum, quàm ſi eſſet expreſſum. Pariſ. conſil.27.num.77. & conſ.100. num.7.vol.1. Natt. conſ.98. num.19. & conſil. 179. num.18. Surd. conſ.234.num.33. Nauar. de reb.eccl. alien.conſil.1.num.1.& de regul.conſil.17.num.2. Rip. de eccl.ædif. reſp.2. num.11. & de diu. reſcript. reſp.12. nu. 16. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſ. 131.n.38.cũ ſeq. Affl.dec.239.n.6.deci. 324.n.6. vbi ampl. quòd nec eſſet allegandus titulus, etiamſi dictæ poſſeſſioni ius commune reſiſteret. Oſaſch. deciſ.101.num.33 Theſau.deciſ.16. num. 4. Caputaq.deciſ.355. & deciſ.376. nu. 1.par.2. Maſcard.de prob. vol.3. concl. 1214.num.42. cum ſeq. Vinc.de Franc. deciſ.166.num.1.par.1.

Quæ concluſio indubitata eſt in re notabili, & patenti, prout hic. Becc. in d.conſ.15.num.8 & 11. Et † vera eſt 12
quoque in Regalibus. c. ſuper quibuſdam. §. pręterea de verb.ſign. Gabr. in d. concl. 1. num.2. 25. & 61. vbi ampl. etiamſi non probaretur ſcientia Principis. Becc. in d.conſil.15.num.6. Io.de Amic. conſilio 98. numero vigeſimoquinto. Natt. conſilio 511. numer.10. Grat. d. conſilio 61. numero vigeſimoprimo. Pariſ. d. conſilio 27. num. 78. Menoch. d.remed.15. num.428. & de

de præſumpt.lib.3. pręſumpt. 132. nu. 71.Oſaſch.deciſ.29.num.7.& d.deciſ. 101.num.20.Felin.in c. cum nobis.n. 2.cum ſeq. de pręſcript.

Friuolum autem fuit reputatum obiectum illud, quòd Eccleſia habeat vſum tantùm dicti Atrij ſiue plateæ, dominium verò reſideat penes Principem ſecularem,ſeu dictam Vniuerſitatem.

Tum quia ex iuribus exhibitis omninò concludendum eſt, dominium directum, eſſe penes Epiſcopum Papienſem, ex quo in dicta conceſſione facta dicto Paratico Epiſcopus præſtitit conſenſum , quoad vſum tantùm, & reſeruato ſibi iure Corradij, cuius hodie etiam eſt in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica, & libera Reuerendiſſimus D.Epiſcopus Gulielmus Baſtonus.

Vel penes dictam Sacriſtiam, & fabricam reſidere, † prout pręſumitur ex dicta pręſcriptione. Bal. & alij.in l. traditionibus. C. de pact. & multos cumulat Gabr. de pręſcript. d. concl. 1.num.66.Maſcard. d. volum. 1. concluſ.539.num.20.& 25. Couar. in cap. poſſeſſor.par.3.in prin.num.2. vbi latè.Felin. in rubr.de pręſcript. num.4. cum ſeq.& num.6 dicit eſſe indubitatum , quando concurrit pręſcriptio immemorabilis.

15 Quod comprobatur,nam dum aliàs tentaretur aſportari ſtatuam REGISOLIS in plateam magnam , fuit contradictum ex parte Eccleſię , & inter alia oppoſitum, dictam ſtatuam eſſe in ſolo Eccleſiæ , & proinde non poſſe remoueri, cui oppoſitioni nihil fuit contradictum ex parte dictæ vniuerſitatis , Quinimò acquieuit pars aduerſans.

Tum quia, quatenus Eccleſia habuiſſet à Principe,vel vniuerſitate,adhuc tamen dominium directum reſideret penes Eccleſiam , cum † conceſſio facta Eccleſię præſumatur facta liberè & pleno iure. Alb. conſ. 389.num.7.Dec.conſ.32. num.3. Menoch.conſ.1.num 10.vol.1. Rol. conſ. 50.num.31.lib 3.Pariſ.conſ.8. num.32. vol.1. vbi dicit , nihil remanſiſſe penès ipſum concedentem. Surd. conſ. 275.num.3.Felin.in c.cæterùm, num. 21. de iud. Pereg. de fideicom. art. 23. numero 16.Maſcard.de probat.concl. 554.num.49.vol.1.& concl. 766. nu. 2. vol. 2. 14

Et,ſi replicaretur , id verum eſſe in conceſſione facta Eccleſię Romanę, non autem alteri inferiori Eccleſiæ, ſecundùm Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de iuriſd.omn.iud. num.17. & videntur facere cumulata per Surd. conſ.249. num.11.

Poſſet reſponderi,Doctores allegatos loqui indiſtinctè, & ſic de quacũque Eccleſia eſſe intelligendos, prout in ſpecie firmant Bertrand. conſ. 331. lib.2.par.j.Couar.pract. quæſt. cap.4. num.2. qui de magis communi teſtatur.Alb. conſil.62. num.15. & conſ. 64.num.82.Burſ. conſ.25. num.9.lib. 1.Menoch. conſ. 2. num. 69. vol. 1. Maſcard. de probat. d. concl. 554. num. 13.

Quod confirmatur. Tum quia eadem ratio honoris Dei,& ſalutis animarum militat in quacumquè Eccleſia.Maſcard.de probat.concl.555. vol. 1. Rip. de diuerſ. reſcript. reſp. 10. num.28.

Tum quia donatum , & conceſſum Eccleſiæ inferiori dicitur conceſſum ipſi Eccleſię Romanę , cum ipſa omnium eccleſiarum primatum , & dominatum obtineat.c.1.de tranſl.epiſc. c.loquitur.24.quæſt.1.Bertran. d. cõſ. 331. Abb. in d. conſ. 62. num. 16. Fa-

ciuntque dicta per Farin. de carcer. quæſt.28.num.59.

Vndè, qui prętendit, conceſſionem fuiſſe limitatam, nempe, quoad vſum
15 tantùm, † id probare tenetur. Doct. in c. ſuper his. de accuſat. Gabr. de probat. lib.1. concl.7. num.2. cum ſeq.

Præſertim ſtante dicta pręſumptione iuris ad fauorem Eccleſiæ. l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fideicomm. libert. Menoch. de prę ſumpt. lib. 1. quæſt.33 & lib.4. prę ſumpt.116. nu.34.

Tum demùm quia, quatenus dicta
16 Vniuerſitas, ſeu Princeps foret † directus dominus, tamen non potuiſſet concedere licentiam d. Galerę occupandi dictum Atrium in prę iudicium Eccleſiæ vtilis dominæ, ipſa irrequiſita. Affl. deciſ.292. Menoch. de arb. iud. cent.2. caſ.200. num.5. Vinc. de
17 Frãch. † deciſ.17. par.j. Aliàs ius ſuum amiſiſſent, ſecundùm Capic. deciſ. 162. num.1. Rip. de diu. reſcript. reſp. 10. Put. deciſ.31. nu.3. & deciſ.39. num. 1. par.1.

Prout neque fuit viſum conſideratione dignum, quòd dicta platea parua non eſſet in totum iuriſdictionis Sacriſtiæ, & fabricæ.

Primò, quia in locationibus dictæ plateæ leguntur illa verba, videlicet [locauit totam plateam paruam,] &
18 † qui totum dicit, nihil excludit. vulg. l. Iulianus. ff. de leg 3. & l. à procuratore. C. mand. Gram. deciſ. 4. num.2. Natt. conſ.257. num.4.

Secundò, etenim ex lapidibus marmoreis circundantibus dictam plateam colligitur clarè, illam eſſe totam
19 dictæ Sacriſtiæ, & fabricę, cum, † quod eſt intra fines, præſumatur de iure eſſe illius, cuius ſunt fines. c. cum Bertoldus. de re iud. Bart. in rub. C. de contrahen. empt. quæſt.22. Aret. conſ. 14. col.1. Soc. ſen. conſ.166. col. 2. vol. 1. Natt. conſ.204. num.1. Pariſ. conſ.15. num.9. vol.1. & conſ.4. num. 1. vol.3. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 217. num.1. cum ſeq. concl. 552. & concl. 585. num.20.

Tertiò, quandoquidem ex antiquiſſimis inſtrumentis conſtitit, porticum antiquum domus dicti Galeræ fuiſſe poſitum pro confinibus dicti Atrij ſiue plateæ, & propterea quoad dictam occupationem res eſt in tuto.

Poſtremò diluta fuerunt in ſpecie fundamenta partis. Nam publicatio cridarum non arguit iuriſdictionem in dicta platea, ſaltem vniuerſalem, ſed tantùm quoad illum actum, cum
† quantum ſit poſſeſſum, tantum dicatur prę ſcriptum. in puncto Aufrer. in add. ad Capel. Tholoſ. quæſt. 323. Pariſ. conſ.27. num.150. vol.1. & conſ. 73. num.13. vol.4. Put. deciſ. 107. par.1. vbi plura cumulat. Maſcard. de probat. vol.1. concl.14. num.23. & vol. 2. concl.946. num. 8. Capic. deciſ.209. num.32. vbi decl. 20

Præſertim, † cum hic concurrat eccleſia, quæ poſſidere prętendit in vniuerſum, vt iam dictum eſt. Mohed. de prę ſcript. deciſ.7. & de præben. deciſ. 22. num.3. Surd. conſ.234. nu.26. Natt. conſ.98. num.12. & 25. cum ſeq. & cõſ. 283. num. 2. Maſcard. d. concl. 14. num. 24. 21

Præterea non inueni Doctorem dicentem, ex publicatione cridarum in aliquo loco argui dominium ipſius loci, cum id fiat pro inducenda notitia, aliàs poſſet dici, quod Princeps haberet dominium plateæ magnæ, cum ibi etiam publicet edicta, ſic etiam Epiſcopus Papienſis, qui ſua edicta quoque publicare facit in ea.

Similiter nec ex aſſerta ſelegatione poteſt argui dominium directum dictæ plateæ. Tum quia præſumitur id actum

actum intuitu pietatis,&eleemoſynę, cum ſimus in re Eccleſiæ. Tum quia
22 illa † eſt coniectura nimis remota ad probationem dominij, ſecundũ Maſcard.de prob.quæſtio.4.numero duodecimo.

Tum demùm quia pro Eccleſia cõcurrunt fortiores præſumptiones, & probationes ad dominium, vt ex iam
23 dictis patet,†præſumptio autem fortior tollit debiliorem.l.diuus.ff.de in integrum reſtit.l.non ſolùm.ff.de ritu nupt. latè Menoch. de præſumpt. quæſtio.30.numero primo.cum ſequ. libro primo,& præſumpt.64. numer. 46.lib.6.

Tandem friuolum dictum fuit eſſe fundamentum ſuper aſſertis actibus cuiuſdam Decurionis.

24 Tum quia, † cum illi vel violenti, vel clandeſtini fuerint,nullum dicitur ius acquiſitum Ciuitati, nec vllum præiudicium illatum Eccleſiæ. Pariſ. conſ.24.num.10.& conſ.27. num.41. volum.1.

25 Tum quia † per actum particularis non acquiritur ius aliquod Vniuerſitati, niſi actus fuerit geſtus de mandato ipſius Vniuerſitatis, & eius nomine.Bald.conſ.438.vol.1.Dec.conſ. 221.columnn.penult. Rip. de rei vend. reſp.1.numero 3.Pariſ.d.conſ.27. numero 103.cum ſequen. Oſaſch. deciſ. 101.num.39. Caualc. deciſ.2. numero 62.par.5.

ARGVMENTVM.

Terminus aſſignandus in præcepto excõmunicationis repoſitus eſt in iudicis arbitrio, qui propterea illum abbreuiare poterit ex cauſa.

Item,excommunicato quando ſit deneganda appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum.

SVMMARIVM.

1 *Terminus qualis ſit aſſignandus in præcepto excommunicationis. Et num.5.& 6.*

2 *Citatio perſonalis requiritur ad excommunicandum aliquem. Et quando num.7.8.& 9.*

3 *Sententia iudicis incompetentis non eſt attendenda.*

4 *Pro ſententia rectitudine præſumitur.*

10 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens contra laicum, quando agitur de rebus Eccleſiæ.*

11 *Appellatio datur à declaratione excommunicationis. Et quando num.13.*

12 *Contumax non appellat.*

RESOLVTIO LXXI.

F VERVNT per D.Vicarium Epiſcopalem Papiæ, ob dictam occupationẽ Atrij Sancti Syri vulgò *detta, Piazza piccola,ò del Regiſole,*declarati excommunicati excommunicatione Papali contenta in ſacris Canonibus, OEcumenicis Conſiliis,ac Conſtitutionibus,dicti Ioannes Iacobus Galera,Petrus eius filius,& Bernardus Fabermurarius, publicéque denunciati per Cedulonorum affixionem locis ſolitis, inſtantibus ſic Dominis Agẽte Sacriſtiæ Eccleſiæ Cathedralis, & Aduocato Fiſcali Curiæ Epiſcopalis Papiæ. Et quia præfati conquęreban-

tur,proinde ſuper hac facti ſpecie,cõtigit dubitari de duobus.

Primò, An dicta ſententia declarationis fuerit ritè,& rectè lata.

Secundò, An à dicta ſententia declarationis daretur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum.

In primo dubio,dicebatur de nullitate & iniuſtitia dictæ ſententiæ declaratoriæ ex pluribus.

Primò, quia non fuerat ſupradictis excommunicatis aſſignatum in cita-
1 tione debitum † dierum interuallum, quod eſt communiter ſex dierum,nec poteſt ad libitum ſuum iudex id abbreuiare,aliàs peccaret.cap. ſacro. de ſent.excom.c.Romana.eod.tit.in 6. S.Anton.in ſum.par.3.tit.24. cap.74. Silu.inverb.excommunicatio.1.num. 12.Ang.in eod.verb.ij.nu.1. Pariſ.cõſ. 79.nu.4.vol.1. vbi dicit, præſumi ob id iudicem proceſſiſſe ſine cauſæ cognitione,& non informatum:In dicta etenim citatione fuit aſſignatus terminus 24 horarum tantùm.

Secundò,nam dictus Ioannes Iacobus non fuit citatus perſonaliter, ſed
2 domi ſolitæ habitationis, & tamen † in excommunicatione requiritur citatio perſonalis.Innoc.& Abb.in c.fi. de eo qui mit.in poſſ. Felin.in c.cum ſit.num.13.de ſent. excom. Couar in c.alma mater.par.1.§.9.nume.4.Caſſad.de penſ.deciſ.2.numer.4.Bellam. deciſ.186.& deciſ.188 Achil.de Graſſ. de dol.& contum.deciſ.7 num.2.Mohed.vt lit.pend. deciſ.7. Creſcent.de ſentent.& re iud.deciſ.23.Rot.Rom. in antiq.deciſ.314. & in nou.de reſcr. deciſ.2.de ſer deciſ.1 nu.4.Rom.conſil.482.nu.5. Theſaur. for.eccl. par.2. cap.17.num.27.

Tertiò, quia cum Dominus Vica-
3 rius Epiſcopalis ſit † iudex incompetens in dictos laicos,ſententia eius nõ eſt attendenda.l.1.§.1.ff.quod quiſque iur.Bald.in rubr. C.ſi à non compet. iud. latè Vant. de null. in rubr. ex defect.iuriſd.num.1.cum ſeq.

Cæterùm,omnibus bene perpenſis, fuit tentum pro validitate dictæ ſententiæ prout † in dubio pręſumendum 4
eſt,vulg.l.Herennius. §.Caia. ff.de euict.l.ab ea ff.de probat. Vincent.de Franch.deciſion. 148. numero nono. part.1.

Præſertim quòd ex actis clarè conſtaret de temeraria occupatione,& vſurpatione præfatorum,prout dictum eſt in Reſolutione præcedenti, & ab ea non fuerit appellatum ad ſuperiores Eccleſiaſticos c.ſacro. de ſent.excom.in puncto Innoc.in c.bonæ. el 1. num.8.de elect.

Et primum partis obiectum diluebatur. Primò,nam † iudex poteſt ex 5
cauſa terminum abbreuiare, ſecũdùm Doct.in cap.Conſtitutionem.de ſenten.excommun. & Summiſtas omnes in locis allegatis Menoch de arb.iud. lib.2,centur.1. caſ 52.numero 7.& 20. cum ſeq,vbi tandem dicit, eſſe arbitrarium iudici. Verùm hìc concurrebant plures cauſæ, & pręſertim periculum patens altercationis iuriſdictionalis.faciunt dicta per Menoch.in d.caſ 52,num.14.cum ſeq.

Secundò,quia ex dicta abbreuiatione,non arguitur nullitas actus,ſecundùm Pariſ. in d. conſ. 79. numero 12. cum ſeq.& nu.17.dicit vlterius,ſtante partis contumacia, pręſumi cauſę cognitionem.

Tertiò, obiectum dicebatur procedere † in excommunicatione, ſecus in 6
declaratione excommunicationis, in qua ſufficit ſimplex citatio, abſque trina monitione Couarr. in d.c.alma mater.par.1.§.9.num.4.& 5.& tenent Summiſtę omnes.

Secun-

Secundum obiectum pariter tollebatur; Tum quia id † verum eſt in
7 excommunicatione, ſecus in declaratione, in qua non requiritur citatio perſonalis, ſed ſat eſt, quòd fiat domi ſolitę habitationis. in puncto Rōm.d. conſil.482.num.5. cum ſeq. Mandoſ. form.20. com.exec.verſic. ſextò quæro: quicquid dicat Mohed. vt lite pen-
8 dent. deciſ.7. Tum quia † ſufficit etiam in excommunicatione citatio facta domi, quando illa deueniſſet ad aures, & notitiam excommunicati, prout hìc deueniſſe conſtitit. Felin. in c. cum ſit. de appell. Couar. in d.c.alma. §.9. nu.4. verſ. tertius caſus. Theſaur. for. eccl.par.2.cap.17.num.33.

Præſertim quòd dictus Petrus filius fuerat citatus perſonaliter: Tum demum, quia notorium erat, dictos ci-
9 tatos ob dictam † occupationem incurriſſe dictam excommunicationem, & propterea nulla requirebatur citatio, ſecundùm Nauar. de ſent. excom. lib.5.conſi.4.& conſ.20.num.4. Felin. in c. præterea num.4. de ſponſalib. & alios, quos refert Theſaur. for. eccl. par.1.cap.14. num. 12. & par.2. cap.38. num.110. Farinac. de delictis. q.21. numer.66. Licèt Clar. lib.5.§.fin. quæſt. 31.num.3. dicat, magis communem eſſe opinionem, quòd requiratur citatio, quem refert idem Farinac. in d. quæſt.21.num.69. Et qui ibidem tradit aliquas declarationes ad hanc concluſionem.

Vltimum obiectum confutabatur. Primò ex eo, quòd abſolutiſſimum ſit
10 in iure, iudicem † Eccleſiaſticum eſſe competentem in laicum, quando agitur de bonis, vel iuribus Eccleſiæ, vt hìc.c. ſi clericus, & ibi Doct. omnes de for. compet. & ſupra dictum eſt in Reſol.xxxxviij.

Secundò, quia hìc agebatur de ſpolio, & violenta occupatione. Abb. in c. cum ſit. num.10. de for. compet. Menoch. de recup. poſſ. rem.15.num.205. cum ſeq.

Tertiò, cum fuerit intentatum per dictos Agentes remedium declarationis incurſus cenſurarum Apoſtolicarum, quæ declaratio ſpectat merè ad Eccleſiaſticum iudicem, nec ſæcularis iudex poteſt ſe ſuper tali declaratione vllatenus ſe intromittere. Theſau. for. eccleſ. par.2. cap.38. numer. 70. cum ſeq.

In ſecundo fuit reſolutum, quòd licèt aliàs † à declaratoria, aliquem in- 11
cidiſſe in excommunicationem, detur de iure appellatio ad vtrumque effectum, ſecundùm Felin. in c. cum non ab homine col. fin. de re iud. Rom. d. conſ. 361. Nauar. de ſent. excommun. lib.5. conſ.12. num.2. conſ.35. num.3. & conſil. 65. num.5. Lancell. de attent. par.2.c.12. ampl.8. num.12. & lim.21. num.21. Put. deciſ.177. par.j. deciſ.271. par. 3. & Achil. de Graſſ. de ſent. excom. deciſ.4. num.7. Theſau. for. eccl. d. cap.17. num.35. Farinac. q.101. numer.67.

Nihilominus hìc non veniebat admittenda appellatio ad effectum ſuſpenſiuum. Tum quia dicti citati fuerunt veri contumaces, ſecundùm Theſaur. deciſ. 265. num. 5. Contu-
max † autem non appellat. l.1. C. quo- 12
rum appell. non recip. Veſtr. in praxi. lib.7. cap.3. num.54. Theſaur. d. deciſ. 265. num.3. Et ratio communis Doctorum eſt, nam citatus non comparendo videtur iudicem contemnere. Lācel. de attent. par.3.c.28.n.50. Fel. in c. quoad cōſultationē. n.28. de ſent. &
re iudic. Tū quia, cùm hìc ageretur † 13
de notorio, & patēti ſpolio, ac vſurpatione, vt aliàs dictū fuit, potuit, nō obſtante appellatione, fieri excōicatio-

nis publicatio,tam in Eccleſiis,quàm alibi per Cedulonorum affixionem. Abb.in d.c.Parochianos. numer.2.de ſent.excomm.Fran.in cap. paſtoralis. §.verùm quia. numero 27. de appell. Felin.in cap.fin.num. 36. de reſcript. Rom.conſ.482. Lancell.in d.par.2.c. 12.lim.21.num.25.Caſſad. de penſ.deciſ.2.num.8.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur, An Excommunicatio lata poſſit ſuſpendi.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio Papalis non poteſt ſuſpendi, niſi à Papa, cum ſit lata ab homine. Et quando num.* 2.8. 9.10.11.*&* 12.

3 *Iudex, lata ſententia, dicitur functus officio ſuo.*

4 *Appellatione pendente, nihil eſt innouandum.*

5 *Executor an poſſit cognoſcere.*

6 *Declaratio quid operetur. Et numero* 7.

RESOLVTIO LXXII.

FVIT requiſitus D. Vicarius Epiſcopalis Papiæ à quibuſdã Magnatibus, vt, donec diſcuteretur cuius nam eſſet dictum Atrium ſiue platea, vellet ſuſpendere excommunicationem, de qua in ſupradicta Reſolutione. Et cum id facere D. Vicarius renueret, quia id de iure ſibi non liceret, pro ſatisfactione dictorum Magnatum fuit negotium propoſitum coram doctis, & grauibus Viris in omni ſcientia, illóque bene perpenſo, Tandem fuit deuentum ad infraſcriptam Reſolutionem, Nempe.

Aut prętenditur, quòd d.Vicarius poſſit ſuſpendere ipſam excommunicationem Papalem incurſam ob vſurpationem dicti Atrij.

Et dicitur, † irrationabilẽ eſſe prę- 1
tenſionem, cum id ſpectet ſolùm ad Summum Pontificem, iuxta diſpoſita per Sacr. Concil. Trident. de reform. ſeſſ.22.cap.fin.Quinimò,ſi id Vicarius facere auderet, incurreret excommunicationem Papalem, ſecundùm Abb. in c.tam literis.column.3.de teſtibus. Lap.alleg.2.num.13 Couar.in 4.decr. de ſponſ.par 2.cap.6.nu.15. quod clarius dicitur in Bulla Cœnæ Domini num.20.

Et ratio potiſſima eſt, etenim † di- 2
cta excommunicatio contenta in dicta Bulla Cœnæ Domini num.17.dicitur eſſe ab homine, non autem à iure, ſecundùm Tolet.in ſumm. in pręfat.d.Bullæ num.5.cum ſeq. vnde non poteſt niſi ab ipſo latore, & conditore tolli, vel ſuſpendi. cap.paſtoralis, & ibi Feli.de off.ord.Abb. in c. prudentiam §.ſi verò.col.5. vbi etiam Felin. de off.& pot.iud.deleg. Gemin.conſ. 60.colum 7.

Aut prætenditur, quòd D. Vicarius poſſit ſuſpendere dictam declaratoriam ſententiam.

Et reſolutum fuit, vanam eſſe prætenſionem.

Primò, quia Dominus Vicarius, † 3
lata dicta ſententia declaratoria, functus erat officio ſuo. l. iudex. ff. de re iudic. l.poſt ſententiam. Cod.ſent. reſcind.&c.Rip.in l.quod iuſſit.ff.de re iudic.Felin.in c.qualiter,& quando el. 1.num.23.de accuſat. Vant. de nullit. in rub.ex defect. iuriſd. num.114. Capic.deciſ.1.num.24.

Secundò,

Secundò, nam hodie pendet appellatio interpoſita per dictos excommunicatos, quæ ſuſpendit iuriſdictio-
4 nem iudicis à quo, &, † ea pendente, nihil poteſt innouari, tot. titul. ff. nil nou. appell. pend. latiſſimè Lancell. de attent. appel. pend. par. 2. cap. 12. in præfat num. 75. cum ſeq.

Tertiò, quia videtur, quòd d. Dominus Vicarius ſit nudus, & merus executor circa ipſam declarationem tantùm. Capel. Tholoſ. quæſt. 345. col. 7.
5 merus † autem executor nullam poteſt admittere exceptionem poſt prolationem ſuæ ſententiæ. cap. paſtoralis. §. quia verò. & ibi Felin. numer. 17. de off. iudic. deleg. vnde multo minus ſentētiam ſuam reuocare, ſeù ſuſpendere poteſt.

6 Quartò adducebatur, quòd † illa declaratoria ſententia non indūcat aliquam nouam excommunicationem, ſed tantùm notificet ante latam. cap. nouit. & ibi Doct. de appell. ca. curæ. 2. quæſt. 3. & c. præterea de teſtib. cogen. Nauar. de regular. lib. 3. conſ. 75. num. 21. & de ſent. excomm. lib. 5. cōſ. 10. num. 1. Rom. conſ. 482. num. 5. Et, ſicut D. Vicarius non poteſt tollere, nec ſuſpendere dictam excommunicationem iam latam ab homine, vtì principale quid, ſic nec poterit tollere, vel ſuſpendere dictam declarationem, vtì quid acceſſorium principali. vulg. cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. Soc. ſen conſ. 47. nu. 5. vol. 1. Menoch. de retin. poſſ. remed. 5. num. 130. Gab. de clauſ. concluſ. 10. num. 3. lib. 6. Niſi dixeris, hic agi de materia odioſa reſpectu excommunicationis, vnde ceſſat dicta regula. Surd. deciſ. 27. numero 14. Item declarationem non dici acceſſorium excommunicationis, ſed quid principale. facit l. tunc. ff. de pecul. leg. vide Menoch. in d. remed. 5. num. 129.

Quintò, nam in omni caſu dicta ſuſpenſio † declarationis videbatur fruſtratoria: Tum quia incurſus excommunicationis iam innotuerat: Tum quia dicti excommunicati ob factum notorium tenebantur alios vitare, licèt non eſſent denunciati. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 35. verſ. nota ſecundò. Lancell. de attent in d. par. 2 capit. 12. lim. 21. num. 24. vbi firmat, alios eſſe euitandos per excommunicatum non denunciatum, tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus. 7

Aut prætenditur, quòd † D. Vicarius poſſit abſoluere ab excommunicatione Epiſcopali ab ipſo lata contra dictum Io. Iacobum ex cauſa, de qua in proceſſu. 8

Et fuit reſolutum affirmatiuè, ſecundùm doctrinam Abb. in cap. quæſtioni. numero 7. de appel. Greg. Sayr. in ſuo Theſaur. caſ. conſc. libro 2. cap. 20. Quod verum eſt, † etiamſi fuiſſet appellatum, vt latè Lancell. in d. par. 2. cap. 12. lim. 23. num. 1. cum ſequ. Nauar. de ſent. excom. lib. 5. conſ. 6. col. 5. Et procedit in iudice delegato, qui non detuliſſet appellationi, ſecundùm Abb. in dict. cap. quæſtioni. numero ſeptimo. 9

Sed ſi D. Agens pro dicta Sacriſtia proteſtaretur, quòd † non concederetur abſolutio, niſi priùs reintegrata Eccleſia, & parito iudicato, aliàs appellaret ad Sanctiſſimum D. N. & interim &c. an poſſet dictus Vicarius abſoluere, videnda ſunt tradita per Doct. in c. qua frōte de appel. & Lancell. in d. c. 12. lim. 23. num. 2. 10

Aut prætenditur, quòd D. Vicarius poſſit ſuſpendere dictam excommunicationem Epiſcopalem ab ipſo inflictam.

Et tūc reſolutum fuit, quòd, ſi acci-

pitur ſuſpẽſio, prout quid omninò diſtinctum ab abſolutione, itaut remaneat quidem excommunicatio ipſa ſecundùm propriam & formalem ſui rationem, ſed tollantur ad tempus effectus ipſius excommunicationis. Et vtique D. Vicarius non poteſt talem ſuſpenſionem concedere, neque ad tempus, ſecundùm Nauarr. de ſent. excomm. lib. 5. conſil. 16.

11 Quod ſuadetur, Primò, quia † talis ſuſpenſio ſolùm concedi poteſt à Papa, ſecundùm Tancred. in ſuo compend. quem refert, & ſequitur Borgh. de irreg. & diſpenſ. par. 6. q. 13. num. 4. fol. 361.

Secundò, nam aliàs ſequeretur vnum, & eundem eſſe, & non eſſe excõmunicatum, quod implicat contradictionem: eſſet enim excommunicatus, cum ſupponeretur habere id, in quo conſiſtit ratio formalis excommunicationis: non eſſet autem excommunicatus, cum eſſet liber ab effectibus ipſius excommunicationis, quæ dicuntur eſſe potius natura, & ſubſtantia excommunicationis, prout doctè notat Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 11. Borgh. in d. q. 13. num. 1. cum ſequen. fol. 361. & faciunt dicta per Lancell. in d. lim. 23. num. 13 cum ſeq.

Tertiò in puncto adducitur auctoritas Couarr. in c. alma mater §. 11. num. 6. de ſent. excomm. in 6. priori par. relect. & Nauar. de ſent. excomm. d conſil. 16. vbi plures auctoritates allegat, licèt aliud ſit in interdicto, quod ad tempus ſuſpendi poteſt, vt per eundem Couar. in d. c. alma mater par. 2. §. 3. num. 4.

Si verò accipitur ſuſpenſio pro abſolutione cum reincidentia, niſi in termino ſatisfiat parti læſæ &c.

12 Et tunc reſolutum fuit, † dictum Vicarium poſſe, cum non ſit niſi differentia quędam verbalis inter ſuſpenſionem, & abſolutionem. Hinc Rot. Rom. hodie ſeruat abſoluere excommunicatos cum reincidentia ad tempus. Borgh. in d. q. 13. circa fin. Put. deciſ. 41. par. 1. licèt à cenſuris latis in Curia non abſoluat, niſi cauſa cognita, vel aliter conſtet de nullitate. Put. d. deciſ. 41. Caputaq. deciſ. 2. parte 1. Mandoſ. de ſignat. grat. rubr. abſolutio ab excommunicatione. verſ. abſolutio à Rota. &, ita hodie vbique ſeruari in practica, teſtatur Couar. in d. c. alma mater. §. 11. num. 6.

ARGVMENTVM.

Subiiciũtur excommunicationi, tàm vſurpantes iura, & bona Eccleſiæ, quàm mandantes, conſulentes, & quoduis auxilium præbentes.
Et quando hos ignorantia excuſet.

SVMMARIVM.

1 *Puniri non debet alter pro altero.*
2 *Excommunicatio non incurritur ſine dolo.*
3 *Mandans non includitur in lege puniente facientem.*
4 *Sacr. Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 22. cap. fin. quomodo intelligendum. Et num. 13.*
5 *Ignorantia iuris quando excuſet ab excommunicatione. Et num. 14. 15. & 16.*
6 *Contumax habetur pro conuicto, & confeſſo.*
7 *Iudex debet iudicare ſecundùm acta, & probata.*
8 *Dolus præſumitur in faciente rem prohi-*

prohibitam à lege. Et numero nono.

10 *Pœna imponitur etiam pro negligentia.*

11 *Excommunicatio imponitur etiam pro leui re, ſi adſit culpa mortalis.*

12 *In claris fruſtra dubitatur.*

17 *Operarius quando excuſetur.*

RESOLVTIO LXXIII.

POSTREMÒ in eadem cauſa fuerunt vndecim fundamenta cumulata per quendam ſcribentem pro nullitate ſententiæ præfatæ declaratoriæ excommunicationis Papalis quoad perſonam Petri Galeræ, & Bernardi Magiſtrimurarij, quæ omnia ad quinque tantùm reducebantur.

1 Primum erat, quippe † alter pro altero puniri non debet, nec filius debet portare iniquitatem patris. Nauar. de pœnit. & remiſſ. libro 5. conſilio 26. num. 1. Farinac. de delict. quæſt. 24. numer. 1. cum ſeq. Sed dictus Petrus non occupauit Atrium S. Syri, cum Io. Iacobus eius pater fabricare fecerit in eo.

Secundum erat, quia Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. fin. de reform. loquitur per verbum, præſumpſerit, quod importat dolum. Nauar. de regul. com. 4. num. 62. & conſil. 38. num.
2 2. de ſent. excomm. vbi dicit † excommunicationem non incurri ſine dolo, quod idem tenent Bellam. deciſ. 541. Caſſad. de conſtit. deciſ. 5. num. 7. de probat. deciſ. 1. numero tertio. Farinac. quæſtione 87. numero trigeſimotertio. quæſt. iij. numero 357. vbi firmat, nec ſufficere latam culpam.

Tertium erat, quamuis enim dictus Petrus fuiſſet mandans, vel conſulens, nihilominus non potuiſſet declarari excommunicatus, cum † tales non includantur in lege excommunicante 3
facientem, niſi exprimatur, ſecundùm Nau. in Manu. c. 27. num. 51. conſil. 34. numero 2. & conſilio 54. numero 4. de ſent. excomm. de quo diximus etiam ſupra in Reſolutione lxix.

Quartum erat, nam † d. Conc. Trid. 4
intelligendum eſt, quando fieret id auctoritatiuè, & poteſtatiuè, ſecundùm dicta per Nauar. conſil. 29. num. 3. de ſent. excomm. quæ auctoritas deficiebat in ſupradictis excommunicatis.

Quintum & vltimum erat, quando- 5
quidem † in omni caſu ignorantia iuris probabilis deberet illos excuſare. Nauar. in d. c. 27. num. 274. & conſ. 42. de ſent. excomm. Bellam. d. deciſ. 541. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 10. quæſt. 9. num. 10. cum ſeq. Farinac. quæſt. 90. num. 91. cum ſeq.

Cæterùm, viſis teſtium depoſitionibus ſuper occupatione dictarum rerum, & iurium Venerabilis Sacriſtiæ Eccleſiæ Cathedralis Papiæ examinatorum, ſedulóque inſpectis rationibus, & inſtrumentis productis per Multum Reu. D. Agentem dictæ Sacriſtiæ, ac toto proceſſu, fuit reſolutum pro validitate dictæ ſententiæ, prout in dubio præſumendum eſt, ſecundùm communem ſcribentium opinionem.

Et deducta in contrarium, licèt tolli poſſent vnico fundamento, nempe ex contumacia præfatorum: cum
† contumax habeatur pro conui- 6
cto, & confeſſo, ſecundùm Clarum in §. fin. quæſtione quadrageſimaquarta. verſic. licèt autem. & latè per Farinac. de inquiſ. quæſtione 11. nu-

mer. 5. vbi teſtatur de generali conſuetudine totius Italiæ.

Tamen ſingilatim omnia confutari poſſunt. Et primum tollitur tanquàm non verum in facto, cum ex proceſſu clarè cônſtet, occupatorem rerum, & iurium dictæ Eccleſiæ fuiſſe tàm Petrum, quàm Ioannem Iacobum, & ſic ambos eſſe principales in delicto, & pro ſuo delicto punitos, ſiue excom-
7 municatos fuiſſe: iudex † autem debet iudicare ſecundùm acta, & probata, non autem ſecundùm conſcientiam. Oſaſch. deciſ. 1. num. 39. Farinac. de delict. quæſt. 21. num. 163. S. Thom. 2. 2. quæſt. 67. art. 2.

Præſertim cum d. Conc. Trident. in d. c. fin. comprehendat quouis modo impedientes, à quo impedimento non poteſt ſe excuſare d. Petrus, cùm fortiter reſtitiſſet M. Reu. DD. Canonicis dictæ Eccleſiæ implentibus Canepam, prout conſtat ex actis; Et vlterius cum dictæ Canepæ conſtructæ in d. Atrio ſint extra domum patris, neque mandatum patris ipſum excuſaret, ſecundùm dicta per Farinac. quæſt. 97. num. 158.

Secundùm tollitur faciliter. Tùm
8 quia † in faciente rem prohibitam à lege ſemper præſumitur dolus, & malus animus. l. 1. C. de ſicar. Pariſ. conſil. 52. num. 33. & conſ. 78. num. 16. cum ſeq. volum. 4. latè Maſcard. de probat. concl. 495. num. 4. concl. 531. num. 50. & 102. vbi in ſpecie loquitur de occupante. Farinac. de delict. quæſt. 18. nu. 71. & quæſt. 89. num. 77. cum ſeq.

9 Et præſertim † præſumitur dolus in ſupradictis, cum vltimam Canepam ædificauerint in contemptum prohibitionis, & inhibitionis dictorum Canonicorum, & modo inſolito, & feſtinanter auctis operariis, quinimò, vt dictum fuit, cum aſſiſtentia hominum armatorum. l. ſi fundus. C. de rei vendic. Crau. conſ. 193. num. 2. Maſcard. in d. concluſ. 531. numero quinquageſimotertio. cum ſequent. Farinac. q. 97. num. 144.

Quod inſuper corroborabatur, cum ageretur de commodo, & vtilitate ipſorum ædificantium. Maſcard. in d. concl. 495. num. 10. & de animæ periculo. num. 6. facit dictum Putei deciſ. 363. num. 7. par. 2. Farin. q. 87. numero 60.

Tum quia † pœna imponitur quoque pro negligentia Clar. §. fin. quæſt. 10
60. verſ. ſunt etiam. & q. 84. in prin. Farinac. in d. q. 24. num. 92. vbi dicit, eſſe imponendam pœnam extraordinariam. & q. 31. num. 12. Et indubitatum eſt, † excommunicationem in- 11
curri, etiam pro leui re, dummodò adſit contumacia, ſeu culpa mortalis. c. nemo. 11. q. 3. c. ſacro. de ſent. excomm. Nauar. in Man. c. 27. nu. 9. Imò de iure communi in delictis, in quibus dolus non eſt de ſubſtantia, quis punitur pro culpa tantùm, puta ſi lex punit actum, qui infertur in rem, Farinac. q. 87. numer. 51. & tunc cauſa iniuſta non excuſaret. Clar. in d. §. fin. q 60. verſ. & generaliter ſcias in fi. Farin. q. 90. nu. 52. Demùm verbum præſumere, denotat aliquid fieri de facto. Felin. in c. Iudæi. num. 8. de teſtib.

Tertium fuit reputatum friuolum, ex quo d. Conc. Trid. in d. c. fin. comprehendit expreſsè facientes, mandantes, & conſulentes, ponderando verba illa. [per ſe, ſeu per alios, vel per ſuppoſitas perſonas] vnde cùm ſimus
† in claris fruſtra dubitatur. vulg. l. 12
ancillæ. C. de furt.

Additur præterea, in caſu occupationis bonorum Eccleſiæ comprehendendi mandantes: Tum quia aliàs fraudaretur lex: Tũ quia agitur de

delicto.

delicto ſucceſſiuo,& continuato,cùm occupatio non ſolùm fiat per cõſtructionem, ſed etiam per retentionem ædificij iam conſtructi.Nauar.in Mã. c.6.num.17. cum ſeq.

Ad quartum fuit dictum, non potuiſſe id applicari in præſenti caſu.Tũ quia d.Conc.Trid.in d c.fin.loquitur generaliter, & per verba nimis vniuerſalia,ponderando illa verba, [ſi quem, & quacunque,] vnde non eſt facienda reſtrictio, eò maximè cum agatur de re fauorabili Eccleſiæ, & de ſalute animarum. vulg.l. ſunt & perſonæ.ff.de relig. & ſumpt fun.

Tum quia Nauar.in d.conſ. 29. nu. 3. loquitur tantùm de impediente executionem rerum Apoſtolicarum; licèt eius opinio non ità videatur tu-
13 ta, cum dicta Bulla † Cœnæ expreſsè compræhendat etiam auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes.

14 Vltimum tollebatur. Primò,quia † ignorantia iuris non præſumitur, ſed debet probari ab allegante cap. præſumitur,& ibi Doct. de reg.iur. in 6. Corn.conſ.226.num.4.vol.1.latè Gabr.de reg.iur.concl.8.num.1.lib.6.

15 Secundò, † nam ignorantia iuris non excuſat à pœna legis,vel Conſtitutionis,præcipuè quando ignorantia eſt ſuper iure claro,vt hic. Nauar. de ſumm.Trin.conſ.1.nu.2.de vſur.conſ. 20.nu.1.cum ſeq. Menoch. de arbitr. iudic.lib.2.cent.2.caſ.185.num. 8. Farin.d.quæſt.90. num. 103. Vel ſuper eo,quòd quis facilè ſcire poteſt, ſiue tenetur ſcire. Gabr.in d. tit. de reg. iur.concl.7.num. 45.Clar.in d. §. fin. quæſt.60.verſ.quæro nunquid. Pariſ. d.conſ.78.num.22.& 24.cum ſeq.

16 Quod corroboratur, † cum in Ciuitate Papię ſit copia peritorum,quos conſulere poterant præfati occupatores.Pariſ.in d.conſ.78.num.22.Put. deciſ.363.num.6.par.2. Mohed. de pœn.deciſ.3.num.1.

Tertiò, quia dicta ignorantia eos excuſat,quoad forum conſcientiæ, nõ autem quoad forum exterius. Nauar. de ſent.excomm.lib.5. conſ.51. num. 1.& conſ.52.num.7.

Vnum additur quoad Magiſtrum murarium,quòd † licèt aliàs ipſe poſ- 17
ſet excuſari ex actu indifferenti,nempè quia eſſet ſolitus pro mercede locare operas ſuas.glo.in l.in rem.§. ſignum.ff.de rei vend. Iaſ.in l. de pupillo.§.nunciationem.nu.7. ff. de op. nou.nunc.Turr conſ.4 num. 80. vol. 1.Clar.§.fin.quæſt.60.verſ.ſolet. Menoch.de arbit. iud. lib. 2.cent.4.caſ. 354 num.36.Magon. deciſ. Flor. 150. num.7.cum ſeq.& num. 25. Farinac. quæſt.97.num.131.

Nihilominus fuit dictum illum eſſe inexcuſabilem in præſenti negotio, cùm verè ſciuerit, imò viderit prohibitionem realem factam per dictos Canonicos, vt in puncto tradit Pract.Pap.in for.lib.pro turb. poſſeſ. verſ.animo.num.3.dùm firmat, quòd ob ſcientiam fuit effectus particeps criminis. latè Menoch. de arbitr. iudic.caſ.354.num.40.Surd. conſ. 22. n. 41.Magon Flor.deciſ.150.num. 4.vbi dicit contra operarium ſufficere proteſtationem extraiudicialem,& num. 20.reddit rationem, quia præſumitur in eo dolus.Farinac.quæſt.89. nu.142. cum ſeq.& quæſt.97.num.137.

Quinimmò dicebatur dictus Magiſter murarius indignus omni abſolutione, ex quo contempſit excommunicationem, publicè communicando cum alijs, perſeuerando in conſtructione domus præfatæ. gloſ. in c. certum 11. q.3.

***

ARGVMENTVM.

Epiſcopo, vel alio graui viro credendum eſt, ſibi conceſſam fuiſſe auctoritatem oretenus à Summo Pontifice abſoluendi aliquem ab excommunicatione cum reincidentia ad tempus ad ipſius beneplacitum: Quæ auctoritas ex primo actu abſolutionis cum reincidentia non euaneſcit, ſed durat iteratis vicibus pro libito ipſius abſoluentis.

Nec etiam morte ipſius Papæ expirat.

SVMMARIVM.

1 *Delegato aſſerenti de facultate quãdo credatur, & quibus. Et num. 2. & 3.*

4 *Diſpoſitio intelligitur de primo actu. Et quando num. 6.*

5 *Interpretatio benignior eſt facienda in fauorabilibus.*

7 *Iteratio actus quando dicatur prorogatio.*

8 *Clauſula, arbitrio tuo, quid importet.*

9 *Gratia quando morte concedentis expiret. Et nu. 10. 13. 15. 16. & 17.*

11 *Gratia quando dicatur informis ſolo verbo facta. Et num. 12.*

14 *Iuriſdictio perpetuatur per actum ante citationem.*

RESOLVTIO LXXIV.

IN eadem cauſa fuit porrecta ſupplicatio S. D. N. Papæ, tenoris huiuſmodi. [*Beatiſsimo Padre. La Sacriſtia, & fabrica della Cathedrale di Pauia poſſedono vna piazza, detta l'Atrio di S. Siro, quale locano à diuerſi venditori d'herbaggi, polaria, & altre vittouaglie: Alcuni particulari reedificando certe loro caſe, che reſpondono ſopra detto Atrio n'hanno occupato braccia tre di larghezza, & 30. di longhezza in circa, non oſtante molte pie, & paterne monitioni fattali, Onde come occupatori de beni di Chieſa ſono ſtati dichiarati ſcommunicati dal Vicario Epiſcopale ad inſtanza delli Agenti di detta Sacriſtia. Hora detti occupatori pretendendo, ch'il ſuolo ſia della Città, & da eſſa tenerne licenza, ſono ricorſi al Prencipe ſeculare, quale ſapendo le bone ragioni di detta Sacriſtia, & fabrica s'offeriſce agiutarla, con moſtrar' deſiderio, che ſi ſtabiliſchi il negotio buonamente, & ſenza lite, & tra tanto hauerrebbe à guſto, che s'aſſolueßero detti ſcommunicati almeno con reincidentia, ma dubitandoſi, ſe il Vicario lo poſſa fare, s'è giudicato eſpediente darne parte à V. Beatitudine, quale il Veſcouo di Pauia humilmente ſupplica à degnarſi de darle auttorità d'aſſoluere detti ſcommunicati con reincidentia à ſuo arbitrio, credendoſi, che ſi concertarà il negocio con ſodisfatione commune, reſeruato però ſempre il beneplacito di V. Beatitudine, ſenza la quale detti Agenti non intendono ſtabilire coſa aluna.*] Duo Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Cardinales fecerunt verbum cum Sanctitate ſua, quæ gratioſè conceſſit facultatem petitam, & dictæ facultatis vigore, licèt oretenus conceſſæ, dicti excommunicati pluries fuerunt abſoluti cum reincidentia ad tempus, quod cum fuiſſet elapſum modo petitur alia abſolutio, ſed cum Papa, qui conceſſerat dictam faculta-

cultatem,obiſſet, exorta eſt non modica difficultas, quæ videbatur ad tria reduci.

Primò, An Reuerendiſſ. Epiſcopo Papiæ credendum eſſet, quod ſibi a S. D.N.Papa Clemente VIII.fæl. recor. fuerit conceſſa facultas abſoluendi à dicta excommunicatione Papali cum reincidentia ad arbitrium d.Io. Iacobum,& Petrum de Galeris, ac Magiſtrum Bernardum.

Secundò, An facultas expirauerit ex prima abſolutione conceſſa d. excommunicatis cum reincidentia ad duos menſes abſque alia declaratione.

Tertiò, An dicta facultas expirauerit ob mortem Papæ,qui eã conceſſit.

In primò dubio dicebatur, Epiſco-
1 po † nullatenus eſſe credẽdum quoad prędictã conceſſionẽ,ex quo nec Cardinali creditur aſſerenti ſe delegatũ, ſeu cauſam ſibi fuiſſe cõmiſſam viuæ vocis oraculo,ſecundũ Innoc. in c. cũ olim. el. 1.de priuil. plures cumulat Gabr.de probat.lib 1.cõcl.3.n.15. cum ſequentibus.

2 Præſertim † cũ hic videatur agi de præiudicio Sacriſtiæ,& fabricæ eccleſiæ Cathedralis Papię Goza l.conſ.41. num.15 quem refert, & ſequitur Gabr.in d.concl.3 num.17.

Cæterùm contraria ſententia fuit
3 viſa verior, Nam † creditur etiã probo viro,vel nobili aſſerenti ſe delegatũ.Innoc in c.cũ in iure.de off.deleg. Abb.in c.cũ olim.de priuil. Rõ conſ. 59.nu 6.& ibi addit Maſcar.,de prob vol.2.concl.1091.nu.19. latè Gabr. in d.concl 3.nu.7.& 8.Accedit, cum duo Cardinales teſtentur de tali commiſſione facta à Papa, qui erant in Vrbe, faciunt dicta per Gabr. in d. concl. 3. num. 20. Et obiectum tollitur ex e quod verior, & cõmunis opinio Doctorum ſit,eſſe credendum Cardinali in dicto caſu, iuxta cumulata per Gabr.in d.concl 3 nu.15. verſ. contrariũ, quod.Prętereà negatur,hic agi de aliquo prę iudicio eccleſię, cum abſolutio ſit cum reincidentia ad duos mẽſes.Ang.conſ.182.Gabr.in d.concl. 3. nu.18 vbi allegat Doctores hinc inde.

In ſecundò videbatur reſoluendũ, dictam facultatem expiraſſe, cum abſolutum ſit in iure, † verba intelli- 4
genda eſſe de primo actu tantùm. l. boues.§.hoc ſermone. & ibi Doctor. pręſertim Tiraq ff. de verb. ſign. Iaſ. in l.duobus.§.ſi ei qui.num.1.ff.de iureiur.& in l. diuortio. §. quòd in anno.num.12.ff.ſolut. matrim. Felin. in c.2.nu 3.de tregua,& pace. Gabr. de leg.& conſtit.concl. 2. lib. 6. Surd. conſ.18.num.9.Azor. inſtit. mor lib. 5 cap.23.quæſt.5.Quod præſertim verum eſſe dicitur hic,cum ſimus in diſpoſitione hominis.Iaſ.in d.l.duobus. §.ſi ei qui.num.20.& d.l. diuortio. §. quòd in anno.num. 25.

Cæterùm magis placuit reſolutio, quod d.facultas nullatenus expirauerit ex pluribus.

Primò,quia hic fuit conceſſa facultas ſimpliciter, & agitur de materia fauorabili, cum tractetur de ſalute animæ, vnde † benignior eſt facienda 5
interpretatio. latiſſimè Felin. in d. cap.2.numer.5.verſ.fallit tertiò. Tiraq. in d. l. boues. §. hoc ſermone. lim.3 in puncto Non.conſ.18.num.7. Azor.in d.cap 23.quæſt.5.

Secundò,nam dicta facultas fuit petita,& conceſſa ad effectum,vt ex bono,& æquo negotium concertaretur, & terminaretur, & † cum ex pri- 6
ma abſolutione huic intentioni non ſit ſatisfactum, ex quo controuerſa nondùm fuit terminata, verba ſunt intelligenda de actu vlteriori, & iteratis vicibus.Iaſ.in d.l. diuortio.

§.quòd in anno.num. 27. Bal. in l. fidecommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de leg.3.Felin.in d.cap.2. num. 6. verſ. fallit quint . Tiraq. in d.l.boues.§. hoc ſermone.lim.6.

7 Tertiò dici poſſet, quòd illa † iteratio abſolutionis eſſet potius extenſio primæ reſpectu temporis, quàm noua, cum ſit eadem abſolutio. facit l. non ſunt.ff.de ſtat.hom.& l.3.§. conditio.ff.de adim.leg. & in ſimili ponit Caſtr. conſ.389.num.1.cum ſeq. vol.1.

Quartò ponderata fuerunt illa verba poſita in precibus, & in reſcripto repetita, vz [*aſſoluere li ſcommunicati cum reincidentia à ſuo arbitrio*] nam licèt verba, arbitrio tuo; importent aliàs arbitrium boni viri, ſecundùm Menoch.de arbit.iud. lib. 1. quæſt. 8. num.29. cum ſeq. Nihilominus hic important liberam voluntatem, & non regulatam, ſicut illud verbum; pro libito; ſecundùm Surd. conſ. 10. num.50. cum ſeq.

Quod ſuadetur, quandoquidem ſic ſubiecta materia pati videtur, cum dicta abſolutio non concedatur cum cognitione cauſæ, neque citata parte. faciunt dicta per Menoch.in d. lib. 1. q.14.num.8.

Et circa dicta verba animaduertendum eſt, illa poſſe referri, tàm ad reincidentiam, quàm ad ipſammet abſolutionem, quo ſtante viderentur importare idem, quod clauſula; toties, quoties. ſ. opus fuerit ad effectum concordiæ.

In vltimò dubio, viſis, & ponderatis nonnullis peritorum in iure votis, inclinatum fuit ad partem negatiuam ex pluribus.

Primò, ex illa vulgata concluſione,
9 quòd gratia † morte concedentis etiam re integra non expiret. cap. ſi cui.de pręben. in 6. c. ſi ſuper. de off. deleg.in 6. Nauar. de cler. non reſid. conſil.4.num.final. de priuileg. conſ. 2.num.1.lib.5.& de reddit. eccleſ. q.3. §.octauò moneo.poſt alios Gabr. de præb.concl.1.num.1.& 17.vbi propriè loquitur in Papa.lib.6.Burſ. conſ.29. num.9.vol.1.Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.47.num.15. par. 1. & in nou. deciſ.349.Azor.inſtit.mor.lib.5. cap.23. quæſt. 4.

Quod confirmabatur, ex quo † ad- 10
huc durat cauſa gratiæ, quæ fuit amicabilis compoſitio, prout colligitur ex precibus prędictis.arg.cap.ſi ſuper gratia.de off.deleg.in 6.Rot. Rom.in antiq.deciſ.580.Soc.iun.conſ. 89. nu. 35.volum.1. Et facit, nam conceſſio refertur ad preces, & ſupplicata. cap. dilectos.§. cæterùm. de fide inſtrum. Abb. in cap. 2. numer. 2. de treg. & pace.

Et dum replicaretur, id verum eſſe,
† quando gratia eſſet conceſſa per li- 11
teras ſecus ſi ſolo verbo, & viuæ vocis oraculo, vt hic, cum gratia dicatur informis abſque literis.Bellam. deciſ. 609.quem refert Maſcard. de probat. vol.2.concl.845.num.19.faciunt dicta per Caputaq.deciſ.51.num.2. par.2.& Reg.Cancel.26.30. & 51.

Fuit reſponſum, magis communem
eſſe opinionem, & in praxi ſeruatam,
quòd † ſolo verbo Romani Pontifi- 12
cis gratia perficiatur. Gabr. in d. concl.1. num. 2. & latiſſimè Maſcard. in d.concl.845.num.14.cum ſeq.Rot. Rom.in antiq. deciſ. 882. Silueſt. in verbo gratia,num.3.Azor. in d. lib. 5. cap.23 quæſt.11.

Præſertim cum in dicta abſolutione concedenda non eſſet adhibenda aliqua cauſæ cognitio. Silueſt. in d. numero. 3. & ageretur de fauore animæ.Felin.conſ.6. Rot. Rom. in nouiſſ. dicta deciſ. 349.

Secundò,

Secundò, pro dicta opinione negatiua allegari poſſe videtur, quòd † hic res non ſit integra, ex quo Epiſcopus præfatus pluries abſoluit cum reincidentia ab excommunicatione viuente Papa. cap. quamuis. de off. deleg. Vant. de null. in rub. ex defect. iuriſd. deleg. numer. 103. Gabr. in d. concl. 1. num. 43. cum ſeq.

13 (tiua allegari poſſe videtur)

14 Coadiuuatur, † nam in iudice delegato perpetuatur iuriſdictio etiam per actum antè citationem, & litis conteſtationem. glo. in d. cap. quamuis. & de magis communi opinione teſtatur Gabr. de citat. concl. 2. numer. 1. libro ſecundo.

Nec ſupradictæ reſolutioni obſtare dictum fuit, quòd hic agatur de facultate conceſſa ad abſoluendum, & executore dato ad abſolutionem impen-
15 dendam, & proinde illa † expirauerit morte concedentis. d. c. ſi cui. latè Gabr. in d. concluſ. 1. numero quinto. cum ſeq. Rot. Rom. in nouiſſ. dicta deciſ. 349.

Primò, quia dicta facultas fuit conceſſa in gratiam ipſius Epiſcopi petentis ad effectum compoſitionis, prout clarè ex dictis precibus porrectis depromitur. Nauar. in Man. cap.
16 27. num. 254 vnde † non expirauit morte concedentis, cum, attenta perſona dicti Epiſcopi, dicatur gratia facta, non autem facienda. d. c. ſi cui. Gab. in d. concluſ. 1. num. 8. Nauar. de priuil. conſ. 1. num. 1. lib. 5.

Secundò dictum fuit, hic rem non eſſe integram, vt ſupra dictum eſt, & faciunt dicta per Gabr. in d. concluſ. 1. num. 10. & 44.

17 Tertiò, nam † hic ſumus in conceſſione facultatis, non autem in commiſſione vide dicta per Siluestr. in d. verſicul. gratia. numero tertio. & Nauarr. in d. conſilio primo. numero 1. & in Man. d. cap. 27. num. 253. cum ſeq. cum, ſi per viam commiſſionis eſſet data executio, vtique expiraſſet morte committentis, ſecundum Gabr. in d. concl. 1. nu. 7. & Rot. Rom. d. deciſ. 349. quia dicitur demandata cognitio cauſæ.

ARGVMENTVM.

Cancellarius, & Notarij Curiæ Epiſcopalis, cū ſint familiares, vel ſaltem de familia Epiſcopi, gaudent priuilegio fori.

SVMARIVM.

1 *Familiaris Epiſcopi quis dicatur. Et num. 2. 3. 4. 5 & 8.*
6 *Cancellarius Curiæ Epiſcopalis gaudet priuilegio fori, tam in cauſa ciuili, quàm criminali.*
7 *Interpretatio ſumitur à practica.*
9 *Eodem priuilegio fori gaudent ſubſtituti ipſius Cancellarij.*

RESOLVTIO LXXV.

CVm P. de Baſſis Mercator prætenderet à D. Sicco Cancellario Curiæ Epiſcopalis Papiæ certā ſummam pecuniarum, illum conuenit iudicialiter corā D. Iudice Mercatorum, dictus Siccus volēs ſua iura tueri obtinuit inhibitionem à D. Vicario Epiſcopali contra D. iudicē & dictū P. ne auderēt illum moleſtare, niſi corā Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Papiæ, ſiue eius Vicario Generali, ſub certis pœnis, cum vti de familia Epiſcopi gaudeat priuilegio fori. cap. final. de off. Archid. Capic. deciſ. 12. circa

finem.Clar.§.fin.quæſt.35.verſ. quæro nunquid.Natt.conſ.576. num.6.& 12. Theſau. deciſ.22.num.4. & 6. & plures alios cumulat. Farinac. de inquiſ.quæſt.8.num.46.vbi de communi teſtatur. Affl. ſuper conſtit. regni lib.1.rubr.9. de illicita portat. arm nu. 7. Quinimò omnia contra ipſum geſta reuocarentur, & de reuocatione fides exhiberetur in actis &c. & cũ dictus P. conquæreretur de dicta inhibitione tranſmiſſa.

Fuit apprimè dubitatum, An dicta inhibitio de iure poſſet ſuſtineri.

Et ex parte dicti P. dicebatur, eſſe omninò reuocandam,cum dictus Siccus non ſit familiaris Epiſcopi, ex
1 quo † non eſt ſuus commenſalis, nec dentibus inſeruit. cap. fin. de verbor. ſignific.in 6.& ibi Doct. Gomeſ. ſuper regul.Cancellar.de impetr.benef. vacan.per obit.Card. quæſt. 13. num. 1.cum ſeq.Mandoſ. ibidem quæſt. 10. Pariſ.conſ.50.num.33. vol.4. latè Maſcard.de probat. vol.2.concl.755.num. 1. cum ſequent. Direct. Inquiſit.par. 3. quæſt. 70. comm. 119. Fuſch. de viſit.lib.2.cap. 23. num. 6. & proinde non gaudet dicto priuilegio.

Cæterùm pro validitate inhibitionis,adducebatur. Primò, quòd, cum dictus Siccus exerceret dictum officium Cancellariæ non modici lucri, & emolumenti, dicebatur viuere expenſis Epiſcopi,cuius erat dicta Cancellaria. faciunt dicta per Maſcard. in d.concl.755. num.5. & Gomeſ. in d. quæſt.13.num.7.cum ſeq. Præſertim cum id exerceat in ipſomet Epiſcopali Palatio, in quo degit dictus Epiſcopus,ad quod faciunt dicta per Gomeſ.in d.reg.quæſt.14.num. 8. & per Caualc.deciſ.31.num.17.par.3.

2 Secundò,quia † familiaris, & de familia dicitur eſſe,qui eſt deputatus ad aliquod ſeruitium, & officium. l. fin. C.de prox,ſacr.ſcrin.lib.11. Bart. in l. 1.§.familiæ, num. 5. ff. de pub. & vectig.Bero.quęſt.39. nu. 2. Farinac. de appoſit.contra perſ.teſt.quæſt.55. nu. 135.Maſcard.d.vol.2.concl. 756. num. 1.Salyc. in l.2. num.5. C. de epiſc. & cleric.Theſaur.deciſ.22.num.2. vbi id extendit ad colonos Eccleſiæ. facit l. quæſitum.§.Trebatius amplius. ff. de fund.inſtr.vel inſtr.leg. Dictus autem Siccus eſt principalis inſeruiens in dicta Cancellaria, quę ſeruitus potiſſimùm attenditur, ſecundùm Menoch. de arbit.iud.lib. 2. cent. 3. caſ. 201.num.127.Augetur, nam intentio ſeruiendi,& receptio facit quem verè familiarem, non autem commenſalitas,ſecundùm Gomeſ. in d. quæſt. 13. numer.10.& Creſc. de præb.deciſ.5.& de reſcript.deciſ. 16.

Tertiò, † quandoquidem degens ſub poteſtate, & correctione alicuius dicitur eſſe familiaris illius. l. 1. C. ſi Rector prouinc.l.1. C. ſi quacumque præd.pot.Bald.in l.1. num. 2. C. de epiſcop. & cleric. vbi vocat illam familiaritatem ſubiectiuam, quem refert,& ſequitur Gomeſ.d. reg. de impet.benef.&c. quæſt.14. num.5. Direct.Inq.in d.com.119.Capel.Tholoſ. q.4.nu.5.Mandoſ.in d.q.10. num. 30. Felin.in c.in literis. num. 1. de teſtib. vbi ampliat in ſubiecto quouis modo,de iure, vel facto.

Quod omninò verum dicitur in præſenti caſu, cum agatur de fauore ipſius Eccleſię: indubitatum eſt autem, dictum Siccum vtì Cancellarium, & officialem degere ſub poteſtate Epiſcopi; hinc,ſi delinqueret in officio præfato, poſſet ab Epiſcopo puniri,etiam corporaliter,iuxta dicta aliàs in cauſa Vincentij Baricelli dicti Epiſcopatus.

Quartò,

Quartò, nam etiamſi dictus Siccus non poſſet dici propriè familiaris E-
4 piſcopi, nihilominus † adhuc dicendum eſt, gaudere dicto priuilegio fori, cum ſine eo non poſſet Epiſcopus fungi officio ſuo, nec ſuam exercere iuriſdictionem.c. 2. de priuileg. in 6.Bald.in auth.habita.C. ne fil.pro patr.Felin.in c.nullus.num.2. de foro compet.

Quintò, etenim videtur abſolutum
5 in iure,† Notarios, & alios Curiales, & Miniſtros Principis gaudere ipſius Principis priuilegio. l. 2. & ibi gloſ. & Doct.C.de epiſc.& cler. Iul. Ferr. in tract.de Gabel. num. 535. Pariſ. de Put.de ſynd.cap.1. in prin. ver. teſtis. Dec.in l. ſcriniarios. C. de teſtam. milit. Epiſcopus autem dicitur Princeps. Clem.1. §. nec ſuper. de pœn. Sbroz.de offic. Vic. in proœm. num. 8.Fab. Turret.conſ.80.num.4. vol. 1. Et Dei Vicarius in ſua diœceſi, ſecundùm Abb.in c.1. numero ſeptimo de iureiur.

Quæ quinque fundamenta, cum viderentur ſolidiſſima, fuit inclinatum ad validitatem inhibitionis.

Et addebatur, hanc opinionem te-
6 nendam eſſe, etiamſi † ageretur de cauſa criminali, cum non poſſit allegari vera ratio diuerſitatis inter cauſam ciuilem, & criminalem quoad hoc, l.illud.ff. ad leg. Aquil. c. inter. de tranſl.Prælat.Franc.Becc. conſ. 2. num. 15.

Quinimò maior videbatur eſſe ratio quando ageretur de cauſa criminali,cum tractaretur de perſona, quæ in hoc principaliter eſt priuilegiata, iuxta dicta per Gomeſ. in dicta reg.quæſt.15.num.5.

Accedebat, quandoquidem dicebatur;Cancellarium, & alios inſeruientes dictæ Cancellariæ eſſe in quaſi poſſeſſione etiam immemorabili gaudendi dicto priuilegio fori,& immunitate eccleſiaſtica, prout ego vidi iura, & literas ſcriptas de ordine Sanctiſſimi Domini Noſtri in ſimilibus caſibus, atque de dicta obſeruantia plenè teſtabatur D. Vincentius Littardus Aduocatus Fiſcalis dictæ Curiæ magnus Practicus; Quod in facto habui in Epiſcopatu Aprutino, vbi excommunicatum declaraui Gubernatorem Terami,qui D.Campone ſchum Magiſtrum actorum dicti Epiſcopatus carcerare auſus fuerat.

Interpretatio † autem vera ſumi- 7
tur à practica c. cum dilectus de conſuetud.Crau.conſ.91.num.7.& à ſtilo conſueto,qui attendi debet; vt in hac materia dicit Gomeſ. in d. quæſt. 13. num.2.verſ.prædicta tamen declarantur.Felin in cap clerici.col. 2. de iud. Vinc.de Franch.deciſ.116.nu. 2. par.j. Vnde veniunt prælati omnes manutenendi,& conſeruandi in dicta quaſi poſſeſſione.vulg. iurib. & doctr.

Nec ſubſiſtere dicebatur fundamentum ex aduerſo allegatum.

Tum quia † d. c. fin. loquitur in 8
materia ſtricta, & exorbitanti, prout etiam in dicto caſu loquuntur Doct. cumulati ex aduerſo,nempe in materia reſeruationis beneficiorum, vt in puncto dicit Gomeſ. in d. quæſt. 15. num.4. Vnde ſtricta eſt facienda interpretatio Creſc.de præb.deciſ. 5. & Gomeſ.in d. quæſt. 15. num. 4. Hic autem agitur de re fauorabili Eccleſiæ,vt patet,& ſic lata eſt facienda interpretatio, ſecundùm Menoch. de adipiſcen.poſſeſ.remed.4.num.41.

Tum quia dicebat quidam ſubtilis Doctor, quòd dictus Siccus, quatenus non poſſet dici verè familiaris, tamen non poteſt negari, quòd non

Secundò dicebatur excommunicatus ab homine per illa verba contenta in literis executorialibus intimatis perſonaliter d.M.videlicèt, [ex nunc, prout ex tunc, & è contra,excommunicationis ſententiam ferimus,& promulgamus &c. ſi in termino &c. bona non relaxauerit, nec fructus reſtituerit,expenſaſque ſoluerit, &c.] quorum neutrum in termino non adim-
3 pleuit , clauſula † autem; ex nunc, prout ex tunc &c. operatur , vt vnum tempus alteri inſit. Doctor. in l. huiuſmodi. la 2. ff. de verb. oblig.Neguſ.de pign. & hip.par.2.memb.2.numero.5.Tiraq.de vtroque retr.tit.2. §. 2. gl. vnica. num. 86. Roland.conſ.31. num.38.lib.1.Bal.in c.2.num.3.de teſt. cog. Nau. conſil. 10. nu. 2.de ſent.excomm. lib.5. Caualc.deciſ.45.numero 8.cum ſeq.par.1.& deciſ.3.numero 40. par.3.

Et huic fundamento non obeſſe,dicebatur, quod,non obſtantibus ſupra-
4 dictis, † adhuc requireretur ſententia declaratoria, ſecundùm Felin. in c.ad probandum.num.6.de ſent.& re iudic. Veſtr. in praxi. cap.fin.num.16.lib.8. Put. deciſ. 177.num.2.par.1.Caſſad.de cau.poſſ.& propr.deciſ.6. nu.10.Mandoſ.in prax.comm. in commiſ.execut. in ver.executoriales.

Tum quia,quicquid forſan eſſet de
5 ſtylo, de iure tamen , quando † agitur de culpis futuris, puta de ſoluendo,vel adimplendo aliquid ſub certo termino,quod non ſit adimpletum , non requiritur aliqua declaratio, nec monitio pro incurſu pœnæ. Crau. conſil. 193.numero 4. Gozzad. conſil. 33.numero 3. Alb. conſ. 48.numero 10.& in terminis excommunicationis firmat Lap.alleg.73.numer.2.& ibi Mandoſ. in lit. E.Felin.in c.cum ſit.numero 22. de appell. Quicquid dicat Nauar.conſ. 20.n.8. de ſent.excomm.lib.5.qui loquitur,in diuerſis terminis, nam tempus monebat hic , ſecundùm. Felin in d.c.cum ſit.num.22.

Tum quia quatenus requireretur aliqua declaratoria de ſtylo, illa nō eſſet neceſſaria ad effectum , vt tunc incipiat eſſe quis excommunicatus , ſed † vt ab aliis ſciatur, & vitari poſſit,vt 6
ſic in terminis voluit Rom.conſ. 482. numero 5. Hinc Felin. in d.c.ad probandum num. 6. inquit,quod † geſta 7
per talem excommunicatum ante declaratoriam iure priuato non valent, cùm iam eſſet in ſe excommunicatus, quod clarius firmat in c. Rodulphus. n.39.in fi.de reſcript.

In ſecundò viſum fuit,d. M. † non 8
eſſe euitandum ab aliis, ex quo non erat contra eum ſecuta declaratio , & denunciatio ſaltem per Cedulonos, præſertim,concurrente dicto ſtylo Rotæ,quod eſt verum,tàm de iure,ſecundùm. c. cum ſecundùm.de hæret.in 6. c.paſtoralis.§.verùm. de appell. Clem. pręſenti de cenſib.Abb.in Clem.1.numero 6.de ſentent.excommunication. Couar.in c. alma mater. par.1.§.9.col. 5.verſ.licèt monitio.de ſent.excomm. in 6. Anchar.conſ. 189. col.3.Gig.de penſ.quæſt.78.col.5.Nau.conſ.3.num. 2.conſ.12.numer.3.conſ.13 num.1.conſ. 20.num.8. conſ. 23. num.2.& conſ.65. num. 4. de ſent. excomm. lib.5.Marc. deciſ. Delph. 969. num.5.Silu.in ver. excōmunicatio. v. n. 7. Armill.in ver. excommunicatio. num. 50. S. Ant. in ſumm. part. 3. tit.25. cap.3. Quàm per Concilium Conſtantienſe , quo clarè fuit diſpoſitum , ſolùm in duobus caſibus euitandum eſſe excommunicatum,nempè,ſi ſit publicus percuſſor clerici, vel publicè denunciatus talis. vide Sot. 4. ſentent. diſt.1.quæſt. 5.art.6.& Couar.in c.alma mater. p.1.

Quia non agitur hic de geſtis iure publici officij, ſed de dando votum in Collegio, à qua datione eſt excluſus excommunicatus, vtſupra dictum eſt, etiamſi eſſet occultus. Abb.in d.c.veritatis. num 47. Quicquid dicat Tab. in ver. excommunicatio 1.num.2.nam eius dictum eſt contra communem.

Cæterùm placebat reſolutio affirmatiua, ex quo poteſtas non erat penès omnes inſolidum. facit c.1.de deſponſ.impub.c.2.de ætat.& qual.Clem. 1.de regul.l.1.ff.quod falſo tut.auct.Felin.in c.ſuper.num.8.de off.& pot.iud. deleg.

ARGVMENTVM,

Decimæ in dubio prædiales præſumuntur: Et hæ ad Rectorem ſpectant ratione Curæ.

SVMMARIVM.

1 *Decima in dubio præſumitur prædialis.*
2 *Decima prædialis ſpectat ad Rectorem.*
3 *Decima tota non poteſt præſcribi.*
4 *Appellatio an detur à ſententia ſuper decimis. Et quando num.*11.
5 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi ab ea non appelletur intra decem dies.*
6 *Poſſeſſor eſt manutenendus.*
7 *Decima an ſit ſoluenda Curato negligenti in Cura.*
8 *Epiſcopus poteſt facere leges in ſua Diœceſi.*
9 *Conſuetudo ſeruanda eſt in ſolutione decimarum.*
10 *Decimæ præteritæ an ſint ſoluendæ.*
12 *Sententia nulla non tranſit in iudicatum. Et num.*14.
13 *Notoria iniuſtitia æquiparatur notoriæ nullitati.*
15 *Solutio vnica an pariat obligationem.*

RESOLVTIO LXXVII.

AD inſtantiam Rectoris R. fuit lata ſententia contra D. Mandirolam ſuper ſolutione decimarum, à qua per D. M. fuit appellatum ad Rotam M.& obtenta inhibitione,illaque intimata, fuit dubitatum, An eſſet moderanda dicta inhibitio, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum.

Et ſuppoſito prius, † dictam decimam eſſe prædialem, prout in dubio præſumi debet. c. paſtoralis.de decim. Abb. in c. cum ſint. numero 6. de decim. 1

Item, quòd dicta † decima prædialis de iure ſpectet ratione adminiſtrationis ſacramentorum,& Curę animarum ad Rectorem.c. ad audientiam de cleric.non reſiden.c.cum contingat.de decim. Nauar. de decim.conſ.1.num. 1.lib.3.Put.deciſ.371.num.2.par.1. Caputaq. deciſ. 353.num.2.par.2.& deciſ. 306.num.3.par.3.Caſſan.conſ.34.num. 1.cum ſeq.& num.3.Pariſ.conſ.73. numero 1.vol.4. 2

Item ſuppoſito, quod hæc lis erat ſuper quota. non autem ſuper tota decima, nam † tota decima non poteſt præſcribi,ſecundùm Pariſ. conſ.1.n.4. lib.3. conſ. 25. num.21.lib.4.Nauar.d. conſ.1.n.4. cum ſequen.vbi ampl.Rip. de decim. reſp. 2. numero 8. vbi ampliat, neque per mille annos. Caſſan. in d. conſ.34.num.4.cum ſeq.vbi reddit rationem, nempè ob incapacitatem. Quicquid ſit in Religioſis. Pariſ. in d.conſ.73. numer.9.Moneta de de- 3

cim.cap.5. num.57.cum ſeq.

Quinimò nec valeret conſuetudo in contrarium, cum decima debeatur de iure diuino.c. quæ contra 8.diſt.Rot. Rom.in nou. de iud.deciſ.14.numer.2. Lancell. de attent. in præfat. num.70. Sot.lib.9. quæſt. 4. art.1. Sacr.Concil. Trident. de reformat. ſeſſ. 2. cap. 12. quicquid dicat Couar.variar.reſol.lib. 1. cap. 17. numero 8. Theſau.for.eccl. par.2.c 27. nu.6.& 45.vbi decl. Capic. deciſ. 20. numero 5. Natt. conſil.136. num.4.cum ſeq.& num.7.dicit,id magis verum eſſe in prædiali decima Rip. de decim.d.reſp.2. num.4. & 15.Pariſ. conſ.25.num.9.vol.4.

Ex parte dicti Rectoris dicebatur, inhibitionem eſſe moderãdam quoad effectum ſuſpenſiuum.

4 Primò,quia † à ſententia ſuper decimis non datur appellatio. Abb. in c. tua nobis.numero 8. in c à nobis. numero 2.& in c.aliquibus num.9. de decim.Monet.de decim.quæſt.8.num 58. Theſaur for.eccl.d.c.27.num 42.

5 Secundò,nam dicta ſententia † tranſitum fecerat in iudicatum, cùm ab ea non fuerit appellatum infra decem dies.auth.hodie de appell.c.quoad conſultationem.de re iudic.Alex.conſ.87. num.2 lib.7.Roland.conſ.83. num.14. volum.1.

Tertiò,etenim dictus Rector dicebat,ſe eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi pacifica recipiendi à dicto M. pro dicta decima Cuppas ſeptem frumenti, vn-
6 de † in dicta poſſeſſione veniebat manutenendus. Doct.in c.ad decimas. de reſtit.ſpol.in 6. Caputaq.deciſ.243. par.1.

Cæterum ad fauorem dicti M.adducebatur.

7 Primò ꝙ,† dictus Rector foret nimiũ negligens in adminiſtratione Curæ, prout notoriũ erat,& quod d.M.obtulerat ſe paratum dare prætenſam decimam D.ſuperiori, quia eam conuerteret in vſum Eccleſiæ Curatæ eius arbitrio, iuxta dicta per Rip. de decim. reſp.1.n.1.& Surd.conſ.62.num.15.

Secundò, quod Epiſcopus fecerat Conſtitutionem, vt decima in dicto loco ſolueretur ad formam antiquam, ad quam formam obtulerat ſe paratũ ſoluere; Epiſcopus † autem poteſt facere conſtitutiones in ſua diœceſi ſeruandas à clericis, vti leges.c.2. de ma. & obed.c.vt animarum. de Conſtit.in 6.Pariſ.conſ 137.numer. 21.vol.4.Gomeſ.in d.c.vt animarum.§.ſtatuto.numero 1.cum ſeq. Ac etiam ſeruandas à laicis,ſi agitur de reformatione morum.c.2.& ibi gloſſ.de conſtit.in 6.Felin.in c.quòd ſuper. num. 9.de maior. & obed.Theſaur.for.eccl.par.2.cap.16. num.14. 8

Præſertimque dicta Conſtitutio ſeruanda erat, cùm eſſet conformis vniuerſali conſuetudini totius Diœceſis, Et † conſuetudo ſeruanda eſt in ſolutione decimarum, etiamſi illæ diminuerentur. d. c. cùm ſint.vbi Abb.numer.1. & 5. Balb.de præſcript.part.1.5. prin. quæſt. 7. num. 9. Put.deciſ.176. num.3.par.3.Pariſ.in d.conſ.25.numer. 21.& 36.Nauar.de decim.conſ.2. num. 1.lib.3. 9

Tertiò,quia lata fuit dicta ſententia pro decimis præteritis non petitis ſuo tempore, † ad quarum ſolutionem nõ 10
videbatur poſſe compelli d M.ſecundùm Doct.in c.1. de decim. in 6.Pariſ. conſ.15.num.26.vol.1.& conſ.25.num. 35.vol.4.

Verùm hoc tertium fundamentum non placebat, quia decimæ, cùm ſint in dominio Eccleſię, poſſunt peti etiam contra tertium poſſeſſorem, prout in puncto firmarunt Natt. conſ. 136.num.12.& Rip.in d.reſp.2.num.10. cum

cum ſeq.Capic.d.deciſ.20.num.26. & facit; nam ſine petitione debent offerri, & portari ad domum Rectoris. vide Rot.Rom.in antiq. de decim. 1. fol.452.Guido Papa quæſt. 285. Vinc. de Franc.deciſ.124.nu.1.cum ſeq. Couarr. d. cap. 17. num.8.verſ.octauò ex his. ſiue in horreis conſignari. gloſ.in c.reuertimini.16.quæſtion.1. Vinc.de Franch. deciſ. 124. numero 1. part.1. Moneta. de decim. cap.6.numero 1. & 17.

Et ad primum obiectum Rectoris
11 dicebatur, † fuiſſe appellatum ab exceſſu, à quo ſemper licet appellare quoad vtrumque effectum, ſecundùm Bald.in l.terminato. C.de fruct. & lit. exp. Contard. in l. 1. lim. 19. C. ſi de mom.poſſ.Menoch.de adipiſcen. poſſ. rem.3.numer.821. Turret. conſ.26.numero 27. volum. 1.Lancell.de attent. part. 2.capit. 12. lim. 53. numero 22. cum ſequent.

Nec ſimiliter dicebatur obſtare ſe-
12 cundum, cum †dicta ſententia non ſolùm foret notoriè nulla, vti lata ſine cauſæ cognitione. Vant. de nullit.in rubr.ex defect. proc. nume. 12.36.& 53. ſed etiam notoriè iniuſta, tanquam lata contra dictam Epiſcopi Conſtitutionem vbique ſeruatam c.1.de re iudic. Contard. in d.l.1.lim.9.nume.56.
13 Quæ † notoria iniuſtitia æquiparatur notoriæ nullitati. Cæphal. conſil.78. num.63.lib.1.Rol. conſ. 6.numero 38. lib.3. Vant.in d. rubr. ex defect. proc. num.127. Contard.in d.l.1.lim.7.nu-
14 mero 13.&lim.9.nu.42.Sententia†autem nulla nunquam tranſit in iudicatum.Vant.de null.in rubr. quoties, & intra quod temp. n. 4.& 17. Contard. in d.l.1.lim.9.num.42.& 49.

Præterea addebatur, non fuiſſe factã intimationem ſententiæ, præſertim cum illius tenore. Lancell. de attent. p.2.cap.12.lim.50.num.158.cum ſeq.

Ad vltimum reſpondetur, quòd illa
fuerit vnica ſolutio, quæ † non pepe- 15
rit obligationem pro futuris penſionibus, & decimis.l.qui hominem. §.ſi. ff.de ſolut.Pariſ.conſ.52.nu.15 &conſ. 79.num.13. vol.1. Præſertim quòd dicebatur dicta ſolutio facta metu executorum Curiæ Epiſcopalis.

Vnde poſſet repeti condictione indebiti quoad exceſſum.Bart.in l.penult. C. de condict.ob turp.cau.Natt. conſ.77.nu.6. Pariſ.conſ.21.num. 49. vol.4. & vlterius dicebatur, ſaltẽ quoad dictum exceſſum, non potuiſſe doceri de cauſa valida obligationis, ſtante dicta Conſtitutione Epiſcopi, Balb. de præſcript.2.par.2.prin.quęſt.10.numer.22.

Inclinatum fuit ad moderationem inhibitionis, cum allegata per d.M.nõ verificarentur in facto, & videntur eſſe altioris indaginis, ac diſputationis.

ARGVMENTVM.

Gratia nulla eſt, ſi in impetratione exprimatur maior valor beneficij.

Item, Ad quem ſpectet probare valorem beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius poteſt conferre beneficium reſignatum coram Papa, ſi interim ſequatur mors.*
2 *Gratia eſt nulla, ſi eſt expreſſus maior valor beneficij.*
3 *Et quare. Et num.4.& 5.*
6 *Penſio quanta debeat eſſe in beneficiis curatis. Et num.7.*
8 *In valore quæ ſunt deducenda.*
9 *Reſignatio eſt publicãda, & quomodo.*

10 *Nullum quòd eſt, nihil eſt.*
11 *Poſſeſſionem apprahendens, literis non expeditis, cadit ab omni iure.*
12 *Valor à quo ſit probandus.*
13 *Beneficium quando dicatur.*

RESOLVTIO LXXVIII.

CVM vacaret Eccleſia Parochialis S. Leonardi Diœceſis Papiẽſis per mortem R. Zucchini de mẽſe Martij reſeruati Epiſcopo, ſecundùm reg. 8. Cancell. Apoſtol. & dicta per Theſau. for. eccl. par. 2. cap. 18. num. 2. & fuiſſet in concurſu iudicatus magis idoneus Reu. Paſettus, D. Vicarius Epiſcopalis contulit dictam Eccleſiam eidem Paſetto, qui pacificam illius apprehendit poſſeſſionem.

Poſtmodùm quidam R. Fauſtus de Tortis Therdonenſis Diœceſis ſub prætextu, quod d. Zuchinus viuens reſignaſſet ſibi Eccleſiam cum reſeruatione penſionis ducatorum lxxv. ac ſuperinde literas Apoſtolicas prouiſionis obtinuiſſet, tentauit apprehendere poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ de facto.

Fuit dubitatum; omiſſo pro nunc articulo poſſeſſionis; quis nam ex dictis foueret in meritis potiora iura.

Et ad fauorem dicti Paſetti adducebatur.

Primò, quòd quamuis Papa appoſuiſſet manum in dicta eccleſia ex cauſa dictæ
1 † reſignationis, nihilominus, cùm interim ſucceſſerit mors dicti Zucchini, potuit iure merito dictus D. Vicarius conferre dictam Eccleſiam dicto Paſetto, prout in terminis firmat Achil. de Graſſ. de reſtit. ſpol. deciſ. 14. vbi ampliat, quòd, ſi fuiſſet dictus Paſettus ſpoliatus à dicto Fauſto, foret omninò reſtituendus. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 2. num. 44. cum ſeq. Theſau. for. eccl. par. 2. cap. 19. num. 31.

Secundò, nam aſſertæ literæ Apoſtolicæ ad fauorem dicti Fauſti videbantur nullæ, vtì obreptitiæ, & ſubreptitiæ.

Tum quia illæ fuerunt expeditæ de menſe Februarij, & in eis aſſeritur, dictum Paſettum eſſe intruſum, & tamen tunc temporis non erat facta collatio per Ordinarium, cum nondum eſſet mortuus dictus Zucchinus.

Tum quia in dictis literis aſſeritur, præfatam Eccleſiam eſſe valoris clxxv. ducatorum, & tamen valor verus, deductis deducendis, non aſcendit ad ducatos centum, prout teſtes deponunt;
vnde † gratia eſt omninò nulla, vt in 2
puncto tenuit Felin. in c. ad aures. numero 4. verſ. ſecunda concluſio. de reſcript. vbi adducit rationes, quod idem voluerunt Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 885. numero 6. Flam. Pariſ. in d. lib. 10. quæſt. 2. numer. 48. Capel. Tholoſ. quæſt. 436. Creſcent. de reſcript. deciſ. 8. num. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. de præben. deciſ. 20. de reſcript. deciſ. 47. & de renunc. deciſ. 1. num. 14. vbi dicit, neque validari poſſe.

Nec facit, quòd nullitas gratiæ reſpectu valoris ſit occaſione ſolutionis annatæ, quæ hic fuit perſoluta. Quia
† verus valor beneficij eſt exprimen- 2
dus in impetratione aliis de cauſis, quàm ob ſolutionem annatæ, quas cumulat Rot. Rom. in antiquis de reſcript. deciſ. 60. & in nouiſſim. deciſ. 185. num. 5. par. 3. lib. 3. & Felin. in d. c. ad aures. num. 4.

Quamobrem, ſtante dicta nullitate gratię ob notabilẽ expreſſionẽ maioris

valoris,

4 valoris,dicitur, † nullum ius fuiſſe abdicatum à dicto Zucchino reſignante, nihilque acquiſitum dicto reſignatario. Flam. Pariſ. de reſign.benef.lib.1. quęſt.3.num.87.106.& 111.& d.lib.10. quęſt.2.num.41.Caputaq.deciſ.84.numero 7. part. 3. Achill. de Graſſ.ſuper reg.de valor.&c. deciſ.3.Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ. 417. cum duabus ſequent.par.1.deciſ.123. deciſ. 125.par.3. lib.1.& deciſ.42.par.3.lib.2.

5 Addebatur dictam † reſignationem ſapere ſimoniam, cum ſupradicti reſignans,& reſignatarius voluerint mentiri valorem beneficij, vt Papa conſtitueret dictam penſionem,& admitteret reſignationem,ſuper quo vide Nauar.de ſimon. lib. 5. conſ.74.cum ſeq. qui hoc doctè pertractat, & tandem firmat, non adeſſe ſimoniam, ſed tamen gratiam fore nullam; & dictam opinionem Nauarri ſequitur Flam. Pariſ. de reſignat.benef. libro 14.quęſtion. 3. numero 4. & quæſt. 5.numero 4.

Tertiò videbatur poſſe deduci nullitas dictæ gratię Reuerendi de Tor-
6 tis,ex eo,quòd non remanerent †centum ducati pro Rectore, iuxta diſpoſita per Sacrum Concilium Tridentinum de reformat. ſeſſ. 24. cap. 13.ibi [nullis penſionibus grauentur]ex quibus verbis videtur tradita forma, ſecundùm dicta per Menoch. de adipiſcend. poſſ. remed. 4.num.710.Surd. deciſ.268.numero 10. Oſaſch.deciſione 165.num.11.Franc.Becc. conſ.12.numero 24.

Quinimò prohibitum eſt etiam de
7 iure communi, †penſionem excedere medietatem fructuum, vt in puncto dicitRot.Rom.in nouiſſim.deciſ.1160. numero 1. cum ſeq. part. 3.lib.3.& ſequitur Pariſ. de reſign. benef. lib.6. quęſt.1. & num. 36.& quęſt.2.num.58. & 77. Et de his diximus ſupra in Reſol.xxxj.num.8.cum ſeq.

Et quamuis,computatis primitiis, quę ex tempore poſſunt diminui, dictæ Eccleſiæ redditus aſcenderent forſan ad valorem aureorum centum; Nihilominus dicebatur, non remanere quinquaginta aureos pro Rectore, † deductis expenſis Altaris, & vnius 8
Clerici inſeruientis dicto Rectori in diuinis,prout deducendæ ſunt de iure, ſecundùm Caſſad. de præb. deciſ. 19. necnon deductis aliis, de quibus per Felin.in c.ad noſtram.num.4.de iureiur. Caputaq. deciſ. 328. par.3. & Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.5 par.2.

Quartò proponebatur, nullum ius competere amplius d.Reu. de Tortis, cum † non publicauerit tempore de- 9
bito reſignationem. Flam. Pariſ.in d. lib.10.quæſt.2.n.84. & lib.11. quæſt 2. n.14.quęſt.6.num.32.

Neque poteſt fieri fundamentum in quadam aſſerta publicatione, cum illa fuerit nulla,vti nō facta inter Miſſarum ſolemnia, nec ſeruatis de iure ſeruandis, ſecundùm Theſau.for. Eccleſiaſt.par.2.cap.19.num.16.&21.Nullum † enim quod eſt, nihil eſt. vulg.l. 10
4.§.condemnatum.ff.de re iudic.Alex. conſ.33.in prin.vol.1.Franc.Becc.conſ. 12.num.54.

Quintò addebatur, dictum Reu.de Tortis in omnem euentum amiſiſſe omne ius, quod haberet in dicta Eccleſia, ex quo † apprehendere cura- 11
uit poſſeſſionem illius abſque literis Apoſtólicis.Felin.in c.veniens.num.3. de accuſat.Flam.Par.in d. lib.10.quęſt. 1.num.21.cum ſeq.

In pręſenti facto controuertebatur apprimè, Ad quem † pręedictorum 14
ſpectaret onus probandi valorem verum beneficij.

Et dicebatur,ſpectare ad dictum R.

Paſettum.Primò, cùm eſſet fundamẽtum ſuæ intentionis pro infirmanda gratia,iuxta dicta per Caputaq. deciſi. 299.par.2.& deciſ.329. par.3. Pariſ.in d.lib. 10. quæſt. 2.num.50.& quæſt.5. num.16.

Secundò,nam dicto R.de Tortis ſatis eſſet, ſi probauerit non exceſſum, qui eſt facilis probationis, cùm poſſit probari per famam, & iuramentum. Bellam.deciſ.675.& deciſ.683.

Cæterùm inclinabatur, id ſpectare ad d.R.de Tortis, cùm abſolutum ſit in iure, narratiuam gratiæ eſſe verificandam ab impetrante, quamuis eſſet negatiuè concepta. Flam. Pariſ. d.lib. 10.quæſt.3. num. 5. & aliàs dictum eſt in terminis probandi valorem,præſertim ſi opponatur de non expreſſione veri valoris,& de reſeruatione tàm incongruæ penſionis,vt hic.

Non fuit autem dubitatum, dictam Eccleſiam eſſe beneficium curatum,
13 non mercenarium, cum † habeat dotem,& ſit ſolita tradi in titulum. vide Cæſar de Graſſ. de præben. deciſ.13.& Rot.Rom.in nou. deciſ.508.cum ſeq. & deciſ.298.num.4 par.1.

ARGVMENTVM.

Prima ſponſalia non diſſoluuntur per ſecũda,etiamſi prima non eſſent iurata, & ſecunda eſſent iurata: Et etiamſi in ſecundis ſponſalibus interueniſſet copula carnalis.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro ob copulam ſecutam olim tranſibant in matrimonium, ſed non hodie. Et num.4. & 5.*

2 *Iudex Eccleſiaſticus debet abſtinere à coactione in matrimoniis. Et num.6.*

3 *Sponſalia prima ſunt attendenda.*

7 *Metus quãdo impediat matrimoniũ.*

8 *Iudex ſæcularis quando poſſit ſe intromittere in cauſa ſponſaliorum, & matrimonij.*

RESOLVTIO LXXIX.

DOminica de Bollanis de loco Stratellæ ſubdita Reuerend. D. Epiſcopo Papienſi, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, contraxit ſponſalia per verba de futuro cum Sanctino de Brambilis, & cum fuiſſent factæ aliquæ publicationes in Eccleſia Parochiali dicti loci,Baſſanus de Parentibus conuinctus dictæ Dominicæ, pro impediendo matrimonio præfato, aſſumpſit dictam Dominicam, eamque conduxit ad ciuitatem Placentię,in quà, cum eam retinuiſſet per aliquot dies,curauit,vt contraheret ſponſalia de futuro cum alio,nempe,cum Antonio de Magiſtris, prout contraxit.

Poſt dictam promiſſionem dictus Baſſanus reconduxit dictam Dominicam ad dictum locum in domum dicti Antonij, qui noctibus pluribus dormiuit cum ea, & illam cognouit carnaliter, prout ipſa faſſa eſt in iudicio,& hanc cautelam ad tollenda prima ſponſalia per ſecunda tradunt Anton.de Butrio,& Doct.in c.veniens el 2.de ſponſal. hancque refert Brederodius in tract.cautel.lib.1. Contractuũ. in verb. vxor. cautela Cœpolę 61. fol. 269.

Exorta lite inter ſupradictum Antonium, & d. Dominicam coram D. Vicario Epiſc.Papię,fuit dubitatum.

An

An prima, vel ſecunda ſponſalia eſſent attendenda.

Et per Dominum Aduocatum dictæ Dominicę dicebatur, eſſe attendenda ſecunda ſponſalia.

1 Primò, quamuis enim dicta ſecunda ſponſalia ſint de futuro, nihilominus, † cum fuerit ſubſecuta copula cũ maritali affectu, illa pręferuntur aliis ſpõſalibus de futuro, licèt primis, vt in puncto firmant S. Raymun. in ſumm. ti. de ſponſ. §. 7. verſ. ſeptimus. eſt vbi allegat c. inter virum. de ſponſ. & c. 1. de ſponſ. duor. & reddit rationem, nam ob copulam ſubſecutam ſuperuenit maius vinculum, vz, ſignum matrimonij. S. Ant. in ſumm. part. 3. tit. 1. cap. 18. §. 1. verſ. ſeptimus quando Maior. in 4. diſt. 27. q. 5. caſ. 2. Couar. de ſponſ. part. 1. cap. 4. §. 1. num. 1. cum ſequent. & numero 10.

Ad quod facit, nam videtur magis pręponderare ius naturale, quo tenetur quis reſarcire damnum illatum per violationem, quam ius naturale, quo quis tenetur ſtare promiſſis.

Secundò, nam Dominica proteſtata fuit in iudicio, ſe velle contrahere matrimonium cum dicto Antonio, nõ autem cum dicto Sanctino, & talem eſſe ſuam finalem determinationem, & voluntatem, de qua proteſtatione tractat Graff. deciſ. aur. par. 2. lib. 1. cap.
2 12. num. 33. Vnde † Eccleſia in omni caſu debet abſtinere à coactione, cum matrimonia coacta ſoleant habere exitus infęlices. c. requiſiuit gl. in c. de illis. & in c. ex literis. el. 2. de ſponſ. Couarr. in d. cap. 4. num. 4. cum ſeq. & diximus ſup. in Reſol. ij. Præſertim cum dicta ſponſalia non eſſent iurata. Couarr. in d. c. 4. num. 5. cum ſeq. Gabr. conſ. 186. num. 11. vol. 2.

Tertiò, quia dicta Dominica fuit inducta blanditiis, dolo, & deinde metu ad contrahendum ſponſalia de futuro cum dicto Sanctino. Couar. in d. c. 4. num. 6.

Cęterùm, negotio benè perpenſo, reſolutum fuit, eſſe † attendenda prima ſponſalia, per text. in cap. ſicut. vbi Abb. num. 1. de ſponſ. & in c. de illis. de ſponſ. impub. Couar. in d. c. 4. num. 1. cum ſeq. 3

Quę reſolutio comprobatur, tàm ex vulg. reg. quod ſemel placuit, ampliùs non poteſt reprobari gloſſ. in d. c. de illis, quàm ex alia, qui prior eſt in tempore, prior eſt in iure. c. qui prior de reg. iur. in 6. & ibi Doct.

Quod verum eſſe dicitur, etiam ſi ſecunda ſponſalia eſſent iurata, prima verò non iurata, nam quis obligatur ſub pœna peccati mortalis obſeruare prima ſponſalia, & iuramentum in ſecundis pręſtitum non eſt obſeruandũ, vtì fouens peccatum. c. veniens de iureiur. Abb. in d. c. ſicut num. 7. Couar. in d. c. 4. num. 3. Et Deus nullam differentiam facit inter iuramentum, & ſimplicem loquelam. Abb. in d. c. ex literis el 2. num. 3.

Et ad primum partis obiectum reſpondetur, illud † verum eſſe antę ſacrum Concilium Tridentinum: tunc etenim ſponſalia de futuro per copulam ſubſecutam efficiebantur ſponſalia de pręſenti, & tranſibant in matrimonium. c. is, qui. de ſponſal. Graff. deciſ. aur. par. 1. lib. 2. cap. 82. num. 4. & in iſto tempore ſunt intelligenda iura, & doctrinę in contrarium allegatę. Sed hodie, † cum per Sacr. Conciliũ Trident. de reformat. matr. ſeſſ. 24. cap. 1. diſponatur, omnia matrimonia irrita, & nulla habenda eſſe, quę aliter, quam pręſente Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, contracta reperiantur, de quo Surd. conſ. 364. num. 54. non poſſunt attendi ſecunda ſponſalia, licèt ſit 4 5

ſecuta copula, ex quo ceſſat præſumptio maritalis affectus, nec poſſit præſumptiuè dici matrimonium, ſed prima ſunt omninò obſeruanda, ſecundùm Nauar. in Man. cap. 22. num. 26. & 28. cap. 25. nu. 144. & conſ. 38. de ſponſ. Maſcard. de probat. vol. 1. quæſt. 10. numero 70. cum ſeq. Henriq. in ſumm. Theol. mor. lib. 11. de matr. cap. 13. numer. 3. Greg. de Valent. ſuper D. Thomam. tom. 4. diſp. 10. quæſt. 2. punct. 4. Silu. in ver. ſponſalia. num. 4.

Corroboratur hæc reſpõſio, nam dicta copula, quãuis maritali affectu ſubſecuta, dicit poſt dictum Sacr. Concil. Trident. fornicaria, ſecundùm Henriq. in d. c. 13. nu. 3. & alios Doctores ſupracitatos.

Quòd verùm omninò dicitur in pręſenti cauſa, cum dicta Dominica depoſuerit cum iuramento, ſe inuitam conſenſiſſe dictæ copulæ, & dictum Baſſanum fuiſſe in cauſa.

6 Ad ſecundum reſpondetur, † Eccleſiam debere compellere per cenſuras, præuia tamen monitione. d. c. ex literis. el 2. de ſponſ. Nauar. de ſponſ. conſ. 2. num. 1. Couar. in Epit. ſuper 4. primæ part. cap. 5. §. 1. Nauar. in d. c. 22. nu. 27. vbi inquit, quod ſi contẽtatur pars, non ſunt diſſoluenda ſponſalia, arg. c. 2. de tranſl. præl.

Accedebat, Nam dicta Dominica præſumitur hodie talia dicere, & proteſtari, vel adducta minis dicti Baſſani, vel allecta ex illa copula fornicaria, vel vt honori ſuo conſulat.

Ad vltimum reſpondetur, Metum
7 non pręſumi, nec dolum. Item † non omnem metum obeſſe. c. de muliere. de ſponſ. Couar. d. c 4. §. 1. num. 11. & de ſponſ. par. 2. cap. 3. §. 6. n. 3 cum ſeq. & §. 4. n. 8.

Additur, quod ex qualitate caſus, & ex circumſtantiis concurrentibus poſſit puniri de ſtupro dictus Antonius, qui dictam Dominicam cognouit, & violauit, prout, ita Sacram Congregationem aliàs cenſuiſſe, quidam practicus teſtabatur; & faciunt dicta per Couar. d. par. 2. cap. 6. num. 11.

De lenocinio autem, raptu, & impedimento ad matrimonium poſſet grauiter puniri dictus Baſſanus.

Poſtremò in contingentia facti proponitur præcauendum, quòd licèt aliqui Doctores tenuerint, † iudicem 8
ſæcularem poſſe compellere partes ad obſeruandum ſponſalia, quando non dubitatur de validitate illorum. gloſſ. in cap. non eſt. in verb. vxores. & ibi Abb. numero 3. & 6. de ſponſal. Couar. de ſponſ. par. 2. cap. 7. n. 3.

Nihilominus veritas eſt, quòd ſi agatur cauſa inter ipſos coniuges, puta pro cohabitatione viri cum vxore, tunc cognitio dictę cauſę ſolùm ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, cum talis cohabitatio ſit de iure diuino. c. literas. & ibi Abb. de reſti. ſpol. Idem ſi de obſeruandis ſponſalibus, ſeu de contrahendo matrimonio agatur, vt ſup. dictum eſt. facit admodum Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de ſacramen. matrim. can. 12. & de reform. cap. 20. verſ. Ad hęc. text. in c. tuam de ordin. cognit. c. lator qui fil. ſint. legit. c. 3. de donat. inter vir. & vxor. & c. 1. de conſang. Si verò cauſa agatur inter alios, putà contra laicum detentorem vxoris, ſeu raptorem, & tunc poteſt ſpectare etiam ad iudicem ſęcularem, vt in puncto dicunt Couar. in d. par. 2. cap. 7. nu. 1. cum ſeq. & Vinc. de Franc. deciſ. 36. num. 1. cum ſeq. par. 1. & in hoc caſu ſunt intelligendę auctoritates in contrarium allegatę, & pręcipuè d. gloſſ. in d. c. non eſt.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus an poſt Concilium Tridentinum probetur per verba enunciatiua, per famam, & per præſcriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur per literas inſtitutionis Epiſcop. Et quando hoc verum ſit. num. 2. 9. & 10.*

2 *Item, an probetur per verba enunciatiua. Et num. 13.*

3 *Item, an per famam. Et numer. 5. 14. & 15.*

6 *Item, an per præſcriptionem. Et numer. 16.*

7 *Vltimus ſtatus an attendatur in beneficio de iurepatronatus. Et numero. 17.*

8 *Beneficium in dubio præſumitur liberum.*

11 *Tempus immemorabile eſt centum annorum, & quando hoc ſit verum.*

12 *Tempus immemorabile quomodo probetur, remiſſiuè.*

RESOLVTIO LXXX.

PRAETENDEBANT Domini de Ferrariis Capellam Sancti Antonij vacantem eſſe de iurepatronatus ſuæ familię; Et ad fundandam dictam eorum prætenſionem exhibuerunt.

Primò duas inſtitutiones factas ab Epiſcopo N. in quibus enunciatur, præfatam Capellam eſſe de iurepatro-
1 natus dictæ familiæ: literas † autem Epiſcoporum probare iuſpatronatus voluerunt Paul. de Cittad. de iurepatr. par. 6. q. 37. num. 3. Gabr. conſ. 196. nu. 8. & conſil. 198. num. 4. vol. 2. latè Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 956. nu. 12. & 23. concl. 1216. nu. 3. vol. 3. Rot. Rom. in antiq. deciſ. 397. in nou. deciſ. 423. ſecundum antiquam impreſſionem. & in nouiſſ. deciſ. 376. & 1441. par. 3. lib. 3. Put. deciſ. 172. in prin. par. 1. & deciſ.
242. par. 2. vbi firmat, ex † dictis literis 2
probari bonam fidem præſentantium. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. q. 11. num. 38. cum ſeq.

Secundò fuit oſtenſum quoddam inſtrumentum antiquum, in quo aſſeritur, dictam Capellam eſſe pariter de iurepatronatus dictæ familiæ: Cæte-
rùm † verba enunciatiua in antiquis 3
probant. gloſ. & Doct. in c. cùm olim de cenſ. Crau. de antiq. temp. in prin. num. 7. Caualc. deciſ. 17. num. 2. & 35. par. 2. latè Maſcard. in d. concl. 956. numero 29. Gabr. in d. conſ. 198. numer. 2. cum ſeq. & numer. 5. vbi amplius dicit, ex tali antiquitate præſumi fundationem. Turret. conſ. 71. num. 8. vol. 1. Achil. de Graſſ. de iurep. deciſ. 7. numero 1. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 545. numer. 2. par. 1. dictum autem inſtrumentum dicebatur antiquum, cum eſſet annorum xxxxx. iuxta doctrinam Fabij Turret. in conſ. 56. nu. 10. & conſ. 71. num 46. vol. 1.

Tertiò allegata † fuit fama in an- 4
tiquis, quæ fuit plenè probata, tàm per ſcripturas antiquas, ſecundùm Turret. in d. conſ. 56. numero 12. Maſcard. in d. concl. 956. numero 17. & 20. Put. deciſ. 140. par. 1. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 481. nu. 1. par. 1. quàm per teſtes, licèt deponentes de auditu. Burſa. conſil. 324. num. 8. vol. 3. Gabr. in d. conſ. 196. num. 8. Lamb. de iurepatr. part. 2. lib. 2. quæſt. 10. princ. art. 4. numer. 14.

Achil. de Graſſ. de iurepatr. deciſ.6. Gabr.de præſcript.lib.5.concl.1.num. 84.verſ.primò pro iſta opinione. latè Maſcard.de probat.vol.i.concl.104.n. 1.cum ſeq.

5 Famam † autem ſufficere ad probãdum antiquum patronatum,tenuerunt Bald.in l.ſemper. C. de rei vend. Crau. conſ. 32.num.1.Dec.conſ.117.& conſ.226. Menoch.in d.pręſumpt.90. num.11.Achil.de Graſ.de iurepatr.deciſ.4.num.10.Mohed. de iurepatr.deciſ.10.Caſſad.de prob. deciſ.2.num.4. Put.deciſ.140.par.1.vbi declarat Gab. d.conſ.192.num.4.cum ſeq.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.481.par.3.

6 Quartò deducebatur † præſcriptio, ex qua iuſpatronatus probatur, ſecundùm iura allegata per Rol. conſil. 46. numer. 13. & conſil.47. num.12.& 16. vol.1.Turret.in d.conſ.71.num.25. & 34.Menoch. in dicta præſumpt. 90.n. 5.Maſcard.in d.concl.956.numer.3.vbi latè.

7 Vltimò proponebatur, † vltimum ſtatum eſſe attendendum circa beneficia; ſi illa ſint libera, vel de iurepatronatus. Crau. conſ.322.col.pen.Rol. in d.conſ.47.nu.38.Turret.d.conſ.71. num.51. Gabr. conſ. 185.n.2.vol.2.Caual.d.deciſ.11.num.96.

Cæterùm fuit reſolutum pro libertate Beneficij; Tum † quia de iure omnia beneficia præſumuntur libera. Bal. in c. ſignificauit.num.1.de teſtib. Menoch.in d.præſump.90.n.1.Caſſad. de iurep.deciſ.7.num.6.& de dilat.deciſ.1.num.6. Caputaq. deciſ. 130.num. 2.par.2.Put.deciſ.192.par.1.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.268.numer.1.part.1. Roch. de Curte de iurepat. in verb. conſtruxit.q. 20. n. 19.vbi ibidem firmat in Eccleſia,& allegat plura fundamenta,quibus licèt Lamb.lib.1.part.2. q.11.prin.art.7.per tot nitatur reſpondere, Tamen non benè dicit,cùm ad acquirendum iuſpatronatus, vltra dotem, & conſtructionem, requiratur conſenſus Epiſcopi,& reſeruatio.Maſcard.de prob. vol.1.concl.177. num.3. cum ſeq. concl. 585. nu.1.cum ſeq.vol. 1. Tum quia ex actis non conſtitit de fundatione, & dotatione plenè, nec minus de tempore immemorabili,iuxta ſancita per Sacr. Conc. Trident.de Reform.ſeſſ.vltima cap.9.

(8 in margin beside "tate Beneficij")

Et diuinatiuus fuit reputatus intellectus ad d.c.9. traditus per Turret. in d.conſ.71. num.54. dùm tenet,dictum Concilium loqui tantùm in iurepatronatus Eccleſiaſtico.Quinimò dictũ fuit, dictum Turret. intellectum eſſe contra verba expreſſa d. cap. 9. quod non ſolùm loquitur generaliter, vnde generaliter eſt intelligendum l.1.§.generaliter.ff.de leg.pręſt.l. de prętio.ff. de publi. Grat. conſ. 9.num.93.vol.1. vbi ampl. ſed expreſſè compræhendit Vniuerſitates laicorum, & alios laicos patronos.

Prout etiam neque placuit alius intellectus traditus ad idem.c.9.per Menoch.conſ.336. num. 21.vol.4.nempè, quòd dictum Cap.intelligatur de probationibus faciendis, non autem de iã factis, & in eſſe deductis ante dictum Concilium. Nam ſatis eſt, quòd ſententia, quæ eſt perfectio operis,ſit ferenda poſt dictum Concilium, iuxta tradita per Felin.in c.fin. num. 11.de conſtit.

Præterea dictum Concilium expreſſè comprehendit quaſcumq; probationes, ponderando verba illa dicti Concilij, videlicet, [irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur,] & dum requirit temporis curſum,qui hominum memoriam excedat.faciunt dicta per Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ. 269.num.3.par.2.

Et

Et primum fundamentum dictorum deFerrariis dictum fuit non obeſſe. Tũ
9 quia, Aut † institutiones aſſertæ ſunt factæ ab Epiſcopo; Et ex illis non infertur prę iudicium Eccleſiæ, & ſucceſſoribus. in puncto Caputaq. deciſ. 128.num.3.part. 2. Aut à Vicario; Et nunquam potuit ex eis præiudicari Epiſcopo Caualc.in d. deciſ.11.num.99. latè Maſcard.in d.concl.956.nume.28. Quod declara,vt per Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.598.num. 8. par.1. Tum quia
10 hodie per Sacrum Concilium Tridentinum in d.c. 9. vltra inſtitutiones requiritur curſus temporis excedentis memoriam hominum. Caualc. deciſ. 17.numer.1.par.2. Maſcard. de probat. concl. 103. numer. 9. vol.1.Put.deciſ. 212.par.1.& deciſ.209.par.2.Mohed.de iurepatr.deciſ.3.Quod tempus hic non fuit probatum, nec minus deductum, vt dicetur inferius.

Similiter ſecundum fuit ſublatum; Primò ex eo,quòd dictum inſtrumentum non percuteret tempus immemorabile, ſed tantùm annos quin-
11 quaginta, tempus † autem immemorabile eſt centum annorum, prout de magis cpmmuni teſtatur Gabr.de pręſcript.d. concl.1. numero 78.cum ſeq Rip. de decim. reſp.2. numero 7.Caualc.in d.deciſion.17.nu.8. Surd. conſ. 245.numero 24.cum ſeq. vol.2.vbi dicit,eſſe arbitrarium hodie,cum hominis ætas ſit abbreuiata.Menoch. de arbit.iud.lib.2.cent.1.caſ.3. num.7.Theſau.for.eccl.part 2.cap.21.num.5.

Quinimò, non ſufficere tempus annorum octuagintaquinque in materia iuriſpatronatus, firmarunt expreſſè Put.deciſione 212.par. 1.Mohed. d.deciſione 3. Maſcard. de prob. volumine 1.concl.103.numer. 9.& aliàs dictum fuit.
12 Quomodo † autẽ probetur tempus immemorabile. Vide gloſ. in c.1.de præſcript.in 6. Couar. in c. poſſeſſor. par.2.§.3.num.7.de reg.iur. in 6.Maſcard. de probat. vol.2. concl.1038.Capic.deciſ.193.num.1. Natt.conſ. 98. numer. 20. Pariſ. conſ. 27.num.25.vol.1. Oſaſch. deciſione 101. numer. 16.Put. deciſ.348.num.1.par.2. Caputaq.deciſ. 71.& 339. par. 2. deciſ.290.291.& 298. part.3. Gabr.in d.concl.1.num.81.verſ. reliquum eſt autem.Mohed.d. deciſione 3.latè Maſcard.de prob.concluſ.103. numero 9. vbi diſtinguit inter probationem factam per inſtrumenta, & per teſtes,dicens,quod, quando ſit probatio per inſtrumenta, requiratur ſpatium centum annorum, ſed quando per teſtes ſufficiat tempus octuagintaquinque annorum;Et hæc diſtinctio placet quibuſdam hodie ob breuitatẽ ætatis humanæ.Vide Caualc.deciſ.2.n. 60.cum ſeq.par.5.

Secundò ex eo,quòd † verba enunciatiua non probent,niſi concurrentibus aliis coniecturis, vt in materia iuriſpatronatus tradit Achil. de Graſſ.de iurepatr.deciſ.8.nu 4. 13

Tertiò ex eo, quòd, vt verba enunciatiua probent in antiquis,debent eſſe plurium inſtrumentorum, ſecũdùm Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.268. num 6. deciſ.462. num. 3. deciſ.684.num.1.& deciſ.803 num.6.par.1.

Quinimò plurium, & diuerſorum notariorum,ſecundùm Bertrand.conſ. 151.num.6.vol.7. quem refert, & ſequitur Maſcard. de probat. concl.621. numero 18. Præſertim, ſi ageretur de præiudicio tertij,prout agitur hic.Put. deciſ.172.numero 2.part.1 vbi vlterius dicit, probari ex eis quaſi poſſeſſionem pręſentandi, ſed non iuſpatronatus, cum hæc ſint diuerſa. deciſione 209.num.4.par.2.& deciſ.149.numero 3.par.3.

Confutatum etiam fuit faciliter ter-
14 tium obiectum: Nam † ex fama ſola (non ſolùm attento dicto Concilio, quod dat præciſam formam probationis,) non probatur iuſpatronatus. Caualc.in d.deciſ.11.num.40.& 96.ſed neque attento iure communi probatur, niſi cum ea concurrat longiſſima poſſeſſio. Put. deciſ. 60. num. 5.deciſ. 140. numer.1. par.1.& deciſ.212.par.2. Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.792.num. 1.cum ſeq. part.1.& deciſione 841.par. 3. lib.3. Quod præſertim verum eſt, ſi in literis Apoſtolicis aſſeratur, iuſpa-
15 tronatus eſſe ex fundatione, nam † ex dicta fama, etiam longiſſima, non probaretur iuſpatronatus eſſe ex fundatione Rot. Roman. in nouiſſim.deciſ. 1273.par.3.lib.3. Præterea dictum fuit, non conſtitiſſe plenè, & legitimè de dicta fama, iuxta cumulata per Maſcard.de probat.volum.2. concluſ.749. & per Farinac. de indit. & tort. quæſtion.47.

Ad quartum replicatum fuit, id nullatenus eſſe attendendum.

16 Tum quia † præſcriptio in hac materia, præſertim hodie, non ſufficit, niſi vel doceatur de titulo. Roland. d. conſ. 47. numero 40. Caputaq. deciſione 128.num.4.par 2.vel de tempore immemorabili, cum tàm ius commune, quàm dictum Sacrum Concilium reſiſtat. Felin. in c. cauſam numero 7. de præſcript. Rolan. in d.conſ.47.numero 16.Gabr.in d.conſ.198.numer.1. Caualc. in d. deciſ. 11. numero 40.46. & 96.Caſſad.de probat.deciſ.2.num.7. Caputaq.in d.deciſ.128.nu.4.Io. Bapt. Ferret.conſ.33.num.5.Theſau.for.eccl. in d.c.21.num.8.

Tum quia iuſpatronatus acquiſitum ex præſcriptione non impedit collationem Papæ, ſeu eius Legati. Paul. de Cittad. de iurepatr. par.3. verſ.quinta cauſa.nu.2.Rol.in d.conſ.46.n.10.Menoc.conſ.90.n.49.vol.1. Couar.pract. quæſt.cap.36.num.6.

Tum quia non conſtitit de bona fide, quæ requirebatur, ſecundùm Lamber.de iurepatr. lib. 1. par. 2.quæſt.11. prin.art.3. numer.5. Paul.de Cittad.de iurepatr.par.3. d. verſ. quinta cauſa.n. 26. Neque de aliis requiſitis per Cald. de iurepatr.conſ.12.quod communiter eſt approbatum.

Demùm addebatur, præſcripto iure preſentandi non cenſeri preſcriptum iuſpatronatus, cum diuerſa ſint.Lamb. d.q.11.prin.art.1.n.6.& art.4.

Vltimum fundamentum fuit dilutum † ex dictis verbis eiuſdem Con- 17
cilij in d.c.9.nempè, [irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur.] nam ex eis tolli vltimum ſtatum in puncto tradit Caualc.in d.deciſ.11.n.9. 40.& 46.Præterea, vt attendatur vltimus ſtatus, debet doceri aliqualiter de titulo, ſecundùm Gabr. in d. conſ.185. num.23. de quo hic non fuit vllatenus doctum.

ARGVMENTVM.

Collegium Muſicorum Cathedralis Papiæ an debeat præcedere in proceſſionibus collegio Capellanorum eiuſdem Cathedralis.

SVMMARIVM.

1 *Prior deſcriptus dicitur dignior, & præcedere debet.*
2 *Item dicitur dignior nobiliorem artem exercens.*
3 *Vincula duo magis ſtringunt.*
4 *Dignior dicitur, qui in maiori labore verſatur.*

5 *Con-*

5 *Conſuetudo attenditur in materia præcedentiæ; Etiam vicinorum locorum.num.6.*

7 *Prior tempore quando ſit potior in iure, & loco. Et n.8.*

9 *In his, quæ ſunt facultatis, non attenditur conſuetudo, neque præſcriptio.*

10 *Clauſula, appellatione remota; prohibet appellationem, etiam quoad vtrumq; effectum. Et n.11.*

12 *Dictio, omnis, quid importet.*

13 *In decreto prouiſionali non requiritur ordo iudiciarius.*

14 *Appellatio friuola eſt reiicienda.*

RESOLVTIO LXXXI.

FVIT exorta contentio inter R. Steph. Naſcimbenum Pręfectũ Muſicę Eccleſię Cathedralis Papię, ſiue totum Collegiũ Muſicę ex vna, & nonnullos Reuerendos Capellanos eiuſd. Eccleſię ex alia, ſuper pręcedentia in proceſſionibus.

Et, auditis partibus, videbatur omninò reſoluendum eſſe, dictum Præfectum pręcedere debere ex pluribus.

1 Primò, etenim † prior deſcriptus in ſcriptura debet poſteriori deſcripto pręferri, cum in illo pręſumatur maior dignitas. l.1.ff. de albo ſcriben. Peregr. conſ.3.num.60. Signorol conſ.23.n.25. Pariſ.conſ.38.num.1.vol.4. Non.conſ. 71.n.36. Pancirol.conſ.6.n.16. Colleg. Patauin.poſt conſ.Zabarel.conſ. 2.nu. 67.& Colleg.Ferrar.conſ.3.numer.25. Boer.de auct. Sacri mag.conſ.n. 52 60. & 86. Faciunt dicta per Rot. Rom. in nouiſſ.deciſ.518.num.3.par.1.

Cæterùm in libro exemptionis clericorum Papię d. Pręfectus reperitur prior deſcriptus d. Capellanis, qui liber probat ſaltem de conſuetudine Anch. conſ. 44. num.6. latè Maſcard. de prob.vol.2.concl.975.n.6.

Secundò, † nam dicitur dignior, qui nobiliorem artem exercet. Burſat. conſ.343.num.11.cum ſeq.lib.4. Capic. deciſ.27.n.23. Muſica autem dicitur nobilior cantu firmo, quem exercent d. Capellani, cum illa connumeretur inter diſciplinas illuſtres, ſecundùm Ariſtot.in ſua Politica. Thom. Garzon. in tract. *La piazza vniuerſale, nel capit. de Muſici, così cantori, &c.* in fine. & quia magis mouet aures, & animum laudantium, & audientium ad deuotionem, & affectum in Deum. S. Th. 2.2. q.91.art.2. vbi amplius dicit, quod cantus muſicalis dici poſſit ſpiritualis, & quod per d.cãtũ diutius immoratur ſuper iis, quę cantantur, & ſic attentius conſiderãtur, quæ dicuntur. Tabien.in ver.cantus. num. 2. cum ſeq. Nauar.de oratione, & horis can.c.16.n.35.& c.17. n.30. Quod pręſertim verum eſſe dicitur in proceſſionibus ſolemnibus, & publicis, in quibus potiſſimùm attenditur cantus muſicalis ad excitandam deuotionem populi. Accedit, Muſici .n. canunt vtrumq; cantum, vnde ſunt præferendi, cum duo vincula ſint fortiora vno. in terminis Cęph. conſ.615. n.41. Pariſ.d.conſ.38.n.11. & 17. Non. d.conſ.71.nu.38. Burſat.d.conſ.343.nu. 22. Nau. de ma. & obed. lib. 1. conſ.1. num.5. 2

Tertiò, quandoquidẽ † dignior dicitur qui in maiori labore, & diligentia verſatur. arg. l. nemo. C. de off.mag. Burſ.in d.conſ.343.n.15.& 24.& ad hoc videtur ſatis vrgere tex.in l. contra publicam. C. de re mil. lib. 12. Menoc. cõſ. 784.n. 3. Muſici autem ſunt in maiori labore & diligentia, præcipuè in proceſſionibus, vt patet. 4

Quartò, quia per plures teſtes, quinimò & per ipſoſmet Capellanos aduerſarios fuit probata conſuetudo, quod d. Præfectus Muſicę pręceſſerit in proceſſionibus eoſdem Capellanos: in ma-
5 teria † autem præcedentiæ attenditur conſuetudo. l. fin. C. de off. pręf. vrb. l. obſeruare. §. antequam. ff. de off. procõſ. Menoch. d. conſ. 784. nu. 1. Bal. in c. cum olim. de cõſuet. Boer. in d. tract. num. 52. Natt. conſ. 62. nu. 7. Non. conſ. 72. numer. 2. Peregr. d. conſ. 3. numer. 1. Nau. de ma. & obed. d. conſ. 1. numer. 3. Decian. conſ. 21. num. 6. lib. 1. Burſ. in d. conſ. 343. num. 4. Et in dubio in d. materia eſt pronunciandum pro poſſeſſore. Burſ. ibidem num. 75. cum ſeq.

Comprobatur, nam fuerunt exhibitę atteſtationes, ſic obſeruari in Ciuitatibus Nouarię, Cremonæ, Mantuæ, Placentię, & aliis Ciuitatibus principalioribus Italię. & in ſimilibus con-
6 trouerſiis † maximè inſpici debet conſuetudo vicinarum Ciuitatum. Oldr. conſ. 267. circa finem. Crau. conſilio 118. numero 3. Caſtr. conſ. 437. numero 2. vol. 2.

Et dum obiiceretur, Collegium Ca-
7 pellanorum † fuiſſe priori tempore fundatum, vnde præferendum eſſe, & in iure, & in loco, Collegio Muſicorum d. Eccleſiæ poſteriori tempore erecto. c. qui prior. de reg. iur. in 6. Cœph. in d. conſ. 615. n. 25. Burſ. in d. conſ. 343. n. 5. Non. in d. conſ. 71. n. 32.

Fuit replicatum. Primò, non conſti-
8 tiſſe † de d. prioritate fundationis, nec minùs de ipſa fundatione, ſaltem per authenticas ſcripturas, & in forma probante; Quinimò in dubio pręſumitur pro d. Collegio Muſicę, pręcipuè quoad numerum ſexdecim Capellanorum.

Secundò fuit replicatum, obiectum non procedere hic, cum diſpar, & diſſimilis ſit cauſa, ſiue qualitas imò maior ad fauorem Muſicę, vt ſupra dictum eſt; quę maioritas cauſę magis attendenda eſt, quàm prioritas temporis. Doctor. in d. c. qui prior. Rom. conſ. 333. numero 10. cum ſeq. Cœph. in d. conſ. 615. num. 19. Nauar. in d. conſ. 1. numer. 14. Burſat. in d. conſ. 343. numero 77.

In hac controuerſia, cum imminerct ſcandalum, & ob anguſtiam temporis non poſſent omnia conſiderari, fuit ad euitanda ſcandala factum decretum per modum prouiſionis, inhęrendo tamen diſpoſitioni Sacr. Concil. Trident. de regul. ſeſſ. 25. cap. 13. quòd Pręfectus Muſicę vnà cum aliis Muſicis de Collegio pręcederet in quibuſcumque proceſſionibus capellanis dictę Eccleſię reſidentibus, exceptis Priore dictorum Capellanorum, & Curato dictę Eccleſię, ſalua, & reſeruata ſibi facultate latius prouidendi, &c. ac ſaluis iuribus partium &c.

Pro quo decreto non ſolùm videbantur facere ſuperius deducta, ſed etiam vrgebat. Primò, quòd locus Muſicę videtur dependere à voluntate Reuerendiſſimi Epiſcopi, & proinde quidam dicebat, fruſtra controuerti de præcedentia, nam Muſica non occupat locum, cùm ſit mutabilis ad nutum Epiſcopi.

Facit, nam † in his, quæ ſunt facul- 9
tatis non poteſt allegari conſuetudo, ſeu præſcriptio aliqua. Rip. in l. quominus. num. 132. ff. de flum. Non. conſ. 47. numer. 4. Gabr. de præſcript. lib. 5. concl. 10. Burſat. conſ. 360. numer. 80. volum. 4.

Fuit dubitatum, An à dicto decreto daretur appellatio. Et fuit reſolutum negatiuè.

Primò, ponderando clauſulam illam appoſitam in d. Sac. Conc. Trid. cap. 13. videlicet

10 videlicet, † Amota omni appellatione, prout aliàs ponderarunt Non. in d.cõſ.71.nu.31. Theſau. fori eccl.par. 1.cap.8.num.18.& Burſat.in d.conſil. 343.num.49.

Accedit, quòd, cum id factum fuerit auctoritate d. Concilij Tridentini, nõ poteſt prætendi aliquod ſpolium, nec reſtitutio, etiamſi pars non eſſet citata, ſecundùm Burſat. in d.conſil.343. num.52.

11 Ex qua clauſula † dicitur prohibita de iure appellatio, non ſolùm quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad deuolutiuum. ca.paſtoralis.§.præterea.de off.deleg.Abb.in c.ad reprimendum.nume.10.de off.iud.ord.vbi etiam Felin. nu.1. verſ.ex dictis Abb. Lancell.de atten. par.2. cap.12.lim.8. num.2. vbi teſtatur, ſic fuiſſe deciſum in Rota Romana. Contard. in l.1.in ampl.num.136.& quæſt.7.num.3.cum ſeq.vbi reddit rationẽ. C.ſi de mom. poſſ.M.Anton.de Amatis.deciſio.15. numero decimoquinto.& deciſio. 88. numero 1.

Quæ concluſio vera omninò dici-
12 tur hic, ponderando verbum illud, † omni, appoſitum in d.c.13. quod nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg.3.c.ſolitę. §.nos autem.de ma.&obed.& tantum operatur, quantum ſi ſingula forent ęnumerata.gloſ.in l.omnes.§.1.C.de præſcript.xxx.annor. Burſ. conſ.364. num.14.vol.4.

Secundò, Nam dictum decretum fuit factum per modum prouiſionis, citra tamen præiudicium iurium par-
13 tium ad euitanda ſcãdala, † vnde nullus ordo iudiciarius exigebatur, nec dicitur ſublatum ius parti irreuocabiliter. Felin.in capit.2.de præſcript. Contard.in dict.l.1.in quinta ratione decidendi.Burſat.in d.conſ.343.num. 60.& 62.

Tertiò, quia, ſtantibus rationibus ſupra deductis ad fauorem muſicæ, appellatio eſſet friuola, † iniuſta, & in- 14
ualida notoriè, vnde repellenda. c.cũ appellationibus. de appel. in 6. latè Lancell.de attent.par.2.cap.12.lim.6. num.1.cum ſeq.

ARGVMENTVM.

An nomine Domus, ſeu Caſatæ, veniant omnes, qui habent eamdem Parentelam, an verò ij tantùm, qui ſunt de agnatione.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas diſpoſitionis ſi non verificatur, nec poteſt verificari diſpoſitio.*
2 *Domus, & Caſata appellatione qui veniant. Et num. 9.*
3 *Aliquem eſſe de familia, quomodo probetur.*
4 *Literæ plenè probant, & quando.*
5 *Ætas probatur ex aſpectu.*
6 *Supranomen imponitur ab euentu.*
7 *Probatio fortior tollit debiliorem.*
8 *Pluralitas perſonarum non præſumitur.*

RESOLVTIO LXXXII.

In vna deputationis distributoris, ſiue Adminiſtratoris Hoſpitalis S. Archãgeli de Blãchis loci Gambolati Diœceſis Papienſis vertente inter Auguſtinum de Blanchis dicti loci ex vna, & Bernardum de Blanchis pariter d. loci ex alia coram D. Vicar. Gener. Pap. fuit apprimè controuerſum.

Q

Quiſnam ex præfatis eſſet deputandus adminiſtrator dicti Hoſpitalis, & præferendus in dicta adminiſtratione.

Et pro excluſione dicti Bernardi adducebat d. Auguſtinus infraſcripta fundamenta.

Primum erat deſumptum ex teſtamento Illuſtriſs. D. Cardinalis Theani bon. mem. fundatoris dicti Hoſpitalis in illis verbis, videlicet, [*Che di detto Hoſpitale habbino à eſſere diſtributori doi della Caſa de' Bianchi, dichiarando, che ſiano, cioè vn ſacerdote, & vn ſecolare de più vecchi, & il ſacerdote ſia preferito, & eſſe mancando ſtano li Conſoli della Terra diſtributori.*] Dictum autem Bernardum eſſe de familia de Valleranis, non autem de Blanchis, oſtendebat inter alia ex inſtrumento de anno 1517. die 27. Auguſti. Et ex alio inſtrumento anni 1549. die 24. Decembris, in quibus inſtrumentis aſcendentes dicti Bernardi nuncupantur de Valleranis. Vnde,
1 cum † non verificarentur qualitates teſtamenti in dicto Bernardo, neque poſſe eius verificari diſpoſitionem, dicendum eſt. Franc. Becc. conſil. 53. num. 7. Borgn. deciſ. 9. num. 17. & deciſ. 43. num. 29. par. 1. Menoch. de præſumpt. libro 6. præſumpt. 15. numero 47.

Secundò allegabat, nam ſuppoſito, dictum Bernardum eſſe de Blanchis, & ſeniorem, adhuc tamen ipſe Augu-
2 ſtinus veniebat præferẽdus, cum † domus, ſeu caſatæ appellatione in teſtamento veniant illi tantùm, qui ſunt de familia, & ſtirpe ipſius teſtatoris. Pariſ. conſ. 1. num. 60. conſ. 75. num. 1. conſ. 47. num. 53. vol. 3. licèt gradatim. Pariſ. conſ. 23. num. 45. vol. 1. plures refert Mant. de coniect. vlt. volum. lib. 8. tit. 12. num. 17. & Peregr. de fideicom. art. 22. num. 27. & D. Auguſtinus dicebat, ſe eſſe de vera familia teſtatoris, non autem Bernardum aduerſantem.

Tertiò, quia in quibuſdam aſſertis Decretis, & prouiſionibus obtentis nominabatur dictus Auguſtinus Adminiſtrator, vnà cum Ioanne Petro eius patre; vnde veniebat manutenendus, & confirmandus in dicta adminiſtratione.

Cæterùm, viſis, & rectè ponderatis omnibus hincinde deductis, fuit pronunciatum ad fauorem dicti Bernardi, ex quo in perſona ipſius verificabantur in totum qualitates dicti teſtamenti.

Nam, quòd eſſet de familia de Blanchis, fuit in actis verificatum: Tàm † ex pluribus inſtrumentis, & ſcripturis factis ab anno 1549. vſque in præſentem diem, in quibus Archangelus Pater, & dictus Bernardus filius vocantur de Blanchis. in puncto Soc. iun. conſil. 66. vol. 4. Calcan. conſil. 8. num. 3. verſ. ſecundò per inſtrumenta: Quàm ex pluribus literis ipſiuſmet teſtatoris, in quibus nominat Archangelum de Blanchis: dictas † autem literas probare, firmant poſt alios Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 626. etiam contra tertium, vt per eundem ibidem num. 11. Quod maximè verum eſt in literis Cardinalium. Maſcard. concl. 627. & concl. 629. concurrentibus etiam atteſtatione Communitatis dicti loci, & decreto Domini Vicarij Epiſcopalis Papiæ ſuper dote filiæ dicti Bernardi, necnon quodam calculo inito inter Ioannem Petrum dicti Auguſtini Patrem, & dictum Bernardum, iuxta tradita per Calcan. in dicto conſilio octauo. numero tertio.

Quòd autem dictus Bernardus eſſet ſenior

ſenior Auguſtino, conſtitit plenè ex actis; tàm ex atteſtatione, licèt extraiudiciali facta per Conſules, & Homi-
5 nes dicti loci; quàm † ex aſpectu. latè Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 667.

Quinimò pro maiori veritate ſupradictæ Reſolutionis proponebantur plures conſiderationes.

Prima erat, vt conſuleretur recto, & fideli gubernio dicti Hoſpitalis, & occurreretur fraudibus, cùm dictus Auguſtinus eſſet frater Preſbyteri Marci alterius adminiſtratoris deputati per dictum D. Vicarium Papienſem.

Fuit ſecunda, quia dictus Bernardus erat de Diœceſi Papienſi, & Auguſtinus de Vigleuanenſi, vnde facilius poterat cogi per Epiſcopum Papienſem dictus Bernardus ad reddendam rationem, & alia exequenda pro beneficio pauperum, quàm alter.

Tertia fuit, nam dictus Bernardus videbatur magis confidens, & dilectus à dicto teſtatore, vt infra latius dicetur.

Et primum fundamentum dicti Auguſtini faciliter tollebatur. Primò, quia illud verbum, de Valleranis, appoſitum in dictis inſtrumentis erat ſupranomen, non autem cognomen, prout pater ex atteſtatione facta de pluribus familiis dicti loci habentibus ſupranomen ad diſtinctionem aliarum familiarum de Blanchis, quæ numeroſæ ſunt in loco Gambolati: Vnde non debet nocere veræ Cognominationi, cùm † ſupranomen ab e-
6 uentu imponatur. gloſ. in §. ſiquidem. in verb. in nomine. inſtit. de leg. faciunt dicta per Menoch. in dicta præſumpt. 15. num. 49. & Iaſ. in l. 1. num. 4. cum ſeq. ff. de lib. & poſth.

Secundò, quia † probatio ſortior tollit debiliorem. l. penult. ff. de reſtit. in integ. Maſcard. de probat. volum. 1. cõcl. 225. n. 15. Quod autem dictus Bernardus ſit de familia de Blãchis, nõ ſolùm conſtat per plura inſtrumẽta, etiã de antiquo, & alia iura, ſed etiam per confeſſionem ipſiuſmet teſtatoris, dũ in pluribus ſuis literis dicit hæc verba, *A Miſſer Archangelo de Bianchi mio Cugino*. Alex. conſ. 51. vol. 1. Dec. cõſ. 54. per totũ. & Menoch. in d. præſ. 15. nu. 47. Pariſ. conſ. 51. nu. 6. lib. 2. Et friuolum eſt dicere, dictum Archangelum fuiſſe alium, non autem patrem dicti Bernardi, quia † pluralitas per- 8
ſonarum non præſumitur, niſi probetur ab allegante. l. 1. C. de probat. Surd. conſ. 61. num. 74. vol. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 5. nu. 4. par. 1. Menoch. d. præſ. 15. nu. 36. cum ſeq. Eò maximè, quòd extant tot geminatæ literæ ſub eiſdẽ verbis. Pariſ. cõſ. 32. n. 29. vol. 4.

Tertiò, quia in omnem euentum hoc cognomen de Blanchis potuit præſcribi per dictum Archangelum, & filium ſpatio xxx. annorum, vel aſſumi ad eorum beneplacitum, cum nulli fieret iniuria. Bart. in tract. de inſig. & arm.

Secundum fundamentum pariter tollebatur: Primò, nam licèt † ver- 9
bum, domus, prolatum à teſtatore intelligatur de agnatione, tamen id verũ eſt, quando ſubiecta materia ſic patitur, ſecundùm Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 17. ſed materia non patitur, hic intelligi de agnatione, cum non agatur de cõſeruatione bonorũ in familia, ſecundùm Bart. in l. peto. §. fratre. nu. 1. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 213. volum. 6. Corn. conſ. 55. num. 2. cum ſequ. lib. 1. conſ. 216. nu. 2. cum ſeq. vol. 2. conſ. 198. vol. 3. conſil. 26. num. 2. & 3. & conſil. 41. numero

5.& 6.lib.4. Sed ſolùm de onere: Vnde verbum,domus, eſt capiendum naturaliter , ſecundùm Grat. conſilio ſexageſimoſexto , numero duodecimo lib. 2.& ſic veniunt omnes deferentes eadem inſignia,& Arma,ſecundùm Bart. in l. tutelas numer.4. ff.de capit.dimin. Grat. in d.conſ.67.num. 10.cum ſeq.Alexan.dicto conſilio ducenteſimo decimotertio , numero 3. Peregr.in d.art.22.nume. 27. Mantic. d.tit.12. num.17. & ita fuit reſolutum pluries in ſimili caſu in Rota Romana,vt in calce huius Reſolutionis.Plenè autem conſtitit , dictum Bernardum habere eadem inſignia, quæ habebat dictus teſtator.

Secundò, quia dictus Auguſtinus in termino probatorio non docuit,ſe eſſe de vera familia teſtatoris, prout tenebatur docere, cum eſſet fundamentum intentionis ſuæ. Menoch. in d. præſumpt.15.num.48.Quinimò ex deductis, & præſertim ex dictis literis, conſtabat, dictum Bernardum potius eſſe de familia teſtatoris ſupradicti.

Vltimum fundamentum fuit tentum ex omni parte friuolum.

Tum quia id, tanquàm inter alios actum, non poteſt nocere dicto Bernardo non citato. Dec.conſ.42.num. 11. Fab.Turr.conſil.33. num.13.vol.1. Non.conſ.24.num.9.Præſertim quòd dictoAuguſtino non competiiſſet ius, niſi poſt mortem Ioannis Petri ſui patris,& tunc eſſet præferendus Preſbyter Marcus.

Tum quia ad deputandum adminiſtratorem dicti Hoſpitalis requirebatur certa forma, nempe, conceſſio literarum edictalium, earúmque affixio ad valuas dicti Hoſpitalis,Item verificatio qualitatum contentarum in teſtamento,& decretũ ſpecificũ deputationis per Epiſcopum Papiæ,quæ forma nullatenus fuit obſeruata, vnde actus fuit omninò nullus. vulg. l. cum hi.§.ſi prætor. ff.de tranſ. Surd. deciſ. 268.num.8. Turret. conſ.64.num.13. cum ſeq vol.1.

Tum quia dictus Auguſtinus renunciaſſe dicitur omni ſuo iuri, ſi quod habebat, ex quo poſt mortem patris petiit coram D. Vicario Papienſi, ipſum deputari in Adminiſtratorem dicti Hoſpitalis, & poſt longam litem cum dicto Bernardo ſuccubuit.

DECISIO.

Die Lunæ 19. Februarij 1601. coram R. P. D. Lancellotto Papien.Iuriſpatronatus Collegij, Ghiſlerij.

FOel.rec. Pius V. in erectione Collegij Ghiſlerij, inter alia circa admiſſionem ſcholarium,ita ordinauerat.

Scholares ſint ad nominationem, ſeu electionem pro tempore exiſtẽtiũ triũ ſeniorũ de familia noſtra Ghiſleriorũ oppidi Boſchi Therdoneñ.Diœceſis,vnde nos originem traximus.

Cum autem D.Pius Antonij filius, ad excludendos filios Paganini, videlicet DD. Sebaſtianum, Antonium, & Michaelem, nec non D. Pium eorumdem ex Philippo fratre nepotem, probaſſet per gradus diſtinctos, ſe eſſe de eadem familia Ghiſleriorum, à qua ortum habuerat Pius V. Dicti verò Sebaſtianus, & alij huiuſmodi, deſcendentiam per gradus ad effectum,de quo agitur,neceſſariam minimè eſſe prætendentes, oſtendiſſent in actis ſufficienter, ipſos eſſe de familia Ghiſleriorum Oppidi Boſchi,fuit apud me dubitatum.

An

An Domini Sebaſtianus, Antonius, & alij ſupradicti eſſent de primo loco vocatis. Cuius dubij reſolutio pendebat ab ea inſpectione. An Pius V. vocando familiam intellexerit de ſuo proprio Colonello, vel de familia in genere.

Et, ea propoſita, Domini reſoluerunt, D. Sebaſtianum, & alios eſſe de primo loco vocatis, & hoc tam ex verbis, quàm ex veriſimili mente Papæ.

Ex verbis: quia, cum vocauerit tres de familia, comprehenduntur omnes de familia. l. pronunciatio. §. familia. ff. de verborum ſignification. l. fin. Cod. eodem titul. Gabr. conſil. 132. numero quinquageſimonono, libro primo. Illuſtriſs. Mãt. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 12. & fuit reſolutum in cauſa Placentin. Capellaniæ 18. Nouembris 1593. coram R. P. D. meo Penia, & in vna Pientin. Capellan. 30. Maij 1597. coram R. P. D. meo Litta.

Quod ex lectura tam primæ, quàm ſecundæ Bullæ colligitur manifeſtè, cum Papa non ſe reſtrinxerit ad illos de ſuo Colonello, itaut voluerit diſtinguere familiam à familia, ſed tantùm diſtinxit familias reſpectu loci, vt primò, ſcilicet, admitterentur illi de oppido Boſchi, in ſecũdo verò gradu nati extra oppidum: voluit enim oppidum ſuæ natiuitatis illuſtrandum ibi natos aliis præferre, non tamen inter eos aliquam differentiam conſtituere.

Neque aliquid ſuadent ponderationes in contrarium factæ. Non prima de pronomine, noſtra, adiecto familia, quia eadem dictione vſus fuit, nedum reſpectu vocatorum primo loco, ſed etiam reſpectu vocatorum ſecundo loco, & in genere reſpectu totius familiæ Ghiſleriorum, nam loquendo de Ghiſleriis extra oppidum Boſchi natis, & ſic de iis, qui non erant de ſuo Colonello eos, pluries appellat de familia, cum eodem pronomine, noſtra.

Nec ſecunda de aliis verbis, vnde nos originem traximus, quaſi de ea tantùm familia intellexerit, à qua ipſe ortum habuit, quia aduerbium illud, vnde, refertur ad oppidum, vnde ortum habuerat Papa, tamquàm ad proxima, non autem ad familiam: Quod colligitur etiam ex alia vocatione eorum, qui extra oppidum nati eſſent.

Idem etiam dictum fuit attentis coniecturis, vt cõſiderata mente Pij V. qui, cum tertio loco vocauerit illos de quarterio nouo oppidi Boſchi, ſi iſti de familia non eſſent in primo gradu comprehenſi, multum veriſimile eſt, quòd eos prætuliſſet ijs de quarterio, alias profectò remanent excluſi, quod videtur alienum à mente Papæ, qui Paganinum, & eius filios multùm diligebat: licèt enim ſemel dixerit, Paganinum non eſſe eius conſanguineum, tamen deinde in literis reſeruationis penſionis vocat D. Sebaſtianum, & fratres eius conſanguineos, & in pluribus Epiſtolis appellat Paganinum de ſua parentella, ſe ſubſcribendo, Buon parente, & cordiale parente, *quod etiam re ipſa comprobauit, quia filios Paganini multis beneficiis proſequutus eſt: Tum reſeruando penſiones ad eorum fauorem: Tum eis donando bona ſtabilia.*

Præterea fuit etiam conſideratum, quòd in prouiſionibus, ſeu declarationibus ad tollendas difficultates, quæ potuiſſent oriri, emanatis, diſponitur, quid ſit obſeruandum, & qui debeant præferri, quando concurrunt plures in dignitate conſtituti, plures Presbyteri, plures Doctores, & plures ſeniores, quæ oſtendunt, Papam intellexiſſe de omnibus de familia in genere, quia hæc ſolùm in hoc caſu conueniunt, cum ſit difficile tot concurſus perſonarum in vno tantùm ſtipite ſuccedere poſſe.

Non obſtat, quòd iuſpatronatus relictum familiæ intelligatur ſecundùm gradum prærogatiuum: Quia,quicquid ſit de hóc,non applicatur in hoc caſu, in quo debent eligi tres ſeniores de familia,qui ſunt patroni, vt detur prælatio inter eos, iuxta qualitates, quòd repugnat ordini ſucceſſiuo.

Deciſiones autem allegatæ non applicantur,nam in cauſa Alexandrina coram me erant vocati proximiores. In cauſa verò Racanaten. coram Oradino non tangitur hæc difficultas.

Non obſtat ſententia bonæ me. Card. Alexandrini:Nam,omiſſo,quòd D.Sebaſtianus,& alij non fuerunt nominatim citati, illa ſolùm declarat D. Pium eſſe vocatum, & iuſpatronatus ad eum ſpectare,non autem excludit D. Sebaſtianum & fratres, eorúmque nepotem, &c.

DECISIO.

Die Lunæ x.Iunij 1602 coram R. P.D. Litta Pientin. iuriſpatronatus.

FVIT reſolutum, iuſpatronatus,de quo agitur, ſpectare quidem generaliter ad familiam de Martiis de Senis, & conſequenter ad omnes collitigantes, cũ omnibus æquè conueniant verba fundatoris,ad text.in l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſat. in c. indemnitatibus. §.penultim.de elect.lib.6. cum aliis per Soc.iun.conſ.186.num.3.lib.2.

Nam,quòd dictus Federicus, & alij, qui litem hanc ſuſtinent contra D. Annibalem,ſint de familia de Martiis de Senis, vtantur eiſdem inſigniis, & pro talibus fuerint etiam habiti à teſtatore, negari non poteſt, & clariſſimè ex actis conuincitur.

Nec obſtat,quòd nõ fuerint æquales, cum eorum maiores, vt prætenditur per D.Annibalem,viles artes exercuerunt, Quia non eſt nouum, quòd in eadem agnatione inter diuerſos Colonellos aliqui gaudeant maiori nobilitate virtutis,& fortunæ, vt quotidie nos experientia docet: Vltra quòd ſatis eſt,illos eſſe de eadem familia, vt iam reſolutũ fuit: Nam, cum hoc iuſpatronatus ſit relictum d.familiæ,vtique omnes de illa familia cenſentur vocati, ad tex.in l.cum ita. §. in fideicommiſſo. & in l.peto. §. fratre.ff.de legat.2.benè Lamber.de iurep.lib.1.par.2.art.9.2.quæſt.prin.num. 12.verſ. & hanc concluſionem.fol.135. Gabr.conſ.132.num.59.libr.1.& fuit ſæpè tentum ſignanter in Placentin. Capellan.13.Nouembris 1593. coram R.P. D.meo Pena,& in Papien.iuriſp.Collegij Ghiſlerij 1605.coram R.P.D.Lancellotto.

Sed non ad omnes ſimul, & ſemel ſpectare ius præſentandi, ſed ad eum duntaxat de familia, qui pro tempore erit proximior teſtatori, iuxta tex.in dict.l. cum ita.§.in fideicommiſſo.ff. de legat. 2.cuius diſpoſitionem in iurepatronatus habere locum,voluit Bald. conſ.1.num. 8.lib.3.Gabr.conſ.196. num.3. & 4.lib. 2.& ſentire videntur Cald.conſ.19. de iurep.& Couar.pract.quæſt.cap.38. nu. fin.verſ.alioquin.Franc.Marc.deciſio. Delphin.1135.num.4.par.prima, & alij hic allegati per informantes, & per hoc in cauſa benè faciũt deducta per Iſern. in tit.de his qui feud.da.poſſ.numer.23. circa med.verſ.Item non vocantur omnes.per Curt.de feud. in 5.par. titul.ex quib.cau.feud.admit.num.5.vt per Capic.in ſua inueſtitura feud. in rub.feud.

ſucc.

ſucc. § fœmina. in 13. ampl. & in 8. lim. cum valeat argumentum de feudo ad iuſpatronatus quoad modum ſuccedendi, vt poſt Card. in Clemen. pluries. col. fin. de iurep. tenent Lambert. lib. 1. art. 8. q. 3. prin. 1. par. & Decian. conſ. 32. nu. 12. lib. 1.

Non obſtat quòd Bald. & alij ſupracitati loquantur in iurepatronatus hæreditario, quod, caſui noſtro applicari non poſſe, videtur, ſtante quòd ſolus Annibal Martius fuit hæres inſtitutus, & iuſpatronatus eſt relictum Dominis de familia de Martiis Senen. & non ipſi Domino Annibali.

Quia reſpondetur, quòd licèt abſolutè hæreditarium dici non poſſit, cum, attenta mente fundatoris, habeat perdurare in familia de Martiis de Senis, &, ea extincta, habeat peruenire ad illos de Bellantibus, &, illis deficientibus, ad illos de Verdellis, attamen ad inſtar iuris fideicommiſſi reſpectu vocatorum ad effectum præfatum iudicari debere, cenſuerunt Domini, per tex. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. cum aliis, de quibus ſupra. Et quia negari non poteſt, quin reſpectu præfatorum conſiderari etiam poſſit ordo charitatis, & maioris affectionis, quam vnuſquiſque teſtator habere gradatim præſumitur erga plures vocatos ſibi æqualiter non coniunctos, vt conſiderat Corn. conſil. 26. num. 3. lib. 4.

Cum tamen mihi non mediocrem difficultatem in hac cauſa faciat: Tum concluſio illa, quòd vbi plures ſub nomine collectiuo vocantur, illi omnes pro vno reputantur, & conſequenter coæquale ius habere debent, quam in terminis iuriſpatronatus firmat Dec. conſ. 122. quem refert, & ſequitur Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. 28. art. 1. quaeſt. princ. Tum denique deciſio facta in illa Regien. iuriſpatronatus de Zacchis 26. Nouembris anni proximi præteriti coram R. P. D. Penna, quæ huic de directo aduerſari videtur, ideo libenter iterum partes ſuper hac eadem difficultate audirem.

ARGVMENTVM.

Quando licitum ſit emendare libellum, vel illi addere.

Item, Quando Monaſterium ſuccedat in bonis Monachi.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, vti ſtricti iuris, eſt diligenter ſeruandum. Et quando numero 5.*

2 *Libellus non poteſt emendari poſt litem conteſtatam. Et quando num. 6. & 7.*

3 *Delegatio eſt ſtricti iuris.*

4 *Nullitas debet eſſe de tribus, ſecundùm Bullam Clem. VIII.*

8 *Libello quando dicatur addi.*

9 *Papa ſolet prouidere negotiis, non autem perſonis.*

10 *Actiones hæreditariæ ſunt diuiduæ.*

11 *Monachus profeſſus ſuccedit Patri vnà cum aliis fratribus.*

12 *Monaſterium ſuccedit loco Monachi.*

13 *Clericus poteſt vti ſtatuto laicali in fauorabilibus.*

14 *Teſtamentum non dicitur nullum, ſi eſt relictum aliquid filio titulo inſtitutionis.*

15 *Teſtamentum eſt nullum ob præteritionem filij. Et quando numero 17.*

16 *Legitima filio eſt relinquenda integra.*

18 *Legitimæ ſupplementum poteſt peti vſque ad annos triginta.*
19 *Monachus profeſſus dicitur mortuus ciuiliter.*
20 *Statutum laicale quando liget Monachum. Et numer. 21. 22. 24. & 25.*
23 *Paria ſunt aliquid exprimi per verba ſpecifica, vel per verba æquipollentia.*
26 *Communio fratrum quomodo probetur.*
27 *Recuſatio ſuſpecti iudicis non eſt attendenda, ſi non eligatur arbiter.*

RESOLVTIO LXXXIII.

IN cauſa ſucceſſionis ab inteſtato vertentis inter ſindicum Monaſterij Sancti Martini de Bozziis ex vna, & R. Octauium de Oliuis ex altera, difficultas reducebatur ad duo capita.

Primum erat ſuper nullitate proceſſus,& ſententiæ.

Secundum ſuper iniuſtitia eiuſdem.

In primo capite allegabatur nullitas per dictum R. Octauium multipliciter. Et primò,quia mandatum procuræ erat de actitandis contra D. Octauium,& Bartholomæum fratres de Oliuis, & tamen fuit actum finaliter contra ipſum Octauium tantùm: Mā-
1 datum † autem eſt ſtricti iuris, vnde eius fines ſunt diligenter ſeruandi. vulg.l.diligenter. ff.mand. Vant. de null. ex def. mand. numero 85. cum ſeq.

Secundò, cum dictum Monaſterium egerit à principio contra alios fratres de Oliuis, & poſtea proſecutum fuerit litem contra vnum tātùm,
2 quòd † non licuit poſt litem conteſtatam, cùm videatur agi de emendatione libelſi, quæ tunc eſt prohibita, ſecundùm Doct. in l.ædita. C.de eden.

Tertiò, cum in proſecutione litis dictum Monaſterium aliqua bona deſcripta in petitione detraxerit. & alia addiderit, quod non licuit, iuxta dicta per Doct.in d.l.edita.

Quartò,etenim delegatio cauſę fuit facta contra alios fratres, vnde non potuit procedi contra vnum tantùm,
cum † delegatio ſit ſtricti iuris.Vant. 3
de null. in rubr. fin. numero 78. præſertim quod allegabatur,hæreditatem eſſe indiuiſam. Iaſ.in l.nulli.num.3. C. de iud.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum ex illa vulgatiſſima concluſione, quòd ſemper præſumitur pro validitate ſententiæ, & maximè ad fauorem Eccleſiæ.

Ex aduerſo autem oppoſita viſa fuerúnt friuola,nam vltra quòd in genere poterant tolli ex tot clauſulis ſalutaribus in petitione appoſitis. Io. Baptiſt.Ferret. conſil. 47. num.19. & ex
proceſſu ad vlteriora;Et quia † nulli- 4
tates allegatæ nōn eſſent de tribus, iuxta Rot. Rom. deciſ. 256. & deciſ. 257. parte 1. fuerunt ſpecialiter ſublata.

Primúmque obiectū nullitatis tol-
lebatur ex eo, quòd † illud procedere 5
poſſet, quando dictus Octauius non eſſet nominatus in dicto mandato principaliter, nec in conſequentiam venire poſſet. Clem. non poteſt. de proc.c.ad agendum eod.tit.in 6.Vant. in d.rub.ex defect.mand. num.86. ſed ibi fuit nominatus in ſpecie. Inſuper in omni mandato procuræ ſolet apponi clauſula: contra omnes, & ſingulos &c.

Secundum pariter tollebatur: Tum
quia † non videbatur agi hìc de ali- 6
qua

qua libelli emendatione , cum non fuerit mutatus libellus,ſed ſolùm fuerit ſuperſeſſum in proſequendo litem contra dictum Bartholomæum, etiam ob differentias iuriſdictionales exortas : nullus enim audebat procurare, feruente controuerſia prædicta , contra laicum coram Eccleſiaſtico iudice, vt notorium eſt, & proinde fuit reſeruatum ius proſequendi litem contra eundem tempore ſuo , vide Pract. Papien.in forma libelli.act.rea.in ver. ſaluo iure addendi.num.4.Io.Baptiſt. Ferret.in d.conſ.47.num.18.cum ſeq.

7 Tum quia , quatenus ✝ extaret emendatio , tamen cum pertineret ad iudicis officium, non erat dubitãdum quin licuiſſet , ſecundùm gloſ. in l. ſi quis.§.fin.ff.de damn.infect.Pract.Papienſ.in d.num.7. in fin. Vide Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 251. 254.256. & 257. par.1. & quamuis aliàs prius ſint reficiendæ expenſæ reo,ſecundùm Felin. in cap.ſignificantibus. num 25. de lib.obl. Tamen cum non fuerit oppoſitum de tali refectione,ob id ad vlteriora proceſſum fuit.

8 Tertium tollebatur ;. Tũ quia ✝ addi tunc dicitur libello , quando actioni propoſitæ alia actio applicatur, non autem quando additur aliqua res ſimilis,vt hic. Doct.in d.l.edita.Pract. Pap.in d.verſ.ſaluo iure addendi, n.6. prout , ſic etiam eſſe in detractione docet Bart.in l. ius ciuile n.1. ff.de iuſt & iur. Tum quia in petitione aderant tot clauſulæ ſalutares , & ſign inter illa,ſaluo iure &c.non ſe &c. vide Rot. Rom. d.deciſ.256. & 257. par.1.deciſ. 44.per tot par.2. & Felin. in d.ca. ſignificantibus num.26.

9 Vltimum tollebatur: Tũ quia ✝ Papa ſolet prouidere negotiis , non autem perſonis.c.fin.de off.deleg. Tum quia dictus Octauius erat nominatus
in delegatione,vnde ceſſat fundamentum, vt per Vant. in d.rubr.fin. num. 78.Tum quia in reſcriptis ſolet apponi clauſula illa ; communiter, & diuiſim ; ſecundùm Mendoſ. de com.cauſ. in ver. communiter &c. fol.4. actiones ✝ vero hæreditariæ ſunt diuiduæ. 10
l.1.C.de hæred.act.gloſ.in l.ſi duobus. ff.de vſufr.accreſc. Crau.conſ.232. n.3.

In ſecundo capite fuit reſolutum pro validitate ſententiæ. Nam R.Paulus Æmilius ✝ Monachus vti filius 11
ſuccedebat æqualiter cum aliis fratribus in bonis Marci Antonij patris, & Heleonoræ matris.§.inteſtatorum.inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.def.§.ſui. inſt.de hæred.qual. & diſ.authent.defuncto.C.ad Tertull.

Et ✝ Monaſterium ſuum vti capax 12
bonorum ſuccedit hodie , ſtante profeſſione ipſius.c.in præſentia. de probat.Pariſ.conſ.65.num.6.volum.2. Oſaſch. deciſ.126.numer.4. & 20. Surd. conſil.238.num.1.vol.2. Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.12.num.28. & lib.ij.tit.7. num.5. cum ſeq. Nauar.de donat. lib 3. conſil.6. numero 1.de regul. conſilio 14. numero primo. vbi ampl.etiam ſi ſit factus Epiſcopus.per cap. 1. 18. quæſtione 1. & cap. cum olim. el 2. vbi Innoc. de priuil. licet contrarium videatur tenere conſilio 70.nume.3.Couar.var.reſol.lib.1.cap. 9. num 6. Vinc.de Franch. deciſ.40. par.1.vbi declarat Magon.Floren.deciſ. 10. numero ſecundo. cum ſeq. & deciſ.141 numero quarto. vbi ampliat ſuccedere abſque aliqua apprehenſione. Afflict. deciſ.320. numero nono.

Accedit ſtatutum Mediolaneñ. diſponens , ſeruandam eſſe æqualitatem inter filios , quo ✝ ſtatuto vti poteſt 13
perſona eccleſiaſtica in fauorabilibus. Felin. in cap. Eccleſia S. M. numero

81. Dec.numero 42.de Conſtit. Natt. conſ.44. num.5. Georg.Natt. de ſtat. Quòd ſtantibus maſculis &c. quæſt.3. princ. num.84. Rim. in conſil 35. & conſ.363.num.23.vol 4.Surd.conſ.259. num 20.vol.2. Borgn. deciſ.42. num. 46 par.1. Put.deciſ.99. num.4. par 3. Pariſ. conſilio 48. numer. 15. volumine 4.

Nec præfatæ reſolutioni obſtare dicebatur teſtamentum paternum, vbi dicto Paulo Æmilio fuit relictum legatum lib. xx. annualium titulo inſti-
14 tutionis, quod † ſufficere videbatur ad validitatem dicti teſtamenti, ſecundùm Clar. §. teſtamentum. quæſt. 38.verſ.ſed nunquid.

15 Quia dictum † teſtamentum fuit nullum ipſo iure; cum in eo fuerit præteritus dictus Paulus Æmilius.l.inter cætera. ff.de liber. & poſth. Curt. iun. in auth.ex cauſa num.52.C.de lib. præt. Dec. in l. poſthumo. numer. 6. C.de contra tabul. Clar. in d.§.teſtamentum.quæſt.42.& quæſt.43. verſic. ſucceſſiuè quæro. Non. conſ.19.num. 2.Becc.conſil.103.num.15.Cœph.conſ. 152.num.97.vol.2. Crauet.conſil.245. 2.Ruin.conſ.89.num.3.vol.3. Mant.de coniect. vlt. volunt. lib.4. tit.5. art.2. num.2. cum ſeq.

Neque illud legatum,licèt titulo inſtitutionis, operatur, quin dicatur filius præteritus,cum illud non aſcendat ad legitimam ei debitam, quæ
16 † integra titulo inſtitutionis eſt filio relinquenda. Iaſ. in auth. nouiſſima num.13.C.de inoffic.teſtam. Curt.iun. in d.l. poſthumo num.19. Non. in d. conſ.19.num.24 Dec.conſ.86.num.2. & conſ.631. num.5. Clar. in d.§.teſtamentum. quæſt.38. in prin. & in verſ. ſed nunquid. vbi videtur tenere contrarium; quod non puto attendendum, vti non fulcitum lege, & auctoritate.

Et dum per d.Reu.Octauium replicaretur, de iure prætorio † reconua- 17.
luiſſe dictum teſtamentum, ex quo dictus Paulus Æmilius, ſiue Syndicus Monaſterij acceptaſſe dicitur dictum legatum per receptionem illius. Clar. in d.§.teſtamentum..quæſt. 43. verſic. penult.Surd.deciſ.132.num.1.cum ſeq. Boer.deciſ.96.per tot.Curt.iun.in d.l. poſthumo num.19 & 59. Quod præſertim verum eſt hic,cum tacuerit per viginti annos. Clar. in d.q.43. in fin. Rol.conſ.71. numer.51. vol.2. Cœph. conſ.27.num.11.vol.1.

Fuit reſponſum,Syndicum non potuiſſe præiudicare dicto Monaſterio, cui erat ius quæſitum circa nullitatem dicti teſtamenti, faciunt dicta per Surd. in d. deciſ.132. numero 12. cum ſeq.

Præterea † legitimæ ſupplementum 18
poteſt peti vſque ad triginta annos. Natt conſ.156.num.3.cum ſeq. Gabr. de legitim.concl 8.Surd.conſil.45.nu. 55. vol.1. qui loquuntur in fortioribus terminis.

Neque pariter huic reſolutioni obeſſe in aliquo videbatur Statutum Mediolani ſub rubr. 284. volum. 1. quo diſponitur,quòd illa perſona,quæ de iure cōmuni pro mortua ciuiliter reputatur, in ſucceſſione nō admittatur ad partem, nec faciat partem, & quoad ſucceſſionem in omnibus & per omnia habeatur, & reputetur pro mortua, ac ſi naturaliter, & verè eſſet mortua, & prædicta non habeant locum in perſona, quæ ciuiliter habetur pro mortua propter delictum. Dictus autem Paulus Æmilius † ob profeſſio- 19
nem habebatur pro mortuo ciuiliter. c.placuit.c.nonnulli 16.quæſt.1.Pariſ. de reſign.beneſ.lib.1. quæſt.5. num.6. Vant. de nullit. in rubr. ex defect. mand.

mand.nu.47.Dec.conſ.474. col. fin. Sbroz.de off. Vic.lib. 1. quæſt. 38.numero ſecundo.

20 Primò, quia, cum † dictum ſtatutum loquatur in perſonam, non ligat Monachos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas, ſecundùm Pariſ.conſ.40.nu. 8.& 16. vol.3.

Secundò non ligat dictas perſonas, ex quo loquitur per verbum præſentis temporis.Bart.in l.fin. col.3. C.de pact.Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cleric.Felin.in d. c. Eccleſia ſanctæ Marię.n.78.verſ.prima concluſio eſt.

Tertiò reſpondebatur, communem eſſe Doctorum diſtinctionem, quòd

21 † ſi ſtatutum loquitur expreſsè de perſonis Eccleſiaſticis, non ligat eos, ſecus ſi generaliter, & poſt ſtatutum fuerint effecti Eccleſiaſtici. Pariſ. in d.conſ.40 nu.4.& 16. Felin. in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ num. 78. cum ſeq.Soc. ſen. conſ. 241. num. 2. vol.2. Tiraq. de vtroque retr. tit. 1. glo. 8. num 41. Put.deciſ.99.num. 3. par. 3. Lap.alleg. 100. & ſeq. & ibi Mandoſ. Gabr.de ſtat.concl.6.num. 12. Capic. deciſ.98.nu.3. Affl. deciſ. 348. Borgn. deciſ.1.num.5.par.3. Crot. conſ. 293. num.8.vol.3.Brun.de ſtat.excluſ. fœmin.quæſt.21.num.36.art.6. memb.1. Felin. in cap. in præſentia num. 35. Dec.num.53. de probat. Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt. 83. nu.24. cum ſeq.

22 Cæterùm † dictum ſtatutum videtur loqui expreſsè de Monacho, dum dicit [de perſona , quæ pro mortua reputatur ciuiliter ,] & Monachus profeſſus dicitur mortuus ciuiliter. Grat.conſ.99.num.7. vol. 1. Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.8. tit. 12. num.

23 27. paria † autem ſunt aliquid exprimi per verba ſpecifica, vel generalia æquipollentia. Turret.conſ. 9. nu.12. Becc.conſ 14 nu.15. Soc. ſen. conſ. 6. nu.5 & conſ.50.num.3.vol.1. Borgn. deciſ.3.num.3. par 3.

Et corroborabatur dicta reſponſio; Tum quia dicta verba non poſſunt intelligi niſi de Monacho, cum excepتuetur caſus illius, qui habetur pro mortuo ob delictum. Vide Honded. conſ.4 num.50. Tum quia multi graues Doctores tenent, ſtatutum † lo- 24
quens per verba etiam generalia non ligare Eccleſiaſticas perſonas, prout plures refert Gabr.in d.concl.6.num. 12.& Felin.in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ num. 79. & hæc opinio magis arridebat, † ex quo per dictum ſtatu- 25
tum verè inijciebatur vinculum poſt ingreſſum Monaſterij , & propterea dicitur impeditiuum religionis Felin. in d.c.eccleſia. num. 78. Pariſ. in d. conſ.40.num. 3 & 7.

Et cum tandem dictus Octauius niteretur excludere dictum Monaſterium à medietate bonorum petitorum ſub prætextu, quòd Reu. Hieronymus frater dicti Marci Antonij poſſediſſet bona communiter & pro indiuiſo cum eo.

Fuit dictum, non eſſe attendendum hoc refugium; Tum quia fuit plenè probatum tàm per teſtes , & Cataſtrum, quàm per plures atteſtationes, bona petita fuiſſe propria dicti Marci Antonij; Tum quia non fuit probata † communio omnium bono- 26
rum, & lucrorum acquiſitorum vndecumque, ſed ſolùm ſimultanea cohabitatio, & conuictus dictorum fratrum, ex quibus non probatur dicta communio. Barb.conſ.37.num. 1. lib. 2. Maſcard.de prob.concl.328. num.5. cum ſeq. vol. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ.625.num.1. par.1.

De recuſatione † iudicis vti ſuſpecti 27
nō potuit haberi cōſideratio; Tū quia.

non fuit electus arbiter ab ipſo recuſante. c. cum ſpeciali de appell. Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.563. nu.1.par. 1. Tum quia non fuit appellatum à proceſſu ad vlteriora. Achil. deciſ. 1. de recuſ.iud.Rot.Ro.in nouiſſ. d. deciſ.563 num.2.Tum demùm quia notoriè conſtabat, partem tendere ad protelandam litem tantùm, & ob id fecerat quoque recurſum ad iudicem ſæcularem.Rot.Rom.in d.deciſ. 563. num.6.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint ſeruanda in recuſatione iudicis ſuſpecti.
Item,quando non ſit locus regulæ de annali.

SVMMARIVM.

1 *In recuſatione iudicis vti ſuſpecti eſt alleganda cauſa ſpecifica.*
2 *Sed an poſſet de nouo exprimi.*
3 *Item debet nominari, & ſpecificari arbiter electus ab ipſo recuſante.*
4 *Beneficium quod dicatur reſeruatum.*
5 *Regula de annali quando habeat locum.*
6 *Iuramento alicuius ſtatur, quòd non potuerit haberi proceſſus.*
7 *Et tunc ſimplici copiæ ſtatur.*

RESOLVTIO LXXXIV.

IN controuerſia Præpoſituræ C. vertente inter R. H. ex vna, & R.M.ex altera,fuit dubitatum de duobus.

Primò,An D.Vicarius Papię Delegatus ritè proceſſerit ad vlteriora, cũ fuiſſet allegatus ſuſpectus.

Secundò,An dicta Prępoſitura eſſet conferenda dicto R.H. vigore literarum Apoſtolicarum.

In primò fuit reſolutum, D. Vicarium Papiæ ritè ad vlteriora proceſſiſſe.

Tum quia in recuſatione non fuit allegata cauſa † aliqua ſpecifica ſuſpi- 1
tionis,prout de iure Canonico requirebatur.Pract.Pap.in for. decl.iuriſd. in ver.rationibus, & cauſis. & ibi addit. Aufrer.de recuſ.ſuſp.iud.verſ. ſed de iure Canonico. fol. 488. vbi teſtatur, ita ſeruari de conſuetudine. Benè verum eſt, quòd † potuiſſent de no- 2
uo exprimi cauſæ ſuſpitionis,tempore tamen debito Aufr. ibidem verſ. ſed ponamus.

Tum quia non fuit nominatus aliquis arbiter ex parte allegantis iudicem ſuſpectum, prout † requirebatur 3
nominari in actis. Pract. Pap. in d. verſ.rationibus,& cauſis, & ibi addit. Neuiz.conſ.36.num.2.

Tum demùm quia,quatenus fuiſſet facta nominatio, illa nulla fuiſſet, vtì facta extra iuriſdictionem iudicis allegati ſuſpecti vltra vnam dietam. latè Borgn.deciſ.28.num. 99. cum ſeq. par.2.vbi intra dietam firmat, licere nominare, & allegat plures auctoritates.

In ſecundo fuit reſolutum,dictas literas Apoſtolicas eſſe exequendas ad fauorem dicti R.H.ex quo dicta Prępoſitura erat reſeruata Sanctiſſimo Domino Noſtro,Tum † ratione mẽ- 4
ſis,vt in regul. 8. Cancel. Tum vtì principalis in Collegiata, vt in reg.3. Cancell. Tùm demum quia vacabat per mortem Prothonotarij Apoſtolici,vt in reg. prima Cancell. & firmat Rip.de conſtit.reſp.6. num. 4.

Et licèt non conſtaret de acceptatione

tione priuilegij; Tamen dictum fuit, ſufficere creationem, cum dictum officium, & ius Prothonotariatus acquiratur etiam ignoranti, ac inuito. Rot. Roman in nouiſſim. deciſ. 356. 373. & 1033. par. 3. lib. 3. ex quibus deciſionibus conſtat etiam, beneficia Prothonotariorum eſſe reſeruata. Quod an de omnibus Prothonotarijs intelligendum ſit etiam non participantibus vide Put. deciſ 313. par. 1. Pereg. deciſ. 109 lib. 1. Ptholom. deciſ. 280. & Mandoſ. de ſig grat. in rubr. Prothonotarij. verſ. Prothonotariorum beneficia. Cauale. deciſ. 17. num. 28. cum ſeq. par. 2.

Neque potuit fieri fundamentum in indulto Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis, in quo leguntur hæc verba, videlicèt. [Quòd prouiſus teneatur intra quatuor menſes à die factæ collationis nouam prouiſioné obtinere, & à Sede Apoſtolica impetrare, ac literas Apoſtolicas in totum expedire, iuraque eidem Cameræ, & alia propterea debita realiter, & cum effectu perſoluere, alioquin, elapſis eiſdem menſibus, beneficia ipſa vacare cenſeantur ipſo iure, poſſintque illa per alios ab eadem Sede dumtaxat liberè impetrari.] Quia dicta noua prouiſio non fuit obtenta à dicto R. M. prout conſtitit plenè ex actis. Præterea indultum non habet locum, quando beneficium eſt reſeruatum ex pluribus cauſis, prout erat prædicta Præpoſitura. Caputaq. deciſ. 85. num. 1. par. 2.

5 Neque potuit † dictus R. M. iuuari ex regula de annali.

Tum quia adfuit moleſtia in primo anno. Caſſad. ſuper reg. Cancell. deciſ. 14. num. 11. Quinimò dictus R. M. impediuit expeditionem dictarum literarum per plures menſes, vt ex actis conſtitit, impedito autem non currit tempus. Surd. deciſ. 236. num. 14. Turret. conſ. 69. nu. 28. Gomeſ. ſuper reg. Cancell. in reg. de ann. quæſt. 14. 71. & 76.

Tum quia hoc beneficium erat reſeruatum, vnde non habet in eo locũ regula de annali. Gomeſ. in d. reg. de ann. quæſt. 23. num. 1. cum ſeq. Caſſad. in d. reg. 14. num. 9.

Nec tandem fuit viſum conſiderabile obiectum, quòd non conſtaret de appellatione, & alijs actis, cum proceſſus exhibitus non eſſet authenticus.

Quia quoad indultum præfatum nõ fuit difficultas, ex quo id erat producendum potius à parte, cum eſſet fundamentum ſuum, & dictus R. H. ſatis tutus eſſet ex capite reſeruationis per Regulas Cancellariæ.

Et quoad alia, proceſſus productus fuit habitus pro authentico, cum in Cancellaria Epiſcopali Papiæ fuiſſent reperti alij proceſſus ſubſcripti ab eodem Notario, cum ſua legalitate; & præterea dictus R. H. præſtitiſſet † iuramentum in actis, non potuiſſe, omni adhibita diligentia, obtinere ab actuarijs, vt proceſſus authenticaretur, vide Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 62. cum ſeq. Maſcard. de prob. concl. 884. num. 1. & 7. vol. 2. nam † in odium impedientium de iure ſimplici copiæ ſolet fides adhiberi. Iaſ. in auth. ſi quis. C. de eden. Peregr. deciſ. 159. lib. 2. Theſau. for. eccl. par. 3, cap. 38. num. 101. 6 7

ARGVMENTVM.

Quando Canonici Eccleſiæ Collegiatæ teneantur reſidere perſonaliter.

SVMMARIVM.

1 *Benefic um ſimplex requirit reſidentiam.*

2 *Reſidentia in dubio intelligitur de perſonali.*

3 *Dictio, continua, denotat perſonalem reſide .t.am.*

4 *Verba Sacri Concilij Tridentini ſunt d·claranda per Papam ſolum.*

5 *Canonici quando teneantur reſidere perſonaliter. Et num. 6. & 9.*

7 *Cõſuetudo immemorabilis an proſit quoad non reſidendum. Et numero 8.*

10 *Appellatio non datur à decreto de reſidendo.*

11 *Epiſcopus poteſt declarare literas ſubreptitias.*

12 *Septuagenarius eſt immunis à reſidentia.*

13 *Sequeſtrari quando poſſint fructus. Et num. 14.*

RESOLVTIO LXXXV.

IN diſceptatione reſidentiæ perſonalis vertente inter RR. DD. Canonicos Eccleſiæ N. ex vna, & R. D. Aduocatum Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis N. ex altera, fuit dubitatum de tribus.

Primò, An dicti Canonici poſſint legitimè compelli ad reſidẽdum perſonaliter in dicta Eccleſia.

Secundò, Quid in Canonico lxx. annorum eſſet agendum, ſuppoſita dicta reſidentia perſonali.

Tertiò, An potuerint ſequeſtrari fructus dictorum Canonicatuum pro dicta reſidentia.

In primo dubio allegabat dictus Aduocatus Fiſcalis plura pro dicta reſidentia perſonali.

Primò, quia, iure communi attento, beneficium † etiam ſimplex requirit reſidentiam. c. 2. 13. q. 1. c. conquerente de cler. non reſid. Innoc. in cap. fin. eodem titul. Bald. in l. omnes. numero 2. Cod. de epiſcop. & cler. Et ratio eſt ſecundùm eum, cum ibi debeãt diuina quotidie celebrari Nauar. de cler. non reſid. libro 3. conſilio 1. numero 3. vbi teſtatur de communi, & conſil. 7. numero 2. Dec. in c. peruenit el 2. numero 1. de appellat. Hoied. de benef. comp. par. 1. c. 17. numer. 3. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſio. 483. numer. 2. par. 1. 1

Reſidentia † autem in dubio intelligitur de perſonali, ſecundùm Nauar. in d. conſ. 7. numero 1 & 2. Imò in titulo de præbend. conſil. 29. numero 3. lib. 3. dicit, de iure communi antiquiſſimo omnia beneficia requirere reſidentiam perſonalem, licèt de conſuetudine aliter ſeruetur. Theſau. for. eccleſ. par. 2. c. 33. num. 2. Mandoſ. in addit. ad Lap. alleg. 35. nu. 4. in litera E. & licèt videatur aliter ſeruari in beneficiis ſimplicibus, ſecundùm Ioan. Baptiſtam Ferr. conſ. 112. num. 1. tamẽ in Canonicatibus ſecus eſt, prout in Canonico firmat Dec. in dict. ca. peruenit. num. 1. 2

Secundò allegabatur ſtatutum dictæ Eccleſiæ confirmatum de anno 1348. per Reuerendiſſimum Epiſcopum pro tempore, prout requirebatur, ſecundùm Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. duodecimo. de diſtribut. quotid. par. 2. quæſtion. 13. numero vigeſimoſexto. cum ſeq. & quæſtio. 14. numero 25. vbi dicit quòd in dubio Papa videtur mandare, quòd eccleſiæ ſtatuta rationabilia ſeruentur, quo quidem ſtatuto cauetur, quòd Canonici teneantur ad continuam reſidentiam, & niſi eam fecerint, non recipiant fructus præbendæ,

Et

3 Et ponderabatur verbum illud, † cõtinuam, quod denotat perſonalem reſidentiam, ſecundùm Anchar. conſ. 17. nu 1. & 3. & conſ. 59. num. 2. & 5. Card conſ. 3. nu. 5. Lap. alleg. 116. num. 3. Innoc. in d. c. fin. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 482. num. 2. par. 1.

Et dum diceretur, dictum ſtatutum non fuiſſe vſu receptum; Fuit replicatum, id non obeſſe. Tum quia pars non docuit, prout tenebatur, de dicto non vſu ſaltem habente contrarium ſenſum, vnà cum ſcientia, & patientia ſtatuentis. Put. deciſ. 2. par. 1. Tum quia viderentur periuri Canonici preſentes, ſi allegarent non vſum, cum in receptione iurauerint obſeruare omnia ſtatuta. dictæ Eccleſiæ; Eo maximè quòd dictum ſtatutum fuit conditum ab ipſiſmet Canonicis.

Tertiò adducebatur Sacr. Concil. Trident. de reformat. ſeſſ. 22. cap 4. ibi [per ſe ipſos exercere, ac cætera
4 omnia officia, &c.] quæ † verba, cum ſint generalia, non poſſunt reſtringi, ſeu declarari, niſi per Summum Pontificem, vel Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium. Vide Nauar. de cleric. non reſid. conſi. 3. num. 2. lib. 3.

Quartò concurrebat declaratio dictæ Sacrę Congregationis ſub his verbis; [Congregatio Concilij de-
5 creuit, Canonicos † Eccleſiarũ Collegiatarum, etiam in oppidis non inſignibus exiſtentium, teneri ad reſidentiam, niſi eſſent Collegiatæ rurales prorſus deſtitutæ, aut in quibus nunquàm antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſi ieri, & quorum Canonicatus ea eſſent tenuitate fructuum, vt qui eos obtinuerint, nec ex eis ali poſſint, nec aliud habeant, vnde commodè viuant] prout illam refert Moneta. de diſtribut. quot. par. 2. quæſt. 12. num. 35. cum ſeq.

Et licet † dictum decretum loquatur de reſidentia ſimpliciter, tamen 6
intelligitur de perſonali, vt ſupra dictum eſt, & ità in dubio præſumendum eſt, ob cultum Dei, & illius augmentum, ac deuotionem populi.

Nec potuit pars iuuari ex allegata conſuetudine immemorabili in contrarium.

Tum quia non fuit doctum de tempore immemorabili legitimè, imò nec potuit doceri, cùm verè interrupta fuerint tempora per ſtatuta, concilia, & decreta prædicta.

Tum quia per dictum Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 4. tolluntur priuilegia, vnde multo magis videtur † ſu- 7
blata conſuetudo aſſerta immemorabilis, quæ etiam non videtur attendenda, vti præiudicialis cultui diuino, & onerosa eccleſiæ cap. fin. de conſuetud. Sed, quòd non attendatur dicta conſuetudo poſt Concilium, vide in puncto Nauar. de cleric. non reſid. d. conſ. 3 num. 2.

Tum quia ſecundùm dictam declarationem, vt excuſari poſſint Canonici, requiruntur duo coniunctim, ſcilicet, Tempus immemorabile, & tenuitas fructuum, ponderando copulatiuam, &, quæ requirit concurſum copulatorum, vulg. iurib. ſed hic, ſuppoſito extare tempus immemorabile, deficit tamen tenuitas, cum Canonicatus dictæ eccleſię ſint pingues: redditus enim illorum aſcendunt ad ſummam ſcutorum ccc: pro quolibet, prout notorium eſt, & vide Moneta in d. par. 2. quęſt. 12. numer 35. &
56. qui vlterius dicit, † dictam 8
conſuetudinem immemorabilẽ attẽdi, niſi in eccleſijs Collegiatis nõ inſignibus, ſed dicta Eccleſia eſt Colle-

giata inſignis, & in Ciuitate inſigni, iuxtà dicta per Rot Rom. in nouiſſ. deciſ .9. par.2. vbi ſaltem reponit in arbitrio iudicis, an eccleſia ſit inſignis. Nauar. de verb. ſignif. lib.5. cōſ. 3. Menoch. de arb. iud. lib.2. cent.2. caſ. 158.

9 Quintò exhibebatur † decretum Reuerendiſſimi Viſitatoris Apoſtolici, quo iniungebatur reſidentia perſonalis ſub certis pœnis; Nec dicebatur, eſſe retardandam dicti decreti executionem; Tum quia id erat conformè iuri communi, Concilio, & declarationi prædictis; Tum quia à vi-
10 ſitatione, præſertim † in materia reſidentiæ, non datur appellatio, ſaltem ſuſpenſiua, vt expreſsè cauetur in Conc. Trid. de reform. ſeſſ.13. c.1. & ſeſſ.22. cap.1. Lancell. de attent. par. 2. cap.12. lim.8. num.6. & Nauar. conſ.1. de appell. Tum quia poteſt dici, tranſitum feciſſe dictum decretum in iudicatum, ex quo pars non fuit proſecuta appellationem interpoſitam à dicto decreto per annos xxv. circiter.

Et licèt per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum fuerint poſtea collati dicti Canonicatus, vti beneficia ſimplicia, tamen hoc videbatur leue fundamentum, ex quo Papa confert beneficia iuxta aſſertiones ſupplicantiũ; Imò dictæ literæ dicuntur obrepti-
11 tiæ, quæ † per Epiſcopum vtì tales poſſunt declarari, ſecundùm d. Sac. Concil. Trid. de reform. ſeſſ.13. c.5.

In ſecundò videbatur reſoluẽdum,
12 dictum † Canonicũ ſeptuagenarium eſſe immunem à reſidentia perſonali, per tex. in l.3. ff. de iur. immun. & Monetam de diſtribut. quot. par. 2. quæſt. 7. num.6. cum ſeq. & num. 15. vbi teſtatur, ità fuiſſe deciſum à S. Congregatione Conc. Trid.

13 In vltimo dicebatur, fructus † non potuiſſe ſequeſtrari, ſecundum Put. deciſ. 150. & deciſ. 166. par. 1. Io. Bapt. Ferret. conſ. 283. num. 2. Lancell. de attent. par.2. cap.4. ampl. 2. & cap. 12. lim.12. num. 1.

Cæterùm contrarium † videbatur 14
verius, ex quo, ſuppoſita obligatione reſidendi perſonaliter, licuit deuenire ad ſequeſtrum; tàm de iure communi, vt per Dec. in d. cap. peruenit. il. 2. num.2. de appell. vbi dicit, non requiri ſententiam, nec monitionem iudicialem, ſed immediatè ſpoliari poſſe; quàm ſecundùm Sacr. Concil. Triden. de reform. ſeſſ.23. cap.1. circa ſin.

ARGVMENTVM.

An Papa poſſit infeudare feuda Epiſcopatus abſquè conſenſu Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Papa omnia poteſt de poteſtate abſoluta; Et ideò poteſt infeudare feuda Epiſcoporum.*
2 *Papa eſt Ordinarius Ordinariorum.*
3 *Papa an poſſit tollere iura Epiſcopatus ſine conſenſu Epiſcopi.*
4 *Papa non cenſetur velle præiudicare alteri, niſi expreſſè dicat.*
5 *Conceſſio facta ad falſas preces eſt nulla.*

RESOLVTIO LXXXVI.

Dvbitabatur, An Papa potuerit infeudare Caſtrum N. Epiſcopatus A. affectum ob defectum lineæ in præiudicium dicti Epiſcopi,

ſcopi ; qui poſtea alteri conceſſit in feudum.

Et videbatur affirmatiuè reſoluendum.

Nam ſi loquimur, an id Papa potuerit facere de poteſtate plenaria, & ab-
1 ſoluta ; Et † non eſt dubium potuiſſe, cum Papa omnia poſſit c. cuncta 9. quæſt. 3. c. 2. de præben. in 6. in puncto Redoan.. de reb. eccl. non alien. quæſt. 2. cap. 28. incip. dicitur etiam alienatio. num. 35. cum ſeq. & quæſt. 64. incip. ego autem dico. num. 1. cum ſeq. Pariſ. conſ. 12. num. 79. vol. 1. & conſ. 103. vol. 4. Bero. conſ. 72. numer. 11. vol. 1. Curt. iun. conſ. 157. num. 10. Ruin. conſ. 35. num. 31. vol. 1. Gabr. conſ. 83. num. 75. vol. 1. & cum in dicta infeudatione adſit clauſula ; ex certa ſciētia: dicitur, Papam vſum fuiſſe plenitudine poteſtatis. Gabr. de clau. concl. 1. num. 8. cum ſeq. lib. 6.

2 Si verò loquimur de poteſtate ordinaria, idem firmandum dicebatur, nam † Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & præueniendo, omnes alios excludit. c. dudum. cap. quamuis. de præben. in 6. Io. Mon. & Prob. in c. ſi eo tempore. de elect. in 6. Bald. in c. dilecti. de appell. & conſil. 95. num. 2. lib. 3. Felin. in cap. ad audientiam. de præſcript. Iaſ. in l. reſcripta. num. 4. C. de precib. Imper. off. Rip. in c. cum M. num. 196. de conſtit. Pariſ. conſ. 56. num. 25 vol. 1. Crau. conſ. 137. num. 8. Dec. conſ. 341. Brun. conſ. 1. num. 32. Port. conſ. 28. nu. 16. Theſau. for. eccl. par. 2. cap. 16. num. 6.

Confirmabatur hæc reſolutio, ex quo inueſtitus à Papa de dicto feudo iam apprehenderat poſſeſſionem illius. Iaſ. in l. quoties num. 30. C. de rei vend. Alciat. in l. traditionibus. C. de pact.

3 Et ſi opponeretur, Papam † non poſſe auferre iura Epiſcopatus abſque conſenſu Epiſcopi. Abb. in c. fin. de poſtul. Præl. Felin. in c. quę in Eccleſiarum. num. 40. de conſtit. Rom. conſil. 345. num. 5. Bero. conſ. 177. numer. 63. vol. 2. Neque conceſſionem Principis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia factam præiudicare tertio. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 9. num. 11. & 12.

Poſſet reſponderi, Papam poſſe auferre, ſecundùm Bero. conſ. 147. n. 19. vol. 3. Rom. conſ. 298. nu. 2. Crau. conſ. 152. nu. 8. & præſertim de plenaria poteſtate. Pariſ. d. conſ. 11. num. 7. Gig. de penſ. quæſt. 29. nu. 3. Mandoſ. ad Rom. in conſ. 369. num. 2. Gabr. de iur. quæſit. non tollend. concl. 1. num. 9. cum ſeq. & num. 29.

Præterea hìc ſumus in iuribus Eccleſiæ, & Papa non aufert ius Epiſcopi in totum, ſed pro illa vice vtitur iure ſuo. Faciunt dicta per Felin. in d. c. quæ in Eccleſiarum num. 40. cum ſeq. & in Principe ſemper præſumitur cauſa. Gabr. de clauſ. lib. 6. concl. 2. nu. 88. & de iur. quæſit. non tollendo. concl. 1. & 12.

Vlterius ſi opponeretur, quòd licèt Papa concurrat cum Ordinariis, tamen prouidendo † non cenſetur velle præiudicare Epiſcopis, niſi expreſſè dicat. Bellon. conſ. 86. num. 5. Gabr. de clau. concl. 2. num. 10. & 20. Staph. de grat. & expect. num. 14. aliàs præſumitur circumuentus, & in facto erraſſe c. 2. de conceſſ. præb. in 6. Felin. in c. cum olim de re iud. Gomeſ. ſuper reg. de non toll. iure quæſit. quæſt. 1. Caſſad. ſuper reg. Cancell. deciſ. 39. numer. 5. 4

Replicari poſſet, id non eſſe verum, quando agitur de beneficiis, vel de aliis iuribus Eccleſiæ : nam tunc ſufficit ſimplex reſcriptum. Felin. in d.

c.quę in Eccl.numer.41.vbi in ſpecie loquitur de præuentione Ordinariorum,& allegat Feder.de permut. Beneſ.quæſt.4.

Præterea,vt dictum fuit, Papa poſtea expreſsè declarauit, ſe velle infeudare dictum Caſtrum, non obſtantibus iuribus Epiſcopatus N. quod potuit facere, ſecundùm Dec.conſ.229. colum.fin. Maſcard.de probat. vol.1. concl.124.num.30 cum ſeq.

Poſtremò ſi opponeretur, Papam infeudaſſe ſub falſis precibus, cum in eis aſſereretur, dictum Caſtrum ſpectare ad R.C.A.quod falſum erat,cum verè ſpectaret ad dictum Epiſcopatū,
5 & propterea † fuiſſe vitioſam dictam Papæ conceſſionem,& nullam.l.fin.ff. de hæred.inſtit.Anch.conſ.398. num. 4.Alex. conſ.7.nu.5. volum.2. Rom. conſil.335.numero vndecimo.cum ſequent.Gabr.de clau. lib. 6.concluſ.2. num.34.

Occurri poſſet. Primò, Eccleſiam Romanam eſſe caput omnium Eccleſiarum,& ſic R.C.A. omnes aliàs Cameras Epiſcopales continere, vt per Bellam.d.deciſ.754.

Secundò,clauſulam; motu proprio, appoſitam in dicta infeudatione tollere omnem ſubreptionem.c.ſi motu. de præben.in 6.Lap.alleg.7.latè Gab. de clauſ.lib.6.d.concl.2.numer.1. cum ſequ.Præſertim concurrentibus clauſula,non obſtante,Gabr.dict.concl.2. nu.14.& 59.& clauſula,ex certa ſcientia,idem Gabr.de clau.concluſ.1. numero vigeſimoſexto cum ſequent. Felin.in cap. cum inter. numero 5.de except.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando dicatur hæreditate acquiſitum, & quando non.

Item, An in tranſlatione iuriſpræſentandi requiratur Epiſcopi conſenſus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus de familia dicitur competere cuique de familia.*

2 *Iuſpatronatus quando dicatur acquiſitum hæreditati.*

3 *Verbum, remaneat, præſupponit rei exiſtentiam.*

4 *In claris non eſt opus coniecturis.*

5 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium.*

6 *Iuſpatronatus an tranſeat ad Epiſcopum, confiſcatis bonis patroni.*

7 *Iuſpatronatus amittitur per non vſum præſentationis.*

8 *In iurepatronatus attenditur tempus præſtiti conſenſus per Epiſcopum.*

9 *Hæres quando poſſit immutare qualitates fundationis.*

10 *Iuſpatronatus quando acquiratur ex reædificatione Eccleſiæ.*

11 *Concluſio petitionis attendi debet, non autem narratio.*

12 *Decretum Iudicis debet eſſe conforme petitioni.*

13 *Obſeruantia declarat legem.*

14 *Conſenſus Epiſcopi requiritur in tranſlatione iuriſpatronatus.*

15 *Et quando poſſit cogi ad præſtandum conſenſum. Et num.16.*

17 *Conceſſo iurepræſentandi, non dicitur conceſſum iuſpatronatus.*

18 *Tranſigi non poteſt ſuper iurepatronatus.*

19 *Tranſactioni ſtandum eſt.*

20 *Pactum imperſonaliter conceptum dicitur inualidum.*

21 *Ius*

21 *Ius præſentandi an poßit diuidi.*
22 *Non adimplenti non eſt adimplendum.*
23 *Quaſi poſſeßio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione.*
24 *Proteſtatio quando ſit releuans.*
25 *In tranſlatione iuris præſentandi, an requiratur conſenſus Epiſcopi.*

RESOLVTIO LXXXVII.

CONTROVERTEBATVR inter Magnificũ D. Martianum Marcum de Torniellis ex vna, & Magnificum Do. Ioannem Baptiſtam eius fratrem ex altera, ſuper iurepatronatus Eccleſiæ Parochialis loci Paronæ ſub tituloSancti Petri. Et principaliter de duobus.

Primò, An dictum iuſpatronatus ſpectaret ad dictum Martianum tantùm, vel ad vtrumque.

Secundò, An ſaltem ius præſentandi eſſet commune.

In primo multa adducebantur per D. Aduocatum dicti IoannisBaptiſtę, quòd iuſpatronatus eſſet commune.

1 Primùm erat, nam dictum † iuſpatronatus eſt familiare, ſiue de familia Torniellorum, & propterea cuique de familia præfata gradatim competit. Couar. var. reſol. libr. 2. cap. decimooctauo. numero 8. Rebuff. conſilio 78. Pariſ. conſ. 48. vol. 4. Gabr. conſ. 196. volum. 2.

2 Secundò, quia Catherina mater prę fatorum mandauit in ſuo teſtamento, dictum † iuſpatronatus renouari, & reſeruari ſuis hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis ius præſentandi: Vnde illud dicitur acquiſitum hæreditati. Couar. in dict. cap. 18 numero octauo. cum ſeq. ſiue de hæreditate dictæ Catherinæ, cum virtus tribuatur mandanti. l. in ædibus. §. final. ff de donat. non autem exequenti. cap. ſuper literis de reſcript. Rot. Rom. in nouiſſ deciſ. 167. num. 2. par. 2.

Quod comprobabatur, nam dictus Martianus in fundatione iuriſpatronatus inſeruit tenorem teſtamenti d. Catherinæ, aſſerens, ſe velle fundare iuſpatronatus iuſſu matris, & ſatisfacere eiuſdem menti, & voluntati; & propterea reſeruatio fuit facta à D. Vicario ad formam teſtamenti præfati.

Tertiò exhibebatur inſtrumentum tranſactionis initæ inter dictos fratres, in qua leguntur hæc verba, [*che il ius præſentandi reſti commune.*] Quod † verbum, *reſti*, præſupponit exiſtentiam, non nouam collationem. gl. in l. tale. §. pactum. ff. de pact. 3

Cæterùm, negotio maturè perpenſo, fuit reſolutum, iuſpatronatus dictę eccleſiæ ſpectare tantùm ad dictum Martianum. Et, pro veritate dictæ reſolutionis, tria principaliter facere videbantur.

Primum erat, quia in fundatione dicti iuriſpatronatus dictus Martianus petiit illud reſeruari ſibi. & ſuis hæredibus; Vnde † cum ſimus in claris non eſt opus coniecturis vulgar. l. ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. ff. de verb. oblig. 4

Secundum, nam dictus Ioannes Baptiſta eſt hæres fideicommiſſarius, & dictus Martianus hæres directus: in † fideicommiſſarium autem non tranſit iuſpatronatus, ſecundùm magis communem Doctorum opinionem, de qua per Paul. de Cittad. de iurepatron. par. 9. rubr. quomodo transf. iuſpatron. numer. 33. Couar. in d. cap. 18. numer. 8. Phanu. de inuent par. 6. numer. 62. Peregr. de fideicomm. art. 6.

num.37.& latiſſimè Lamber.de iurepatron.lib.1.par.2. quæſt.2. princ.art. 35.num.1.cum ſeq.&quæſt.5.prin.art. 15.num. 4. Et diximus ſupra in Reſol. 7.num.20. & in Reſol.60. numero 9. & 19.

Addebatur, dictum Ioannem Baptiſtam eſſe fideicommiſſarium particularem, in quem nunquàm tranſit iuſpatronatus, iuxta dicta per Couarr.in d.cap.18.numer. 7. & 9.vbi firmat,ad inſtitutum in re certa, etiam ſi ſit filius, iuſpatronatus non pertinere; Quod idem voluit Lamb. in dict.art. 35.num.5.

Sed hæc additio non fuit viſa conſiderabilis,cum dicto Ioanni Baptiſtæ fuerit relicta pars hæreditatis,quę dicitur fideicommiſſum vniuerſale,non autem particulare.§.2. inſt. de fideic. hæred.Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.7.tit.2.num.7.

Et dum replicaretur, iuſpatronatus tranſire ad fideicommiſſarium,quando teſtator id expreſsè voluit in ſuo teſtamento. Guido Papa,deciſ.507. per tot. & hic de expreſſa voluntate teſtatricis ſatis conſtare dicebatur, dũ voluit, quòd illud acquiratur hæredibus inſtitutis,& ſubſtitutis.

Fuit reſponſum, nullo modo conſtare de tali voluntate teſtatricis & illa verba,inſtitutis.&ſubſtitutis:ſunt intelligenda ordine ſucceſſiuo, nempè vt deficientibus inſtitutis admittantur ſubſtituti, iuxta communem Doctorum ſententiam, vt aliàs dictum eſt.

Item dictum iuſpatronatus non dicitur fundatum à dicta Catherina, ſed à dicto Martiano,vt infra dicetur, & propterea obiectum non eſt vllatenus attendendum.

Poſtremò reſponſum fuit, dictam teſtatricem mandaſſe, vt renouaretur iuſpatronatus pro ſuis hæredibus &c. & ſic pro directis, cum obliqui non ſint proprij hæredes.l.1. §.is qui.ff.de exercit.act.

Tertiò proponebatur,in omnem euentum dictum Ioannem Baptiſtam fuiſſe priuatum de iurepatronatus ob bannum capitale.

Sed † an dictum iuſpatronatus pro 6
parte ipſius tranſiuerit ad Eccleſiam, vel fiſcum, me remitto ad dicta per Lambert.de iurepatron.lib.3.quæſt.8. princ.art.8.num.22. artic.9. & art.10. Pau.de Cittad.in d.rubr. quom.transfer.num.28.Peregr.de iure fiſ. libr 5. tit.1.num.72.Clar.§.fin.quæſt 78.numero 151.cum ſeq. Theſaur.for. eccl. par.2.cap.21.num.34. Farinac. de delict.quęſt.25.num.151.cum ſeq.

Quibus ſic firmatis.Primum fundamentum partis dicebatur nullatenus ſuffragari.

Tum quia de tali iurepatronatus familiari non conſtitit, nec per probationes inductas à iure communi, neque requiſitas per Sac.Concil.Trident.de reform.ſeſſ.25. cap.9. Quinimò nec potuit doceri de aliqua præſentatione Rectoris ad dictam Eccleſiam,per non vſum †autem pręſenta- 7
tionis amittitur iuſpatronatus. Abb. conſilio 106.volum.2.Lambert.de iurepatron.libro tertio,quęſtio.7. prin. art.8.

Tum quia in omnem euentum competeret tale iuſpatronatus illis de familia Forniellorum, non autem illis de familia de Marchis, de qua ſunt dicti fratres.

Secundum pariter tollebatur.Tum quia,licèt dicta Catherina mandauerit renouari iuſpatronatus, tamen non per hoc dicitur, ipſam fundaſſe iuſpatronatus,ſed benè ipſumD.Martianum hæredem vniuerſalem, cum de

8 de iure † attendatur tempus præſtiti conſenſus per Epiſcopum, vt per Roch. de Curte de iurepatron. verſ. pro eo quod num.1.Lambert.de iurepatron. lib.1. par. 1. q.2. princ. art.11. num.2.& art.12.num.7.

Præſertim quod dictus Martianus, dotaſſe dictam Eccleſiam etiam de bonis propriis, oſtendebat, vltra relicta per D. Catherinam, & propterea
9 † dictus Martianus vtì fundator potuit cum conſenſu ordinarij reſeruari facere ſibi tantùm, & ſuis hæredibus iuſpatronatus, & immutare modum, ſeu qualitates appoſitas per D. teſtatricem, ſecũdùm Lambert. in d. quæſt. 2.princ.art.12.num.7.& d.lib.1. par.1. quæſt. 4. princ. art.7. numero 3. cum ſeq.

Quod comprobabatur, cum in dicto teſtamento non interuenerit conſenſus epiſcopi. Caputaq.deciſ.290.num. 4. par.2.

Et licèt dicta Catherina cœperit
10 † reædificare dictam Eccleſiam antequàm obiret, non tamen poteſt dici, eidem fuiſſe acquiſitum aliquod iuſpatronatus, cum inceptum conſtrui non poſſit dici conſtructum. gloſ.in l. vendentis.C.de cõtrahen.empt.Lambert. de iurepatron. lib.1. par. prima quæſtione ſecunda princ.artic.4.nu.1. Et inſuper non interuenerit conſenſus diœceſani reſeruantis illud. c. nobis.de iurep. Lamb. d.q.2.princ.art.3. num.1. & art.4. num.16. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.90.num.19. vide dicta per Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.167.num.4.par.2. Tandem debebat probari, dictam Eccleſiam fuiſſe funditus deſtructam.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.306.num.3. deciſ.598. par.1. deciſ.269.num.2.par.2.

Tum demùm quia dicta Catherina mandauit renouari iuſpatronatus dictæ Eccleſiæ, quòd non potuit obtineri ab Ordinario, cum nullibi conſtaret de antiquo iurepatronatus, & ſic non poteſt circa iuſpatronatus nouiter erectum conſiderari voluntas.& mandatum dictæ teſtatricis, cuius verba erant ad vnguem,& formaliter obſeruanda.l.diligenter.ff.mand.

Neque adducta pro confirmatione iſtius ſecundi fundamenti fuerunt viſa obſtare: Etenim † non ſunt attendenda illa verba narratiua, ſed concluſio petitionis. Iaſ. in §. omnium num.116.inſtit.de act.Bald.in rub. nu. 7. ff.ſi cert. pet. Franc. Becc. conſ.21. num.1. vbi dicit, concluſionem regulare, & declarare libellum. Burſat. conſ.406.num.4.vol.4. 11

Concluſio autem fuit, vt iuſpatronatus reſeruaretur dicto Martiano petenti, & ſuis hæredibus &c. & ita eſt intelligendum decretum † Ordinarij, vt ſit conforme dictæ petitioni prout eſſe debet. c.licèt de ſim. c.ſæpè de verb. ſign. Rip. de cauſ. poſſ. & propr. reſp.6. num.1. Iaſ. in l. vinum num.23.ff.ſi cert.pet. Soc.ſen.conſ.18. num.43. vol.1. Surd. deciſ.295. numero 20. 12

Quod confirmatur, Nam primus Rector fuit tantummodò præſentatus à dicto Martiano, obſeruantia † autem ſubſecuta declarat legem, & diſpoſitionem ambiguam. l. minimè. ff. de reg. Crau.conſil.101.num.3. Non. conſilio octuageſimonono, numero 31.Turret.conſ.98. numer.11. & conſ. 99.nu.31. vol. 1. vt ſcripſimus ſupra in Reſol.vj.in fine. 13

Vltimum confutabatur pluribus modis.

Primò, quòd non interuenerit † cõſenſus Epiſcopi in dicta tranſlatione iuriſpatronatus, prout requirebatur quocumque titulo fieret inter vi- 14

uos. latè Lamb. de iurep. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. princ. art. 2. numero 3. & art. 4.

Et dum replicaretur, poſſe hodie interuenire conſenſum ordinarij, qui cogi poteſt ad illum præſtandum, iuxta dicta per Lamb. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. princ. art. 20. num. 1. Couar. in d. c. 18. num. 7. Soc. iun. conſ. 79. num. 35. vol. 2. & Roch. de Curt. de iurepatr. verſ. pro eo, quod de dioc. conſen. numero 12. cum ſeq. quæſtione quinta.

Fuit dictum, Primò, dictum Ioannem Baptiſtam nunquàm petiiſſe ab Ordinario interponi ſuum conſenſum in tranſlatione dicti iuriſpræſentandi.

15 Secundò, Epiſcopum † non poſſe hic cogi ad præſtandum conſenſum, cum expediat Eccleſiæ, vnicum potius habere patronum, quàm plures. Lamb. in d. quæſt. 1. princ. art. 20. num. 13. & 20. Achil. de Graſ. de iurepatr. deciſ. 10. numer. 3. Præſertim quòd

16 † res hodie non erat integra, cum eſſet inchoatum iudicium, & lis conteſtata inter præfatos fratres, aliàs potuiſſet à dicto Martiano opponi de attentatis. latè Lancell. de attent. par. ſecunda. capit. 4. numer. 296. cum ſeq.

Reſponſum fuit ſecundò dicto vltimò fundamento, ex dictis verbis non probari aliquam conceſſionem iuriſ-

17 patronatus, nam, † conceſſo iure præſentandi, non dicitur conceſſum iuſpatronatus. Crot. in c. ex literis num. 7. de iurepatr. Gig. conſ. 48. num. 37. & conſ. 49. num. 10. Abb. conſi. 54. nu. 2. par. 1. Caualc. deciſ. 22. num. 18. par. 1. Put. deciſ. 193 par. 1. Lamb. de iurepatr. lib. 1. parte 2. quæſt. 6. princ. art. 4. nume. 1. & Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 357. num. 3. par. 3. lib. 3. vbi dicitur, aliud eſſe, patronum eſſe, & aliud habere iuſpræſentandi.

Fuit tertiò reſponſum, nullum poſſe fieri fundamentum in dictis verbis, cum † non poſſit tranſigi ſuper iure- 18
patronatus. c. præterea. el 1. & ibi doct. de tranſact. Lamb. de iurepatr. lib. 3. q. 9. princ. art. 2. num. 10. & art. 6. per tot. Præſertim cum inter præfatos fratres non eſſet tunc ſuborta lis, ſeu controuerſia aliqua ſuper iurepatronatus. Pariſ. conſil. 12. num. 1. vol. 2 Franc. Becc. conſ 109. num 3. cum ſeq. Surd. deciſ. 132. num. 19. cum ſeq. & deciſ. 176. numero 2.

In ſecundò videbatur reſoluendum, ſaltem iuſpræſentandi eſſe commune, & ſic illud ſpectare etiam ad dictum Ioannem Baptiſtam ex pluribus.

Primò, ſtantibus ſupradictis verbis appoſitis in dicta tranſactione, † cui 19
ſtandum eſt. l. 2. C. de tranſact. Pariſ. conſ. 12. num. 2. volum. 2. præſertim attento iuramento. Pariſ. ibidem numero 3.

Sed huic fundamento enitebatur pars reſpondere.

Primò, quòd illud pactum eſſet inualidum; Tum † vti imperſonaliter 20
conceptum. Authen. ſi quando. C. de conſt. pec. & ibi Bart. & in l. fin. §. final. ff. ſi cert. petat. vbi etiam Iaſ. Tum quia videtur ſapere ſimoniam ob obligationem impenſarum: Tum quia † ius præſentandi non poteſt diuidi, 21
ſaltem expreſſè. c. 1. de iurep. Lãb. de iurep. lib. 1. par. 2. q. 10. prin. art. 23. & quæſt. 2. princ. artic. 36. Tum quia illud verbum, *Reſti*, ſupponit, Ioannem Baptiſtam habere iam ius præſentandi, quod falsò ſuppoſitum fuit, cum verè dictus Ioan. Baptiſta nullum antea haberet iuſpatronatus, neque ius preſentandi in dicta Eccleſia,

vtſu-

vtſupra concluſum eſt, & ſucceſſiuè iuramentum ſuper eo interpoſitum dicitur etiam nullum. Bald.in l.final. columna ſecunda de fideiuſſ. Card. in Clementina prima.§.porrò.not.6.de re iudic.

Secundò reſpondebatur, ipſi Martiano competere exceptionem non adimplementi,ex quo dictus Ioannes Baptiſta vigore dictæ tranſactionis, ſiue accordij tenebatur multa adimplere,& tamen nihil ex ſuo latere ad-
22 impleuit, non † adimplenti autem non eſt adimplendum l. cùm proponas.C de pact.l.qui fidem.ff.de tranſact.Quod verùm eſt,etiam ſtante iuramento, quod habet in ſe tacitam conditionem,ſi is,cui promiſſum eſt, fidem non violauerit.Marſ.ſingul.42. Bauar. de priu. iur. priu.72. Ioan. de Sol.tract. de iureiur. numero 46.tomo 4.

Secundò principaliter allegabatur, dictum Ioannem Baptiſtam iam fuiſſe admiſſum ad præſentandum modernum Rectorem vnà cum D. Martiano, & amplius vigore dictæ præſentationis ſecutam eſſe inſtitutio-
23 nem Ordinarij, ex qua † non ſolùm acquiſita fuit quaſi poſſeſſio præſentandi dicto Ioanni Baptiſtæ. cap.conſultationibus, & ibi Doctor. de iurepatron.Paul.de Cittad.de iurepatron. part.ſexta.articul.tertio. numero vigeſimoquinto, vbi ex vnico actu firmat acquiri ius præſentandi.Lamber. de iurepatron.libro ſecundo,par.tertia,articulo ſecundo.Rota Romana in nouiſſ. deciſion. ducenteſima vigeſimaoctaua,numero ſecundo,parte prima,ſed etiam dicitur ob interuentum taciti ſaltem conſenſus ordinarij eſſe approbatam tranſlationem iuris præſentandi, vt per Lambert. de iurepatron.libro primo.parte ſecunda,quæſtion.ſexta,princip.articul.quarto,numero tertio, verſicul. attentarem benè; licèt libro ſecundo, parte prima, quęſtion.tertia princip. articul. decimoſeptimo,numero decimoſexto.videatur tenere contrarium, & libro ſecundo,part.ſecunda,quæſtion 2.prin. artic.16.

Sed reſponſum fuit primò, quòd in dicta inſtitutione fuit appoſita clauſula;ſaluis, & integrè, ac expreſsè reſeruatis iuribus ambarum partium, & ſine pręiudicio &c. Et pręterea fuit contradictum per D. Martianum etiam in actu apprehenſionis poſſeſſionis,quę contradictio videtur impedire omnia, vt per Lambert. de iurepatron.libro ſecundo,part.ſecunda,quęſtione ſecunda, princip.articul. decimoſexto,numero primo cum ſequ.& numero 8.

Quę † reſeruatio non videtur facto 24
contraria,ſed dicitur compatibilis, & releuans, cum verſemur in facto dependente à voluntate, & facto proteſtantis,vt per Bartol.in l.non ſolùm. §.morte, numero decimoſeptimo. ff. de nou.op.nunc.

Secundò fuit reſponſum,quòd,cum hodie per ſententiam conſtet,dictum Ioannem Baptiſtam non eſſe patronum, non veniret amplius admittendus ad pręſentationem,ſi dicta Eccleſia vacare contingeret ſecúdùm Doctor. in dict. capit. conſultationibus. Lamb. de iurepatron. libro ſecundo, parte prima. quęſtione tertia princip. articul.decimoſeptimo,numero duodecimo, cum ſequent. Pręſertim cum dicta admiſſio Ioann.Baptiſtę ad pręſentandum fuerit facta poſt dictam fundationem factam à d. Martiano. Lamb.ibidem num.17.

Demùm fuit dictum, hic agi de proprietate iuriſpatronatus,vnde non

attenditur illa vnica præſentatio. Rot. Rom. in nouiſſim. d. deciſ. 228. nu. 2.

Cæterùm quia veritas iſtius quæſtionis videbatur dependere ab illa inſpectione.

25 An † in tranſlatione iuris præſentandi requiratur conſenſus Epiſcopi, ſicut requiritur in tranſlatione iuriſpatronatus; Proinde pro clariori reſolutione placuit proponere argumenta, & fundamenta Doctorum altercantium hincinde.

Pro affirmatiua igitur opinione, quam expreſsè tenet Lamb. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 6. prin. art. 4 & quæ mihi videtur verior & vti magis fauorabilis Eccleſiæ omninò ſequenda in iudicando adducebatur.

Primò quòd non ſit permittendum, laicos tractare ſpiritualibus annexa ad eorum voluntatem. Lamb. d. art. 4. numero 2. fructus autem præſentationis dicitur ſpirituali annexus. c. quanto. de iud.

Et licèt patronus poſſit alteri Compatrono donare iuſpatronatus abſque conſenſu Epiſcopi. Abb. in ca. ex inſinuatione. num 4. de iurep. Lamb. de iurep. lib. 1. par. 2. quæſtio. 1. princ. art. 12. & q. 2. princ. art 36. nu 13. Caputaq. deciſ. 284. par. 1. & deciſ. 131. par. 2. Tamen id eſt, quia non agitur de damno Eccleſiæ, idve licèt ex aliis cauſis, quæ ceſſant in non Compatrono.

Secundò allegabatur, quòd ex dicta tranſlatione, ſi ſic liceret, induceretur votum captandæ mortis. c. fin. de conceſſ. præben.

Cæterùm hæc ratió vera eſſe dicitur, quando conceſſio iuris pręſentandi eſſet pro vna vice tantùm, ſecus ſi perpetua. Lamb. de iurepatr. lib. 1 par. 2. quæſt. 2. prin. art. 36. num. 7. & quęſt. 6. prin. art. 4. num. 1.

Tertiò videntur facere, & militare omnes rationes, quæ allegãtur à Doctoribus, vt in tranſlatione iuriſpatronatus requiratur conſenſus Epiſcopi, pro quibus vide Lamb. de iurepatr. lib. 1. par 2. quæſt. 1 prin. art. 4 nã ius præſentandi eſt fructus iuriſpatronatus. Caſſad. de cauſ. poſſeſ & propr. deciſ 7. num. 15 Rot. Roma. in nou. de iurep. deciſ. 7. num. 1. idem verò iudicatur de fructibus, quòd de fundo, vt aliàs dictum eſt.

Pro negatiua verò opinione, quam videntur tenere Cald. in conſ. 19. de iurepatr. & Roch. de Curt. de iurepat. verſ. ipſe, vel is à quo. quæſt. 18. num. 34 adducebatur.

Primò Clement. plures de iurepatr. de qua latè pertractat Lamb. de iurepatr. lib. 1. par 2. quæſt. 2. prin artic. 36. numero 6.

Atqui diuerſus videtur caſus dictæ Clemen. ab iſto, cum dicta Clem. loquatur in Compatronis.

Secundò proponebatur, quòd hæc videtur potius appoſitio cuiuſdam modi, ſeu conditionis, quàm donatio, ſed in appoſitione conditionis non requiritur conſenſus Epiſcopi. Lamb. de iurep. lib. 1. par. 2. quæſt 4 prin. art. 4. num. 1. cum ſeq.

Sed poſſet replicari, hic non agi de appoſitione conditionis, ſed de tranſlatione iuris. Et vlterius id verum eſſe in erectione iuriſpatronatus, ſecus poſt erectionem. faciunt dicta per Lamb. de iurep. lib. 1. par. 1. quæſtio. 9. prin. art. 1. num. 51. & 90.

ARGVMENTVM.

Bona donata à patre filio, vt ad ſacros Ordines promoueretur, potiuntur priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona donata ad titulum patrimonij pro receptione Ordinis Sacri dicuntur merces ſpiritualis.*

2 *Bona patrimonialia Clericorum ſunt immunia à Collectis. Et numero 3.*

4 *Conditio nihil ponit in eſſe.*

5 *Dictio, vt, denotat modum.*

6 *Verba, quæ poſſunt ſe habere ad conditionem, & modum, important modum.*

7 *Modus non ſuſpendit diſpoſitionem.*

8 *Bona tranſlata in Clericum in fraudem non ſunt immunia à collectis.*

9 *Fraus ex quibus præſumatur. Et numero 13.*

10 *Fraus quomodo probetur.*

11 *Fraus quomodo excludatur. Et numero 12.*

14 *Exceptio iuris tertij non poteſt opponi.*

RESOLVTIO LXXXVIII.

Everunt à Scipione de Radiis de terra Bellanti Aprutinæ Diœceſis donata quædam bona Laurentio eius filio clerico primæ tonſuræ annorum xvj. ad hoc, vt, adueniente ætate legitima, poſſet ad ſacros ordines promoueri. Inſurrexit Vniuerſitas dicti loci prætendens, dictam donationem fuiſſe nullam, vtì factam in fraudem collectarum.

Et, negotio maturè diſcuſſo, fuit reſolutum, dictum Laurentium Clericum, licet primæ tõſuræ, gaudere priuilegio clericali. cap. 1. de cler. coniug. in 6. Farinac. de inquiſ. quæſt. 8. num. 5. Surd conſ. 269. nu. 23. volum. 2. Couarr. pract. queſtio. cap. 31. nu. 5. Quod colligi videtur ex Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. & proinde pro dictis bonis nullatenus eſſe compellendum ad ſolutionem collectarum, cum † illa bona dicantur quaſi quædam ſpiritualis merces, & præmium pro ſeruitiis Eccleſiæ exhibẽdis gloſſ in c. Epiſcopus de prebẽn. Feli. in c. Eccleſia Sanctę Marię num. 13. Ant. Burg. num. 131. cum ſeq. de conſtit. Nauar. de cẽſ. lib. 3 conſ. 12. num 1. plurimos refert Couar. var. reſolut. lib. 1 cap. 4. num. 4. vbi licèt teneat contrarium, tamen, cũ alleget friuolas rationes, & fundamẽta, eius opinio nõ placuit. vide Redo. de reb eccl. non alien. quęſt. 51. cap. 13. incip. Eccleſię res num 3. cum ſequ. & Flam. Pariſ. de reſignat. benef. libro 2. quęſtion. 6. num. 20 & videntur facere diſpoſita per Sac Concil. Tricent. de reformat. ſeſſ. 21. cap. 2. & ita vidi in Regno ſeruari indiſtinctè. 1

Et hęc reſolutio confirmabatur, cum, ſecundum veriorem, & receptiorem Doctorum opinionem, bona † etiam patrimonialia clericorum ſint immunia & exempta à Collectis, tam de iure diuino, vt in Geneſ. cap 47. & Eſdr. cap. 8. latè Theſau. for. eccleſ. par. 1. cap. 14. num. 1. cum ſeq. & Azor. inſt. mor lib. 5. c. 12. per totum. Quàm de iure poſitiuo c. quamquam de cẽſ. in 6. Clem. fin. eod. tit. c non minus c. aduerſus. de immunit. eccleſ. cap. cum non ab homine de iud. c. generaliter. §. nouarum 16. quęſt. 1. c. in qualibet. & c. ſecundùm canonicam 23. quęſt. 8. Abb. in c. ſi diligenti num. 36. de preſcrip. & in c. Meſſana num. 6. de elect. Felin. in c. Eccleſia Sanctę Marię numero 7 & 76. de conſtit. Oſaſch. dec. 68. num. 1. cum ſeq. Theſau. in d c. 14. numero 3. & 8. cum ſequ. Guido Papa 2

deciſ.382. Feſtaſ. de collect. par. 4. c. 1. num 3 Pariſ. conſ. 40. num. 9. & 24. vol 3. Surd deciſ. 20. num. 10 & deciſ. 160 num. 10. Caualc. deciſ. 22. num. 17. cum ſeq. par. 2. Nauar. de cenſ. d. conſ. 12. num. 1. Natt. conſ. 280. num. 5. Anchar. conſ. 96. num. 1. Io. de Amic. conſ. 146. Rip. de eccl. ædific. reſp. 2. num. 3. cum ſeq. Oldr. conſ. 83. Rot Rom. in antiq. deciſ 552. Affl. ſuper conſtitut. Reg rub. 67. de Sacr. præſt. in ver. de Burgenſaticis num. 13. fol mihi 182. Couar. var. reſolut lib. 1. cap. 4. num. 2. vbi declarat.

Et licèt aliqui Doctores relati per Surd. in d. deciſ 20. num. 4. cum ſeq. & per Redo. in d. cap. 13. num. 5. teneant contrarium; Tamen eorum opinio non eſt attendenda, vti contra veritatem, & communem opinionem, quã vidi ſeruari indiſtinctè in Regno Neapolis, prout de tali obſeruantia teſtatur Andr. de Iſer. lib. feud. quæ ſunt reg. verſ. & extraordinaria collatio. exceptis tamen bonis emptis, & donatis, quæ in dicto Regno tranſeunt cum onere ſuo. Feſtaſ. d. c. 1. num. 50. & c. 2. num. 1. Franc. Becc. conſ. 73. num. 3. Surd. d. deciſ. 20. num. 11.

Neque aliqua conſuetudo in contrarium veniret attendenda.

3 Tum quia † immunitas præfata eſt de iure diuino, cui conſuetudo etiam immemorabilis non poteſt derogare. d. c. quamquàm ibi, [conſuetudine non obſtante.] Farinac. de inquiſit. quæſt. 8. num. 3. Crau. conſ. 96. latè Azor. d. lib. 5. cap. 12. verſ. dubitari poſſet.

Tum vti conſuetudo contraria Eccleſiaſticæ libertati. Abb. in d. c. Maſſana. num. 6. Theſau. for. eccl. d. c. 14. num. 34.

Tum quia in tali conſuetudine introducenda requiritur ſcientia, & patientia Papæ, ſecundùm Caualc. deciſ. 31. num. 82. cum ſeq. par. 2.

Tum demùm quia in caſu validitatis non eſſet extendenda de loco ad locum. Menoch. de retin. poſſ. remed. 5. num. 62 Gabr. de præſcript. concl. 2. num. 7. Turret. conſ. 9 nu. 41. vol. 1. Franc. Becc. conſ. 96. num 6. Caualc. in d. deciſ. 22. num. 18. & atteſtanti de ea non eſt credendum, niſi in locis, in quibus ille verſatus eſt. Farin. de carcer. quæſt. 28. num. 13.

Dumque ex parte vniuerſitatis dicti loci opponeretur. Primò, dictam donationem fuiſſe conditionalem, ponderando verba illa, videlicèt [adhoc, vt promoueri poſſit ad ordines ſacros] vnde ante dictam promotionem non debet eſſe immunis à collectis dictus Clericus, cum † conditio 4
nihil ponat in eſſe ante conditionis euentũ. l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. Affl. deciſ. 355. num. 4. Surd. conſ. 38. num. 24. vol. 1.

Quod coadiuuabatur argumento à ſimili, nã talis donatio videtur ſimilis donationi ante nuptias, quæ ſicut fit ob cauſam matrimonij carnalis, ita hæc ob cauſam matrimonij ſpiritualis, Vide Couar. de teſtamen. cap. Rainaldus. §. 2. num. 7. vbi pulchra cumulat. Donatio autem ante nuptias habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſequatur matrimonium §. eſt & aliud, & ibi gloſ. inſtit. de donat.

Fuit reſponſum, dictã donationem fuiſſe ſimplicem, cùm neceſſariam nõ præ ſe ferat cauſam, vt in puncto tenuit Aymon. Saccill. conſ. 136. quem refert Couar. in d. c. Rainaldus. §. 2. num. 7.

Et illa clauſula; ad hoc, vt &c. non importat conditionem, ſed modum, prout

prout de † dictione; vt; firmarunt Bart. in l. ſocietatem.§. arbitrorum. num.1 ff. pro ſoc. & in l. quibus. § Termilius. nu. 1. ff. de condit. & de monſtr. de dictione;dummodo; Rot. Rom. in nou. de con i.appoſ.deciſ.1. & de clauſula illa; hac lege, & conditione; dicit Surd. in d. deciſ. 38. numero.7.

6 Accedit, nam † verba, quæ poſſunt ſe habere ad cōditionem, & modum, in dubio ſignificant modum. Bart. in l.cum mota.C.de tranſact.Non.conſ. 38. num.7.cum ſeq. Menoch.de arbitr.iud. lib. 2. cent.5.caſ.494 num.12. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 175. numero 15.

7 Cæterùm modus † non ſuſpendit diſpoſitionem. l. 1. C.de his quæ ſub. mod.Bart. conſ.4 num.2. Iaſ. in l.ſi quis cum debitore.nu.4.ff.de iureiur.

Præterea cum oppoſitum fuiſſet per
8 dictam Vniuerſitatem, quòd † quandocumque eſt tranſlata poſſeſſio in clericum in fraudem collectarum, non deſinat obligatio ad earum ſolutionem.l. ſac[illegible]a. l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccl. l. de his C.de epiſc. & cleric. Specul.de cler. coniug. col. fin.verſ. ſed quid ſi.Luc. de Pen.in l. fin. in fin. C. de ann. & trib. lib.10. Bart. conſ.180.Io.Ant. de Nig. in expoſit.extrau. conſtit. clem. contra clericum non inced. num.108. Montel.in prax.arb.par.2. quæſt. fin. num.6.

9 Fraus† autē deducebatur. Primò ex eo,quia pater donauit dicto eius filio bona obnoxia collectis, & muneribus, & retinuit non obnoxia, vti ſibi magis proficua.l. is, qui. C.de reſcin. vend.Io.de Amic.conſ.31.num.5.

Secundò, cū bona donata abſorberent maiorem partem patrimonij ipſius donantis. l. omnes. §. ff. de his;quæ in frau. credi.Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem. inſtit.de act. Tiraq. in l.ſi vnquam.in verſicul. omnia,vel partem.numer.4.& 12.C.de reuocan. donat.

Tertiò, quia facta à patre filio. l.ſi donationes,& ibi glo. C.de collat.gl. in l.ſi liqueat. C. de inop.donat.& in l.data.C.de donat. Maſcard.de proba. vol.2.concl.815.num.10.& 65. Et præſertim in præiudicium aliorum filiorum, quos lex non vult à patre decipi l. ſi ſuperſtite. C. de dol. Dec. conſil. 631.numer.5.Pariſ.conſil.67.num 68. volum.3.Gabr.de donat.concl.4 l.m. 1.num.5.

Quartò,nam pater poſt dictam donationem poſſedit bona donata, fructuſquè ex eis percepit, l. ſicut. §. ſuperuacuum.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.Maſcar.in d.concl. 815.num.50.

Quintò, quia dictus Donatarius poſt aliquot dies vendidit partem bonorum ſibi donatorum ad vtilitatem ipſius patris donantis. Faber in §. fin. num.3.inſtit.de inoff.teſt.

Et comprobantur omnia ſupradicta,quandoquidem † fraus poteſt per præſumptiones,& coniecturas probari. c.licèt. de teſtib. l.ſi vicinis. C. de nupt.Feder.de Sen.conſ.119. Alexan. conſ 69.nu.1.vol.2.Maſcar.de prob.d. concl.815.nu.1.cum ſeq. 10

Fuit replicatum. Primò, veriores iuris præſumptiones militare ad fauorem dictæ donationis, nempè,quia fraus in dubio nō præſumitur. l.quoties.§.qui dolo.ff de proba.Maſcar.de prob.vol.2.cōcl.814.& cōcl.815.n.61. Et inſtrumentū in dubio præſumitur verum, & validum, vt aliàs dictum eſt.

Item † cum in dicta donatione interuenerit iuramentum, quod excludit omnem fraudem. Guido Papa de- 11

ciſ.140. Grat.conſ.7. num.8. lib.2. Item cũ concurrant publicitas actus. Franc.Becc.conſ. 96.num. 12. Neceſſitas donationis ad pium finem, quæ cauſa licita, & iuſta dicitur. Becc. d. conſ.96.num.10. Ang. in l.ſi quis. C. de bon. præſcript. Clar. in §.donatio. qu. 8. verſ. hæc tamẽ concluſio. Inſuper cum etiam d. donatio reſpiciat alimenta. Couar.in d. c. Raynaldus. §.2. num. 7. Nec non inſpicienda ſit qualitas contrahentium, de quibus, cum ſint nobiles, non eſt præſumendum,niſi bonum, gloſ. in l. Titio. ff. de condit. & demonſtr. Rol. conſ. 40. in fi.lib. 1. Vna † autem præ-
12 ſumptio fortior tollit aliam. Io. de Amic. conſ. 114.n. 23. Soc.ſen.cõſ.21. nu.4.vol.1. Franc.Becc. conſ.52.num. 96.Pariſ. conſ.25.num,82.vol. 2.

13 Secundò fuit replicatum, præſumptiones † ex aduerſo allegatas non eſſe veras in iure,nec in facto, & præſertim prima, cùm fauor Eccleſiæ præponderare debeat fauori priuato.

Secunda dicebatur non vera in iure, cum hic non fuerint omnia bona donata. Specul. de vit.& honeſt.cler.§. ſic lib.concip.num.17. Afflict.de iure proth.§.4.num.4.not.4.

Ex tertia non poteſt argui,niſi nullitas,quæ hîc tollitur, tàm ex iuramẽto interpoſito. Clar. in §. donatio quæſt.8.in fi. Caualc.deciſ.9.num.27. par.1.quàm ex dicta neceſſitate donationis.

De præiudicio autem aliorum filiorum non poteſt opponi ab Vniuerſitate, cùm ſit † exceptio iuris tertij.
14 Bart.in l.2. ff. de except.rei iud.Turret.conſ.16. num.14. vol. 1. Surd. deciſ.260.num.3.

Præterea ex coniunctione, nedum nõ præſumitur, ſed imò tollitur fraus ſecũdum Maſcar. in d. cõcl.815.nu.13.

Præſumptio quarta dicebatur friuola, nam pater poſſedit dicta bona donata iure familiaritatis. l. qui iure, & ibi Doct. ff. de acq. poſſ. licèt ex ſola poſſeſſione non arguatur fraus, poſt alios Maſcard. in d.concl.815.num.51. vel poſſediſſe, & fructus percepiſſe, vtì legitimum adminiſtratorem filij, potius præſumendum eſt. vulg. l. merito.ff.pro ſoc. Maſcar.in d.concl.815. num.55.

De quinta nulla potuit haberi conſideratio,ex quo dicta Vniuerſitas nõ docuit de venditione bonorum, & verſione pretij in vtilitatem donantis, prout tenebatur. Præterea ex eo non argueretur fraus, cùm dicto donatario id facere fuiſſet licitum erga patrem, & benefactorem. vulg. l. in re mandata C. mand.l.etiam.§. licèt. ff.ſol.matrim.

ARGVMENTVM.

Delegatus Principis ad totam cauſam poteſt ſubdelegare examen teſtium.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Principis an poſſit ſubdelegare examen teſtium. Et num.3.*
2 *Induſtria perſonæ quando dicatur electa.*
4 *Subdelegatus vtitur auctoritate Delegati,non propria.*
5 *Delegatus inferioris non poteſt ſubdelegare examen teſtium.*
6 *Examen teſtium poteſt committi Notario.*

RESOLVTIO LXXXIX.

FVIT excitatum dubium in vna, Si in euidentem &c.delegata à Sanctiſſimo Domino Noſtro Domino Vicario Epi-
ſcopi

ſcopali Papiæ, & Præpoſito Eccleſiæ Cathedralis dictæ Ciuitatis ad inſtantiam Venerabilis Capituli, & Canonicorum Sancti Antonini Placentiæ, & DD. de Caſatis, tenoris infraſcripti, videlicet.

1 An dicti Domini † Delegati poſſent ſubdelegare receptionem, & examen teſtium ſuper capitulis exhibitis alicui, ſaltem in dignitate conſtituto, in Ciuitate Placentiæ, vbi teſtes degunt.

Et pro negatiua reſolutione adducebatur. Primò, quòd eſſet electa induſtria perſonæ in dicta delegatione, idque † ſuadebatur. 2

Tum ex clauſula illa appoſita in dictis literis, nempè; conſcientiam tuam oneramus. latè Iaſ. in l. à Iudice num. 11. verſ. quintò limita. C. de iud. Felin. in c. fin. num. 2. verſic. vtrum per iſta verba conſcientiam tuam oneramus. de off. deleg. Theſaur. for. eccl. par. 2. cap. 17. numer. 16. Vant. de nullit. in rubr. ex defect. iuriſdict. deleg. num. 21. Menoch. de arbit. iud. quæſt. 68. num. 11. cum ſeq.

Tum quia agitur de alienatione. Bald. in l. mandatum ff. mand. Felin. in d. c. fin. num. 4. in fi. & ſic de magna cauſa. Capic. deciſ. 151. num. 5. faciunt dicta per Felin in d. c. fin. num. 4. circa medium. Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 594. num. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 54. num. 7. & quęſt. 68. num. 15.

Tum demùm ob illa verba, diſcretioni tuæ per Apoſtolica &c. Maſcard. d. concl. 594. num. 3.

Secundò allegabatur doctr. Put. in deciſ. 169. par. 1. vbi firmat, non poſſe à delegato ad vnam cauſam tantùm ſubdelegari alteri receptionem iuramenti teſtium, & illorum examen. vide Rot. Rom. in nouiſſ. deçiſ. 8. de off. deleg. quæ eſt deçiſ. 258. ſecundùm antiq. impreſſ.

Quando autem eſt electa induſtria perſonæ de iure non eſt locus ſubdelegationi. cap. fin. §. is autem. de off. deleg. Menoch. d. quæſt. 54. nu. 8. Magon. Lucen. deciſ. 9. num. 4. cum ſeq. Capic. deciſ. 151 num. 5. & 6.

Atqui placuit reſolutio affirmatiua.

Primò, quia negocium agebatur coram delegatis Principis, qui † poſſunt non ſolùm examen teſtium committere, & alteri ſubdelegare, ſed etiam totam cauſam, ſecundùm Felin. in c. cum Bertoldus num. 18. de ſent. & re iudic. Veſtr. in prax. lib. 6. cap fin. num. 33. latè Farinac. de oppoſ. contra exam. teſt. quęſt. 77. nu. 157. Rot. Rom. in nou. de conceſſ. præben. deciſ. 18. 3

Quod comprobabatur, ſiquidem tales ſubdeleti † dicuntur recipere teſtes auctoritate delegantis, non autem propria. Felin. in c. cum cauſam num. 31. de teſtib. 4

Secundò, nam talis ſubdelegatio dicitur repoſita in arbitrio iudicis, ſecundùm Felin. in d. cap. cum cauſam. num. 31. & Io. Andr. in cap. præſentium de teſtib. in 6. Et allegabatur, dictos Iudices delegatos debere inclinare ad dictam ſubdelegationem, tum ad euitandas maiores expenſas, tum quia concurrebat conſenſus partiũ, vt fieret talis ſubdelegatio pro celeriori cauſæ expeditione. Doct. in d. c. cum cauſam. Farinac. in d. quæſt. 77. num. 158. cum ſeq. & num. 162. ampliat, etiam ſufficere tacitum conſenſum. Veſtr. in d. cap. fin. num. 34.

Adducta autem in contrarium, procedere dicebatur: Vel quando delegatus Principis eſſet deputatus ſolùm ad examinandos teſtes, ſecus ſi ad totam cauſam, vt hìc, ſecundùm

Felin. in d. c. cum cauſam. num. 30. vbi reddit rationem diuerſitatis. Farin. in d. quæſt. 77. num. 150. cum ſeq. vbi plures Doctores allegat, & reddit rationem: Vel locum † habere in delegato ab alio, quàm à Principe, ſecundùm eundem Felin. in d. cap. cum Bertoldus. num 18. & Farinac. in d. quæſt. 77. num. 157.

6 Proponebatur etiam, quòd dicta † examinatio teſtium poſſet committi D. Sicco Cancellario, & Notario Curiæ Epiſcopalis viro integritatis mirificæ, & ſatis practico. Felin. in d. cap. cum cauſam. numero 28. vbi teſtatur .ti.ni., ita de conſuetudine ſeruari, & Farinac. in d. quæſt. 77. nu. 178. cum ſeq.

Cæterù.n quia partes conueniebant in ſubdelegatione petita, ideò fuit ad vota conceſſa, ne in longius protraheretur cauſæ expeditio, pro qua in dies inſtabant dicti Canonici.

ARGVMENTVM.

Habens plura beneficia Curata an iuuetur regula, De triennali poſſeſſore.

Et an fecerit fructus ſuos.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali quando operetur, & quibus proſit. Et num. 2.*

3 *Eccleſia vna poteſt aliã præſcribere.*

4 *Vnio beneficiorum quando licita ſit Epiſcopo.*

5 *Vnio beneficiorum non præſumitur. Et num. 6. & 8.*

7 *Epiſcopus poteſt compellere triennalem poſſeſſorem ad oſtendendum titulum.*

9 *Poſſeſſor bonæ fidei quando faciat fructus ſuos.*

RESOLVTIO XC.

Reverendvs N. Sacerdos inſtabat, velle moleſtare R. Bernardinum Rectorem SS. Iacobi, Michaelis, & Gaudentij loci Aliani Diœceſis Papiæ, ſub prætextu, quòd obtineret tres Eccleſias Curatas abſque diſpenſatione. Et, viſis iuribus oſtenſis per dictum Rectorem, pro negotij diſcuſſione fuit dubitatum de duobus.

Primò, An dictus Rector foueret bonum ius circa dictas Eccleſias.

Secundò, An teneretur ad reſtitutionem fructuum.

In primò dubio ad fauorem dicti Rectoris allegabatur, Primò † regula de triennali, quæ facit præſumi, poſſeſſorem habere quodcúmque ius, quod ſit melius in mundo. Mohed. de cau. poſſ. & propriet. deciſ. 15. n. 2. Creſcẽt. de præſcr. deci. 1. Caſſad. ſuper reg. Cãcell. deciſ. 11. n. 1. Gomeſ. ſuper reg. de trienn. in præfat. num. 4. Pariſ. conſ. 81. num. 1. cum ſeq. vol. 4. 1

Et, dictam † regulam prodeſſe poſſidenti duo Curata beneficia, firmant in puncto Put. deciſ. 176. par. 1. & Gomeſ in d. reg de trien. quęſt. 10. num. 11. vbi reddit rationem. 2

Et hoc coadiuuabatur, quandoquidem dictus Rector poſſedit dictas Eccleſias pacificè per decennium, & vltra, vnde tollitur obiectum incompatibilitatis, ſecundùm Gomeſ. d. quæſt. 10. nu. 12. & 13. nec non tollitur obiectum Conſtitutionis. execrabilis. Io. 22. de præben. ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 786. num. 1. cum ſeq par. 1. Item præſumitur titulus ſaltem coloratus per dictum decennium ob tolerantiam Ordinarij, itaut non poſſe moleſtari videatur, ſecundùm

cundùm Anchar. conſ. 117. Innoc. in c. cum cauſa. de probat. Gomeſ.in d. reg.de triennali q.24. col.antepen.& quæſt 43. Natt.conſ. 162.nu.26. Menoch.de præſumpt.præſ 132.num.49.

3 Secundò, quia vna † Eccleſia poteſt aliã Eccleſiam vti ſibi vnitam pręſcribere. Clem.1. de exceſſ. Prælat c. cũ de beneficio de priuil.in 6. Caccialup. de vnion. art. 3. in fi. Felin.in c.cauſam col.2. de præſcript. Rom. deciſ.205.in antiq.

Quod confirmabatur, nam quando agitur de poſſeſſorio non debet cognoſci de nullitate. Rot. Rom. in d. deciſ.786.num.3.

Tertiò, etenim videbatur conſtare de vnione, licèt ex præſumptione iuris, ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 508. num.11. par.1. Tum quia Epiſcopus Papienſis contulit dictas Eccleſias dicto Rectori vti vnitas; Tum quia Reuerendiſſimus Viſitator Apoſtolicus in ſua viſitatione appellat dictas Eccleſias vnitas.

4 Pro qua vnione vrgebat tenuitas † redditus dictarum Eccleſiarum, & cum duæ ex illis forẽt Campeſtres, & dirutæ, quibus attentis, licitum fuit Epiſcopo illos vnire, ſecundùm Sacrum Concilium Tridentinum de reform.ſeſſ.21.c.5. Rot.Rom. in nouiſſ. deciſ.133. num.5. par.2.

Cœterùm contra dictum Recto-
5 rem proponebatur. Primò, quòd † vnio nunquàm præſumitur, niſi probetur authenticis ſcripturis, cum ſit odioſa, & iuri Canonico repugnans. c. quia ſępè,de præben.in 6. Rebuff. in tit. de vnion. gloſ.6. latè Maſcard. de probat. concl. 1411. num.1. cum ſeq.vol.3.

Secundò exhibebatur quædam viſitatio facta de dictis eccleſijs de anno. 1566.per quam clarè deponebatur, dictas Eccleſias non eſſe vnitas, imò poſſideri à diuerſis Curatis.

Et ad primum fundamentum dicti Rectoris reſpondebatur. Primò, dictum † Rectorem pręſumi intruſum 6
de facto, ex quo non docuit de titulo aliquo, ſaltem legitimo, circa retentionem dictarum Eccleſiarum. Vide Gomeſ.in d. quæſt 10. num. 22. verſ. primus eſt.

Secundò, dictum Rectorem non poſſe iuuari dicta regula, cum habuerit titulum ſuum ab Epiſcopo. Put. deciſ 302. par.2.

Tertiò, quòd † Epiſcopus præſer- 7
tim nouus poteſt ipſum cogere ad oſtendendum titulum ſuper dictis eccleſijs. gloſ.in c. 1. de reg. iur. in 6. Gomeſ.in d. quæſt.10. num.24. Bald. in l. 2. C. quom. & quan.iudex. & in l. cogi.col.2. C. de petit hęredit. Nauar. de off.ord. conſ. 4. Abb. in c. licèt Heli. de ſimon. Feli in c.ſimoniacè eodem tit. & in c. ſicut num.30.de re iud. Caputaq. deciſ. 116. par. 3.vbi reddit rationem.

Quod ampliatur per gloſ. in c. dilecto de pręb & ibidem Abb. num.8. Couar. var. reſolut. lib.3.cap.16. nu. 6. in fi. Quinimò Epiſcopus poſſet eum remouere, ſi conſtaret de ipſius vitioſo ingreſſu, ſecundùm Abb. in c. dilecto de præben. Gomeſ. in d. reg. quæſt.58 col.pen.

Quartò, dictam regulam non impedire volentem probare intruſionem. Felin.in d. cap.ſicut num. 31.

Ad ſecũdum reſpondebatur, Vnio- 8
nẽ † non probari, niſi ſpatio 100. annorum, ſi non doceatur de titulo, ſecundùm Felin. in conſ. 2. num. 2. Oſaſch.deciſ. 116. num. 11.cum ſeq. Maſcard. de probat. vol.1. concl. 179. & d. concl.1411.nu.11. Quamuis, ſi allegetur titulus, ſufficiat pręſcriptio,

xl. annorum, ſecundùm Rebuff. de vnione. nu. 34. quod tempus xl. annorum neque concurrebat hìc.

Ad vltimum dicebatur, literas Ordinarij nullatenus probare vnionem, cùm non eſſent antiquiſſimæ Put. deciſ. 209. par. 2. Caputaq. deciſ. 344. num. 2. par. 3. Maſcard. d. concl. 1411. num. 2.

9 In ſecundo dubio inclinatum fuit † ad opinionem negatiuam, cum dictus Rector videretur eſſe in bona fide, tàm ratione triennalis poſſeſſionis, & d. collationis Ordinarij, quàm ratione tolerantiæ ſuperiorum. Gomeſ. in d. quæſt. 10. num. 24. Anchar. in d. conſ. 117. Nauar. de conſtit. lib. 1. conſ 3. vnde feciſſe fructus ſuos dicendum eſt. Vinc. de Franch. deciſ. 31. par. 1. Alb. conſ. 544. num. 3. Menoch. de recuper. poſſ. rem. 16. num. 14. cum ſeq. Accedente præſertim paupertate dicti Rectoris, & cum dignè ſemper expleuerit officium ſuum.

ARGVMENTVM.

Sæcularis iudex an poſſit ſe intromittere in beneficijs quoad poſſeſſorium recuperandæ, adipiſcendæ, & retinendæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus an poſſit ſe intromittere in beneficijs quoad poſſeſſionem recuperandam. Et num. 2.*
3 *Quid in poſſeſſorio adipiſcendæ.*
4 *Quid in poſſeſſorio retinendæ.*
5 *Iudex laicus an poſſit citare clericos nominatim,*

RESOLVTIO XCI.

FVit vnitū beneficium Sanctæ Paraſitæ Eccleſię Collegiatæ Ciuitellæ ſtante illius paupertate, ſine tamen præiudicio obtinens per Reuerendiſſimū D. Epiſcopum Aprutinum, in viſitatione iuxta formam ſacri Concilij Tridentini de refor. ſeſſ. 21. cap. 1. quæ vnio fuit poſtea confirmata à Sanctiſſimo Domino Noſtro.

Vacante dicto Beneficio Canonici d. Eccleſiæ Collegiatæ apprehenderunt poſſeſſionem illius, Præpoſitus autem, & Canonici ad CampumGualanum Terræ Campli contulerunt illud R. Sebaſtiano Horteghę; Vnde maxima exorta fuit controuerſia inter pręfatos quoad poſſeſſionem dicti Beneficij. Et cū d. Hortega recurſum recipiſſet ad Iudicem laicum, & ab eo obtinuiſſet prouiſionem, fuit dubitatum de duobus.

Primò, An iudex laicus potuerit ſe intromittere in dicto beneficio quoad poſſeſſionem.

Secundò, An quoad dictam poſſeſſionē potuerit Iudex laicus citare nominatim dictos Prępoſitum, & Canonicos d. Collegiatę Eccleſię Ciuitellę.

In primo dubio fuit pro illius veriori reſolutione deuentum ad hanc diſtinctionem, Nempè.

Aut agebatur poſſeſſorio † reme- 1
dio recuperandę; Et fuit reſolutum, dictum Iudicem laicum non potuiſſe ſe intromittere, pręſertim cum hic actores, & rei eſſent clerici. Aufrer. de pot. ſęcul. in eccl. fall. 24. vbi aſſerit, ſuper hoc extare quandam Conſtitutionem Martini Papę Quinti. Mandoſ. de monit. quęſt. 13. nume. 3. Proſp. Farinac. de inquiſit. quęſt. 13. numer. 3. Proſp.

Proſp.Farinac.de inquiſit.quęſt.8.nu. 23.verſ.Sublimita ſecundò.vbi reprobat omnem conſuetudinem,& obſeruantiam in contrarium.latiſſimè Menoch.de recup. poſſ.rem.15.num.220. Couar.pract. quæſt.c.35.num.1.verſic. verùm ſi diligenter. vbi indiſtinctè tenet hoc. Caſſad. vt lit.pend.deciſ.4. num.2. Monet. de decim. cap.8.num. 10.cum ſeq. Theſau. fori eccleſ.par.2. cap.38.num.98.cum ſeq. & nume.155. Azor.inſtit. moral.lib.5. cap.14.qu.1.

Et licèt multi Doctores teneant contrariam opinionem, quando agitur dicto remedio inter clericum, & laicum, itaut videatur eſſe ſecundùm aliquos communis opinio, prout illam tenuerunt Guido Papa deciſ. 1.n. 2.& deciſ.85.nume.2.Gram.deciſ.78. nume.1.Io.Bapt.Ferr.conſil.1.numer. 15.Gail.pract.obſer. lib.1.Obſeru.38. Natt.conſ.307.Oſaſch. deciſ.30.& 55. nume.8.& deciſ. 116. num. 1.Theſau. deciſ.82.numer.2. Nauar.de Conſtit. conſ.1.quæſt.41.numer.8.vbi teſtatur de vſu. Plures referunt Couarr.in d. c.35.num.1.& Farinac.d. quæſt.8.numer. 23. in princ. & de communi teſtantur Put. deciſ.361.nume.2.par.1.& Monet.d c.8.num.8.cum ſeq.

Nihilominus verior, & magis pia opinio eſſe dicitur,vt Iudex laicus neque in dicto caſu poſſit ſe intromittere,cum cauſa ſit eccleſiaſtica,quæ non poteſt tractari,niſi coram Eccleſiaſtico Iudice,prout dicit Couar. in d.cap. 35.num.1. verſ.verùm ſi diligenter.Et Monet.d.c.8.num.11. Put.deciſ.361.n. 12. par.1. & hodie videtur indubitata, ex diſpoſitis per Sacr.Concil.Triden. de reformat.ſeſſ.24.c.20. vide Theſa. for.eccl.par.2.c.38.nu.65.& facit etiá, nam ſaltem reſpectu clerici videtur dici omninò cauſa ſpiritualis. Gram. deciſ.21.num.8. Azor.d.c.14.quæſt.1.

Et præſertim ſuadetur hæc opinio, cum in poſſeſſorio cauſæ beneficialis debeât doceri de titulo, quo ſtante ceſſat omnis iuriſdictio iudicis ſæcularis, vt infra dicetur in remedio adipiſcendæ. Vide Menoch. de recuper. poſſ.rem.15.nu.223.& 428.cum ſeq.& Monet.d.c.8.num.13.

Et quamuis in Regno Franciæ Iudex † laicus poſſit ſe intromittere, etiamſi agatur de poſſeſſione inter duos clericos, ſecundùm Guid.Pap. in dict.deciſ.1.num.4. Grammat.deciſ.78.num.3. Tamen id forſan fieri permittitur ibi, quia Summi Pontifices conceſſerunt priuilegia ſuper hoc Regibus Francorum, & propterea malè facere fatendum eſt Iudices ſæculares aliorum Regum,& Principũ, dum volunt cognoſcere de dicta poſſeſſione in beneficialibus, prout fit in dicto Regno. Vide Aufrer.de poteſt. ſęcul.in eccl. fall. 24. fol.269. & 483. numer.17.verſ. pręterea iudices.nam priuilegia non extenduntur, pręſertim quando agitur de pręiudicio iuriſdictionis,immunitatis,ac libertatis Eccleſiaſticæ. 2

Nequè in hoc poſſunt ſe tueri aliqua conſuetudine, vtì contraria iuri diuino, & libertati, ac iuriſdictioni Eccleſiaſticę,ſecundùm Put.deciſion. 365.num.2.cum ſeq.par.1. Rot.Rom. in antiq.de conſuetud. deciſ.10.num. 3.cum ſeq.Farinac.d.quæſt.8.num.23.

Ex quibus quidam pius vir ſolebat inferre,malè fuiſſe poſitum in practica, obtinendi PLACET Principis ſęcularis ſuper executione literarum, & prouiſionum ſanctę Sedis Apoſtolicę,quicquid dicat Theſaur.deciſion. 131. Vide Azor.inſtit.mor.lib. 5. capit. 12. 13. & 14. qui plenè de his tractat.

Reſtringerē pręterea propoſita quo-

ad Regnum Francorum, vt pro tutiori via,& ſalute animarum liceret iudicibus dicti Regni ſe intromittere in dicta poſſeſſione, quando periculum euidens eſſet,ne partes venirent ad arma, cum modificatione tamen, vt in hoc non ſeruaretur ordo iuris,nec deueniretur vllatenus ad cognitionem cauſæ,& partis citationem. Vide dicta per Afflict.in deciſ.2.num. 4. & deciſ. 24.numer.2. ſed procederetur tantùm per viam extraiudicialis cognitionis, vt in puncto ponit Vinc. de Franch. deciſ.163.nu.2.& 18.par.1.& Affl.deciſ. 85.num 2.

Et tu pie Iudex, & timoratæ conſcientiæ animaduertas,ne decipiaris ex cautela tradita per Grammat.in deciſ. 1.numer. 4. & deciſ.78.numer.2 quæ eſt,vt procedatur citra præiudicium remiſſionis cauſæ; Tum quia,ſi non eſt Iudex competens, non poteſt reſeruare dictam remiſſionem, Tum quia illa reſeruatio eſſet fruſtratoria,quoad iura Eccleſiæ.

Et hæc opinio veriſſima eſſet,ſi tractaretur de poſſeſſorio in cauſa Matrimonij: illa enim habet ſemper immixtam cauſam ſpiritualitatis. Ant.de Butr.in c.literas de iuram. calumn. Igne. in l. neceſſarias. §. non aliàs.ff.ad Syllan.Couar.d.c.35.nu.1. Put. d.deciſ. 361.in fin.& deciſ.365.par.1.Quod præſertim verum eſt hodie, ſtantibus diſpoſitis per Sacrum Concilium Tridentinum de ſacr. matrim. ſeſſ. 24. can. 12. quicquid tenuerit Theſaur. deciſ. 117.

3 Aut agebatur † de poſſeſſorio adipiſcendæ; Et tunc indubitatum eſt, Iudicem laicum non poſſe ſe intromittere, ex quo dictum remedium habet ſemper ſibi annexam cauſam proprietatis. Guido Papa in d. deciſ. 1. numero 3.& deciſ.83.num. 2. in fin. Caſſad.d.deciſ. 4.num. 3.Oſaſch. deciſ.32.Theſau,deciſ.82.num.4 Put.d.deciſ. 361.n.3.cum ſeq.& d.deciſ.365.nu.3. cum ſeq. Aufr. d.tal.24.Crau.conſ.104.nu. 17. Couar. in d.c.35.nu.1.verſ. ſecunda concluſio. Menoch.de recup.poſſ.rem. 15 nu.235. & de adipiſcen.poſſ.rem.6.num 43.Farin.in d.q.8.n.23.verſ.ſublimita ſecundò Mone in d.c.8.n.13.

Aut agebatur † de poſſeſſorio retinendæ; Et pariter reſoluendum eſt,d. Iudicem laicum non poſſe ſe intromittere, vt latè per Menoch. de retinen. poſſ.rem.3 num.349.cum ſeq.Io.Bapt. Ferr.conſ.7.num.11.conſ.10. numer.11. conſ.12.num.13.cum ſeq &conſ.30.per tot.Moneta in d.cap. 8. num. 13. cum ſeq.Quicquid dicant Guido Papa d.deciſ.1.nu.2.deciſ.85.num.1.Theſau.d.deciſ.82.nu.2.& Oſaſch.deciſ.55.nu. 8.& deciſ.116.nu.1. 4

In ſecundo fuit † reſolutum negatiuè, iuxta tradita per Marant.de ord. iud.verſ. ſæculare, vel eccleſiaſticum. num.61.cum ſeq.Afflict.deciſ.2.nu.8.& deciſ.24.num.5.cum ſeq. Capic. deciſ. 8.n.3.Grammat.deciſ.61.nu.6. &deciſ. 78.num.1. 5

Quinimò additur, neque præfatos eccleſiaſticos potuiſſe citari per generale Edictum,ſi ſua putauerint intereſſe,ſecundum Surd.deciſ.26.nu.9.cum ſeq.Vide Rolan.conſ.29.n.3.vol.1.præſertim cum in dicto Edicto eſſet appoſita comminatio pœnæ,vel vlterioris proceſſus. Farinac. de inquiſit. q.8. num.88. & 92. tunc etenim citatus diceretur reus neceſſarius.Capic.d.deciſ. 8.num.4.

ARGVMENTVM.

Aegrotanti quãdo debeatur ſalarium,& quando non.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur famulo ægrotanti. Et quandò num.7.*
2 *Nihil refert quid ex æquipollentibus fiat.*
3 *Certus non eſt certiorandus.*
4 *Forma eſt ad vnguem obſeruanda.*
5 *Scientia quando probanda.*
6 *Tacens cenſetur conſentire.*

RESOLVTIO XCII.

REVERENDVS Baptiſta Cantonus cooptatus in Collegio Muſicorũ Cathedralis Eccleſię Papiẽſis amiſit vocẽ, infirmitate ingruente, itaut ad cantum Muſicalem in Eccleſia effectus eſſet pęnitus inhabilis, & cum ſic inhabilis permanſiſſet per annum, & vltra, fuit propoſita difficultas.

An dicto Reu. Cantono deberetur merces, ſiue ſtipendium pro dicto tempore, quo fuit inhabilis, & ſuo muneri non ſatisfecit.

Pro affirmatiua deducebatur. Primò,
1 quod † infirmitas non priuet aliquem ſtipendio debito, ſaltem de æquitate. l. qui operas. ff. loc. c. 1. de cler. non reſid. in 6. gloſſ. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufr. Bar. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſol. matrim. Capell. Tholoſ. q. 360. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 13. num. 8. & in publico profeſſore infirmo eſt tex in l. diẽ functo, & ibi Doct. ff. de off. aſſeſſ. latè Monet. de diſtr. quot. par. 2. q. 6. n. 4.

Secundò, quia dictus Cantonus ſuo inſtrumento Muſico ſuppleuit vocis
2 defectum, nihil † autem refert, quid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. ff. ad Trebell. l. fideicommiſſa. §. ſi cui. ff. de leg. 3. c. licèt de teſtib. Præſertim cum in dicto inſtrumento eſſet dictus Cantonus peritiſſimus; Vnde videtur, ac ſi per alium æquè idoneum inſeruiuiſſet, quod licet de iure, ſtante impedimento. l. qui autem. l. qui autem. §. penult. ff. de conſtit. pec. l. quiſquis. C. de Epiſcop. & cler.

Cæterùm inclinabatur in opinionem negatiuam. Primò, cùm caueretur per ſtatutum dicti Collegij, quod [illorum, quos contigerit aliquo morbo laborare, habeatur ratio, Præfecto certiore de cauſis infirmitatis reddito,] quę verba vltima important conditionem, vnde illa non adimpleta, non poteſt, nec debet haberi ratio infirmitatis. vulg. iurib.

Neque obeſt, quòd Præfectus eſſet ſciens † dicti impedimenti: vnde non 3
eſſet opus alia certioratione. c. eum qui de reg. iur. in 6. l. 1. ff. de act. empt. Rimin. iun. conſ. 238. nu. 37. vol. 3. Surd. conſ. 272. num. 12. & deciſ. 288. nu. 44. Menoch. conſ. 825. num. 11. vol. 9. Theſaur. deciſ. 221. in fin.

Nam quando aliquid eſt de forma,
†debet ad vnguem adimpleri, non au- 4
tem per æquipollens. l. cum hi §. prætor. ff. de tranſ. l. non dubium. C. de legib. in puncto Dyn. in d. c. eum. Præte-
rea ſcientia † eſt plenè probanda ab 5
eo, qui in ea ſe fundat, præſertim ſi defectus eſſet intrinſecus, nec qualitates ſcirentur, vt hic. Alex. conſ. 20. num. 9. lib. 4. Marſil. ſing. 38. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1293. num. 3.

Secundò, quia præſupponitur, quòd Præfectus Muſicę videns inhabilitatem vocis dicti Cantoni, ne impediretur concertus Muſicæ, ſubrogauerit alium in locum dicti Cantoni videntis, patientis, & non contradicentis. l. qui tacet de reg. iur. Iaſ. in leg. quæ dotis. numero 99. ff. ſolut. matrim.

per D. Vicarium Mediolani, cuius etiam ſententia tranſiuerat in iudicatũ.

4 . Et licèt dicta † ſententia eſſet lata in iudicio criminali; Nihilominus dictum fuit, etiam probare in hoc ciuili iudicio, ex quo fuit lata ſuper facto, quaſi crimen non ſit commiſſum. Bart. in l prætor. §. hoc edicto. num. 3. ff. de vi bon. rapt. & l. ex more. C. ad l. Acq. Dyn. in c. nullus. verſ. ad ſeptimum. de reg. iur. in 6. Canoniſtæ in c. dilectus. de purg. can. Maſcard. de probat. concl. 34. n. 20. lib. 1.

Nec præterea obſtare dicebatur, 5 hodie agi negotium † inter diuerſas perſonas, cum in hoc iudicio ciuili agatur nomine Monaſterij, in criminali autem egerit quidam R. Pater nomine proprio, & proinde dicta ſententia abſolutoria in criminali tranſacta in iudicatum nihil facit, nec nocet, etiam ſi eſſet eadem cauſa defenſionis, tertiò agenti ciuiliter. l. 3. & l. Modeſtinus. ff. de except. re iudic. Felin. in c. aduerſario. num. 6. de except. Gabr. de teſtib. concl. 21. num. 59. lib. 1.

Tum quia dictus pater egit nomine dicti Monaſterij, vt patet ex actis.

6 Tum quia, cum † ageretur de cauſa ſtatus, ſententia fecit ius quoad omnes. l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. Cęſar. de Graſſ. de iud. deciſ. 2. Creſcent. de probat. deciſ. 18. num. 7. Felin. in c. ſuper eo. numero 2. de teſtib. vbi ampliat, id verum eſſe in quocumque iudicio.

Similiter dum obiiceretur, ſenten-
7 tiam † latam in cauſa matrimoniali nunquam tranſire in iudicatum. c. tenor. c. lator. c. conſanguinei. de re iud. & inter conſ. matrim. conſil. 39. numero 4. & conſil. 69. numero 6. Præcipuè ſi agitur de matrimonio contracto in gradu prohibito, & ſic de præiudicio animæ, & tollendo peccato. gloſſ. in d. c. lator. Doct. in c. de illo. de eo, qui cogn. conſang. & c. literas de reſtit. ſpol.

Fuit reſponſum, dictam † ſententiam fuiſſe latam ad fauorem, & pro 8 validitate matrimonij, vnde fecit trãſitum in iudicatum, ſecundùm Petrum Caleſ. inter conſ. matr. conſ. 76. numero 1. gloſ. & Abb. in d. c. lator numero 9. ſaltem quoad non retardandam executionem, & ſic intereſſe priuatum. Alex. de Neuo. inter conſ. matrim. conſ. 38. num. 1.

In ſecundò fuit reſolutum, legatum deberi, ex quo pro validitate matrimonij vltra ſententiam latam deducebatur.

Primò, † fama publica vicinorum, 9 & quia ſemper dicta Catherina fuit tractata ab eius viro, vti vxor in eadẽ domo, & lecto. c. illud. & ibi Doctor. de pręſumpt. Bald. inter conſ. matrimon. conſ. 3. num. 21. Burſ. conſ. 98. nu. 7. vol. 1.

Secundò, confeſſio ipſorum coniugũ. gloſ. in c. ſuper eo. de eo, qui cogn. conſang. Maſcard. de probat. concl. 1029. vol. 2.

Tertiò, fides extracta de libro Parochi. Maſcard. de probat. concl. 677. Cæſar. de Graſ. deciſ. 1. num. 12. Put. deciſ. 257. num. 1. par. 1.

Nec profuit dicere, in dicto legato nominari Catherinam Gallaratam, & actricem hic eſſe Catherinam de Capellis. Corn. conſ. 146. col. 2. volum. 3. quem refert Maſcard. de prob. concl. 875. num. 2.

Quia tàm ex verbis ipſius legati, quàm ex fide Baptiſmi, &, quod magis eſt, ex cõfeſſione ipſiuſmet partis plenè conſtitit de identitate perſonæ, & teſtatorem intellexiſſe de ipſa actrice. vide Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. num. 44. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Sententia quando nulla dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à iudice reuocato eſt nulla. Et quando. num. 2. 3. & 4.*
5 *Vel ſi eſt lata ſine actis.*
6 *Vicarius Epiſcopalis eſt Iudex competens Regularium non habentium Conſeruatorem.*
7 *Coſeruator dicitur Iudex delegatus.*
8 *Acta facta coram vno Iudice probāt coram alio inter eaſdem partes.*
9 *Reproductio actorum quando ſit neceſſaria.*
10 *Petitio ſolo verbo fieri poteſt in cauſis ſummariis.*
11 *Res iudicata habetur pro veritate.*
12 *Sententia non conformis libello quando nulla. Et num. 13. & 14.*
15 *Clauſula; ius, & iuſtitiam miniſtrari; quid operetur.*
16 *Creditor non poteſt ad generalem obligationem conuolare, quando habet ſpecialem.*
17 *Verbum, aſſigno, importat tranſlationem dominij.*
18 *Hypotheca non acquiritur abſque conſenſu.*
19 *Remedium poſſeſſorium eſt ſalubrius.*
20 *Cumulatio remediorum præſumitur potius, quàm renunciatio.*

RESOLVTIO XCIV.

IN vna vertēte inter RR. DD. Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ ex vna, & RR. Monachos Sancti Sigiſmundi ex altera, occaſione legati annualis certorum Anniuerſariorum, & ſextariorum panis; atque librarum Ceræ debitarum per dictos Monachos vigore teſtamenti quondam Rainoldi, & ſententiæ Abbatis S. Laurentij Apoſtolici delegati, fuit controuerſum.

An ſententia lata per D. Conſeruatorem dictorum Monachorum ad fauorem dicti Capituli eſſet nulla.

Et per dictos Monachos allegabatur nullitas dictæ ſententiæ ex pluribus. Et primò, nam quando dictus Cōſeruator protulit ſententiam fuerat † iam reuocatus per d. Monachos, ipſaq; reuocatio eidē Conſeruatori intimata. Fel. in c. cæterùm n. 26. de reſcr. Put. deciſ. 41. & deciſ. 370. par. 1. Vant. de null. in rub. ex defect. iuriſd. n. 112. & in rub. ex defect. iuriſd. deleg. n. 99. cū ſeq. & in rubr. fin. n. 47. ſententia autē nulla non ſolùm non eſt ſententia, ſed neq; meretur nomen ſententiæ. Fab. Turret. conſ. 38. n. 13. vol. 1. Franc. Becc. conſ. 12. n. 54. 1

Verùm reſpōdebatur, dictam reuocationem non poſſe attendi. Primò cū † nō fuerit facta in Capitulo Prouinciali, iuxta decretum Sac. Congregationis, quod dat certā formā, ponderādo dictionē illā; nō niſi; ſecūdùm Menoch. de adipiſcen. poſſ. rem. 4. n. 710. 2

Et friuolum eſt dicere, dictum decretum non eſſe in vſu, atq; dictos Monachos ſolitos eſſe reuocare Conſeruatores eodem modo, quo electi ſunt. argumento l. nihil. ff. de regul. iuris.

Quia dicta conſuetudo, vti quid facti, veniebat probanda per allegantes; Præſertim cùm eſſet correctoria dicti decreti, quod præſumitur eſſe in viridi obſeruantia, vulg. l. Arriani. C. de hæret.

Secundò, quia † dicta reuocatio fuit facta poſt plura tranſmiſſa peremptoria, 3

ria,& eadem die,qua erat ferenda ſententia, & ſic calumnioſa, & eluſoria præſumitur. Franc. in c.cum ſpeciali. concl. 2. de appellat. Io. Bapt.Ferret. conſ.66.n.4.Rot.Rom.in nouiſſ.deci. 563.num.5.par.1.

4 Tertiò,nam dicta † reuocatio hora xix.vel circa fuit intimata,in qua hora fuit etiam lata ſententia, quæ de iure præſumitur præceſſiſſe ob validitatem actus.l.quoties.ff.de reb. dub.c. bonæ. de elect c.in præſentia de renunc.Put. deciſione 131.par.3. Rot. Rom.in nouiſſim. deciſione 373. numero 2.par.1. Quod corroboratur ex dictione illa, circa,appoſita in dicta intimatione reuocationis, quæ dictio reddit probationem dubiam.c. fin.de deſp.impub. Ferret.conſ.21.num.6.

5 Quintò allegabatur † nullitas dictę ſententiæ ex eo, quòd fuerit lata ſine actis.Gabr.de ſentent. libr.2 concl.9. Vant. de null. in rubr. ex def.proc.& ſent. numero 37. Put. deciſ.401.par.1. cum coram dicto Conſeruatore nihil fuiſſet petitum, & probatum, ſed fuerint ſolummodò producta acta facta coram D.Vicario Epiſcopali Cremonæ nullam habente iuriſdictionem in dictos Monachos, quæ acta fuerunt proinde nulla, & irrita ipſo iure. Henriq. ſumm. Theolog.mor.de indulg.libr.7.cap.25. nume. 1. & 5.Vant. in d.rubr.ex def.iuriſd. numer. 3.cum ſeq.

Sed fuit reſponſum.Primò, Dominum
6 † Vicarium Cremonæ tunc fuiſſe iudicem competentem, cùm obiiceretur, dictos Monachos non habere Conſeruatorem, ex quo non intimauerant deputationem illius Epiſcopo,prout tenebantur, tàm ex præſcripto,Sacri Conc.Trid.ſeſſ.7. cap.14.de reformat.quàm ex decreto Sacrę congregationis. vide Flam. Pariſ.de reſignat.benef.lib.3.quæſt.2.num.9.

Quod etiam conformc dicitur eſſe iuri communi,nam † Conſeruator di- 7
citur Iudex delegatus.c.1.de off.deleg. in 6.Anchar. conſil. 132. numero 2.Iaſ. conſil.145.col.1.libr.4. Ruin. conſil.3. numero 1.lib.4.&, ceſſante delegato, ordinarius ſuam exercet iuriſdictionem.Doct.in l.1.ff.de off.eius,&c.

Confirmabatur hæc prima reſponſio, nam, cum hic ageretur de executione legati pij, Ordinarius poterat procedere ſaltem vti ſedis Apoſtolicæ delegatus,vt per Sacrum Conc. Trid. ſeſſ.22.c.8.Sbroz.de off.Vic.lib.2.quęſtion.49.cum ſeq.& quęſt.137.num.4. Theſau.fori eccl.par 2.cap. 29. numero 19.

Vnde, cum dicta acta fuerint valida, plenè † probaſſe inter eaſdem 8
perſonas coram dicto Conſeruatore, dicendum eſt. c. cauſamque.el 1.& ibi Doct.de teſt:b.l.acta.ff.de re iudic.latiſſimè Maſcard. de probat. concl.33. numero 1.cum ſequ.volum.1. Præſertim cùm fuerint reproducta coram dicto Conſeruatore,licèt † talis repro- 9
ductio non eſſet neceſſaria, ſecundùm receptiorem Doctorum ſententiam, de qua teſtatur Oſaſch.deciſ.1. nu. 53. circa fin.Et quicquid dicunt Maſcard. d.conclu.33.num.43.& Vant.de nullit. in rubr.quot & quib.mod.null.in iud. rep.num. 125. debet intelligi ad bene eſſe. Vide Marant.de ord.iud.part.5. verſ.Et omnia fiant durante inſtantia. num.62.

Secundò fuit reſponſum,coram D. Vicario Cremonæ fuiſſe facta paucula acta reſpicientia initium cauſæ, quæ coram Conſeruatore inſeruierunt loco petitionis,cum † in cauſis ſumma- 10
riis petitio ſolo verbo fieri poſſit. Veſtr.in prax.lib.5 cap.1.num.10.

Tertiò oſtendebatur,D.Vicarium

Cremonę, remittendo cauſam ad conſeruatorem, declaraſſe, acta præfata fuiſſe valida, & tenere, quæ declaratio
11 tranſiuit in iudicatum, vnde † non poteſt hodie de illorum validitate dubitari. l. res iudicata ff. de reg. iur. Doct. in c. ſuborta. de re iudic. Henriq. in d. ſumm. de indulg. in lit. G. §. 1. & 6.

Præſertim, quod dicta exceptio inualiditatis actorum fuit reiecta per dictum Conſeruatorem per proceſſum ad vlteriora. c. ex parte. de appell. Felin. in d. cap. ſuborta. num. 4. Gabr. de except. concl. 1. lib. 2. Turret. conſ. 35. num. 44. vol. 1. Menoch. de præſump. lib. 2. præſ. 64. Surd. deciſ. 69. num. 5. Put. deciſ. 400. par. 3.

12 Deducebatur tertiò nullitas ex eo, quod † ſententia non eſſet conformis libello, cum dictus Conſeruator condemnauerit dictos Monachos ad aſſignandum Capitulo aliquam proprietatem, ex qua percipi poſſit penſio pro ſatisfactione dicti legati, quod tamen non fuit petitum per dictum Capitulum. Caputaq. deciſ. 128. num. 1. par. 3. Surd. deciſ. 295. nu. 20. Io. Bapt. Ferret. conſ. 47. nu. 18. cum ſeq. Turre. conſ. 55. num. 5.

13 Cæterùm reſponſum fuit, Primò, dictam ſententiam nõ eſſe difformem à petitione; Tum quia † illa aſſignatio comprehendebatur virtualiter in petitione, cum in ea fieret mẽtio de ſententia legati Apoſtolici, in qua mandatur, fieri dictam aſſignationẽm. vide Vant. de nullit. in rubr. ex defect. proceſſ. & ſent. num. 97. Tum quia ille fuit modus adinuentus per Iudicem ſolutioni dicti legati, & dictus modus non inducit difformitatem ſententiæ à petitione, vt in ſimili voluit Curt. iun. in l. vinum. in fin. ff. ſi certum pet. & Dec. conſ. 2. n. 8.

Secundò fuit reſponſum, Iudicem † poſſe iudicare ſuper proſecutis, & in 14
proceſſu probatis, licèt principaliter in libello non ſint petita. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. opp. 5. ff. de verbor obligat. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina. nu. 22. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Surd. conſilio 24. numero 17. cum ſeq. Caputaqu. deciſione 126. numero 1. p. 3. Quod præſertim verum eſt, concurrente clauſula ſalutari † ius, & iuſti- 15
tiam miniſtrari &c. Dec. in d. l. vinum numero 22. Ioan. Bapt. Ferret. d. conſ. 47. num. 18. cum ſeq. & clauſula, omni meliori modo, &c. Caputaq. deciſ. 124. par. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 256. & ſeq. par. 1.

Fuit tertiò reſponſum, dictam regulam non eſſe veram in cauſis ſpiritualibus. Abb. in c. conſtitutus in fine de relig. dom. Dec. in d. l. vinum. num. 21. dictum verò legatum videbatur ſaltem quaſi ſpirituale, cum ageretur de anniuerſario, & eleemoſynis. Sanctus Ant. in ſumm. part. 2. tit. 1. c. 5. §. primò.

Quartò deducebatur nullitas, nam, 16
† vbicumque adeſt ſpecialis obligatio alicuius rei, non poteſt creditor ad generalem conuolare. l. 2. C. de pign. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 444. numero 1. par. 1. ſed dictum Capitulum debebat experiri prius contra detinentes quandam domum, cuius redditus fuerant per D. Delegatum Apoſtolicum aſſignati dicto Capitulo loco legati, & ponderabatur verbum illud, † aſſignari, quod importat dominij 17
tranſlationem. l. dotis. ff. de iur. dot. Menoch. conſ. 201. numer. 6. volum. 3. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 93. num. 6. & lib. 3. præſumpt. 30. Decian. reſp. 35. numero 42. volumine 2. Pręcipuè ſi à Principe proferatur. Ruin. conſil. 42. num. 6. vol. 1. Cœph. conſil. 135. numer. 3. vol. 1.

Cæterùm

Cæterùm reſponſum fuit, dictam aſſignationem demandatam in dicta ſententia non fuiſſe acceptatam à dicto Capitulo, quod exegit ſemper ad formam dicti teſtamēti, imò nec fuiſ-
18 ſe intimatam eidem, vnde nulla † potuit alteri acquiri hypotheca abſque conſenſu Capituli. Iaſ. in l. ſi fundus. in princ. ff. de leg. 1.

Prætereа dictum fuit, obiectum procedere quando dictum Capitulum voluiſſet experiri actione hypothecaria, ſed hic aſſerebatur egiſſe, vel a-
19 ctione perſonali, vel remedio † poſſeſſorio, quod eſt ſalubrius, Doct. in l. 1. C. comm. de leg. & Neguſ. de pignor. mem. 3. par. 2. nume. 33. Fauet, nam po-
20 tius † cenſetur facta cumulatio remediorum, quàm illorum renunciatio. Caſtr. in l. ſi rem alienam. §. omnis. ff. de pign. act. Alex. conſ. 118. lib. 1. & conſil. 58. num. 7. lib. 7.

Quamobrem, reſolutis nullitatibus, fuit pronunciatum ad fauorem dicti Capituli, præſertim cum plenè conſtitiſſet per teſtes, & per librum capitularem de continuata ſolutione dicti legati facta per dictos Monachos dicto Capitulo per tempus longiſſimum.

ARGVMENTVM.

Capitula notoriè impertinentia non ſunt admittenda.

Item, quando vna Eccleſia non ſit alteri ſubiecta.

SVMMARIVM.

1 *Capitula notoriè impertinentia non veniunt admittenda.*
2 *Petitorium nihil commune habet cum poſſeſſorio.*
3 *Poſſeſſorij cauſa habet in beneficialibus, & ſpiritualibus annexam cauſam proprietatis.*
4 *Capitula de directo cōtraria, vel poſt didicita teſtificata nō admittūtur.*
5 *Habens copiam proceſſus præſumitur eam vidiſſe, & legiſſe.*
6 *Teſtis vnicus an probet in poſſeſſorio.*
7 *Scientia, & patientia habetur pro cauſa, & titulo.*
8 *Libertas præſumitur, & non ſeruitus.*
9 *Subiectio quomodo ſit probanda.*
10 *Renunciatio Rectoris non nocet ſucceſſori.*
11 *Nec tertio.*
12 *Verbum, Licere, quid importet.*

RESOLVTIO XCV.

INTER Rectorem, & homines loci Gerræ Diœceſis Comenſis ex vna, & R. Archipreſbyterum Surici ex altera fuit dubitatum.

Primò, An Capitula producta per procuratorem dicti Archipreſbyteri coram D. Vicario Papienſi Delegato Apoſtolico venirent admittenda, ſaltem cum clauſula, Saluo iure impertinentium &c.

Secundò, An ſententia lata à D. Vicario Bergomenſi ad fauorem hominum dicti loci confirmanda, vel infirmanda foret.

In primo fuit reſolutum, dicta Capitula nullatenus † eſſe admittenda, 1
ex quo videbantur euidenter, & notoriè impertinentia. Rol. conſ. 84. num. 13. lib. 3. Curt. ſen. conſ. 71. col. 3. Pract. Pap. in forma excip. contra poſit. in gloſſ. impertinentes. Lanfr. deciſ. 163. Gram. deciſ. 45. num. 7. Affl. deciſ. 133. num. 1. Maſcar. de probat. vol. 1. concl. 132. num. 1. cum ſeq.

Atque notoriè impertinentia eſſe, deducebatur.

Primo, cum hoc Iudicium eſſet mere poſſeſſorium, prout colligitur ex petitis actitatis, & probatis, ac verbis dictæ ſententiæ, dicta verò Capitula
2 reſpicerent petitorium, quod † nil cōmune habet cum poſſeſſorio. l. naturaliter. & ibi Doct. ff. de acq. poſſ. Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed. 4. nu. 747. & de recuper. poſſ. rem. 15. numer. 471. Contard. in l. prima lim. 2. in prin. numer. 24. & §. 5. num. 2. C. ſi de mom. poſſeſ. Affl. deciſione 7. per tot. & ibi addit.

3 Et licèt † in beneficialibus, & ſpiritualibus, de quibus hic agi dicebatur, cauſa poſſeſſorij habeat mixtam, & annexam cauſam proprietatis, ſecundùm Contard. in d. l. 1. lim. 2. §. 7. num. 44. & §. 8. num. 3. Tamen dicebatur, hic non adeſſe mixturam, ſecundùm dicta per eundem Contard. in d. lim. 2. §. 8. n. 7. & 14. præcipuè cum allegaretur, præiudicium eſſe reparabile in petitorio. Contard. in d. n. 14.

Secundò, quia dicta capitula erant
4 de † directo contraria capitulis iam productis coram D. Vicario Bergomenſi, & vlterius fuerunt producta poſt didicita teſtificata. cap. fraternitatis. de teſtib. Alexan. conſ. 84. numero 5. volum. 4. Gabr. de teſtib. libr. 1. cōcl. 21. Pract. Papien. in form. oppoſit. contra teſtes. in gloſ. ſuntque publicandi. Pariſ. conſ. 122. numer. 1. volum. 1. Afflict. deciſione 33 numero 1. Ridiculum autem fuit dicere, dictum Archi-
5 preſbyterum habuiſſe † copiam proceſſus, ſed non eam legiſſe, nec didiciſſe teſtificata, quia præſumptio iuris eſt contra dictum Archipreſbyterum, vt in puncto dicit Gabr. d. concl. 21. num. 31.

In ſecundò fuit reſolutum pro confirmatione ſententiæ, & ſic dictam Vniuerſitatem eſſe manutenendam, & conſeruandam in poſſeſſione vel quaſi fieri faciendi proceſſionem in dicto loco Gerræ in die Sanctiſſimi corporis Chriſti. nec non fieri faciendi fontem baptiſmalem in die Sabbati Sancti. & recipiendi olea ſancta ab Eccleſia Cathedrali Comenſi, vel vbi ipſa Vniuerſitas maluerit, ſaluis iuribus partium in petitorio &c.

Primò, nam plenè conſtitit ex actis de poſſeſſione vel quaſi immemorabili dictæ Vniuerſitatis fieri faciendi dictam proceſſionem, & fontem, ac recipiēdi olea ſancta, videlicèt per quinque teſtes de viſu, licèt † vnicus tantùm ſufficeret. ſecundùm Contard. in 6
d. l. 1. in rationibus decidendi. num. 25. cum ſeq. & quod potiſſimum eſt, cum deponatur, ea omnia feciſſe ſcientibus, & patientibus Reuerendiſſimis Epiſcopis Comenſibus, & Archipreſbyteris Surici, quæ poſſeſſio pro veritate habetur. l. 2. C. de ſeruit. & aq. & dicta † ſcientia, & patientia pro cauſa, 7
& titulo reputatur, ſecundùm Anchar. conſilio 142. numero 2. Natt. conſilio 98. num. 9. cum ſequent. Franc. Becc. conſ. 6. num. 15.

Secundò pro dicta Vniuerſitate cōcurrebat præſumptio iuris, quæ eſt, vt in dubio † libertas præſumatur, & 8
non ſeruitus. l. altius. l. ædibus. C. de ſeruit. & aq. Bal. in l. quærelam numer. 13. de elect. Ioan. de Amic. conſ. 50. numero 1. Surd. deciſ. 177. num. 1. Turret. conſil. 21. numero 3. volumine 1. Non. cōſ. 2. n. 57. Gabr. de feud. li. 3. cōc. 3. n. 1.

Quod omninò verum dicebatur hic, cum agatur de re, quæ ineſt ipſi Curæ neceſſariò, & quæ reſpicit deuotionē, & commodum populi, quibus fauendum eſt, vt patet.

Tertiò, etenim dictus Archipreſbyter,

9 ter,qui prætendebat † ſubiectionem, non ſolùm tenebatur probare illam concludenter,ſecundùm Abb.in c.dilectus num.1. de capel. Monach.Bald. conſ.286.num.3. lib.2. Egid.deciſ.64. Put.deciſ.282.lib.1.Caputaq. deciſ.34. lib.1.in manu ſcript.ſed etiam tenebatur docere de curſu xl. annorum ad eam præſcribendam requiſitos, prout fuit reſolutum in vna Caietan. præcecedentiæ die prima Martij 1563. coram bonæ memoriæ Robuſterio.& in vna Bergomen. liberationis à ſubiectione die 19.Februarij,& die 9.Aprilis 1601. coram R. P. D. Ludouiſio; quod neutrum fuit probatum per dictum Archipreſbyterum.Et viſum etiam fuit deuenire omninò ad dictam reſolutionem, cùm imminerent periculum euidens ſcandali futuri,&diminutio deuotionis populi dicti loci, ſi aliter fuiſſet reſolutum, prout depoſuerunt dicti teſtes; Et cùm præterea fuiſſet exhibita ſententia quædam lata de anno 1587. die 9. Maij, in qua Eccleſia Gerræ appellatur Matrix, ſicut illa Surici.

Non fuit autem habita conſideratio de renunciatione litis, & acceptatione decreti facti in Viſitatione per Rectorem loci Gerræ die 25.Septem-
10 bris 1601. Tum quia † renunciatio facta ab vno Rectore non nocet Eccleſię, nec minus ſucceſſoribus Clem. 1.de reb. eccl. non alien.Iaſ.in l.poſtquàm liti.numero 13.& 17.C.de pact. Caputaq. deciſione 128.numero 3.par.
11 2. Tum quia † dicta renunciatio in omnem euentum non nocet dictę Vniuerſitati. arg. l.ſuum.C.de iur.deliber.l.ſæpè.ff.de re iudic. c. inter dilectos de fide inſtrument.Pariſ.conſ.10. num.23.vol.4.Surd.deciſ.163 num.10. & deciſ.209.num.10. Quod corroboratur,conſortes enim eiuſdē litis poſſunt ſeparatim agere,& excipere.l.1.& ibi Doct.C.de conſort.eiuſdem lit.

Et dum obiiceretur, A decreto Viſitatoris non dari appellationem, ex forma Sacri Concilij Tridentini. ſeſſ. 24.de reform.cap.10.

Fuit reſponſum, Papam commiſiſſe cauſam ſimpliciter. Item decretum fuiſſe iam vulneratum per ſententiam D.Vicarij Bergomenſis,& de dictis cauſis ante ipſum decretum iam pendere litem, vnde nihil erat innouandum per dictum Viſitatorem.Lancell.de attent.lite pend. part.2.cap.4. ampl.1.numero 1.cum ſeq.& ampl.10. vbi nec in aliquo minimo licet innouare.

Inſuper dum allegaretur laudum latum de anno 1451. die 9. Maij acceptatum à partibus, quo diſponebatur, licere hominibus Gerrę accipere aquam de fonte Baptiſmali in Eccleſia Surici.

Fuit reſponſum, ex dicto laudo potius probari ad fauorem dictę Vniuerſitatis, ponderando verbum † illud, licere, quod nullam inducit necessitatem,& coactionem,ſed benè liberam facultatem quoad dictos homines.faciunt dicta per Dec. in c.quæ in Eccleſiarum num.3. de conſtit.Menoch.de arbit. iud. quęſt. 7.num.32.& quæſt.8.num.46.& in puncto eſt tex. ſingularis in l.in actionibus.verſ. licet iudici.ff.de in litem iur. 12

Demum,dum allegaretur ſententia lata de anno 1455.die 13. Martij, per quam fuit vnita dicta Eccleſia Gerrę Eccleſię Archipreſbyterali Surici.

Fuit reſponſum,friuolum eſſe fundamentum, ex quo dicta ſententia nullum habuit effectum, ſed Eccleſia Gerrę fuit ſemper Matrix, etiam vſq; ad hodierna tempora,prout illa Surici,

de quo conſtare dicebatur, tàm ex ſententia lata de anno 1587. quàm ex obſeruantia ſubſecuta, quæ attendenda eſt, ſecundùm Fab. Turret. conſ. 99. n. 2. cum ſeq. vol. 1. Franc. Becc. conſ. 6. num. 15. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Beneficij reſignatio coram Ordinario facta ad fauorem certæ perſonæ, an dicatur nulla, & ſimoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij ad fauorem certæ perſonæ non poteſt fieri coram Ordinario.*
2 *Reſignatio quãdo dicatur ſimoniaca.*
3 *Minor an poſſit reſignare beneficium ſine ſolemnitatibus.*
4 *Clauſula, & non aliter, &c. importat formam.*
5 *Reſignatio facta contra formam mandati eſt nulla.*
6 *Nec dicitur abdicatum ius à reſignante.*

RESOLVTIO XCVI.

REVERENDVS Aſtulphus de loco Medæ Papien. Diœceſis fecit mandatum ad reſignãdum capellam Sancti L. quam poſſidebat ad fauorem R. Boggij coram Reuerendiſſimo Epiſcopo Papienſi, cum clauſula, & non aliàs, aliter, nec alio modo, &c. Procurator conſtitutus ad reſignandum ſub dicta cõditione, & forma, reſignauit ſimpliciter dictum beneficium corã D. Vic. Epiſc. qui id contulit dicto Boggio.

Fuit dictum, dictam reſignationem fuiſſe nullam, & ius non fuiſſe abdicatum à reſignante, & ob id hodie vacare dictam capellam per mortem dicti Aſtulphi.

Primò, quia dictum mandatum ad reſignandum fuit nullum, cùm abſo-
lutiſſimum ſit in iure, † reſignatio- 1
nem non poſſe fieri coram Ordinario ad fauorem certæ perſonæ. Pariſ. conſil. 15. numero. 12. & 16. vol. 4. Caputaq. deciſ. 225. part. 1. & deciſione 192. par. 2. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. q. 3. num. 3. lib. 2. quæſt. 3. num. 112. lib. 5. quæſt. 6. num. 1. cum ſeq. & lib. 8. quęſt. 7. num. 12.

Secundò, nam † ob dictam condi- 2
tionem appoſitam in mandato cenſetur ſimoniaca dicta reſignatio. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 149. num. 6. par. 2. deciſ. 146. par. 3. lib. 2. & deciſ. 921. p. 3. lib. 3. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 9. quæſt. 5. nu. 2. cum ſeq. & lib. 14. quæſt. 3. numero 12. cum ſeq. & numero 18. tenuit mandatum etiam fuiſſe ſimoniacum.

Præſertim quòd Ordinarius contulit dictum beneficium dicto R. Boggio reſignatario. Rot. Rom. in d. deciſ. 921. Et intrat Bulla Pij V. quæ eſt 58. in ordine Bullarij, vbi prohibetur intentio, ſignum, & nutus, in reſignationeque requiritur concurſus alicuius cauſæ de expreſſis in dicta Bulla, quæ cauſa hic ceſſabat. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 5. quæſt. 6. num. 225. cum ſeq.

Tertiò, etenim dictus reſignans, 3
cùm eſſet † minor xxv. annor. nõ potuit conſtituere procuratorem ad reſignandum ſine ſolemnibus, vt in puncto firmat Put. deciſ. 161. par. 2. quem refert Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 7. numer. 8. cum ſeq. licèt ipſe teneat cõtrariam opinionem.

&

& lib.9.quæſt.1.num.22.

Quartò, quia reſignatio fuit facta coram D. Vicario, qui de iure non habet facultatem recipiendi reſignationes, licèt poſſit conferre, vt per Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8.quæſt.10.numero 38.quæſt.14.num. 18. & quæ.24. per tot.

Nec facit, quòd Ordinarius acceptauerit reſignationem ſimpliciter, reiecta clauſula illa ad fauorem dicti Boggij, quod videbatur poſſe fieri, ſecundùm Staphil.de lit.grat.in verſ.reſignationis modus.fol.mihi 118.numero 9.

Quia dictum mandatum ad reſignandum fuit factum ſub illa forma, videlicèt, ad fauorem dicti R.Boggij, adiecta etiam clauſula, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c. quæ verba cum importent formã, ſecundùm Caputaq.deciſione 82.nume. 3.par.3.Rot. Roman.in nouiſſim.deciſ.402.numero 2.par.3.lib.3.procurator conſtitutus non potuit ſimpliciter conſentire, & liberè reſignare, &, ſi conſenſit, reſi-
5 gnatio fuit † nulla, vti contra formam mandati, Flam. Pariſ.de reſignat. benef.lib.1.quæſt.3.numer.115.& lib.9. quæſt.17.num.4.& 17.Creſcẽt.de renunciat.deciſ.8. Caputaq; deciſ.215.nu. 5. part. 1. Pariſ. conſ.10 num.22.volumine 4.

6 Quinimò, ſtantibus prædictis, † dicitur neque fuiſſe abdicatum ius à reſignante. Mohed.de renũciat.deciſ.36. præſertim ſtante dicta clauſula, & non aliàs &c. ſecundùm Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.214.num.5.& deciſ.216.par.1. deciſ.149.par.2.deciſ.146.par.3.lib.2. deciſ.96.& 507.vbi ampl.etiam ſi reſignatarius poſſideret.& deciſ.921.par.3. lib.3.Put.deciſ.160.par.2. Caputaq.deciſ.83.num. 1. par. 3.Flam.Pariſ.de reſignat.benef.lib.1.quæſt.4.n.43. & lib. 3.quæſt.9.num.16.lib. 8.quæſt. 7.n.98. Rot.Rom.in antiq.de renunciat.deciſ. 7.Quicquid dicat Pariſ.in d.conſ.15.n. 14.cum ſeq.

Proponebatur etiam, quòd dicta reſignatio fuerit ſimoniaca ob datam, & receptam pecuniam, & quamuis dictus R. Boggius ignoraſſe proteſtaretur, fuiſſe datam dicto reſignãti pecuniam aliquam; nihilominus adhuc teneretur ad relaxationem beneficij, ſiue dimiſſionem, ſecundùm dicta per Couar. in c.peccatum par.2.§.2.num.8.de reg. iur.in 6.

Sed de hoc fuit plenè diſcuſſum infra in tertio libro Reſolutionum criminalium.

ARGVMENTVM.

An Clerici collectari poſſint pro bonis patrimonialibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt collectari pro bonis patrimonialibus. Et num.2. & 7.*
3 *Conſtitutio quando tollatur per non vſum. Et num.4.*
5 *Ad hoc, vt Clericus poſſit collectari in cauſis neceſſariis, plura requiruntur.*
6 *Conſtitutio eſt ita interpretanda, vt minus lædat ius commune.*
8 *Interpretatio in dubio fit contra collectam, vti rem odioſam.*
9 *An peccent Clerici vendendo frumentum carius, quam ſit taxa Principis ſæcularis, remiſſiuè.*

RESOLVTIO XCVII.

IN cauſa ſolutionis collectarum vertente inter Clerum Maceratenſem ex vna, & Sindicũ, ſiue Agentẽ dictæ

ciuitatis ex altera, fuit reſolutum, di-
1 ctum † Clerum non teneri ad ſolutionem collectarum pro eorum bonis patrimonialibus. cap. quamquam de cēſ. in 6. Felin. in cap. qualiter, & quando numero 2. de iud. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 21. vbi dicit, dicta bona, vti acceſſoria perſonę, gaudere priuilegio bonorum Eccleſię.

2 Quod pręſertim firmandum † dicebatur, cum ad fauorem dicti Cleri concurreret poſſeſſio, ſeu quaſi etiam immemorabilis non ſoluendi dictas collectas. Natt. conſ. 627. Crau. conſilio 111. per tot. Lud. deciſione Peruſin. 3. numero 1. cum ſequent. latè Non. conſ. 47. num. 1. cum ſeq. Put. deciſ. 1. num. 4. part. 1.

Nec obſtare, fuit dictum, Conſtitutionem fœlicis recordationis Pij Papę V. quę eſt xj. in ordine Bullarij, & quę diſponit, Clericos Maceratenſes teneri pro bonis patrimonialibus ad ſolutionem onerum, tàm impoſitorum per R. C. A. quàm per dictam Vniuerſitatem ex cauſa publicæ vtilitatis, & commoditatis.

3 Primò, quia licèt † conſtitutio non tollatur per non vſum, ſed oporteat dari contrarium vſum, vt abrogetur. Put. d. deciſ. 1. numero 4. Caputaq. deciſ. 220. par. 1. Felin. in c. 1. numero 14. de treg. & pace. Benintend. deciſ. 13. numero 9.

4 Nihilominus † tollitur, quando nō vſus habet in ſe contrarium vſum, & & actum. Abb. in c. Ioannes numero 6. de cler. coniug. Felin. in d. cap. 1. numero 15. Roland. conſ. 5. numero 72. vol. 1. Crau. in d. conſ. 3. numero 5. Caſtr. in l. de quibus. numero 10. ff. de legib. Et in pręſenti caſu dictus non vſus habebat in ſe contrarium vſum, ex quo à die dictę Conſtitutionis vſque in pręſentem diem fuerunt ſolutę collectę in dicta ciuitate diuerſis de cauſis publicam vtilitatem concernentibus, & tamen clerici nunquam eas perſoluerunt, quod, cum pars aduerſa fateretur, dicebatur, non egere alia probatione, iuxta dicta per Caputaq. in deciſ. 203. num. 4. par. 3.

Secundò, Nam, Aut agitur de oneribus Cameralibus; Et tunc, ſuppoſito ad iſtorum ſolutionem clericos teneri, adhuc tamen non poſſent cogi, ex quo pro ſolutione illorum impoſuit dicta Vniuerſitas Gabellam Molendini frumentarij, quam ſoluunt etiam clerici dictę ciuitatis, aliàs duplici onere pro eadem re grauarentur, quod iura abhorrent. Crau. dict. conſil. iij. numero octauo. & facit l. nauis. §. cum autem. ff. ad legem Rhod. de iactu.

Aut agitur de aliis oneribus impoſitis per dictam Vniuerſitatem ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis; Et pariter dicti clerici † non poſ- 5
ſent compelli ad eorum ſolutionem, niſi tria neceſſariò probarentur, nempe quòd cauſa concerneret communem vtilitatem vz laicorum, & clericorum; quòd illa eſſet immediata; & burſa laicorum non eſſet ſufficiens de per ſe, c. non minus, & c. aduerſus. de immunit. Eccl. Nat. conſilio 280. numero 6. conſil. 418. num. 2. Rolan. conſil. 5 num. 52. vol. 1. Oſaſch. deciſ. 68. nu. 10. & deciſione 122. numero 3. Caualc. deciſ. 27. num. 21. & deciſ. 44. num. 100. par. 1. Bart. conſ. 180. Abb. conſ. 9. vol. 1. Rolan. conſ. 57. numero 46. volum. 1. Et tunc per Iudicem Eccleſiaſticum, non autem ſęcularem, eſſent compellendi clerici. cap. 1. de immun. eccl. in 6. Natt. conſilio 27. numero 1. conſil. 63. num. 9. conſ. 203. num. 7. & conſil. 380. num. 16. Oſaſch. d. deciſ. 68. numer. 20.

cum

cum ſeq. Felin. in c. Eccleſia ſanctę Mariæ n. 106. de conſtit. & vide Azor. in tit. mor. lib. 5. cap. 13. quęſt. 8.

Et dicta conſtitutio dicitur intelligenda, verificatis ſemper dictis tribus
6 qualitatibus; Tum quia † quælibet conſtitutio eſt ita interpretanda, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit. l. 2. C. de non al. c. cum dilectus. de conſuetud. Soc. ſen. conſ. 38. numero 3. volum. 1. Tum quia aliàs ſequeretur,
7 quòd † clerici poſſent ad libitum laicorum collectari, quod iura humana, & diuina abhorrent, præſertim ſtante odio laicorum in clericos, c. laicos 2. quæſt. 7. c. clericos de immunit. eccleſ.

8 Tum quia † in dubio fit ſemper interpretatio contra collectam, vti rem odioſam. Corn. conſ. 199. col. 4. lib. 1. Crau. d. conſ. 3. num. 26.

Nec ob id redderetur dicta Conſtitutio eluſoria, cum illa inſeruiuiſſet pro licentia Sanctiſſimi Domini Noſtri, quæ requirebatur, etiam ſi illa tria verificarentur, ſecundùm Caualcan. deciſione 44. numero 100. par. 1. & deciſ. 37. numero 76. par. 2. & ibidem numero 77. dicit, quòd aliàs incurreretur excommunicatio, & vide Bald. in l. ad inſtructiones num. 2. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Et ex his colligitur, non eſſe ſequendam opinionem Vinc. de Franc. in deciſ. 9. par. 1. dum tenet, clericos non eſſe omninò exemptos à legibus Ciuilibus, cum ſint Ciues Reipublicæ, & proinde teneri parere legibus Principis, quatenus ſpectant ad pacem, & tranquillitatem Reipublicæ.

Nam veritas eſt, Clericos eſſe de foro eccleſię. cap. cum non ab homine de iud. l. decernimus. C. de epiſcop. aud. latè Surd. conſilio 2. numero 14. vol. 1. & eis competere immunitatem à iuriſdictione ſęculari de iure diuino. Farin. de inquiſit. quęſt. 8. numero 2. & 3. vbi dicit, neque valere conſuetudinem in contrarium, quod latiſſimè etiam firmat Azor. inſtit. mor. lib. 5. cap. 12. per totum.

An autem † peccent Clerici mortaliter vendẽdo cariùs frumentum, quàm 9
ſit taxa Principis, eſt videndus Couar. var. reſolut. lib. 3 c. 14. Sot. in 4. ſentent. diſt. 25. quęſt. 2. art. 2. col. 4. & Azor. in d. c. 12. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Enumerantur aliquot cauſæ, ex quibus Emphyteota cadit à iure ſuo.

Item, An ſucceſſor poſſit declarare caducitatem incurſam tempore prædeceſſoris ſui.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus eſt competens in laicum, quando agitur de bonis Eccleſiæ.*

2 *Filius illegitimus an ſuccedat in Emphyteuſi eccleſiaſtica.*

3 *Emphyteuta tenetur oſtendere inſtrumentum inueſtituræ.*

4 *Caducitas incurritur negando rem eſſe emphyteoticam.*

5 *Item per alienationem rei irrequiſito domino.*

6 *Probatio maxima eſt ocularis inſpectio.*

7 *Caducitas incurſa tempore prædeceſſoris quando poſſit declarari à ſucceſſore. Et num. 8. & 9.*

10 *Caducitas non declarata contra auctorem, an poſſit declarari contra ſucceſſorem. Et num. 11. & 12.*

13 *Caducitas quando cenſeatur remiſſa*

ob receptionem Canonis. Et num. 14.& 15.
16 *Pactum luendi,& redimendi quando excuſe: à caducitate.*
17 *Poſſeſſio trãsfertur vera ex cõſtituto.*
18 *Caducitas quando incurratur in totum ex alienatione partis rei.*
19 *Fructus an ſint reſtuendi à die incurſæ caducitatis,vel declarationis.*

RESOLVTIO XCVIII.

IN cauſa caducitatis domus emphyteotice vertente inter Reu.capellanos S.Iacobi,& S.Ambroſij ex vna,& R.Ioãnem,& fratrem laicum de Butiis ex altera, controuertebatur principaliter de tribus.

Primo, An D. Vicarius Epiſcopalis Papiæ eſſet iudex competens, ex quo conueniebatur etiam laicus.

Secundò, An eſſet concedenda familia dictis capellanis pro expulſione partis, & apprehenſione penſionis dictæ domus.

Tertiò, An dicta pars teneretur reſtituere fructus perceptos à die incurſæ caducitatis,vel potius à die declarationis

In primo fuit reſolutum, D.Vicariũ eſſe iudicem omninò competentem.

1 Primò, cum † ageretur de bonis eccleſiæ.c.ſi clericus,& ibi Doct. de foro compet.Caualc.decif.2.n.23.par.2.Berret. conſ. 8. n.3. & ſupra dictum eſt in Reſolutione xlviij.

Secundò,nam dictus R.Ioannes, vti clericus,trahebat ad ſe dictum ejus fratrem laicum.Menoch. de adip. poſſeſſ. remed.4.num.475.Aufrer. in clem.vt clericorum not. 3. num.21.cum ſeq.de off. ord. & in tract.de pot.eccl. num. 106.Marant.de ord iud.par. 4. verſ.ſæculare, n.21.cum ſeq.vbi ampliat, etiã ſi plures eſſent laici, quam clerici. Felin.in cap.1.num.6.de præſumpt.& latè Farinac.de inquiſit. quæſt. 8.nu.151. cum ſeq.

Tertiò dicebatur, dictum fratrem laicum eſſe illegitimum,qui † nõ ſuccedit in bonis eccleſiæ conceſſis in emphyteuſim, etiamſi eſſet legitimatus, Clar. in §. emphteuſis, quæſt.31. Magon.deciſ.Lucen.10.Corbul.de emph. in rubr.de cau.priu.ob lin. finitam nu. 53.& 70.Rot. Rom. in nouiſſim. deciſione 474.numero 1.part.1.Pariſ.conſ. 71. numero 43. lib. 3. Ruin. conſil.36. numero 18.libr.1.Franc. Becc.conſil.3. num. 16. Gabr.conſil.83.& 84.volum. 2.Rot.Rom.in nouiſſim.deciſion.214. part. 2. Et inſuper etiam ſi conceſſio præfata fuiſſet facta cum clauſula; pro ſe,& quibus dederit; Gabr.in d.conſ. 83.num.7.cum ſeq. 2

Quod hodie tranſit ſine difficultate, ſtante conſtitutione Pij V.reuocatoria omnium facultatum legitimandi baſtardos ad ſucceſſionem in bonis eccleſiæ,quam, ſatis eſſe, fuiſſe publicatam in Vrbe,voluerunt Nauar.de conſtit. conſil. 1. numero 19.lib.1.Put. deciſ. 281. par. 1.Gabr.in d.conſ.83.& conſil. 178. numero 54.cum ſeq.lib.2. & tenuit Rot. Roman. in vna Papien. bonorum infra impreſſa; Præſertim, quòd in ea agitur de reuocatione facultatis conceſſæ ab eodemmet Papa. Pariſ. conſ. 112.numer. 30.lib.4.Surd. conſ.136.num.51.

In ſecundò fuit reſolutum ad fauorem dictorum capellanorum,ob caducitatem incurſam,pluribus de cauſis.

Prima cauſa fuit,cũ pars requiſita † ad oſtendendũ inſtrumentum inueſtituræ non curaſſet oſtendere,quinimò negauerit extare inueſtiturã aliquã.Iaſ.in l. ſi legatã.n.10.ff.de edẽ.Ab.cõſ. 77.n.1. volum.

volum. 1.Natt.conſ.3. numer.9.& poſt alios Corb.dict.tract. in rubr.de cau. priuat. ex eo, quòd emph. non oſtend.

4 Secunda fuit cauſa, dum pars † expreſsè negauit in actis, domum controuerſam eſſe emphyteoticam. Grat. conſ.93.num.30.volum.1.Rol.conſilio 88.num.4.volum.4.latè Corbul.dict. tract.de cau. priuat. ob mendacium. num.2.cum ſeq.

Et tamen de emphyteuſi conſtabat, tam ex canonis ſolutione per annos 20.Pariſ.conſ.77.numer.42.volum.3. latè Menoch.de præſump.lib.3. præſ. 111.num.1. quàm ex confeſſione iudiciali partis in depoſito facto: Cæterùm nulla de iure maior eſt probatio, quã proprij oris confeſſio. vulg.l.generaliter. C.de non numer.pecun. & cap. per tuas. de probat. Cæph. conſ.192. num.8.volum.2.

Nec potuit dicta pars excuſari ex eo, quòd id negaſſet ignoranter, & proinde ceſſaret dolus requiſitus pro amiſſione iuris ſui, ſecundùm Iaſ.in l.1.nu.86.C.de iu.emph. Rimin. iun. conſ.382.numer.92.volum.4.Theſau. deciſ.50.numer.4. Corbul. in d.rubr. de cau.priuat.ob mend.nume.12.Præcipuè cum hæc ignorantia eſſet facti. Farinac.de pœnis temp.quæſt. 89.numer.64.

Quia ex dicto depoſito, & aliis deductis in proceſſu ſatis conſtabat de ſcientia.l.cum hæres.ff.de diu. & tẽp. præſcript.Crau.conſ.193.num.7.Corbul.in d.rub.de cau.priuat. ob mend. numero 5. & 12. & in rubric. ob non ſolut.canon. limit.vigeſima, numero decimo.

Quinimò dicebatur, in hoc caſu ſufficere dolum præſumptum, vt tentum fuit in ſimili per Menoch. de recup. poſ.remed.13.numero ſexageſimotertio, & faciunt dicta per Farinac.quæſt. 88.num. 20.

Fuit tertia cauſa, etenim pater ſupradictorum de Butiis † alienauerat 5
ſtabulum, & cameram vnam dictæ domus Venerabili Conſortio S. Syri Papiæ, irrequiſitis dictis Capellanis l.fin.Cod.de iur.emph. Corbul.dicto tract.in rubr.de cau.priuat.ob alienat. Nauar.de cenſ.conſ.3.numer.1. libr.3. Theſau.deciſ.169. Rot. Rom. in nouiſſim.deciſ.3.num.12. cum ſequent. part.2.

Et corroborabatur, cum dicta alienatio fuiſſet facta tanquàm de re allodiali, & perſonis prohibitis de iure. Iaſ.in d.l.fin.num.125.Nat.conſ.479. num.9.& conſ.480.num.20.Corbul. in rub.de cau.priuat.ob alienat.ampl. 42.num.7.

Quòd autem dictum ſtabulum, & camera eſſet pars dictæ domus, conſtitit ex viſitatione loci, † quæ maxima 6
probatio dicitur. Afflict. deciſ.23. nu. 6.Natt.conſ.235. numer.13. late Maſcard.de proba.volum.1.quæſt.8.num. 1.& quæſt.17.numer.quinquageſimooctauo.& ex quibuſdam inſtrumentis exhibitis.

Et dum pars opponeret, caducitatem † non incurri, niſi domino volen- 7
te, & declarante. l. 2. C.de iur.emph. Benintend.deciſ.37. num.15. Magon. deciſ. Florent.70. num.1. Surd.deciſ. 57.nu.16.& deciſ.194.num.7. Caſſad. de loc.& cond.deciſ.2.Caputaq.deciſ. 155.num.3.& deciſ.301.par.1. Rot.Ro. in nouiſſim. deciſ.28. num.1.& 6.vbi ampliat.par.2.

Vel ſaltem tacitè declarante, ſecundùm Benintend. deciſ.4. Caſſad.in d. deciſ.2.numero quinto.Magon.deciſ. Florent. 76. numero vigeſimoſecundo.Caualc.deciſ.31. numero 247. par. 2.Gabr.conſil.66.numero 42.& conſ.

67.num.16.volum.2. Corbul.de cau. priuat.ob non ſolut. canon. ampl.45. num.11 & 17.

Prædeceſſores autem dictorum Capellanorum non declararunt caducitatem incurſam eorum tempore, vnde non poteſt modo à dictis Capellanis ſucceſſoribus declarari. Non.cõſ. 2 num.49.& conſ.14.numer 3.Franc. Becc.conſ.104.num.7.Honded.conſ. 55 numer.19 Gabr.de iu.emph.lib 3. concl.3.Oſaſch.deciſ.32. Caſſad de locat.& cond.deciſ.4.Caputaq.deciſio. 155.num.4.par.1.

Fuit explicatum, Primò, aſſumptum
8 † non procedere, quoties prædeceſſores ignoraſſent alienationem, ſecundùm Honded.in d.conſ.55.n.91. Gab. conſ 67.numero 10.volumi.2. Franc. Becc.conſ.9.num 11. Maluaſ.conſ.101. num.16. Caualc. deciſ.43. numero 11. part.1.

Præſumitur autem ignorantia in dictis prædeceſſoribus, cum alienatio ſit quid facti, & facta non præſumantur. l.verius.ff.de prob. l.in bello. § factæ. ff.de cap & poſtlim. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.1.num.2. Corbul.in d rub.de cau priuat.ob alien.quæſt.4. numer.1. Præterea non eſt veriſimile, quòd dicti prędeceſſores ſcientes non declaraſſent caducitatem, & litẽ mouiſſent pro recuperatione bonorum ad effugiendum periurium, & pœnas traditas per S. Conc. Trid.de reform. ſeſſ.22.cap.fin.

Secundò fuit replicatum, ſucceſſo-
9 res † præfatos potuiſſe licitè declarare, cum in inueſtitura cõtineretur pactum, quòd res ipſo iure, & facto caderet in commiſſum. Caualc.in d.deciſ.43.num.11.14.& 50.vbi teſtatur de magis communi. Corbul.in d rub.de cau.priuat.ob alien.ampl.10.nume.1. cum ſeq.

Dum iterum pars obiiceret, caduci-
tatem † non declaratam in vita em- 10
phyteutæ, non poſſe declarari contra eius ſucceſſorem. Non.conſ 2.nu.49. Gabr.conſ.67.num.7.volum.2.Honded.conſ.2.num.52.& conſ.55.numer. 94 Bero. conſ.98. num.27. volum.1. latè Corbul. d.rubr.de cau. priuat.ob non ſolut.can.ampl.45. num.17. Benintend.deciſ.37.num.17. Oſaſch.deciſ 32.num.6.Caualc.deciſ.130.n.130. par 2.Caſſad.de locat.& cond.deciſ 2. cum duabus ſeq.Magon.deciſ.Floren. 69.nu 11.Caputaq.d.deciſ.155.num.4. Burſat.conſ.447.num 6. vbi teſtatur de communi volum.4.

Fuit reſponſum primò, obiectionẽ
†non procedere hic, cum ob ignoran- 11
tiam non fuerit caducitas declarata in vita auctoris Maluaſ. conſ.101.num. 16.Miſing.obſer.97.cent.3. Fr. n.Bec. conſ.9. Caſſad.de loc.& cond. deciſ.2. num.7.Non.conſ.2.num.52. Gabr.in d.conſ.67.nu.10.cum ſeq. vbi nititur declarare, de cuius declaratione valde dubito, præſuppoſita ignorantia, quæ potiſſimùm attendenda eſt, ne præiudicetur eccleſiæ, & vide Honde..in d. conſ.55.num.91.

Reſponſum fuit ſecundò, neque † 12
obiectionem procedere hic, cum in inueſtitura contineretur pœna ipſo iure, & facto incurrenda. Bero.in dict. conſ.98.num.38. Grat. conſ.79. num. 26.vol 1.Franc.Becc.in d.conſ.9.Corbul.in dict.ampliat. 45.numero vigeſimoſexto.Caualc.d.deciſ.43.numero 11.& 50.Surd.deciſ. 29. numero duodecimo.

Inſuper dum proponeretur † re- 13
miſſio caducitatis ob receptum canonem per tot annos à dictis Capellanis. Bero.conſ.118.num. 2.volum.1. Paul. de Monte Picò.conſ.8. num.8. Gabr. conſ. 66. numer. 54. cum ſequent. & conſ.

conſil.75.num.1.vol.2. Corbul.d.rub. de cau.priu. ob non ſol. can. limit.21. Menoch.de præſumpt. lib.3. præſ.112. num.1.cum ſeq.Caualc.deciſ.25. num. 11.par.5. Magon. deciſ. Florent. 145. num.14.& deciſ.Lucen.35.num.7.Afflict.deciſ.174.num.3. Surd. deciſ 6. numer. 7. deciſ.181. numero 1. & deciſ.317.

Fuit dictum primò, dictos Capellanos ignoraſſe caducitatem incurſam,
14 dum receperunt canonem, vnde † non dicitur inducta remiſſio aliqua, ſecundùm Iaſ. in d.l.2. num.125. Menoch.in d.præſ.112 num.15. Corbul.in d.rubr. de cau. priu. ob non ſol. can. lim.40. Benintend. deciſ.37. num.21. Magon. deciſ. Lucen.35. Surd.deciſ. 203. num.20. Rot.Rom. in nouiſſim. deciſ.280.par.1.

Quam ignorantiam præſumi, firmauit expreſsè Bero. conſil. 116. numero 13. & conſilio 117. num.5. volum. 1. Corbul. in d. rubr. de cau. priu. ob non ſol. can. limit. 21. numero 14.

15 Secundò, qui receperunt † canonem, non habuiſſe ſpeciale mandatum, quod requirebatur, ſecundùm Dec.conſil.329. num.3. Pariſ.conſ.86. num.17. volum.4. Menoch. in d.præſumpt.112. num.16. Maſcard. de probat.volum.1.concl.252. num.16. Maſcard.de probat. volum. 1. concl.252. num.12. Caualc.in d. deciſ.43. nu.46. Surd.deciſ.221.num.3.& 18.

Tertiò fuit allegatum, adhuc poſſe dici de nullitate,præſertim per ſucceſſorem,ſecundùm Io.Bapt.Ferr.conſil. 248.num.27.

Quartò addebatur pro reſponſione, quòd, cum dicta domus fuerit alienata,& vendita perſonis prohibitis, non potuerit induci tacita remiſſio caducitatis,cum nec expreſſim valuiſſet remitti. Clar. in §.emphyteuſis,quæſt. 22.Bero.conſ.122.num.1. vol.1. Grat. conſ.80.num.1.volum.1. Corbul. in d. rubr.de cau.priu.ob alienat. ampl.10. num.7.& ampl.12.

Facitque maior enim eſt virtus expreſſi,quam taciti.l.expreſſa.ff.de reg. iur.l.nonnunquàm.ff.de cond.& dem. Crau.conſil 34.num.3. Surd.conſil.10. num.24.cum ſeq.vbi plura cumulat.

Nec dubitandum eſt,eccleſiam connumerari inter perſonas prohibitas à iure in ſimilibus,ſecundùm Iaſ.in l.cū dubitabatur,n.9. C.de iu.emph. Natt. conſil.491.num.3.Bero.conſi.93.num. 56.vol.1.Corbul.d.tract.in rub.de cau. priu.ob mortem ciuilem.per totum.

Vlterius, dum allegaretur pactum luendi,& redimēdi appoſitum in contractu alienationis.

Fuit replicatum, dictum † pactum nō excuſare à caducitate pręfata. Curt. Sen.conſil.8.volum.1. Paul.de Monte Pico. conſil.79.nu.9. vbi ampliat, etiamſi recuperaſſet rem alienatam. Corbul. d.rubr. de cau.priu.ob alien. ampl.27.& 29. & in rubr.de cau.priu. ob non ſol.can.lim.38. 16

Dum præterea diceretur, venditorem domus remanſiſſe in reali poſſeſſione illius poſt ipſam venditionem, licèt conſtitnerit, ſe poſſidere nomine dicti Conſortij.

Fuit replicatum, hic conſtitiſſe de vera traditione rei, Tum ob illa verba,dedit, tradidit, &c. Corbul. in d. rubric. de cau.priu. ob alien. limit.38. num.3.

Tum quia dictus alienās recepit poſtea in emphyteuſim perpetuam dictam domum ab eodem Conſortio.

Addebatur, ex clauſula † conſtituti transferri veram poſſeſſionem, & dominium vtile. Clar.in d.§.emphyteuſis. quęſt. 13. Corbul. in d.rubric. de 17

2 tro res non eſſe vendita, & † propter ea pro retrouenditione non debet ſolui laudemium. Redoan. de reb. eccl. non alien. quæſt.66. de laudem. num. 9.cum ſequen. Iaſ. in l. ab emptione. num.7.cum ſeq.ff.de pact. Maſuer.in praxi. titul. de locat. & iure emphyt. num. 2. & tit.de empt. & vend. numer 16.

3 Primò,quia, pro † retrouenditione deberi laudemium, tenuerunt graues Doctores, vt Cagn. in l.2. quæſt.82. C. de pact. inter empt. Tiraq.de retr. conuent. §. 6. num. 19. quem refert Theſaur.deciſ.75.num.3.

Secundò,ſuppoſito non deberi laudemium, Tamen non ſequitur, quin non dicatur alienatio; Et in contractu inito cum pacto dandi rem Eccleſiæ, vide Bero. in c. nulli. col. 12. de reb. eccl. non alien. Redoan. d. quæſt.2. cap.45. incip.nomine item alienationis.num 2.

Præſertim ſtantibus verbis generalibus extrauag.ambitioſæ.Quod con-
4 firmatur, nã † receptio ſolutionis dicitur alienatio. l.qui hominem. §.qui Titium.ff.de ſolut.Bal.in l.vero. ff.de ſolut. Redoan.d.quæſt.2.cap.11.incip. nec non recipere.num.1.cum ſeq.

5 Minus obſtat, quòd † in fundatione dicatur,vineam poſſe redimi ex pacto, & in eo caſu pecuniam eſſe implicandam, & ſic, cum id fiat ex voluntate fundatoris, non requiri aliquam ſolemnitatem, dicendum eſt, ſicut dicitur de teſtatore concedente licentiam alienandi, vt per Soc. ſen. conſil. 48. num.4. cum ſeq. & conſil.53. num.16. vol.1.& dictum fuit aliàs.

Quia præſens caſus eſt diuerſus ab illo teſtatoris, cum hic agatur de bonis Eccleſiæ. Præterea in contractu nunquàm cenſetur excepta auctoritas iudicis requiſita de iure.

Secundò principaliter allegabatur, nam ille, qui † ſoluit pecuniam Eccleſiæ, vt benè ſit tutus, debet ſoluere de auctoritate Ordinarij. argum.l.ait prætor.§.1.ff.de min. l.ſancimus. & l. pen.C.de admin.tut. Redoan. de reb. eccl.non alien.q.20.rubr.de cauſa vtilitatis.num.213.cum ſeq.quod non fuit factum à d.Ambroſio. 6

Tertiò, quandoquidem dicta pecunia ſoluta non fuit inueſtita in tot bonis ſtabilibus, quæ perpetuò remanerent pro capella,ex quo fuit in emptione appoſitum pactum de retrouendendo quandocúmque, & ſic, cum non † fuerit ſeruata forma tradita in venditione, actus corruit. l.cum hi.§.ſi prętor.ff.de tranſact.l.traditionibus.C.de pact. 7

Quartò, nam pecunia redacta † ex retrouenditione vineæ dicebatur res ſtabilis eccleſiæ, & ideo videbatur, non poſſe implicari ſine conſenſu Epiſcopi. Alex. in l. ea demùm. C. de collat. ſed vide Redoan. in d tract. quæſt.6. rubr.de alien. illarum rerum &c. num.24. cum ſeq. vbi firmat, veriorem eſſe opinionem, dictam pecuniam dici rem ſtabilem, quod idem firmant Doct. omnes in d. l. ea demùm. 8

Quintò,nam,ſuppoſito,dictumAmbroſium fuiſſe liberatũ per ſolutionẽ, tamen cũ pecunia non fuerit verſa in vtilitatem Eccleſiæ, vt infra dicetur, ſaltem competit † Eccleſiæ reſtitutio in integrũ l.1.C.ſi tut.vel cura.l.j.C.ſi aduerſ.vend. Redo. in d.q.20.rubr.de cauſ.vtilit.num.214. 9

Sextò, nam dicta pecunia fuit implicata in quadam vinea, quæ poſtea fuit corroſa à flumine Padi, vnde contra formam fundationis,quæ vult, vt perpetuò remaneret. Quæ † forma erat implenda ad vnguem. l. Iu- 10

lianus.§.offerri. ff.de act.empt. Becc. conſ.45 num.6 & non ſolùm pro prima vice, ſed etiam aliis vicibus, ſtante illa clauſula, vt perpetuò remaneant. Abb.in cap.vt ſuper num.11. de rebus eccl.non alien.Rim.iun.conſ.348.nu. 12.lib.3.Rota Macerat.deciſio.50. numero39.

Necnon contra ius, ex quo non cõſtat de verſione in vtilitatem Eccle-
11 ſiæ, cum ✝ conuerti tunc dicatur pecunia, quando conuertitur in rem Eccleſiæ duraturam. l.1.cum ſeq.ff.de impenſ.in reb.dot.fact.cap.quòd quibuſdam.de fideiuſſ. Redoan.de rebus eccl.non alien. quæſt.56. cap.2. incip. poſſet dubitari.numer.9.& verſ.item aduerte. numero 16.fol.327. & quòd contrahens cum Eccleſia debeat eſſe ſollicitus in conuerſione pretij in vtilitatem Eccleſiæ.Rom.conſ.440. numero 5.Bald.in authẽ. hoc ius porrectum. numero ſeptimo. C. de ſacroſ. eccl.vide Maſcar.de prob.concl 1160. libro 3.Rota Macerat. d.deciſ.50. numero 9.

Nec facit, quòd à principio pecunia fuerit conuerſa in rem ſui natura perpetuam, licèt poſtea perierit caſu fortuito, videlicet ex corroſione fluminis.arg.l.ſed an vltra §.1. ff.de negot. geſt.Redo.in d.q.56.cap.2.numero3. cum ſeq.

Quia d. corroſio non dicitur caſus fortuitus verè, cum poſſet præuideri, ſtante proximitate fluminis, & illius potentia notoria.

Septimò, nam venditio facta à Io.
12 Petro videbatur ✝ ſimulata, & nulla. Tum quia interuenit modicitas pretij, cum pacto de retrouendendo. latè Pariſ.conſ.82. numer.36.cum ſeq.volum.3. Tum quia dictus Io.Petrus remanſit in poſſeſſione d.vineæ, & Capellanus non curauit informari de rebus emptis.Pariſ.d.conſ.82.num.37.& 40.cum ſeq.

Tum quia dictus Capellanus emit à Io. Petro cum pacto concedendi vineam eidem in emphyteuſim perpetuam, ſicut legitur ex inſtrumento inueſtituræ, prout eadem die, loco, & teſtibus fuit facta dicta conceſſio.

Pariter dicebatur nulla inueſtitura facta dicto Io.Petro; Tum quia facta ſine ſolẽnitatib. iuris, vt patet ex inſpectione eiuſdem: Tum quia dictus Ioannes Petrus ✝ erat conſanguineus 13
d.Capellani.cap.quiſquis.12.q.2.auth. quibuſcumque modis. C.de ſacroſan. eccl.Redoan.d.tract. quæſt.3. rubr.de rer.eccl.alien.num.41.& 63.quæſt.12. rubr.de immob.rerum.num.29.q.54. incip.dixi aliquid ſparſim.num.1.cum ſeq.in verſ.ſed ſi locatio. num.10.fol. 338.Put.deciſ.2.par.1.& ratio eſt, quia
✝ præſumitur fraus, & læſio propter 14
intereſſe ſanguinis.Abb.in c.vt ſuper. numer.18.de reb.eccl.non alien. Rot. Roman.in nouiſſ. deciſ.18. numero 5. cum ſequen.par.2. Cæſar de Graſſ. de reb. eccle.non alien. deciſ. 4. numero 24.

ARGVMENTVM.

Spoliatus an, & quando veniat reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio apprehenſa auctore prætore dicitur cum bona fide.*

2 *Spolium attentatum eſt magis odioſum ſpolio ſimplici.*

3 *Continuans ſuam poſſeſſionem non attentat. Et num.4.*

5 *Poſſeſſio non acquiritur ſucceſſori abſque actuali apprehenſione. Et num.6.*

7 *Spolium*

conſil.52.lib.7. Pariſ. conſil.171.num.5. lib.4.Natt.conſi.498.ſub num.20. quia ſufficit,illam fuiſſe publicatam Romæ,vbi reſidet Papa, qui eſt ſupremus Dominus.Io.Monac.in c.in generali, num.7. vbi Prob.num.4. dicit, hanc opinionem ſeruari ex conſuetudine,de reg.iur.in 6. Io.Andr.ſuper data ſent.latè Nauarr. conſil. 1. de conſtitut. num.19. & videmus in regulis Cancellariæ,quæ publicata in curia vbique afficiũt. Capell.Tholoſ. quæſt.444. Sarn. in proœmio regul. q.2.num.23. & in conſtitutione Pij V. de non admittendis reſignationibus,fuit reſolutum in cauſa Hipporegien. Canonicatus 14. Maij 1584. coram Domino Orano.

Præſertim ſtante decreto irritanti, quod etiam ante publicationem ligare ignorantes quoad nullitatem actus, licèt non quoad pœnam, tradunt Butr. & Imol.in d.c.2.cum aliis per Gabr. concl.3. de clauſulis, num.45. quorum opinionem communem eſſe dixit Rot. in cauſa Regien.Cappellaniæ Sancti Martini ſub die 17.Octobris 1578.coram D.Oriolen. qui in quodam diſcurſu dixit, Rotam ſemper ſeruaſſe iſtam opinionem, allegando Caſſad.deciſ.3. de decretis in reſeruatione.Put.deciſ.281.lib.1. Fab. deciſ.19.lib.1.vltra quòd decreto,de quo agitur,irritum decernitur quicquid ſecus, etiam ignoranter, contigerit attentari. ad notata per Gabr. d. concluſ. 3. numero 2.

Non obſtat, quòd non probetur vſus Conſtitutionis in Ciuitate Papiæ.

Quia, quicquid dixerit Mohed. deciſ.6. cuius opinionem Rota non ſeruat, ſtante eius publicatione in Curia, & impreſſione in Bullario, vſus præſumitur, donec doceatur de contrario. Dec.conſil.534.ſub num.9. Gozad.conſ.26.num. 26.Creſc.deciſ.79. Mohed. deciſio.90. Put. conſ.281. lib.1. & fuit reſolutum in cauſa Brixien. locationis v. Decembris 1594. coram Domino Penia, maximè cum decretum irritans impediat contrarium vſum. Caput. deciſ. 82. lib.3. in manuſcript.cum vulg.

Et iſte non vſus eſt ita probandus, vt deuenerit ad notitiam maioris partis populi.Bellamer.conſil.10. col.10. in fin. Aym. conſil.134. num.18. & fuit dictum in cauſa Narnien. legati 30. Octobris 1570. coram Domino Seraphino, in qua cauſa ſub die 16. Ianuarij 1572. dixerunt Domini, præſumi obſeruantiam conſtitutionum, & requiri ad probandum contrarium vſum, quòd actus, quibus contrarium probatur, habuerint effectum, & fuerint obtenti in iudicio contradictorio.Hier.Gabr.conſ.84. num.6. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt, etiam cum pacto retrouendendi, ſine debitis ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Retrouenditio eſt alienatio.*
2 *Laudemium an debeat ſolui pro retrouenditione. Et num.3.*
4 *Alienatio an dicatur receptio ſolutionis.*
5 *In alienatione quando requiratur ſolemnitas.*
6 *Soluens pecuniam eccleſiæ debet ſoluere auctoritate Ordinarij.*
7 *Forma non ſeruata, actus corruit.*
8 *Pecunia quando dicatur res ſtabilis.*
9 *Reſtitutio in integrum eſt concedenda eccleſiæ læſæ.*
10 *Forma fundationis eſt adimplenda.*

domus non poſſet optari per aliquem ex Capitulo d. Eccleſiæ, ſed remaneret ſemper pro vſu, & habitatione Canonici, & coadiutoris Curati.

Fuit replicatum primò, dictas oppoſitiones non ſolùm reſpicere peti-
12 torium, ſed † etiam indigere altiori indagine; vnde non veniunt admittendę in hoc iudicio poſſeſſorio. Gabr. de reſt ſpol. concl. 1 num. 45. Contard. in l. 1. lim. 2. §. 4. C. ſi de mom. poſſ. Rol. conſ. 6. nu. 49. vol. 3. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. num 239 Turret. conſ. 1. num. 8. & conſ. 50. nu. 1. lib. 1. maximè quoad retardandam reſtitutionem. Lancell. d. par. 2. cap. 24 quæſt. 1. num. 62. & 80.

Et oppoſita in meritis per dictum Cataneum requirere altiorem indaginem, deducebatur apertè. Nam primum obiectum tollebatur; Tum quia non plenè conſtitit, dictam domum inſeruire debere pro curatis; & ſtatutum dictæ Eccleſiæ non loquitur de domo, ſed de prębenda erigenda in coadiutoralem; & domus, & præbenda ſunt inter ſe diſtincta, cum ſeorſum optentur: verba autem ſtatuti ſunt ſtrictè intelligenda. Cęph. conſ. 159. num. 27. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 309. num. 3. par. 1. Bellam. deciſ. 63. Imò exhibebatur optio Raynoldi Canonici, qui aliàs optauerat dictam domum vti ſimplex canonicus; Tum quia d. Loriolus apprehēdit poſſeſſionem dictę domus pacificè, vnde non tenebatur aliquid probare.

Secundum obiectum nullitatis pariter tollebatur, Nam quoad nullitatem ex capite non dimiſſionis alterius domus dicebatur, in iure non reperiri cautum, vt canonicus optare volens domū, teneatur ſtatim aliam
13 dimittere, & de † natura optionis eſt, vt vnus poſt alium optet, ſeruata anterioritate. Rot. Rom. in nouiſſ. in deciſ. 411 nu. 1. par. 1. Et inſuper Loriolum ſemper proteſtatum fuiſſe, ſe dimiſſurum domū aſſecuta tamen prius poſſeſſione pacifica domus optatę, quæ proteſtatio maximè operatur. vulg. iurib. & doctrinis.

Nullitas verò ex capite decreti d. Archepiſcopi tollebatur; Tum quia nō conſtitit de d. decreto formiter; Tum quia per dictum Cataneū non fuit probata identitas domus nominatę in d. decreto. Crau. conſ. 198. nu. 4. Ruin. conſ. 141. nu. 4. vol. 5. Maſcard. de prob. concl. 874. num. 11. vol. 2.

Coadiuuatur hæc prima replicatio, nā ſaltē ex prædictis inducitur † du- 14
bietas, quę tollit, ſiue obtinebrat notorietatem allegatam. Lancell. d. par. 3. cap. 24. quæſt 1. num. 89. Surd. conſil. 188. num. 14. & 16.

Replicatum fuit ſecundo loco, fundamentum partis verum eſſe ſolùm notorio non iure reſultante ex confeſſione. latè Lancell. d. par. 3. c. 24. quæſt. 1. nu. 64. cum ſeq.

Sed in hoc non eſt inſiſtendum, vti periculoſum reſponſum.

Tertiò fuit replicatum, dictum Loriolum intentaſſe officium iudicis etiam in hoc ſpolio, vt ex petitione colligitur, quo ſtante non admittitur
exceptio † defectus tituli, etiamſi a- 15
geretur de beneficialibus. Menoch. de recuper poſ. remed. 17. num. 32. Lancell. in d. par. 3. cap. 24. quæſt. 1. num. 15. cum ſeq. Quinimò, cum dictus Loriolus produxerit ſuum titulū, videlicet optionem ad colorandam eius poſſeſſionem, multò minus poteſt obijci contra titulum. Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. num. 334. cum ſeq. & de recup. poſ. remed.

15. num. 463. & tollitur omninò illa difficultas, An in beneficialibus ſit coloranda poſſeſſio, vt per Lancell.in d. par.3. cap.24.quæſt.1.num.17.Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ.190. num. 1. par.2.

ARGVMENTVM.

Quando dicatur concluſum in cauſa.

Item, An ſolutio facta per vnum emphyteotam proſit alteri.

Item, An, emphyteota bannito,& eius bonis confiſcatis, res dicatur deuoluta.

SVMMARIVM.

1 *Concluſum in cauſa quando dicatur. Et numero.3.*
2 *Iudex debet eſſe pronus ad probationes admittendas.*
4 *Concluſio in cauſa claudit os litigantibus.*
5 *Contumacia eſt accuſanda in actis.*
6 *Solutio facta ab vno emphyteuta an proſit alteri. Et num.8.9.*
7 *Emphyteuta bannito, & eius bonis confiſcatis, res emphyteuta reuertitur ad dominum.*
Et quando num.10.11.12.13.14.& 15.
16 *Fideicommiſſum poteſt fieri ſuper re emphyteutica.*

RESOLVTIO CI.

EN cõtrouerſia dom' emphyt. vertente inter R. Cerrinum Canonicũ Eccleſię Cathedralis ex vna & D. fratres de Cruce Papienſes ex altera, principaliter dubitabatur de duobus.

Primò, An eſſent admittenda capitula producta per dictos fratres,& ſuper eis teſtes examinandi, ex quo iam erat tranſmiſſa citatio ad ſententiam.

Secundò, An dictus canonicus foueret bonum ius ſuper deuolutione domus præfatæ.

In primo D. Aduocatus dictorum fratrum dicebat, dicta capitula eſſe admittenda ex duobus potiſſimùm.

Primò, nam tunc dicitur † conclu- 1
ſum in cauſa, quando nil probandum ſupereſt, vel nec de iure, nec de facto quicquam dici in ea poteſt, vt latè per Aſin. in praxi iud.§.23.c.2.

Secundò, etenim cum verſemur in foro eccleſiaſtico, in quo de bono, & æquo proceditur, & verſatur animæ
periculum, poteſt, imò debet † Iudex 2
pronus eſſe ad probationes admittendas. Aſin. in d.§.23.c.6. lim.1. num.2. cum ſequentibus. præcipuè cum iudici nunquàm concludatur in cauſa. Dec. in c. ex ratione, num. 72. de appel. Pariſ. conſ. 107. num. 101. vol. 1. Io. de Amic. conſ.6. num. 27. Crau. conſ.134. num.1. Affl. deciſ.115. num.1. Hinc probationum facultas dicitur iudici arbitraria, ſecundum Menoch. de arbit. iud. lib.2. caſ.90. num.2. Cæterùm contrarium placuit.

Primò, cum † per citationem tranſ- 3
miſſam ad ſententiam ferendam dicatur concluſum in cauſa, ſecundum Aſin. in d.§.23.c.3. Natt. conſ.251. circa finem. Rol. conſ.52. num.10. vol.4. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ.65. num. 2. licèt in fine dicat, id eſſe verum, quando dicta citatio eſſet facta vtraq; parte inſtante. Rim. Sen. conſi. 262. num 13. vol.3.

Concluſio † autem in cauſa claudit 4
os litigantibus. Bart. in l. ſi mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. Iaſ. in l. natura-

7 *Spolium vltimum eſt prius purgandum.*

8 *Spoliatus non eſt reſtituendus, ſi cecidit ex culpa ſua.*

9 *Iuri non dicitur renunciatum, niſi expreſſè.*

10 *Spoliatus non eſt reſtituendus, ſi de notorio non iure ſuo conſtat ex actis, & de notorio iure alterius.*

11 *Fundans ſe in ſtatuto debet probare qualitates illius.*

12 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio poſſeſſorio.*

13 *De natura optionis eſt, vt vnus poſt alium optet, ſeruata anterioritate.*

14 *Dubietas obtenebrat notorietatem.*

15 *Exceptio defectus tituli an in beneficialibus admittatur.*

RESOLVTIO C.

IN vna ſpolij vertente inter R. Loriolum parte vna, & R. Cataneum Mediolanen. parte altera, occaſione domus optatæ per d. Loriolum, fuit reſolutum, cum conſtaret de poſſeſſione d. Lo-
1 rioli apprehenſa † auctore prætore, & ſic cum bona fide, ſecundùm Iaſ. in l. iuſtè. num. 12. ff. de acq. poſſ. Turret. conſ. 4. num. 16. & conſ. 27. num. 2. vol. 1. Eundem, vti ſpoliatum, fore ante omnia reſtituendum. vulg. c. in literis. & ibi Doct. de reſt. ſpol. Gabr. de reſt. ſpol. concl. 1. vbi latiſſimè. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. nu. 1. Contard. in l. 1. num. 72. C. ſi de momen. poſſeſ. Rol. conſ. 1. num. 33. & conſ. 53. num. 25. volum. 1. Cœphal. conſ. 236. num. 12. volum. 2. Surd. conſ. 28. num. 29. vol. 1. Lancell. de attent. cap. 4. num. 6. par. 2. Etiamſi eſſet prędo. Gabr. d. concl. 1. num. 4. & 32. Crauet. conſ. 5. num. 8. Contard. in d. l. 1. num. 48. Menoch. d. remed. 1. num. 109.

Eò maximè, quòd dictum ſpolium dicebatur attentatum, quod † eſt ma-
gis odioſum ſpolio ſimplici, ſecun- 2
dùm Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. num. 41. cum ſeq.

Et dum d. Cataneus obijceret, ipſum non ſpoliaſſe aliquem, ſed † ſolùm ſuam poſſeſſionem continuaſſe per ſucceſſionem in beneficio. Dec. conſ. 460. num. 20. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 1. num. 6. & 31. par. 3. cap. 24. quæſtio. 23. num. 1.

Fuit replicatum primò, quod id † 4
poſſet eſſe verum, quando conſtaret de poſſeſſione d. Catanei ante litem motam, ſaltem præſumptiua, ſecundum Lancell. in d. cap. 4. lim. 1. num. 78. Natt. conſ. 706. nu. 10. Caputaq. deciſ. 125. par. 1. Non conſtitit autem ex actis de aliqua poſſeſſione vera d. Catanei, ſed benè d. Lorioli; Nec mi-
nus præſumptiua, ex quo † ſucceſſori 5
non acquiritur poſſeſſio, niſi interuenerit actualis apprehenſio. l. cum hæredes. ff. de acq poſſ. Abb. in c. 2. nu. 9. de cõſuetud. Menoch. de adip. poſſ. remed. 4. num. 82. & de retin. remed. 3. num. 829. Surd. conſ. 117. num. 7. vol. 1. Becc. conſ. 75. num. 10.

Quod verùm † eſt hic, etiamſi ex- 6
taret ſtatutum, quòd continuaretur poſſeſſio, ex quo medio tempore dictus Loriolus vigore optionis apprehenderat poſſeſſionem domus optatæ. Plot. in l. ſi quando. num. 8. cum ſeq. & num. 32. C. vnde vi. Gabr. de acquir. poſſeſ. concl 9. num. 18. & in beneficialibus Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. num. 726.

Secundò fuit replicatum, quod vl- 7
timum † ſpolium erat ex parte dicti

naturaliter.§.nihil commune.nu.109. ff.de acq.poſſeſ. Felin. in c.cum dilectus. num.19.vbi,maximè verum eſſe, dicit, in ſummariis, de fide inſtrum. Natta conſil.251. Surd.conſ.8 num.12. Maſcard.de probat. vol.1 q.6 num.131. Menoch.de arb. iud. lib.2. cent.1. caſ. 51.nu.28. cum ſequentibus, vbi dicit, id verum eſſe etiam quoad interrogationem. Maſcard.de probat. volum.1. concl.133.qui loquitur in terminis articulorum poſt lapſum terminum.

Quod confirmatur, cum pars fuerit contumax in dicta citatione,& contu
5 macia ✝ fuerit in actis accuſata, vt debebat l.properandum. §.& ſi quidem. C.de Iud.Aſin.in dicta praxi.§.17.c.3. concl.11.num.3.

Secundò,cum iam eſſent datæ quatuor dilationes in cauſa, & circa vltimam pars fuiſſet contumax, de iure autem canonico ex cauſa datur tertia dilatio tantùm. c.vltra tertiam, & ibi DD de teſtibus, quæ cauſa hic non aderat.

Ad obiecta non fuit viſum reſpondere in ſpecie, cum viderentur frinola.

In ſecundo ad fauorem dicti canonici adducebatur.

Primò, domum eſſe deuolutam ob
6 non ſolutionem canonis, & ✝ ſolutionem factam per vnum ex dictis fratribus nomine aliorum nõ prodeſſe ſine ſpeciali mandato. Corbul. de iu emph.in tit.de cau.priu.ob non ſol. can.lim.7.num.2.

7 Secundò, nam, ex ✝ homicidio patrato per Io.Baptiſtam vnum ex dictis fratribus, & confiſcatione bonorum ſuorum ſecuta, dicta domus emphyteuta reuerſa fuit liberè ad eccleſiam dominam directã.Bal.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto.in auth.niſi rogati,num.13. C.ad Trebell.& in l.ſi quis preſbyter,nu.2. C.de epiſcopis,& cler. Gabr.conſi.73. num 7. cum ſeq.vbi teſtatur de communi.volum.2.Corbul.de iu.emph. in tit. de cau. priu. ob mortem ciuilem, num.21. cum ſeq Magon deciſ.Luc.12. num.18.

Quod omninò verũ eſt hic,cũ adſit pactũ de non alienando, & obligando domũ abſq; licẽtia.Corbul.ibid.n.70.

Ad fauorem autem dictorum fratrum proponebatur,cauſas caducitatis non fuiſſe legitimas, & proinde ipſos fore abſoluendos à petitis, præſertim cum materia caducitatis, vti pænalis, videatur odioſa.

Et ad primum dicti canonici fundamentum reſpondetur.

Primò, Quòd ✝ non tantùm frater 8
poteſt ſoluere canonem nomine aliorum fratrum, ſed etiam ſi eſſent duo extranei emphyteutæ, & quilibet teneretur ſoluere portionem ſuam, ſi vnus ex eis ſolueret totam, præſumitur ſolutio facta vtróque nomine, nec ille,qui non ſoluit, emphyteuſi priuari poteſt. Bart. in l fraudari. ff de public.Iaſ.in l.2.n.59.C.de iure emphyt.

Quod ſuadetur; Tum, quia quando agitur de conſeruatione iuris realis non refert, quomodo, aut cuius nomine ſoluatur, dummodo fiat ſolutio. l. qui fundum.ff.quemad.ſer.amit.l.arboribus. §. quid tantùm. ff de vſufructu.in puncto Roman.conſil.103.nu.1. cum ſeq. Corbul.in d.tit. de cau.priu. ob non ſol.can.lim.7.nu.1.

Tum quia,ſicut vno ex pluribus emphyteutis ceſſante, vbi inſolidum eſt conceſſa res in emphyteuſim, cadit res tota in commiſſum in præiudicium aliorum, tanquàm duo rei debendi inſolidum dicantur, ſecundùm Bart.in l fin.num.6.ff.de duobus reis.in auth.hoc ita,n.19.C.eod.Bero-

conſi.120.num.2.cum ſeq. lib.1.Corbul.in d.tit.de cau. priu. ob non ſol. can.ampl.8. & ampl. 33. ita ſolutio vnius alteri prodeſſe debet. vulg.reg.l. ſecundùm naturam.ff.de reg.iur.

9 Secundò reſpondetur, id † eſſe verum in tertio ſoluente non habente ius in emphyteuſi,domino tamen recuſante recipere canonem, ſecundùm Corbul. in d. tit. de cau. priu. ob non ſolut.can. lim. 7. num.2. vbi plures citat, hic autem dominus recepit canones,& acquieuit. Corbul. in d.lim.7. nu. 1. Bero. conſ. 199. num. 9. vol.1.

Ad ſecundum reſpondetur, domum præfatam non eſſe deuolutam ad eccleſiam.

10 Primò,nam † ſicuti emphyteuſis ob ingreſſum vnius emphyteutæ in monaſterium incapax bonorum in communi deuoluitur ad alios in inueſtitura compræhenſos, ac ſi emphyteuta eſſet naturaliter mortuus. l. Deo nobis.§.1. C. de epiſcopis,& cler.pari ratione emphyteuſis, quæ propter delictum patratum confiſcari non poteſt, ad alios in inueſtitura comprehenſos redire debet, cum bãnitus habeatur pro mortuo.gloſ.in §. relegati. Inſtit. quibus mod. ius pat. poteſ. ſol.Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.1.nu. 7. ff. de verb. oblig. At ſic eſt, quod propter mortem naturalem.d. Io.Baptiſtæ emphyteuſis accreſceret alijs fratribus, ergo idem dicendum ob mortem ciuilem, in terminis. Ruin. conſi.117. num. 5. & conſi. 155. nu.12. volum.1.Corbul. in d. tit.de cau.priu. ob mortem ciuilem.nu.30.cum.ſeq.

Quod confirmatur, nam frater moriens non poteſt teſtari de portione emphyteuſis communis cum fratribus abſquè confratrum conſenſu. Bald.conſi.220.num 1.volum.5.

Præterea † ſicuti ob delictum à fratre commiſſum emphyteuſis ad eccleſiam non reuertitur,vbi filij in inueſtitura comprehenſi ſuperſint, ſed illis accreſcit.Ruin.conſil.23 num.36. vol.5.Corbul.in d. tit.de cau.priu. ob mortem ciuilem, num. 29. ita etiam de fratribus dicendum eſt ex identitate rationis. l. illud. ff. ad l. Aquiliam, cum vulg. 11

Reſpondetur ſecundò,dictum † Io. Baptiſtam fuiſſe bannitum in contumaciam, vnde emphyteuſis non reddit ad dominum. Burſ. conſil. 122.nu. 5. cum ſeq. vol.1. Corbul. in d.tit. de cau.priu.ob mortem ciuilem.nu.72. 12

Nec facit, ſi diceretur, emphyteuſim † eſſe conceſſam pluribus fratribus in inueſtitura nominatis, quo caſu cenſeretur conceſſa pro portione virili,&, vno decedẽte,alter non ſuccedit,nec habet locum ius accreſcendi. Corbul. in d. tract. in tit. de cau. priu.ob lineam finitam. nu.83. 13

Tum quia hic † agitur de renouatiua primæ inueſtituræ,quæ fuit facta vni tantùm,ſcilicet Io. Ambroſio, & filijs hæredibus,& quibus dederit,vnde inter omnes ſuccedentes in dicta emphyteuſi habet locum ius accreſcendi, ſecundùm Alex. conſ.21. num. 5.vol.5.Clar.in §. emphyteuſis quæſt. 39. verſ. ſcias. Bal.conſ.431.vol.2.Decia.conſ.73. in primo dubio lib.1. 14

Tum quia † dicti fratres fuerunt inſolidum nouiter inueſtiti, vnde habet omninò locum ius accreſcẽdi, vt latè per Corbul. in d. tit. de cau.pri. ob lineam finitam.num. 86.cum ſeq. 15

Tertiò reſpondetur, ſuper dicta domo fuiſſe factũ fideicommiſſum.& ob id non potuiſſe cõfiſcari,ſed tranſiuiſſe ad fideicõmiſſarios: Cæterùm abſolutũ eſt in iure,ſuper † re emphyteotica poſſe fideicõmiſſum fieri, ea ratione,nam

tione, nam ſicuti res emphyteotica legari poteſt, ita & per fideicōmiſſum poterit relinqui l. ſi domus. ff. de leg. 1. Bald. conſ. 70. nu. 3. lib. 2 Burſ conſ. 48. vol. 1. Ripa in l. filius fam. §. diui. num 91. ff. de leg. 1.

Quod præſertim verum eſt hic, cū agatur de emphyteuſi ſtipulata pro ſe, ſucceſſoribus, ac quibus dederit. Peregr. de fideicom. art. 6. num. 39 Menoch de præſumpt. lib. 4. præſ 197. num. 13. Graſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum. quæſt. 51. num. 4.

Doctores autem contrarium tenentes locuti ſunt, quando † fideicom-
17 miſſum veniret reſtituendum extraneo, ſecus ſi eſſet reſtituendum comprehenſis in inueſtitura, vt in caſu noſtro, nā tunc fideicommiſſum poteſt fieri ſuper re emphyteutica. Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 28. verſ. punctus eſt. & in §. feudū. quæſt. 85. verſ. item ſcias. Rim. iun. conſ. 319. num. 14. volum. 3. Vel loquuntur, quando empyteuſis eſt reſtituta ad certas perſonas, ſecus vbi eſt ſtipulata pro ſucceſſoribus, vel quibus dederit, vt hic.

ARGVMENTVM.

Carcerato quando debeantur diſtributiones quotidianæ, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio carcerati quando habeat vim abſolutionis. Et num. 2.*
3 *Sententia præſumitur lata ob non probatum crimen.*
4 *Sententia impoſitionis ſilentij an ſit diffinitiua. Et num. 6.*
5 *Silentij impoſitio importat, & parit exceptionem perpetuam.*
7 *Sententia eſt nulla, non citatis citandis.*
8 *Sententia dubia declaratur ex actis.*
9 *In delictis difficillimæ probationis nō requiruntur plenæ probationes.*
10 *Carceratio dicitur iuſta ex indicijs.*
11 *Dictio, tamē, importat reſtrictionē.*
12 *Corrigere incontinenti licet.*
13 *Interpratatio eſt facienda, vt actus valeat.*
14 *Interpratatio eſt facienda excluſiua delicti.*
15 *Interpratatio eſt facienda, vt minus præiudicetur partibus.*
16 *Sententia quando in totum nulla.*
17 *Prohibitio ad euitanda ſcandala poteſt fieri, non ſeruatis ſeruandis.*
18 *Princeps an poſſit tollere diffiſionē.*
19 *Diſtributiones quando debeantur carcerato. Et num. 20. 21. 22. & 23.*
24 *Conſuetudo non extenditur ad damnum tertij.*
25 *Damnum pati quando quis dicatur. Et nu. 26.*
27 *Diſtributiones non debentur non ſolito lucrari.*
28 *Inſeruiens Papæ non lucratur diſtributiones.*

RESOLVTIO CII.

IN vna diſtributionum quotidianarum difficultas reducebatur ad duo. Primò, An Dominus B. fuerit iniuſtè carceratus.

Secūdò, An deberentur ſibi diſtributiones etiam vſquè ad tempus latæ ſententiæ per D. Locum tenentem Ciuilem Auditoris Cameræ.

In primo dicebatur per dictum B. ſe fuiſſe iniuſtè carceratum ex pluribus, & præſertim primò ex eo, quòd 1
fuerit relaxatus, nam † relaxatio habet vim abſolutionis, ſecūdùm Alexā.

conſ. 180. num. 9. lib. 2. & Boſſ. de ſent.nu.60.

Cœterùm adhoc reſpondebatur primò, Doctores allegatos loqui, quando carceratus ante ſententiam relaxatus fuiſſet, ſed dictus B. fuit relaxatus poſt ſententiam continentem præceptum de non accedendo ad Ciuitatem N. Et quando aliàs ante dictam ſententiam, ſiue decretum d.B. fuit relaxatus è carceribus ſub fideiuſſione, fuit etiam reuocatus ad carceres; vide Bald.in l.nemo num.1. C.de epiſ.aud.

Secundò dicebatur, non eſſe ſimpliciter verum. vt † relaxatio è carceri-
2 bus habeat vim abſolutionis, præſertim ſi relaxatio fieret absque cauſæ cognitione, prout hic. Boſſ. d. num. 60. cum ſequent. vnde potius gratia cenſenda eſt.

Secundò ex decreto D. Auditoris Cameræ, quò imponitur perpetuum ſilentium proceſſibus contra eum agitatis, quod eſt abſolutorium, & ha-
3 bet vim † diffinitiuæ, ſiue ſit latum, quia conſtaret de innocentia dicti B. ſiue quia non fuerit probatum crimē ab accuſatore. Iaſ. in l. admonendi lect.2. num.79.ff. de iureiur. Abb.in c. primo de off.ord.Felin.in c. aduerſario num.4.de excep. Alex.conſ.123. vol. 2. prout in dubio quis præſumitur abſolutus ob non probatum crimen. Farinac. de inquiſit. quæſt. 4. num.28.

4 Et quòd decretum, ſiue ſententia † impoſitionis ſilentij ſit diffinitiua, eſt textus in c. fin. de off. Archid. c. dudū. de conu. coniug. & in ſpecie tenuerunt Bald. in l. præſes in fin. C. de ſent. & in auth. qui ſemel num. 13. C. quom. & quan. iud. Contard. in l. diffamari quæſt.22. C. de ing. & manum.
5 vbi etiam inquit, quòd † pariat exceptionem perpetuam. Marant. in ſpecul. aureo par. 6. verſ. & demùm fertur ſententia. num.29. cum ſeq.

Verùm replicabatur primò, quòd tunc † impoſitio ſilentij habet vim 6 diffinitiuæ, & denegare ſolet audientiàm, quando ſecuta fuiſſet, ſeruatis ſeruandis, & citata parte, ſeu monita, interpellato tempore. Contard. in d. l. diffamari lim.2. num.74. ſecus in abſente, nu.107. & abſque cauſæ cognitione num. 1. hic autem ſecuta eſt dicta impoſitio ex abrupto, neque citatis fiſco, & accuſatoribus, vnde † 7 nulla dici poteſt. Farin. de inquiſit. quæſt. 6. nu.18. vbi dicit, quòd Princeps neque de plenitudine poteſtatis poteſt tollere ius tertij.

Accedit, nam tempore dicti decreti nondum erat perfectus proceſſus: vnde non videtur, quomodo poſſit d. B. dici abſolutus ob non probatum crimen.

Et poſtremò addebatur, decretum fuiſſe interpoſitum ſuper expoſitione obreptitia, & ſubreptitia. Farinac. in d. quæſt. 6. nu.46.

Secundò replicabatur, quòd, quando † ſententia eſt dubia, debet inter- 8 pretari, & declarari ex actis. glo. & Doct. omnes in l. ſi quis. ff. de except. rei iudic. Farinac. de inquiſit. quæſt. 4. num. 28. ex actis autem clarè apparet, non ſolùm de iuſta carceratione, ſed etiam quòd dictus B. veniret puniendus grauibus pęnis, nàm de aliquibus delictis erat iam conuictus, tàm attenta qualitate † delictorum, 9 quæ erant difficillimæ probationis, quàm circumſtancijs loci, & temporis. Farin. quæſt. 59. num. 8. & quæſt. 86. num. 29. Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 57. num. 3. & concl. 1358. nu. 36. vol. 3.

Tertiò replicabatur, ad carcerationis † iu-

10 nis † iuſtitiam ſufficere inditia, & forſan ſuſpitiones, ſecundùm Farinac. de carcerat. quæſtio.27.num.117. cum ſequent.

Item in dubio carceratio præſumitur iuſta, & valida. Farinac. de carcer. quæſtio.30.num.143.cum ſeq.

Et licèt Nauar.de Cleric. non reſid. lib.3.conſ.9.nu.9. dicat, id verum eſſe quoad Iudicem, non autem quoad carceratum.

Tamen non poteſt vera reddi ratio diuerſitatis inter dictas perſonas, præſertim cum reus, & iudex ſint correlatiua. Barto.in l.1.num.11.C.de impreſ. Menoch.de præſ.lib.1. quæſt.14.num. 45.Felin.in proœm.decret.§.Gregorius.nume.9. Gabr. de legib. concl.3. nu.31.& 44.lib.6.

Quartò replicabatur, dictam ſententiam impoſitionis ſilentij eſſe conditionalem, ex illis verbis, nempe, [ita tamen, quòd dictus B.teneatur præſtare fideiuſſionem de non accedendo ad Ciuitatem P.abſque licentia &c. iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus,]

11 Nam † dictiones illæ, ita tamen, important reſtrictionem, & limitationem verborum præcedentium, vt aliàs dictum eſt, quæ conditio cenſetur adiecta in pænam delictorum contra dictum B. impictorum, cum prohibitio ſit pæna, ſecundùm Bero. in c.cognoſcentes.num.28.de conſtit.

Et friuolum eſt dicere, quòd, ſi illa conditio importaret pænam, ſequeretur, iudicem N. qui ſilentium impoſuit, ex eiſdem condemnando, incontinenti ſe correxiſſe, quod de nemine eſt præſumendum. l. non ad ea. ff. de condit.& dem.cum vulg.

Tum quia illa conditio non importat correctionem, ſed modificationem.

12 Tum quia † incontinenti ſe corrigere cuilibet licet: Abb. in cap. præterea de teſt.cog. latè Farinac. de oppoſit.con.dicta teſt.quæſt.66. num. 227.cum ſeq.

Neque pariter obſtat, quòd alias ſententia præfata eſſet nulla, vti continens repugnantia, cum repugnans ſit imponere ſilentium, & deinde ex eiſdem condemnare. Bartol. & Iaſ.in l. duo.la prima.ff.de re iudicat.

Et quòd pro nullitate vitanda ſemper illa ſit † interpretatio capienda, 13 per quam actus valeat. l. quoties. ff. de reb.dub. Vnde dicendum eſt, iudicem dictam fideiuſſionem non exegiſſe in pœnam, ſed cauſa euitandorum ſcandalorum, quæ ex inimicitia orta inter dictum B. & Iudices, qui eum iniuſtè vexauerant, cauſari poſſent.

Item quòd in facto † pœnali ſit faciẽda ſemper interpretatio, ex qua 14 tollatur delictum. Abb.in c.cum tu.de teſtib.latè Farin.de reo conf.quæſtio. 85.num.1.cum ſeq.

Tum quia non eſt verum, ex decreto colligi talem repugnantiam, & contrarietatem, ſi benè verba illius inſpiciantur.

Tum quia dicta fideiuſſio præſumitur potius præſtita ex cauſis, de quibus in actis, quàm ex ſomniata inimicitia cum iudicibus, qui potius mites fuerunt. l.2.ff.ſi quis caut. Farinac. de carcer.quæſt.34. num.31. & benè dicit d. B. dictam prohibitionem eſſe factam ad euitanda ſcandala, ſcilicet, per ipſum illata, ob ſua grauia delicta ſatis notoria in loco.

Tum quia reſpondetur, vt per Franciſc. Beccar. conſilio nonageſimonono. numero 18. verſicul. non etiam.

Tum quia, cum dictum decretum ſit contra ordinem rectæ iuſtitiæ, vt ſupra dictum eſt, † debet in- 15

terpretari, vt minus fiſco præiudicet, ac adhærentibus, quàm ſit poſſibile. l. nec damnoſa. C. de precib. Imp. off. Farinac. in d. quæſtio. 6. numero vigeſimooctauo. verſicul. minus obſtat.

Præſertim cum hic non conſtet de aliqua cauſa excluſiua delicti, ſed potius de contrario in proceſſu. Farinac. de reo confeſ. quæſtio. 85. numero 50.

Tum quia ſatis eſſet quoad diſtributiones, quòd carceratio eſſet iuſta, quamuis facta ad euitanda ſcandala. Felin. in c. 2. de præſcript.

Similiter non obſtat, quòd tunc iudex dicatur in pœnam facere ſimiles prohibitiones, quando proceſſit cauſa cognita, & ſeruato ordine, ac figura iudicij, iuxta trad. per Rip. in l. quod iuſſit. num. 5. ff. de re iudic.

16 Tum quia, aut † ſententia fuit in totum valida, aut in totum nulla; Et, ſi fuit valida in impoſitione ſilentij, dicenda eſt etiam valida in prohibitione. Put. deciſ. 323. numer. 1. cum ſequ. par. 1.

17 Tum quia prohibitio † cauſa vitandi ſcandala poteſt fieri iuris ordine nõ ſeruato, ac etiam non citata parte. Doct. in d. l. quod iuſſit. Curt. Sen. conſil. 60. & Felin. in d. cap. 2. de præſcript.

Tum quia præſumitur prohibitio facta cauſa cognita, ex quo ipſemet B. inſtetit pro decreto, illúdque acceptauit; faciunt dicta per Bartol. in l. prolatum, num. 9. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic. & præſertim dicitur facta in pœnam, ex quo iudex in Vrbe cognouit de delicto. Rip. in d. l. quod iuſſit. num. 9. Bero. in c. cognoſcente. nume. 28. ad quod eſt textus in l. fin. ff. de interdict. & relig.

Tum quia tales prohibitiones factæ ſine cauſæ cognitione de iure valent, quamuis expirare dicantur finita iuriſdictione prohibentis, ſecundùm Franciſc. Beccar. conſil. 4. num. 11. cum ſeq. vbi latè.

Nec minus fuit viſum releuans dicere, quòd, cùm non fuerint datæ defenſiones dicto B. ſequeretur, quòd iudex imponendo pœnam voluiſſet ei denegare defenſionem, quam Princeps † non poteſt tollere, etiam de poteſtate abſoluta. Clement. paſtoralis. de re iud. c. 1. de cauſ. poſſ. & prop. latè Farinac. de indit. quæſtio. 39. numero 18. 18

Tum quia Princeps poteſt ex cauſa tollere defenſiones. Farinac. in d. quæſtio. 39. numero 24. & ex proceſſibus colligebantur plures legitimæ cauſæ.

Tum quia dictus B. non poteſt infringere dictam pœnam, ex quo illam acceptauit, & libentiſſimè, cùm bene noſſet, ex proceſſu plenè conſtare de pluribus ſuis enormitatibus, & de quibus plenius conſtitiſſet, ſi fuiſſet tranſmiſſus Commiſſarius ad perficiendum proceſſum in partibus, & ad examinandum reos, &c.

Tum quia ſi dictus B. audet allegare prohibitionem nullam, vti factam, non datis defenſionibus, multò magis poterit dici nulla gratia ſibi facta, videlicet, impoſitio ſilentij, cum non fuiſſent perfecta perficienda, & citati citandi, prout ſuperius dictum eſt.

In ſecundo dicebatur per dictum B. ſibi deberi † diſtributiones prætenſas, ex quo ex ſententia, ſiue decreto ſubſecuto conſtat de iniuſta carceratione, iniuſto autem carcerato deberi diſtributiones quotidianas, videtur decidere text. in cap. ſuper cauſa. 2. quæſtione quinta. & voluiſſe Couar. var. reſolut. libro 3. cap. 13. Prob. in cap. 19

vnico,

vnico, num.22.de cler.non reſid in 6.
Nauar.de cler.non reſid.lib.3.conſilio
nono. numero 3. cum ſequent. Cal-
der.conſil.17.de præben.qui loquitur
in Canonico de Ciuitate expulſo. Fe-
lin.in cap.cum omnes, nu.23. de con-
ſtitut.& cap.ad apoſtolicæ,num.12. de
except. Monet. de diſtribut. quotid.
parte ſecunda. quæſtione quinta. nu-
mero octuageſimo. Theſaur. for.
eccl.par.2. cap.23. numero vigeſimo-
quinto.

Cæterùm fuit reſponſum primò,di-
ctum B.fuiſſe iuſtè carceratum,prout
depromitur,tàm ex proceſſu, quàm ex
prohibitione inſerta in decreto, vn-
20 de, † cum impedimentum prouenerit
ex ſua culpa, ſibi eſt imputandum.
Doct.in d.c.vnico, & in c.quia diuer-
ſitatem, de conceſſ.præben. facit c. ſi-
cut de teſt.& c.fin.de iniur. Vide Mo-
net. in d. quæſtione quinta. nume-
ro 82.

Secundò fuit reſponſum, quòd di-
ſtributiones quotidianæ tunc debean-
tur infirmo,impedito,vel abſenti pro
vtilitate eccleſiæ,ac neceſſitate,ſi con-
21 currat † conſuetudo quoque illius
Eccleſiæ prædictis in caſibus illas dan-
di. Henric.Boich. in cap.cum omnes.
num.19.de conſtit.Doct.in d.cap.vni-
co,& præſertim Prob.num.3. Archid.
numero 2. & hanc opinionem ſecuta
eſt Rota Rom.coram Illuſtriſſimo D.
Seraphino in vna Valentina emolu-
mentorum die Veneris decima ſepti-
ma Nouembris 1579. Couar.in d.cap.
13. verſicul. 10. ad fin. Et, ſic
fuiſſe deciſum per ſacram Congre-
gationem in vna Paduana, aſſere-
batur.

22 Nec facit, ſatis eſſe, extare † cau-
ſam legitimam abſentiæ abſque con-
ſuetudine, ſecundùm Abb. in cap. ad
audientiam, numero quinto. de cler.
non reſid. Nauar. in d.cap.9. numero
decimo, vbi dicit, quòd conſuetudo
eſſet irrationabilis, ſi dictaret, quòd
abſentibus ex dictis cauſis non eſſent
dandæ diſtributiones, & latè Monet.
de diſtrib.quotid.par.2.quæſtio.5. nu-
mero 48.

Tum quia contraria opinio eſt
communis, vnde in iudicando ab illa
non eſt recedendum. Soc.iun. conſil.
94.num 41. & conſi.128.num.49. vo-
lum. 1. Rot. Rom. in nouiſſim. de-
ciſ. 49. numero octauo. parte ſe-
cunda.

Neque ſimiliter obſtat, quòd in di-
cta eccleſia vigeat conſuetudo dandi
diſtributiones infirmis, & abſentibus
pro eccleſiæ vtilitate,quæ,vtì rationa-
bilis,† debet extendi ad caſum carce- 23
rationis iniuſtæ, ſecundùm Abb. in d.
c.ad audientiam,num.3 Ruin. conſilio
1.num.6.lib.4. Crauet.de antiq.temp.
par.4.num.41. Decian.conſil.51.num.
123. lib. 2. ob identitatem rationis
gloſ.in Clement.1.de reſcript.

Tum quia † conſuetudo non debet 24
extendi ad damnum tertij Roch. de
conſuetud. numer.316. vbi plures re-
fert,de quo damno hic agi, dicebatur,
cum diſtributiones non inſeruien-
tium inſeruientibus de iure accreſ-
cant. Monet.de diſtribut. quotid.par.
3.quæſt.6.num.16.& ipſo iure, abſque
vlla iudicis ſententia, vt per eundem
Monet.d.par.3.quęſt.7.n.70.cum ſeq.

Quod præſertim verum eſſe dicitur
hic, cum diſtributiones poſt ſerui-
tium præſtitum, fuiſſent diuiſæ inter
inſeruientes, & conſumptæ, nam
per conſumptionem quis efficitur bo-
næ fidei poſſeſſor,ſecundùm Bart.in l.
ſequitur.§.fructus,nu.4. ff.de vſucap.
Bal. in l.1. num.8. C.de vſur.& fruct.
leg. Dec.in cap.grauis, num.2. de re-
ſtit. ſpol. & lucrum † iam radicatum 25

perdere eſt damnum pati. gloſ. in l.1. §.ſi quis.ff.de itin.actúque priu. Iaſ.in l.reprehendendi. num.10.C.de inſt. & ſubſtit.& in l.fin. C.de codicill. Rot. Roman. in nouiſſ.deciſ 240.num.78. par.1.Tiraquel.in l.ſi vnquam.in ver. donatione largitus,num.192.C.de reuocan.donat.

26 Quinimò † ſola priuatio lucri dicitur damnum,ſecundùm Bartol.in l.in teſtamento.circa medium. ff.de condit.inſtit.

Deciſio autem Rotæ in vna Salamantina prima Iunij 1594. coram D. Corduba,non videbatur facere in præſenti caſu, ex quo ibi ille Canonicus excommunicatus erat iam abſolutus, & ob id erant tenendæ in ſuſpenſo diſtributiones, & inſuper fecerat ſuas proteſtationes contra Canonicos debitis temporibus.Item d.c.ſuper cauſâ, loquitur de fructibus, non autem de diſtributionibus.facit dictum Lãcell.de atten.par.2.c.12.lim.22.

Tum quia illa conſuetudo intelligitur ſolùm in caſibus expreſſis in d. cap. 1. ſecundùm Archidiac. ibidem. num.2.

Tertiò fuit reſponſum,dicto B. nõ deberi dictas diſtributiones, ex quo,

27 etiam non † impeditus,non erat ſolitus intereſſe diuinis officiis, & ſic diſtributiones lucrari.Gemin.& Turre Crem.in cap.contumaces.50.diſtinct. Couar.in d.cap.13. num.8. Monet.in d.par.2.queſt.5.numer.21. cum ſeq & quæſt.6. nu.21. Benè verum eſt, quòd hoc eſſet probandum à Capitulo, vti ſuum fundamentum, cum delictum, & negligentia non præſumatur.vulg. iurib.

Quartò fuit reſponſum, clarum eſſe, quòd ſaltem diſtributiones non debeantur dicto B. poſt prohibitionem factam à Papa,à qua ipſe non ſolùm non appellauit, ſed etiam acceptaſſe dicitur;Vnde cum impedimentum ſit ex facto ſuo cauſatum, nõ poteſt arguere dictam prohibitionem de iniuſtitia.

Præſertim cum dictus B. poſt dictã prohibitionem inſeruiret in Vrbe, ſed † inſeruiens etiam Papæ non lu- 28 cratur dictas diſtributiones. Monet. de diſtribut.quot par.2.q.9. nume.9. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Confraternitates laicorũ poſſunt ab Epiſcopo compelli ad accedendum ad proceſſiones, pœnis etiam pecuniariis.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates laicorum ſunt ſubiectæ Epiſcopis.*

2 *Iuriſdictione ſuppoſita,eſt ſupponenda coherctio. Et ampliatur nnmero 3.*

4 *Conſuetudo probatur per duos, vel tres actus.*

5 *Quod tempus requiratur ad inducendam conſuetudinem.*

6 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem. Et num.7.*

8 *Frequentia prodeſt.*

9 *Scientia quando præſumatur.*

10 *Ex ſcientia, & patientia præſumitur conſenſus.*

11 *Scientia officialium nocet Principi.*

12 *Obſeruantia ſequenda eſt.*

13 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur ex vnico actu.*

14 *Confraternitates laicorum an poſſint compelli ad accedendum ad proceſſiones Et num.15.*

16 Regu-

16 *Regulares etiam Monachi poſſunt compelli ad accedendum ad proceſſiones.*

17 *Conſtitutio Papæ non tollit conſuetudinem certi loci.*

18 *Interpretatio eſt illa ſumenda, per quam vitatur iuris communis correctio.*

19 *Leges declarare eſt eius, cuius eſt condere.*

20 *Epiſcopus poteſt imponere pœnas pecuniarias laicis in rebus ad ſe ſpectantibus.*

RESOLVTIO XCIII.

SVPER edicto publicato pro ſolemnibus proceſſionibus in dictis ex ordine perilluſtris, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Papię cauſa Iubilei per S. D.N. Paulum Papam V. conceſſi pro ſalutari Catholicæ Eccleſiæ regimine,ac pręſentibus neceſſitatibus, fuit ſuſcitata non modica controuerſia, quæ videbatur reduci ad duas potiſſimas difficultates.

Prima erat, An Dominus Epiſcopus Papiæ potuerit compellere Confraternitates laicorum ad accedendum ad dictas proceſſiones indictas vt ſupra.

Secunda, An potuerit illas compellere per pœnam pecuniariam.

In prima difficultate placuit reſolutio affirmatiua,vtì magis conſentanea iuſtitiæ,& pietati ex pluribus.

Primò, nam receptiſſima eſt hodie
1 ſcribentium ſententia, dictas † Confraternitates eſſe ſub iuriſdictione DD. Epiſcoporum. Tiraq. de priuil. piæ cauſę in pręfat. verſ. item relictum fraternitatibus. Menoc. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 24. cum ſeq. Caualc. deciſ. 17. numer. 69. cum ſeq. par. 2. qui multos citant. Nauarr. de foro compet. conſil. 3. Caputaq. deçiſ. 328. num. 3. par. 1. & dictum eſt ſupra in Reſol. 66. num. 2. cum ſeq.

Suppoſita † autem iuriſdictione, eſt 2
ſupponenda quoque cohærctio, ſiue compulſio. l. 2. & ibi Doct. ff. de iuriſd. om. iud. c. ex literis. de off. deleg. c. cum contingat. de foro compet. Innoc. in cap. dilecto. numer. 4. de offic. Archid. Direct. inquiſit. par. 2. quæſt. 54. com. 79. alioquin nulla, ſeu vana eſſet dicta iuriſdictio. l. 2. ff. de offic. eius, &c.

Quod verum eſt, etiam ſi † iuriſ- 3
dictio competeret ex conſuetudine, concurrente tamen ſcientia, & patientia eorum, quorum intereſt. latè Felin. in c. auditis, num. 21. verſ. quinta, & vltima declaratio de præſcript.

Secundò, etenim ad fauorem dicti Epiſcopi fuit probatum ſolitum, ſiue conſuetudo etiam antiquiſſima compellendi dictos Confratres ad accedendum ad dictas, & alias proceſſiones, per multiplicata edicta, promulgata, & ſortita effectum ſuum abſque aliqua contradictione; Licèt ad probandum † conſuetudinem ſatis ſint 4
duo, vel tres actus. Abb. in c. Monaſteria, num. 5. & 6. & in c. cum decorem, de vita, & honeſt. cleric. Roman. conſil. 163. Caualc. deciſ. 31. num. 93. par. 2. Gaill. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 31. num. 7. Gabr. de locat. concl. 1. Nauar. conſil. 4. numer. 1. de adult. Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 424. numero decimoſexto. cum ſequent. vbi alios citat, & declarat. Rota Roman. in nouiſſim. deciſione 72. numero vigeſimoſexto. cum ſequent. par. 2.

Et ad inducendum ſolitum ſufficiat vnus actus. text. in l. Mela. §. ſed ſi alimenta, vbi Bartol. ff. de alimen. & cib. leg. Creſcent. de

conſuet.deciſ.1.Nauarr.conſ.4. num.
3.De ſucceſſ. ab inteſt.

5 Et ſufficiat † curſus decem annorũ,
ſecundùm eundem Maſcar. in d.con-
cluſ.424.num.24.cum ſeq. vbi plures
Doctor congerit.Rot.Roman.in no-
uiſſim.deciſ.629.numero 5.par.1. Pa-
riſ.conſ.25. numero 58. cum ſequent.
volum.1.

Abſolutum eſt autem in iure con-
6 ſuetudinem † tribuere tam volunta-
riam,quàm cõtentioſam iuriſdictio-
nem.gl.in c.2.de except.in 6. Ancha.
conſ.142.num.1. Andr.Gaill. obſeru.
57.num.14. lib.1.

7 Quod † præſertim verum eſt in
perſona aliàs habente iuriſdictionem.
Felin.in cap.ſignificauerunt. nume.3.
de iud.Natt.conſ.98. num.12. Tiber.
Decian.in tract.crim.tom.1.lib.4. ca.
27.num.2.

Accedit dicta multiplicitas edicto-
8 rum continuatorum,quæ †plurimùm
fauet, ſecundùm Natt. in d. conſ.98.
numer.5. & Menoch.de arb.iud.lib.2.
cent.2.caſ.161.nu.5. Et præterea ſtan-
te ſcientia, & patientia Principis ſæ-
cularis, ſiue ſuorum officialium, quæ
9 ſcientia præſumitur † in præſenti ca-
ſu,cum edicta fuerint publicè affixa,&
aliqua etiam ſono Tubæ publicata.
Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.70.num.
10 4.cum ſeq. par. 2. præſumitur † con-
ſenſus,& cõceſſio dicti Principis.An-
char.in d.conſ.142.nu.2.Grat.conſ.7.
numero 20. volum.1. Natt. in d.conſ.
98.num.9.Pariſ.conſ.25 num.45.vo-
lum.4 Franc. Becc. conſil.15,numero
9.Rot.Roman.in nouiſſim.deciſ.179.
par.1.

11 Neque dubitandum eſt,ſcientiam †
officialiũ Principis nocere ipſi Prin-
cipi, in hiſce terminis Non. conſ. 83,
num.9.Surd.deciſ.3.nu.6. Becc.conſ.
15.num.24.Oſaſch. deciſ.101. num.18.
Gabr.de præſcript.lib.5.concl.1.num.
64. Rip.de diu.reſcript.reſp.11. num.
13.Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ.794.
num.1.par. 1.

Tertiò fuit exhibitum decretum
Reuerendiſſimi Domini Perutij Epi-
ſcopi Cæſarienſis Viſitatoris Apoſto-
lici dictæ Ciuitatis, & Diœceſis de
anno 1576. typis impreſſum, ſub rub.
de diſciplinatorum ſcholis, huiuſmo-
di tenoris.

*Ordinauit, Confraternitates omnes
diſciplinatorum quocumque nomine
nuncupatas, debere viſitari per Reuerē-
diſſimum D.Epiſcopum Papiæ, ac per
eundem prouideri, vt opera charitatis,
ad quæ tenentur, impleantur: declarans
eum facultatem habere arctandi quaſ-
cumque ſocietates huiuſcemodi diſcipli-
natorum, non ſolùm ad aſſociandum
quaſlibet proceſſiones ordinarias, quam-
uis non vocentur, verùm etiam alias ex-
traordinarias, ad quas vocabũtur, &c.
ſin autem vel id neglexerint, vel (quod
abſit) facere recuſauerint, idem Reue-
rendiſſimus Dominus Epiſcopus eos de-
bitis pœnis afficiat, &c. & ſi fortè incor-
rigibiles fuerint, Ordinauit, ſocietates
ipſas extingui, atque aliàs earum loco
ſubſtitui, prout ipſi Reuerendiſſimo D.
Epiſcopo magis expedire viſum fuerit.*

Quod quidem decretum fuit ſem-
per in viridi obſeruantia, legis † au- 12
tem,& decreti obſeruantia ſequenda,
& continuanda eſt,ſecundùm Bald.in
authent. omnes, numero ſeptimo. C.
com.de ſucceſſ. & Pariſ.conſ.56.num.
35.volum.2.

Et hæc quoad petitoriũ; Nam quo-
ad poſſeſſoriũ res eſt clariſſima, quòd
dictus epiſcopus eſſet manutenendus,
cum ex vnico actu tantùm probetur † 13
quaſi poſſeſſio iuriſdictionis. Pariſ.
conſilio ſeptimo, numero vigeſimo-
tertio, volum.1.Afflict.deciſ.67.num.
1.Me-

1.Menoch.de retin poſſ. remed.3.numero 586.Rot.Rom.in nouiſ.de præſcript.deciſ.2.nume.3. & in nouiſſim. deciſ.391.num.3.par.1.deciſ.1. numer. 1.par.2. & pro quaſi poſſeſſione iuriſdictionis reddi ſoleat interdictum retinendæ.Aretin.in §.retinendæ.num. 3.inſtit.de interd. Menoch. de retin. poſſ.remed.3 numer. 119.& 143.

Neque ſupradictæ reſolutioni obſtat,Confraternitates† laicorum poſſe
14 inuitari tantùm, non autem compelli ad accedendum ad proceſſiones, prout, ſic ſacram Congregationem Illuſtriſſimorum D. Cardinalium Sacroſancti Concilij Tridentini interpretem cenſuiſſe,aſſerunt Grat.deciſion. 232. & Theſau. fori eccl.par. 1. cap.8. numero 18.

Tum quia aſſerta declaratio intelligenda eſt, † quoad proceſſiones pri-
15 uatas, ſeu ex leui cauſa indictas. a gu. tex.in cap.nimis,el 2.de exceſſ.prælat. non autem de publicis,& ſolemnibus indictis pro publico,& vniuerſali bono,ad quas poſſent compelli accedere
16 exempti.& † Regulares omnes etiam Monachi,tam ex forma iuris communis,ſecundùm Felin.in c.dilectas,numero 7.de off.ordin.quàm ſecundùm diſpoſita per d.S.Conc.Trid. de reg. ſeſſ.25.c.13. alioquin induceretur correctio iuris communis, & tolleretur iuriſdictio Epiſcopi in dictas Confraternitates,ſeuvana redderetur ſaltem, vt ſupra dictum eſt.

Tum quia in omnem euentum non haberet locum in Ciuitate Papiæ, in qua viget dictum ſolitum, ſiue conſuetudo,cum † conſtitutio etiam Pa-
17 pæ non tollat conſuetudinem certi loci, niſi de ea ſit facta ſpecialis mentio. cap.1.de conſt.in 6.Abb.in c.cum tanto.numer. 24.de conſuetud quem refert,& ſequitur Azor.inſt. Mor.lib. 5.cap.18.quæſtio.4.

Tum demùm quia ex dicta declaratione cauetur, dictas Confraternitates non poſſe compelli vigore illius decreti,non autem tollitur diſpoſitio iuris communis,quo epiſcopus poteſt compellere Confraternitates præfatas,vt ſupra dictum eſt,nam † in du- 18
bio eſt illa interpretatio legis,ſiue ſtatuti ſumenda, vt euitetur iuris communis correctio. l.præcipimus. C.de appell. atque minus ei derogetur, quàm fieri poſſit, ſecundùm Doctor. in l.fin.§.in confirmatione.C.de iure deliber.Franc.Becc. conſ 1. numer. 8. & 13.Surd.deciſ.39.num.11. & deciſio. 43.num.6.

Additur, quòd prò veritate dictæ declarationis eſſet faciendus recurſus ad d.S.Congregationem, cuius † eſt, 19
& non alterius Principis ſæcularis,decidere,& interpretari.l.fi. C.de legib. c.cum veniſſent.de iud.Rip.in l.ex facto,num.6.ff.de vulg.& pupil. Franc. Becc.conſ.3.num.17.

In ſecunda difficultate † fuit pariter 20
reſolutum affirmatiuè per plura iura, nimirum cap.ſtatuimus.16.quæſtio.1. cap.quiſquis.17.quæſtio.4 cap. ſi vos. 23.quæſtio.5.cap.dilectus. de off. ord. & facit diſpoſitio d.Concil.Triden.de reform.ſeſſ.25.cap.3.verſ.in cauſis verò iudicialibus.

Et hoc expreſsè tenuerunt Felin. in cap.irrefragabili. §. cæterùm, numero quinto,de off.ord Abb.in capit. licèt.numero 4. cum ſeq.de pœn.Farinac.de delict.quæſt. 19. num. quinquageſimoprimo. Sbroz. de off. Vic. libro 2 quæſtion. 160. qui lòquitur in clericis.

ARGVMENTVM.

Quando variatio Patroni no-

ceat præſentato.

Item, quando literæ Apoſtolicæ derogationis Iuriſpatronatus poſſint redargui de obreptione,& ſubreptione: Et quando ſint exequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus præualens in vocibus venit inſtituendus.*

2 *In paritate vocum qui veniat præferendus.*

3 *Appellatio an detur ab inſtitutione.*

4 *Patronus nouus quæ debeat probare. Et num.5.*

6 *Petitorium dicitur reſpicere, ſi quis dicat, ſe eſſe patronum.*

7 *Præſentatio poſſeſſoris præfertur præſentationi proprietarij.*

8 *Super poſſeſſorio eſt pronunciandum prius.*

9 *Epiſcopus ſuccedit in iurepatronatus patroni, cuius bona fuerunt confiſcata.*

10 *Variatio patroni priuatiua eſt nulla.*

11 *Variatio cumulatiua quid operetur.*

12 *Variatio, vt attendatur, debet probari, fuiſſe præſcriptum ius variandi.*

13 *Maior pars patronorum attenditur in præſentatione.*

14 *Variatio facta lite pendente eſt nulla.*

15 *Electio quando cenſeatur tranſlata in Epiſcopum.*

16 *Clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, quod ius præſeruet.*

17 *Abſolutio à iuramentis an requirat citationem partis.*

18 *Decretum irritans quid operetur.*

19 *Literæ obreptitiæ, & ſubreptitiæ ſunt nullæ ipſo iure.*

20 *Literæ Apoſtolicæ an ſint nullæ, ſi in eis non eſt facta mentio litis pendentis. Et num.21.*

22 *Vel ſi in eis non eſt facta mentio iuris ad rem quæſiti per præſentationem: Et num.23.*

24 *Vel ſi non eſt facta mentio variationis iam factæ.*

25 *Valor beneficij eſt omninò probandus, ſi pars opponat.*

RESOLVTIO CIV.

FVIT ad Eccleſiam Archipreſbyteralem Plebis Albignolæ Diœceſis Papienſis vacantem per mortem R.N. præſentatus per vnum ex patronis habentem medietatem vocum Reuerendus de Mutis, per alios autem patronos familiæ de Tortis habentes alterã medietatem præſentatus R. de Tortis.

Poſt paucos dies, infra tamen quatuor menſes datos à lege ad præſentãdum, Paulus Æmilius vnus de Tortis, qui præſentauerat dictum Reuerendum de Tortis, præſentauit cumulatiuè variando dictum Reu. de Mutis, obtenta prius ad cautelam abſolutione à iuramentis præſtitis.

Contigit diſputari, Quiſnam ex dictis præſentatis veniret confirmandus, & inſtituendus.

Et, auditis pluries partium Aduocatis, fuit reſolutum ad fauorem d. Reuerendi de Mutis, reſeruatis iuribus partium, & quorumcunque prætendentium in petitorio iudicio.

Et

Et pro dicta reſolutione vrgebat. Primò, nam dictus Reu. de Mutis ob variationem dicti Pauli Æmilij vide-
1 batur præualere † in vocibus, vnde veniebat præferendus. Abb. in c. quoniam. num. 3. de iurepatr. lib. 2. par. 3 quæſt. 4. princ. art. 1. 4. & 6. num. 5. Rſp. de iurepatron. reſp. 1. num. 3. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 117. par. 2. Claud. Tut. de iurepat. quæſt. 11. numero 2.

2 Secundò, quia etiam † in paritate vocum erat præferendus dictus Reu. de Mutis.

Tum quia erat Papienſis, alter vero Therdonenſis. Lambert. d. par. 3. quæſtio. 5 princ. art. 4. num. 5. & art. 5. Cæſar de Graſſ. de iurepatr. deciſ. 1. num. 12. Put. deciſ. 254. par. 1. vbi decl. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 299. par. 1. Non. conſil. 72. numero quarto. & 29. Rol. conſilio 47. num. 66. vol. 1.

Tum vtì ſenior altero. Lambert. in d. quæſt. 5. princ. artic. 13. num. 1.

Tum quia aliàs fuit approbatus ad curam vltimarum loci Sarani, & de illa Eccleſia prouiſus Caualc. deciſ. 32. numer. 1. par. 5. Vnde nec videbatur ad hanc vacantem iterum examinandus. Caualc. deciſione 29. parte prima. Caputaq. deciſ. 365. par. 2. licèt placuerit examinari, cum illa eſſet Rectoria, hæc autem Archipreſbyteralis eccleſia, quod, fieri poſſe, tradunt Felin. in cap. ex literis num. 7. De conſtit. & Oldrad. conſ. 18. num. 1.

Tum demùm quia in paritate vocum, & meritorum eſt locus gratificationi. cap. cum autem. & ibi Doct. omnes de iurepatr. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 3. quæſt. 4. princ. art. 11. & quæſt. 5. princ. art. 1. num. 2. Cæſar. de Graſſ. de iurep. d. deciſio. 1. numero nono. Caualc. d. deciſ. 32. numero ſexto.

Et propterea dicebatur, non licuiſſe † dicto Reuerendo de Tortis appel- 3
lare à ſententia ſuperinde lata, ſecundùm Dec. conſilio 129. numer. 1. &, ita fuiſſe reſolutum in Rota Romana, teſtatur Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 10. num. 3. Nec proinde poſſeſſio capta per d. Reu. de Mutis vigore dictæ ſententiæ poteſt dici attentata. faciunt dicta per Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præf. num. 155.

Neque dictus Reu. de Tortis iuuari potuit ex quadam mendicata præſentatione facta de ipſo per aſſertum filium quond. Alexandri de Tortis.

Primò, quia dictus nouus † præ- 4
ſentans, non ſolùm tenebatur iuſtificare, ſe eſſe filium d. Alexandri. Pariſ. conſil. 10. num. 29. volum. 2. conſil. 115. num. 2. volum. 4. Rol. conſil. 22. num. 1. volum. 2. Rim. iun. conſil. 215. num. 192. Purpurat. conſil. 414. nu. 3. Franc. Becc. 75. num. 6. Turret. conſil. 67. nu. 7. lib. 1. Caputaq. deciſ. 289 par. 2 Maſcard. de prob. vol 3. concl. 1247. Sed 5
† etiam probare debebat appræhenſionem bonorum & actum facti. Achil. de Graſ. de cau. poſſ. & propr. deciſ. 5. num. 3. cum ſeq. Caputaq. deciſ. 420. par. 2. Gabr. conſil. 18. num. 17. volum. 2. Et alia, de quibus per gloſ. in cap. piæ mentis. 16. quæſt. 7. Maſcard. de probat. concl. 956. num 10. vol 2. Quorum neutrum factum fuit.

Capitula autem exhibita ſuper dictæ filiationis probatione non potuerunt admitti in præſenti iudicio poſſeſſorio, iuxta doctrinam Bar. in l. 2. num. 3. C. de ed. Diui Adr. toll.

Secundò, cum dictus filius Alexandri diceret. ſe † eſſe patronum, quod 6
reſpicit petitorium. Paul. de Cittad. de iurep. par. 6. art. 3. quæſt. 17. num. 27. Cæſar de Graſ. de reſt. ſpol. deciſ. 1. numero 3.

Et inſuper cum, qui præſentauit d. R. de Mutis, eſſet patronus, & in quaſi poſſeſſione præſentandi pacifica: Cæ-
7 terùm attendi, debet præſentatio † facta à poſſeſſoribus, vel quaſi, non autem à proprietariis non exiſtentibus in poſſeſſione, ſeu quaſi. Io. Bapt. Ferret. conſ. 132. num. 13. & conſ. 133. num. 4. Maſcard. d. concl. 956. num. 4. cum ſeq. & num. 9. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 167. num. 7. par. 2. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. numero 120. vbi decl.

Quod præſertim verum eſſe, dicebatur, hic, cum ageretur de poſſeſſo-
8 rio, de quo tantùm conſtabat, vnde † ſuper eo erat ſolummodo pronunciandum. Pariſ. conſ. 53. num 27. vol. 1. Cæſar de Graſſ. de cau. poſſ. & prop. deciſ. 9. num. 9.

Tertiò, etenim aſſerebatur d. Alexandrum patrem fuiſſe bannitum, & omnia eius bona confiſcata, & pro-
9 pterea † quoad portionem ſibi ſpectantem in d. Eccleſia ſucceſſiſſe dicebatur Epiſcopus Papienſis. Proſp. Farin. de delict. q. 25. num. 151. vbi plures allegat, & firmat, hanc opinionem eſſe æquiorem, & magis communem. Lamb. de iurep. lib. 3. q. 8. prin. artic. 8. num. 4. & 22 & art. 10.

Facta inſtitutione ad fauorem d. R. de Mutis, & per eum apprehenſa poſſeſſione, fuerunt præſentatæ literæ Apoſtolicę ad fauorem d. R. de Tortis cum derogatione iuriſpatronatus pro medietate; Quibus plenè diſcuſſis, & pluries auditis partium Aduocatis, fuerunt data aliqua motiua, quorum primum fuit contra R. de Mutis, tenoris ſequentis.

Videtur omninò firmandum, variationem Pauli Æmilij factam ad fauorem R. de Mutis non obeſſe R. de Tortis.

Primò, cum illa † variatio fuerit 10
nulla, vtì facta priuatiuè, prout colligitur ex illis verbis, [& à prima præſentatione receſſit,] Variationem autem non eſſe permiſſam priuatiuè, firmarunt Abb. in cap. quod autem. num. 3. & in cap. cum autem. num. 2. Crot. num. 3. vbi de communi teſtatur. de iurep. Cap. alleg. 78. num. 6. & ibi Mand. Pariſ. conſ. 47. num. 7. vol. 4. Lamb. de iurep lib. 2. par. 2. quæſt. 7. princ. art. 21. num. 4. & art. 22. num. 5. Roch. de Curte de iurepat. in ver. Honorificum. quæſt. 13. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 513. par. 3 lib. 3. Tut. de iurep. quæſt. 16. num. 1.

Et ratio communis Doctorum extat, etenim tolleretur facultas Epiſcopo inſtituendi, quem vellet. Crot. in d. c. cum autem. num. 8. licèt cumulatiuè admittatur de iure variatio, ſecundùm Pariſ. conſ. 47. num. 4. vol. 4. niſi fuerit facta inſtitutio, & lapſum tempus quatuor menſium. num. 5. & 6. cum ſeq. Vide Burſ. conſ. 379. num. 6. & 10.

Secundò, quia per illam † variatio- 11
nem quatenus cumulatiuam non dicitur receſſum à prima præſentatione d. R. de Tortis, ſed tantùm alia noua adiuncta, & ſic ius etiam acquiſitum d. R. de Mutis, ſecundùm Lamb. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæſt. 7. princ. art. 16. num. 4. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 513. num. 2. & deciſ. 547. num. 3. par. 3. lib. 3.

Tertiò, quia, cum † in actis docea- 12
tur de iurepatronatus ex præſcriptione tantùm, debebat doceri in ſpecie, fuiſſe præſcriptum ius variandi, vt poſſet attendi variatio. Lamb. in d. quæſt. 7. prin. art. 18.

Quartò, nam quando maior pars
† deſcendentium ab vno habet inte- 13
gram vocē, & abſorbet minorē partē, vt hic,

vt hic, minor pars non habetur in conſideratione. in terminis Roch. de Curte de iurep.verſ.ipſe.vel is à quo. quæſt.2. nu. 6. Lamb. de iurep.lib.1. par.2.q.1. prin.art.25.num.12.& lib.2. par.3. quæſt.4.prin.art.7.

14 Quintò addebatur, variationem † fuiſſe nullam, vti factam lite pendẽte.c.1. vt lite pend.in 6. Lamb. de iurepat. lib.2.par.1. quæſt.6.prin.art.12. nu.10. Lancell. de attent. lite pend. par.2.c.4. in præf. num. 579. Caualc. deciſ.10.num. 62.par.3. vbi dicit, nec licere cumulatiuè. deciſ. 33. num.7. par.5.Creſc.de iurep.deciſ.10.

Cœterùm de hoc fundamento non fuit habita totalis conſideratio, ex quo tunc nulla lis pendebat, ſed ſolùm factę fuerãt præſentationes, quæ non faciunt litem, cum illæ non ſint actus iudiciales. Lancell. in d. præfat. num.563. & 589.vbi firmat, edictales literas non facere litem.

Secundum fuit motiuum contra eundem R.de Mutis huiuſmodi.

Videtur, R. de Mutis non fouere bonum ius in d. eccleſia. Aut enim nititur ex prima præſentatione facta de ipſo per D. Paulum Aliprandum nomine ſuorum filiorum; Et non videtur ei ſuffragari. Primò, quia videtur dictæ primæ præſentationi renũciaſſe, tàm acceptando ſecundam præſentationem, quàm non vtendo prima,prout ex actis colligitur; & ad ius renũciatũ nõ datur regreſſus. cap. 3. de renuncia. Franc. Becc. conſ. 34. num 12.

Secundò,nam ex illa prima præſentatione non acquirebatur ſibi ius plenum, & purum, cum † eſſent alij duo 15 principaliter præſentati vnà cum ipſo. & ſucceſſiuè electio fuerit translata in Epiſcopum.Clem.plures.§.fin. de iurep.Lamb.de iurep. lib. 2. par.2. quæſt. 7. princ.art. 21. num.1.Neque tale ius videtur conſiderabile, ſaltem ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum; non obſtante † 16 clauſula, dummodo alteri non ſit ius quæſitum Rom.conſ. 256. in fine,vbi etiam Mand. Cald. conſ.8. in fine. de reſcript.Pariſ. conſ. 5. nu. 96. vol. 4. nam per dictam præſentationem plurium nulli ius acquiritur ad rem. Mohed de prębẽ. deciſ.1. num 2.

Aut nititur ex ſecunda præſentatione dicti Pauli; Et minus ei prodeſſe videtur; Tum quia fuit facta priuatiuè, quoad alios in prima præſentatione nominatos, quod non licuit,vt dictum eſt in primo motiuo.

Præſertim quod abſolutio † à iuramẽtis cõceſſa dicto Paulo forſan non 17 valuit,cũ non fuerit citata pars,prout dubitarũt Domini de Rota in nouiſſimis deciſ 451.in fine.deciſ.547.nu.7. & vide deciſ.513.nu.3. par 3.lib.3.

Tum quia non fuit probatum ius variandi fuiſſe præſcriptum, vt dictum fuit in primo motiuo.

Minus inſtitutio ſubſecuta poteſt eum iuuare,cum † decretum irritans 18 appoſitum in dictis literis videatur annullare actum ab initio. Zabar. conſ.105 num.5. Lap alleg 79 num.1. Pariſ.in d.conſ. 47 num. 31. Gabr.de clauſ concl.3.num. 50. & 61. Lancell. de attent. par. 1. cap.3. nu. 85. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 24. num. 5. par. 2. vbi dicitur, dictum decretum ligare ignorantes. Caputaq. deciſ.1. num.2.par.2.

Tertium fuit motiuum contra Reuerendum de Tortis huiuſmodi.

Ex duplici capite videtur, literas Apoſtolicas ad fauorem d. Reu. de Tortis exhibitas non eſſe exequendas; Nempè, ex capite † ſubreptio- 19 nis, & obreptionis, quod reddit eas

nullas ipſo iure. Gabr. conſ. 26. num. 1. Etiam ſi ſubreptio eſſet in minimo. Flam Pariſ. de reſig. benef. lib. 10. quæſt. 2. num. 4. Et ex capite non probationis.

Subreptio autem, ſiue obreptio deducebatur. Primò, cum in illis non fuerit facta † mentio litis iam pendentis inter ipſas partes coram Ordinario. c. fin. & ibi Doct. vt lite pend. in terminis Io. Bapt. Ferr. conſ. 185. nu. 1. vol. 1. Menoch. de arb. iud. caſ. 201. num. 148. Lancell. de attent. lite pend. in præf. num. 631. Caſſad. de præben. deciſ. 18. num. 6. Flam. Pariſ. de reſignat. benef lib. 2. q. 3. num. 60. cũ ſeq. & num. 64. dicit, non ſufficere mentionem de lite in genere, ſed requiritur, vt fiat mentio de proceſſu, & ſtatu cauſæ.

21 Cœterùm † clauſulæ, cuius litis &c. ſtatum, & merita &c. pro expreſſis &c. appoſitæ in dictis literis vidētur hoc vitium tollere. Gabr. de clauſ. concl. 5. num. 8. Gomeſ. de trien. q. 14. num. 7. Pariſ. conſ. 1. num. 92. vol. 2. & conſ. 3. num. 65. vol. 4. Lancell. in d. præf. num. 648. Achil. de Graſſ. de reſcript. deciſ. 9. vbi ampl etiam ſi cauſa eſſet inſtructa. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 807. num. 2.. par. 1. & in nou. de reſcrip. deciſ. 20. & , vt lite pend. deciſ. 13. num. 1. vbi lim.

22 Secundò, quia in eiſdem † non fuit facta mentio iuris ad rem quæſiti per præſentationem d. R. de Mutis, quod ius ad rem conſeruatur intactum per illam clauſulam, dummodo alteri ſpecialiter ius non ſit quæſitum. in terminis Io. Bapt. Ferr. in d. conſ. 185. num. 2. Fel. in c. cauſam, quæ num. 26. & in c. in noſtra. num. 25. de reſcrip. Menoch. in d. caſ. 201. num. 149. Bellam. deciſ. 167. Caputaq. deciſ. 37 par. 1. deciſ. 55. num. 2. deciſ. 137. & 219. par. 2. Caſſad. de præb. deciſ. 3. nu. 3. & ſuper reg. Cancell. deciſ. 24. num. 3. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 364. nu. 4. par. 1. & deciſ. 6. num. 6. par. 2. Gomeſ. de non toll. iure quæſito. quæſt. 1. num. 14. & 29.

Quod verum eſſe, etiam ſi † in d. 23 literis adeſſet derogatio iuriſpatronatus pro medietate, firmat Felin. in d. c. cauſam, quæ. num. 26. verſ. ſecundò tollitur. Et, per præſentationem quæri ius ad rem, indubitatum eſt, ſecundum Lamb. de iurep. lib. 2. par. 1. q. 1. prin. art. 4. num. 2. & d. lib. 2. par. 2. q. 3. princ. art. 8. num. 3. Bellam. deciſ. 167. Caſſad. de præb. deciſ. 18. num. 4. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. q. 23. num. 12. Rot. Rom. in nou. de iurep. deciſ. 8. num. 2. Burſat. conſ. 379. num. 4. & 14. licèt nu. 16. dicat, non acquiri ius ad beneficium, ſed ius ad petendam confirmationem, ſeu inſtitutionem, & , hoc communiter à Doctoribus teneri, teſtatur. ſed de his omnibus vide ſupra hoc eodem lib. 1. Reſol. ix. & x.

Tertiò, etenim † non fuit in eis facta mentio variationis iam factæ à d. 24 Paulo Æmilio ad fauorem d. R. de Mutis, prout debebat fieri, vt in puncto firmat Roch. de Curte de iurep. in ver. Honorificum. quæſt. 22. num. 52.

Sed aduerte, nã hoc videtur ſuppleri ex clauſulis, vocatis vocandis. &c. item amoto Ioanne &c. ſecundum Card. conſ. 92. Felin. in d. c. in noſtra. nu. 32. & ex clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitũ. Felin. in c. ſuper literis. col. 2. verſ. quinta reg. de reſcript. Menoch. de arb. iud. caſ. 101. nu. 140.

Circa vero caput probationis, in pluribus dicitur defeciſſe d. R. de Tortis.

Primò, quia non verificauit integram

gram medietatem vocum, vt ſupra fuit dictum.

Secundò, cum non docuerit de iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, prout tenebatur ex forma dictarum literarum, & cauetur per Sacr. Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 25. cap. 9. Nec minus docuerit de eo per temporis immemorabilis curſum, quod eſt centum annorum, ſecundùm communem Doct. opinionem.

25 Tertiò, quandoquidem non probauit † valorem verum beneficij, prout tenebatur, ſtante maximè oppoſitione partis Put. deciſ. 24. lib. 1. deciſ. 120 par. 2. & deciſ. 36. nu. 1. par. 3. Caſſad. de iurepat. deciſ. 7. & ſuper reg. Cancell. deciſ. 20. Caputaq. deciſ. 132. & 280. par. 2. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 64 & 829. numero. 1. par. 3. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 10. q 3. num. 40. vbi teſtatur, pluries ita fuiſſe reſolutum in Rota Romana, reiecto omni ſtilo contrario, vtì contra omne ius, & æquitatem.

ARGVMENTVM.

Sequitur Reſolutio ſuperioris cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus debet probari eſſe ex fundatione, vel dotatione.*

2 *Variatio quid operetur in præſentatione ad beneficia. Et num. 4.*

3 *Derogatio iuriſpatronatus quando valeat.*

5 *Clauſula, perinde valere, & retrotractiuaq; quando non operetur. Et num. 7.*

6 *Papa nunquàm præſumitur præiudicare tertio, etiam in beneficialibus.*

8 *Nullitas debet opponi.*

9 *Literæ inhibitoriales an afficiant iudicem, cui non ſunt præſentatæ.*

10 *Gratia ſi neutri &c. quando non operetur.*

RESOLVTIO CV.

POST exactam motiuorum diſcuſſionem, de quibus in præcedenti reſolutione, fuit tādem reſolutum, Literas Apoſtolicas prouiſionis dictæ eccleſiæ Plebis Albignolæ, ad fauorē dicti de Tortis obtentas, & exhibitas, nullam mereri executionem ex pluribus, & præſertim cum dictus de Tortis non verificauerit valorem verum beneficij, illudq; eſſe † de iurepatronatus ex dotatione, & fundatione, prout tenebatur, tàm ex forma dictarum literarum, quàm ex diſpoſitis per S. Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 25. cap. 9. Vide Achil. de Graſ. de iurepatr. deciſ. 4. num. 6. cum ſeq. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 532. num. 1. cum ſeq. par. 1. vbi firmat, non probata dicta forma, extare defectum intentionis concedentis.

Accedebat, nam non modicum erat dubium, an verificata eſſet medietas vocum, ſtante † variatione Pauli Æmilij, per quam videtur diminutum ius dicti R. de Tortis, & adiunctum d. R. de Moris, ſecundùm Caualc. deciſ. 28. nu. 1. par. 1. 2

Quæ variatio ſi fuiſſet expreſſa Papæ, cum veriſimiliter mouiſſet ad nō concedendum gratiam dicto R. de Tortis, prout in terminis firmat Roch. de Curte. de iurep. in ver. Honorificum, num. 52. Et potuit mouere iudicem ad gratificandum d. R. de

Mutis.c.cum autem,de iurep. Lamb. de iurep.lib.2.par.2.q.7.prin. art.21. num.3.

3 Prætereа † derogatio pro medietate,de qua in dictis literis,non videbatur attendenda,cum diceretur, iuſpatronatus ad vnum tãtùm pro medietate ſpectare.Flam.Pariſ. de reſig. benef.lib.2.q. 4.nu.55 qui citat Mandoſ. conſ.7.num.13.

4 Concurrebat † quoque inſtitutio iam ſecuta ad fauorẽ dicti R. de Mutis, qua ſtante, præſentatio aliàs facta per dictum Paulum Æmilium de dicto R. de Tortis reddebatur omninò inefficax,ſecundùm dicta per Gomeſ. ſuper reg. Cancell. de iure quæſito non tollen.q.1.num.17.

Nec dictæ inſtitutioni obeſſe, dicebatur, decretum irritans appoſitum in dictis literis, cum clauſula; perinde valere,ac retroactiua,&c.

5 Tum quia † dicta clauſula non operatur contra ius tertio medio tempore quæſitum.c.quamuis,de reſcrip. in 6.Mandoſ de ſignat.gratiæ,in rub. Perinde valere. verſ. perinde igitur. Cauale.deciſ.28.nu.39.par.3. vbi ampliat. Pariſ.conſ.11.num.27.vol.1.Put. deciſ.190.par 2.Mohed.de præb.deci. 21.& de conceſ.præb.deciſ.10 Caputaq.deciſ.126 num.5.par.1.& dec.298. num 7.par.2.Rot.Roman.in antiq.de præben.deciſ.12.& in nouiſſim. deciſ. 633.num. 6.par.3.lib.3 Hic autem erat iam ius quæſitum dicto R. de Mutis purè.& plenè. Vide Menoch.de arbit. iud.lib.2.cent.2.caſ.185.numer.25.qui limitat prædicta in iure conditionali interim quæſito.

Confirmatur, nam quamuis Papa habeat plenitudinẽ poteſtatis in be-
6 neficialibus, nihilominus † nunquam dicitur prouidere in præiudiciũ tertij,præſertim ſine cauſa. Non.conſilio 55.num.14.Franc.Becc.conſ.12. nu.35. Surd.conſ.42.num.20.Ferret conſ.6. numer.5.Menoch.de præſumpt.lib.2. præſ.9.num.5.cum ſeq.quod magis in ſpecie voluit Rebuff.in praxi benef.in reg.de non tollend.iure quæſito. glo. 3.Gomeſ. ſuper d.reg. de non tollen. iure quæſito. quęſt.1. nume.vigeſimoquarto.

Tum quia dicta clauſula † non operatur, ſi diſpoſitio principalis, vel 7
cauſa ceſſat, prout hic ceſſabat, cum dictæ literæ eſſent nullæ ipſo iure,vti obreptitiæ, & ſubreptitię. Gabr. de clauſ.concluſ.3.numer.82. Lancell.de attent.par.3.cap.31.num.265. Mohed. de conceſſ.prębend.deciſ.10.cum ſeq. Flam.Pariſ.de reſig.benef.lib.8. quęſtio.11.num.46.

Motiuum autem ſuper nullitate ſecundę pręſentationis dicti Pauli non fuit viſum conſiderabile in præſenti negotio.

Tum quia de tali † nullitate non 8
fuit in actis oppoſitum per partem. Felin.in rub.de except.nu.4. & in ca. paſtoralis.eod.tit.

Tum quia illius cognitio non videbatur ſpectare ad dictum D.Vicariũ, qui erat executor tantùm dictarum literarum,ſecundùm Menoch.de arb. iud.quęſt.38. num.16.ſed ad D.Vicarium Placentię, coram quo pendebat cauſa principalis per reſcriptum Apoſtolicum. Rot.Roman.in nouiſſim. deciſ 6.num.8.par.2. Pręſertim,quòd fuerant iam intimatę dicto R.de Tortis literę inhibitoriales dicti D.Vicarij Placentiæ, quę † literę afficiebant 9
D.Vicarium Papię, licèt non inhibitum.Lancell.de attent. par.2. cap.20. ampl 19.

Tum demùm quia non id veniebat audiendus dictus R. de Tortis ſuper nullitate dictę pręſentationis, ex quo

quo non verificauerat prius conditiones dictarum literarum. Alciat. conſ.83.nu.1.tom.2.lib.6. & conſ.76. nu.13. tom.3.lib.8. Abb.in c.2.num.3. de reſcript.

Similiter non fuit viſum conſiderabile in præſenti inſpectione caput
10 † gratiæ, ſi neutri,&c.

Tum ex reſolutis per Rot. Rom. in nouiſſim.deciſ.64.& 824.nu. 1.par.3.

Tum ex eo, quòd ius plenum competeret d.R.de Mutis,vt patet ex iam dictis.Pariſ.conſi.101. num. 22. vol.4. Put.deciſ.48.nu.4.par.1.Caputaq.deciſ.42.num.3.par.2.

ARGVMENTVM.

An teſtes poſſint examinari poſt dicita teſtificata.

Item, Ad obtinendum in remedio poſſeſſorij reintegrãdæ quæ requirantur.

Item, identitas bonorum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quando poſſint examinari poſt didicita teſtificata. Et nu.2.3. & 4.*

5 *Diſpoſitio limitata non extenditur. Et quando num.15.*

6 *Bona in dubio præſumuntur allodialia.*

7 *Res inter alios acta alteri non nocet. Et num.38.& 45.*

8 *Determinatio vna reſpiciens plura, debet pariformiter determinare.*

9 *Probatio incerta non releuat.*

10 *Teſtes de auditu quando probent. Et nu.11.& 12.*

13 *Confeſſio procuratoris quandò noceat Domino. Et num.14.*

16 *Primum extremum eſt probandum in poſſeſſorio reintegrandæ.*

17 *Poſſeſſio nõ poteſt queri de re incerta.*

18 *Exceptio dominij quando poſſit opponi in remedio reintegrandæ. Et nu.19.& 20.*

21 *Fundamentum intentionis ſuæ quis tenetur probare. Et num.31.*

22 *Petens plus debito eſt condẽnandus.*

23 *Bona omnia quando præſumantur conductitia, vel emphyteutica. Et num.24.*

25 *Præſumptio tollitur per probationem in contrarium.*

26 *Veriſimile quòd non eſt, non eſt præſumendum.*

27 *Dominium an probetur per teſtes deponẽtes de poſſeſſione. Et nu.28.*

29 *Hæres, ſeu ſucceſſor non tenetur oſtendere, pro quibus rebus ſoluat fictum.*

30 *Aſſignatio certæ rei prodeſt emphyteutæ.*

32 *Reus eſt abſoluendus, actore non probante.*

33 *Identitas quomodo probetur. Et num.43.*

34 *Inſtrumentũ ſine anno non probat.*

35 *Inſtrumentum ſine die non probat.*

36 *Nõtarius quod quis ſit, quando probari debeat. Et num.37.*

39 *Poſſeſſio an probetur ex inſtrumento locationis. Et num.40.*

41 *Confines rerum probantur ex inſtrumento emptionis.*

42 *Illatio non fit ex diuerſis.*

44 *Pluralitas rerum præſumitur.*

RESOLVTIO CVI.

In admodùm graui cauſa vertente inter Illuſtriſſimum D. Comitem Renatum Borromeum ex vna, & M. R. D. Præpoſitum Vareſij ex altera, occaſione plurium bonorum; Difficultas omnis videbatur reduci principaliter ad tria, Nimirum.

Primum eſt, An potuerint de iure admitti capitula producta coram D. Vicario Generali Papię delegato Apoſtolico per Procuratorem Domini Comitis, & ſuper eis teſtes examinari.

Secundum eſt, An in locatione fictalitiæ Ranchi ſint comprehenſa bona Opponij.

Tertium eſt, An D. Comes veniat abſoluendus à petitis quoad bona omnia Ranchi.

In primo dubio videtur affirmatiuè reſoluendum.

Tum quia dictus Præpoſitus nihil
1 † oppoſuit in actis, & proinde cenſetur tacitum conſenſum præſtitiſſe admiſſioni dictorum Capitulorum, ac examini, ob iudicis authoritatem, & fauorem iudicij, ſecundum Fel. in c. quoniam contra nu. 20. de probat. & in c. fraternitatis. num. 6. de teſtibus. Gabr. de teſtibus. concl. 21. nu. 77. lib. 1. Farin. de oppoſ. contra examen teſt. q. 75. num. 182. vbi teſtatur de magis communi opinione, & faciunt dicta per Marant. de ord. iud. p. 6. verſ. & aduertatur circa contumaciam. num. 11. & 30.

2 Tum quia fuit hic probatum † cõtrarium per euidentiam facti, iunctis etiam teſtibus. Felin. in d. c. fraternitatis, num. 10. Gabr. in d. concl. 21. nu. 91. Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 34. nu. 12. Farin in d. quæſt. 75. num. 172. Nec ambigebatur, agi de peritia artis, vt patet.

Tum quia, vnà cum dictis teſtibus,
3 fuerunt exhibita † nonnulla inſtrumẽta, quorum præſumptio tollit præſumptionem ſubornationis. Surd. deciſ. 153. nu. 22. Menoch. in d. quæſt. 34. nu. 19. Farin. in d. quæſt. 75. nu. 165.

Quæ reſolutio coadiuuatur. Tum attenta perſona d. Illuſtriſſimi Comitis, iuxta dicta per Fel. in c. cauſam, in fine. de off. deleg. Gabr. in d. concl. 21. nu. 145. Tum quia, attenta † pluralitate bonorum petitorum, diuerſitate 4
confinium, & rerum, ac diuturnitate temporis, non potuerat ex iam articulatis inſtrui, & informari dictus Comes. Farinac. in d. quæſtio. 75. nu. 169. cum ſeq. Faciúntque dicta per Surd. in d. conſi. 153. num. 24.

In ſecundo videtur negatiuè reſoluendum, ex quo per inſtrumenta exhibita diuerſorum annorum, & præſertim anni 1324. 1373. & 1458. conſtat clarè, eſſe in dicta locatione comprehenſa bona Ranchi tantummodò, Vndę † non eſt extendendum ad bo- 5
na Opponij vulg. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. l. milites. ff. de re mil. Pariſ. conſil. 94. num. 18. volum. 1. & conſ. 150. nu. 2. volum. 4.

Quæ reſolutio coadiuuatur.

Tum ex eo, quod territorium Opponij eſt omninò diuerſum, & ſeparatum à territorio Ranchi, vt patet. l 2. §. fin. ff. de fundo inſtr. vel inſtru. leg. l. 1. ff. de rebus dub.

Tum quia in dubio † bona potiùs 6
præſumuntur allodialia, quàm emphyteotica. Latè Maſcar. de prob volum. 1. concl. 79. num. 5. cum ſeq Menoch. de præſumpt. lib 3. præſumpt. 91. num. 1. cum ſeq. Natt. conſi. 303. num. 1. Pariſ. conſil. 20. num. 1. volum. 1.

Neque præfatæ reſolutioni obſtare, dicitur, inſtrumentum locationis anni 1373. in quo fit mentio de Maſſaritio Ranchi, Opponij, & Anglerię.

Primò, quia illa locatio fuit facta inter alios, & propterea † non nocet 7
d. Domino Comiti. toto tit. C. res inter alios acta, &c. Pariſ. conſ. 115. nu. 17. volum. 1. Quod verum eſſet, etiam ſi de eodem iure ageretur. l. ſæpè, de re iud.

re iud. cap. inter dilectos, de fide inſtrum. Turret. conſilio 33. num. 13. vol.1. Non.conſil.24. num.9. Benintend.deciſ.67.nu.1.Put.deciſ.155.par.2.

Secundò, nam dicta locatio, quoad bona Opponij, eſt intelligenda in decimis, idque ſuadetur, cum in eadem fiat mentio de loco Angleriæ, & toto ſtatu Mediolani, in quibus non poterant prætendi, niſi dictæ decimæ:
8 vna † autem determinatio reſpiciens plura debet illa pariformiter determinare.l.nam hoc iure.ff.de vulg.& pup. l.in teſtamento. C. de teſt. mil. Pariſ. conſ.71. num.17. & conſ.72. num.38. vol.4.

Similiter non ſunt attendendæ depoſitiones Petri Bernardi, & Fabritij Beſutij.

9 Tum quia vti † incertæ,& non concludentes non releuant. c. in præſentia.de probat.l.non hoc.C.vnde cogn. Surd.conſil.24. num.16. & deciſio.75. num.17.Franc.Becc. conſil.52. nu.102. Farinac. de oppoſ. contra dicta teſtium.quæſt.68.num.1.cum ſeq.

10 Tum quia † ambo ſunt teſtes de auditu.cap.licèt de teſtibus.latè Farinac. quæſt. 69. num.2. cum ſeq. Cæſar de Graſ.de prob.deciſ.4.num.1. Præſertim cum hic ageretur de probatione dominij,ſeu poſſeſſionis. Farinac.in d. quæſt.69. num.138. Caualc. deciſ. 12. num.41.par.1. Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ.7.num.2.par.3.lib.3.

11 Et quamuis dicti teſtes ſint † producti à D. Comite, Vnde plenè probant contra eum, licèt deponant de auditu. latè Farinac. in d. quæſt. 69. num.57. Nihilominus dicitur, poſſe opponi contra dicta eorum, iuxta cumulata per Natt.conſil.31. num. 4. & Non.conſil. 24.num.22.cum ſeq. Præſertim cum id dicti teſtes depoſuerint ſuper interrogatoriis partis Caualc.in d.deciſ.12.num.40.quem refert Maſcard. de prob. volum.3. concluſ.1235. num.29.

Præterea dicti teſtes iam examinati, didiciti,& publicati,non fuerunt producti poſtea per d.D. Comitem, quæ † productio requirebatur, vt plenè 12 probarent contra ipſum producentem,ſecundùm Farinac.de oppoſ.contra perſ. teſtium. quæſtio.62. numero 236. cum ſeq.& num.243.& in d.quęſt. 69.num.58.

Demùm, cum dictæ depoſitiones videantur repugnare inſtrumentis exhibitis, poteſt iudex ex officio illas repellere. latè Farinac. in d.quęſt.62. num.190.& 252. cum ſeq.

Non obſtant pariter aſſértæ confeſſiones aſſertorum procuratorum d. Domini Comitis de certis petiis terræ.

Primò, quia aſſerti † procuratores 13 non fuerant conſtituti ad ita confitendum.Pariſ.conſ.45.nu.21.& conſil. 115.nu.18.vol.1.

Secundò, nam dicta confeſſio dicitur voluntaria, non autem neceſſaria, ex quo non eſt facta ſuper poſitionibus aduerſarij, ſeu interrogationibus iudicis,quibus dominus,ſi pręſens eſſet, teneretur reſpondere. Vnde non nocet Domino. in puncto Bellam.deciſ.695. Rot.Macerat. deciſ.61. numer.64.

Tertiò, etenim ex vltima viſitatione, ac teſtium depoſitionibus conſtitit,rem aliter ſe habere, & dictas confeſſiones, ſi modò confeſſiones dici poſſunt, fuiſſe factas † à procuratori- 14 bus malè informatis, Vnde potuerunt reuocari à d.D.Comite. Afflict.deciſ. 148. num. 4. Maſcard.de probat.volum.1.concl.369.num.16.& concl.378. Rota Macerat. d. deciſio. 61. numero 63.

Prȩſertim cum dictus Comes prætendat, dicta bona poſſidere virtute fideicommiſſi.

Poſtremò dictum fuit, non obſtare l.prædiis.§.Titio.ff.de leg.3.& l.Seię.§.tirannæ.ff.de fund.inſtr.vel inſt.leg. quæ iura allegantur per Alex.in conſ.150.num.1.vol.7.

Quandoquidem ibi vnicus erat dominus prædiorum Seianorum,& Gabinianorum,& conſtabat de vſu teſtatoris; Hic autem concurrunt diuerſi domini; Neque conſtat de dicto vſu;
15 Vnde † non faciunt ad caſum noſtrũ, vulg.l.Papinianus.ff.de min.

In vltimo dubio videtur reſoluendum affirmatiuè, ex duobus principalit.r.

Primò, nam dictus Præpoſitus dicit, ſe intentaſſe remedium reinte-
16 grandę, & tamen † non probauit primum extremum, nempè ſe iam poſſediſſe omnia bona petita, prout tenebatur, ſecundùm Abb.in c cum ad ſedem, num.28.de reſtit.ſpol.Pariſ.conſil.98.num.24 lib.2. latiſſimè Menoc. de recuper.poſſeſſ. remed.15. numero 383 cum ſeq.Caputaq.deciſ.328.num. 6.par.2.

17 Quinimò, ſtante † incertitudine reſpectu loci,& quotę, non poteſt prætendi vlla vnquam poſſeſſio quęſita.l.locus.ff.de acq poſſeſ.l.emptor. ff.pro empt.Barto.in l.4.C.quando,& quibus quarta par.deb.lib.10.Pariſ.conſ.37.num.20.vol 3.

18 Nec obſtat, in remedio reintegrandę † non poſſe opponi quæſtionem proprietatis.c,1.de reſtit. ſpol. Felin. in cap.exceptionem. nu.36.de except. latè Menoch. in d.remed.15. nu.472. cum ſeq.

19 Tum quia exceptio, quòd † actor nunquàm poſſederit, poteſt opponi in dicto remedio poſſeſſorio, vt in puncto voluit Boer. deciſ.238. columņ.3. quem refert, & ſequitur Menoch. de recup.poſſeſſ.remed.1.num.354. cum ſequent.

Ad quod faciunt etiam dicta per eundem Menoch. in materia conductoris, in eodem tract.remed.11.num. 41.& 56.

Tum quia dictus Illuſtriſſimus Comes non † ſolùm allegat pro ſe poſ- 20
ſeſſionem, ſed etiam titulum emptionis in pluribus bonis petitis per dictum Præpoſitum, vt inferius dicetur. Rip.in cap ſæpe.numero quinquageſimo. de reſtitut. ſpoliat. Menoch. in dict. remed. 15. numero 479.cum ſequent.

Secundo adducitur, etenim dictus Præpoſitus in ſuo libello, ſeu petitione petiit reintegrari etiam ad omnia alia bona, quæ nomine Domini Comitis Philippi, eorúmque ſucceſſorum tenta, & poſſeſſa fuere, & tamen non probauit nedum ſucceſſionem, ſed neque dicta omnia bona fuiſſe comprehenſa in dicta locatione ficta, litiæ Ranchi, prout † tenebatur, vulg. 21
iuribus, Bellon.conſ.10.num.11. Surd. conſ.61.nu.15. Et, cum petierit † plus 22
debito, venit condemnandus, & D. Comes Renatus abſoluendus. §. plus autem.inſt.de act.l.1.C.de plus petit. l.qui ſolidum, & ibi Bartol. ff.de leg. 2.Iaſ.in l.properandum. §. ſin autem, num.17.C.de iud.

Neque obſtat, quòd, ſtante † titulo 23
conductionis, prȩſumantur omnia bona poſſeſſa per D. Comitem hodie in territorio Ranchi conductitia. Ang.in l.ſi in rem.nu.4.ff.de rei ven. Iaſ.in l.2.numer.173. C.de iur.emph. Alciat.de prȩſumpt.reg.2.prȩſum.23. Maſcard.de prob. volum.1. concl.79. num. 13. & in terminis Magon. deciſ. Florent.3.num.10.cum ſeq.

Tum

Tum quia aſſumptum verum eſt in contractu emphyteuſis, non autem in contractu locationis,& conductionis; Et ratio viua,& efficax diuerſitatis in-
24 ter dictos contractus eſt, nam † in contractu locationis conſtituitur pẽſio ad commenſurationem fructuum, vnde iudex poteſt cognoſcere ex quãtitate penſionis,quæ,& quanta prædia eſſent locata,ſed in contractu emphyteutico modica penſio conſtituitur pro magnis proprietatibus, quia non habetur reſpectus ad fructus, ſed attenditur tantùm recognitio dominij, vt in ſpecie tradit Natt. conſil.3.num. 6. Et Doctores ex aduerſo allegati per Magon.ſi bene perpendantur, loquuntur in contractu emphyteutico, & Ang. dicit tantùm, quòd reus tenetur oſtendere confines,quia illos mutauerat.

25 Tum quia præſumptio † tollitur per probationem in contrarium.Abb. conſi.61.col.fin.lib.1.Menoch.de prꝑſumpt.lib.1.q.31.nu.2.cum ſeq.

Cæterùm ex deductis conſtat de contrario,nempe.

Primò,ex pluribus inſtrumentis emptionum bonorum Ranchi factorum per dictos D. Comites ante, & poſt dictam locationem, à diuerſis perſonis,& præſertim à Beſutiis,Petro Lazaro, & Gaſparolo, prout hoc etiam D.Aduerſarius fatetur.

Secundò,ex inſtrumento anni 1302. quo cauetur, pretium bonorum emptorum fuiſſe tantummodò libr.250. imper. Et,dicta modicitate pretij attenta, non eſt veriſimile, bona omnia petita fuiſſe empta. l. fin. ff. quòd met.cau. Bald. in l.teſtium.colum.fin. C. de teſt. Felin. in cap. auditis. num.
26 23.de præſcript. Veriſimile † autem quòd non eſt,nullatenus eſt præſumẽdum. c. quia veriſimile. de præſumpt. Pariſ.conſil.13.nu.9. volum.3. & conſ. 8.num.7.volum.4. Quinimò iſta inueriſimilitudo tollit totaliter dictam præſumptionem,iuxta dicta per Felin. in d. cap. auditis.num.23.

Tertiò, ex depoſitionibus teſtium, qui dicunt. D. Comites poſſediſſe dicta bona vtì propria ipſorum, & non conducta à D.Præpoſito.

Et quamuis ex dictis depoſitioni- 27
bus non † probetur dominium. Surd. deciſ.263.num.13.qui alios citat.

Nihilominus dictum fuit, ſatis eſſe D.Comiti Renato,vt ex eis probetur eius poſſeſſio ad excludendum Præpoſitum à dicto Remedio intentato; Vel ſaltem præſumatur, dominium, ſecundùm Maſcard.de probat.volum. 1. concluſ.539.num.21.

Præterea dictum fuit, ex dictis depoſitionibus † probari dominium D. 28
Comitis, cum ipſe veniat excipiendo. Maſcard.in d.concl.539.numero 8. Et ad eius fauorem tot alia concurrant.Maſcard.ibidem.nu.18.

Accedit pro corroboratione prædictorum, quòd dictus Comes Renatus cum in ius † alterius ſucceſſerit, non 29
poteſt cogi ad oſtendendum pro quibus bonis ſoluat penſionem, ſeu fictum. l.ſi de meis. §. fin. ff. de arbitr. Natt.in d.conſil.3. num.11. Bellon. in d.conſil.9.num.10. Magon. d.deciſ.2. num.9.

Et paratus erat,ad tollendas lites,aſſignare dicto Præpoſito tot bona in dicto territorio, ex quibus poſſet percipi ſolitus fictus, etiam in maiori quantitate,arbitrio boni viri,iuxta dicta per Bald. in l.in teſtamento. ff. de cond. & demonſtr. quem refert Affl. in d.deciſ.23.nu.7. Quod † plurimum 30
prodeſſe ſolet in ſimilibus cauſis. Nat. in d.conſil.3.num.6. Magon. in d. deciſ.2.num.10.

Neque prodeſſe, dictum fuit, dicto Præpoſito clauſulam illam in petitione appoſitam, videlicet, niſi eatenus, quatenus probetur contrarium.

31 Nam ipſe † tenebatur plenè probare fundamentum intentionis ſuæ l. actor. C. de prob. l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimil. Non autem debebat tali cautela expectare probationes de domo rei, & inquirere. Ang. in d. l. ſi

32 in rem. num. 4. Et facit, reus † enim eſt abſoluendus, actore non probante, etiamſi conſtaret de non iure rei per ſuam confeſſionem. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 36. num. 24.

Et dum D. Præpoſitus obiiceret, ſe

33 verificaſſe † identitatem bonorũ locatorum, & petitorum ex inſtrumentis exhibitis, præſertim locationum, & emptionum. Bald. in rubr. C. de contrah. emp. quæſt. 22. numer. 23. & in l. ſi fines. C. de euict.

Primò fuit replicatum, aliqua ex dictis inſtrumentis non eſſe in forma probante.

Tum quia ſunt corroſa in partibus

34 ſubſtantialibus, & præſertim † cũ non legatur annus. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Menoch. de adip. poſſeſſ. remed. 4. num. 713. & de præſumpt. libr. 2. præſ. 82. num. 4. Maſcard. de probat. quæſt. 6. num. 82. Neque † legatur dies. l. cõ-

35 tractus. C. de fide inſtrument. Bart. in proœm. ff. vet. num. 4. Felin. in cap. 1. num. 15. de fide inſtru. Put. deciſ. 226. num. 2. par. 1.

36 Tum quia non conſtat, eos, qui † ſcripſerunt, ſeu ſubſcripſerunt dicta inſtrumenta, eſſe notarios matriculatos. Iaſ. in l. Barbarius. numero 55. ff. de off. præt. latè Menoch. de præſ. libro 2. præſump. 78. num. 2. cum ſequent. & Maſcard. in dict. quæſtion. 6. numero 76.

37 Et quamuis † antiquis non expediat probare, Notarium fuiſſe notarium. Innoc. in c. veniens, de verbor. ſignif. Bald. in auth. quas actiones, & in l. fin. C. de ſacroſanct. eccle. Tamen id verum non eſſe dicitur hic, cum dicta inſtrumenta patiantur alias exceptiones, de quibus ſupra. Alexan. conſilio 150. numero octauo, vol. 6.

Secundo fuit replicatum, dicta inſtrumenta † fuiſſe facta inter alias 38 perſonas, a quibus dicti Domini Comites cauſam non habuerunt, Vnde eis non præiudicant. l. ſæpe. ff. de re iudic. l. optimam. C. de contrah. empt. c. inter dilectos, de fide inſtr. Dec. conſ. 407. num. 30. Pariſ. conſ. 104. num. 81. volum. 1. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 571. Caualc. deciſ. 13. num. 37. par. 1. Præſertim, quòd dicta inſtrumenta non ſunt de propinquo locationibus factis dictis Dominis Comitibus.

Tertiò fuit replicatum, ex † inſtru- 39 mentis locationum non probari poſſeſſionem. d. c. inter dilectos. Pariſ. d. conſ. 104. nu. 81. cum ſequen. Maſcar. de prob. volum. 3. concl. 1181. numer. 1. cum ſeq. Rot. Roma. in nouiſſim. deciſ. 116. num. 2. par. 2. Cæſ. de Graſ. de cau. poſſ. & propr. deciſ. 10. numero ſeptimo.

Præſertim cum hic non fuerit doctum de ſolutione fictorum, ſeu de poſſeſſione vacua. Gabr. de locat. lib. 3. concl. 4. numer. 2. & 8. Put. deciſ. 352. num. 2. par. 2.

Et licèt ex locationibus antiquis aliàs probetur poſſeſſio. Non. cõſ. 73. n. 8. Tamẽ † id verũ eſſe dicitur in loca- 40 tionibus perpetuis, nõ autẽ in tẽporalibus, vt hic Abb. in c. auditis, de præſc. Crau. de antiq. tẽp. in 2. par. nu. 21. quẽ refert Menoc. in d. reme. 3. n. 574. Præcipuè, cũ dictus Comes ſit iuſtus poſſeſſor. Vide Rot. Roman. in nouiſſim. deciſ.

deciſ.1366.par.3.lib.3 vbi plura requirit vltra antiquitatem. & Put. deciſ. 454. num.2.par.2.

Quartò fuit replicatum, neq; ex dictis inſtrumentis emptionalibus probari identitatem prætenſorum bonorum locatorum. & petitorum.

41 Tum quia, licèt ex eis † probentur confines rerum emptarum. Pariſ.conſil. 104. volum.1.latè Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 394. num.1.cum ſeq. Nihilominus non probantur confines rerum locatarum, cum diuerſa
42 ſint inſtrumenta, & ex † diuerſis non fiat illatio. l. Papinianus. ff. de min. Lancell. de attent. par. 2. c. 12. lim. 2. num.2. Pariſ.conſ.18 nu.10.vol.1.

43 Præſertim cum † in inſtrumentis locationum non ſint ſpecificata bona per confines,& alias demonſtrationes, ſed locata ſint fictalitia Ranchi, abſque expreſſione confinium; ſaltem duorum, prout requirebatur,l.forma. ff.de cenſibus.Bart.in l.demonſtratio. num. 14. ff.de cond. & demon. Pariſ.
44 conſi. 107. num. 6. volum.1.nam † in rebus pluralitas præſumitur. Affl. deciſ. 23. nu. 3. Crau. conſi.112. num.4. Surd.conſi.61.num. 13 & 74.

Tum quia dicta inſtrumenta em-
45 ptionum ſunt facta † inter alias perſonas, vnde non probant contra D. Comitem Soc. Sen. conſ.88.nu.2.vol. 1.Maſcard.in d.concl.394.nu.29.

Præcipuè cum idem Comes prætendat, ſe iuſtum eſſe poſſeſſorem. Maſcard. in d. concl.395.num.24.& concl. 397. nu. 9.

ARGVMENTVM.

Diſtributiones quotidianę quādo debeantur abſenti pro alia eccleſia.

Item, An correctio Capitulorum Cathedralium Vicario Epiſcopi ſit permiſſa.

SVMMARIVM.

1 Diſtributiones quotidianæ debentur abſenti pro neceſſitate eccleſiæ, & de iuſſu ſuperioris. Et nu.2.& 3.

4 Conſuetudo ân attendenda in ſimilibus.

5 Correctio Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium an ſit permiſſa Vicariis Generalibus. Et num.6.

7 Vicarius, abſente Epiſcopo, poteſt omnia facere, quæ poteſt Epiſcopus.

RESOLVTIO CVII.

FVIT iniunctum per D. Vicarium Papiæ N. Canonico Eccleſiæ Cathedralis, vt ſe conferret ad inuiſenda quædam bona emenda per Moniales Sanctiſſimę Annunciatę loco R.Confeſſarij dictarum Monialium abſentis; Et cum D. N. Punctator dictæ Eccleſiæ noluiſſet admittere dictum N. ad diſtributiones quotidianas illius diei, D.Vicarius pręcepit ſub certis pœnis dicto N. Punctatori, vt admitteret d. Canonicum ad dictas diſtributiones.

Fuit dubitatum, An dictum præceptum poſſet de iure ſuſtineri.

Et fuit affirmatiuè reſolutum.

Primò, quia non ſolùm in præſenti caſu concurrebat † vtilitas Eccleſiæ 1
nempè dicti Monaſterij, ſed iuſſus quoque ſuperioris. Monet.de diſtrib. quotid.par.2.c.11.num.12.&39.in quibus locis teſtatur, ita fuiſſe deciſum per Sacram Congregationem. Rot.

Rom. in nouiſſim. deciſ. 222.num.2. part. 2. Theſau. ſori Eccl. par.2.c.23. num.23.

2 Et dum replicaretur, id verum † eſſe, quando ageretur de euidenti vtilitate illius particularis Eccleſiæ, cui abſens inſeruit. Ioan. And. in c. 1. num. 3. Anch. num. 4. de cler. non reſid. in 6. Hoied. de incomp. benef. par. 1. c. 17. numero 10. & 19. Graff. deciſ. aur. par. 2. lib. 3 c. 15. num. 10. Monet. in d. c. 11. n. 22. facit c. ex parte. de cler. non reſid. ponderando verba illa; Et ſuæ; quę dicuntur perſonaliſſima. Natt. conſ. 163. num 8. Surd. conſ. 31. num. 31. & conſ. 448. num. 29.

3 Fuit reſponſum, æquiorem eſſe opinionem, quod † ſufficiat euidens vtilitas alicuius Eccleſię loci, ſecundùm Monet. in d. c. 11. num. 28.

Præterea iuſſus ſuperioris, concurrente dicta vtilitate, ſupplet omnia. Monet. in d. cap. 11. num. 12.

4 Secundò, nam extat conſuetudo in ciuitate Papiæ, quòd Confeſſarij Monialium admittantur præſentes, ſi abfuerint à choro pro ſeruitio dictarum Monialium, quæ † conſuetudo attendenda eſt, ſecundùm Monet. in d. c. 11. nume. 35. quicquid dicat Couar. var. reſol. lib. 3. c. 13. num. 2. dictus autem Canonicus, cùm fuiſſet ſubrogatus in locum Cōfeſſarij Ordinarij, poterat eodem frui priuilegio. Gabr. de reg. iur. concl. 2. lib. 6. Turret. conſ. 31. num 14 volum. 1. Surd. deciſ. 19. num. 4. & conſil. 26. num. 5. vol. 1. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 54. nu. 29. cum ſeq. vbi declarat.

5 Et dum proponeretur, correctionem † Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium ſolis Epiſcopis non autem eorum Vicariis, eſſe permiſſam; iuxta Sacroſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 4. de reform. &, ita S. Congregat. declaraſſe, refert Theſ. fori Eccl. par. 1. c. 10. numer. 12. & tunc cum conſenſu Capitularium. Achil. de Graſ. de off. ordin. deciſ. 2. num. 6. Mohed. de foro compet. deciſ. 2.

Fuit dictum, friuolam eſſe talem propoſitionem.

Tum † quia diſpoſitio d. Cōc. Trid. in cap. 4. habet locum in Eccleſiis exemptis tantùm, ſecundùm Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 743. num. 1. cum ſeq. par. 1. vbi latè declaratur dictum caput 4. deciſ. 30. 308. 321. & 328. par. 2. vide Nauar. de offic. ordin. lib. 1. conſil. 9. qui videtur tenere contrarium; Dicta autem Eccleſia Cathedralis Papiæ non eſt exempta à iuriſdictione ſui Epiſcopi, ſed ſubdita, prout conſtat ex ſcripturis Cancellariæ dictę Curię. Rot. Rom. d. deciſ. 321. nu. 2. & apertiſſimum eſt. 6

Tum quia diſpoſitio d. cap. 4. non procedit in habente maiorem poteſtatem, prout habet dictus Epiſcopus, eiuſque Vicarius, quod clarè deciditur per idem Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. in fine de reform. Rot. Rom. d. deciſ. 743. num. 6.

Tum quia, Epiſcopo † abſente, omnia poteſt Vicarius facere, quę Epiſcopus ipſe. Sbroz. de off. Vic. lib. 2. quęſt. 57. ſeu Epiſcopo impedito, vt in d. Conc. Trident. ſeſſ. 24. c. 3. de reform. Quibus accedebat, cùm literę patentales d. Vicarij eſſent ampliſſimę. 7

Et addebatur, quòd hic non agebatur verè de correctione Capituli dictę Eccleſiæ, ſed de iniuſtitia dicti Punctatoris.

ARGVMENTVM.

Dilatio quinta an veniat concedenda.

Item.

Item, Legitimatus quando ſuccedat in iurepatronatus.

Item, Quando Patronus præſcribat iuſpatronatus contra alterum compatronum.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio vnica tantùm de iure dari debet.*
2 *Dilatio vltra tertiam quando non poſſit dari. Et nu. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Inſtitutio præſentati an poſſit probari per teſtes.*
7 *Dilationum materia eſt amputanda.*
8 *Narratiua in literis Apoſtolicis eſt probanda, vt pars gratiæ. Et num. 47. 49. 52. & 54.*
9 *Illegitimus non ſuccedit in iurepatronatus. Et num. 10. & 11.*
12 *Illegitimus non dicitur eſſe de parentela, & familia.*
13 *Legitimatio inceſtuoſi dicitur nulla, ſi non eſt facta mentio ſpecifica qualitatis inceſtus.*
14 *Et quando.*
15 *Exceptio incapacitatis an poſſit obiici in poſſeſſorio.*
16 *Res iudicata facit ius inter partes.*
17 *Sententiæ quando dicatur renunciatum. Et num. 20.*
18 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
19 *Tranſactio vnius non nocet alteri.*
21 *Sententia ſuper cauſa ſtatus facit ius quoad omnes.*
22 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate.*
23 *Et quando cum bonis, & iuribus. Et num. 24. & 25.*
26 *Legitimatus an ſuccedat in iurepatronatus.*
27 *Et quando.*
28 *Iuſpatronatus præſcribitur per compatronum ſpatio xl. annorum.*
29 *Et quando. nu. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42.*
30 *Eccleſiæ intereſt paucos habere patronos.*
31 *Iuſpatronatus eſt ex priuilegio.*
32 *Ex præſentatione vnius ex compatronis quando præſeruetur ius alterius. Et nu. 33. & 34.*
43 *Præſentatio an ſit nulla, non appoſitus edictis. Et num. 44. & 45.*
46 *Poſſeſſio transfertur ex actu nullo.*
48 *Præſentatus à poſſeſſore præfertur præſentato à patrono non exiſtente in poſſeſſione.*
50 *Pro diſcernendis vocibus in iurepatronatus recurrendum eſt ad primas voces.*
51 *Factum vnius ex conſortibus litis quando proſit alteri.*
53 *Diſpenſationis cauſa ceſſante, ceſſat diſpenſatio.*

RESOLVTIO CVIII.

IN vna iuriſpatronatûs vertente inter R. Vrſum, & alios Dominos de Marzaghoris ex vna, & R. Iulium Antonium ex altera.

Fuit in primis dubitatum, Num eſſet concedenda quinta dilatio ad probandum contenta in Capitulis exhibitis per D. procuratorem d. Iulij Antonij.

Et, re plenè diſcuſſa, fuit reſolutum, dictam dilationem nullatenus eſſe concedendam.

Primò, quia de iure vnica † tantùm dilatio dari debet, & illa dicitur eſſe peremptoria. l. fin. & ibi Doct. ff. de fer. Marant. de ord. iud. par. 6. verſ. aliquando petitur compromiſſum, nu. 2. Veſtr. in praxi lib. 5. c. 4. num. 8. cum

ſeq.Miſing.cent.1.obſeru.71.

Secundò, nam hodie ſecundùm
2 Canones non † poteſt concedi alia dilatio vltra tertiam.c. vltra tertiam, & ibi Doct. omnes, de teſtibus. Lap. alleg.8.Rom.conſ.225.& 226.Benint. deciſ.45.num.1.cum ſeq. Aſin.in praxi.§.21.c.1.num.2. Surd. conſ.8.num. 5.cum ſeq.vbi declarat.

Quod videtur indubitatum in
3 præſenti caſu. Tum quia † agitur de cauſa ſummaria, vt patet Rom. d. conſ.216.numer.7.Benint. d.deciſ.45. num.2.

4 Tum quia non fuit doctum † de aliqua cauſa,ſiue iuſto impedimento; prout docendum erat,ſecundùm Marant.d. par. 6. verſ. aliquando petitur comprom.num.5. Miſing.in d.obſer. 71.num.2.& optimè per doctiſſimum Io.Baptiſtam Coſtam in elegantiſſimo ſuo tractatu de Ratione ratæ.qu. 79.num.6.

5 Tum quia talis † dilatio ad probandum tendebat ad eundem finem, & effectum. Roman. in d.conſil.226. num.7.Farin.de iud.q.39.num.5.& alij ſuperius allegati.

Tum demùm, quia dicta capitula videbantur notoriè impertinentia,vtì reſpicientia petitorium,& continen-
6 tia materiam,quæ de iure † non poterat probari per teſtes, ſed per ſcripturam tantùm.faciunt dicta perMaſcard.de probat.volum.1. concl.132.n. 2.cum ſeq. vol. 2. concl.845.& vol.3. concl.1216.

7 Accedit, quòd † in dubio eſt potius deneganda dilatio, cum materia dilationum ſit odioſa,l.2.C.de temp. appell. Benint. in d. deciſ. 45.num.9. in fin. Maſcard. de probat. volum. 1. concl.133.numero 2.

Secundò in eadem cauſa fuit circa merita datum huiuſmodi Motiuum.

Videtur, eſſe omninò pronunciandum, Collationem Eccleſiæ S. Antonij loci Angleriæ Mediolanenſis Diœceſis factam per D. Delegatum Apoſtolicum R. Iulio Antonio de Marzaghoris fuiſſe nullam, & illegitimam, ex quo plura etiam ſubſtantialia in literis Apoſtolicis expreſſa non fuerunt per d.prouiſum verificata, quæ tamen † omninò verificanda 8
erant, vtì pars gratiæ.Pariſ.conſi.49. num. 30. volum. 4. Flam.Pariſ.de reſign. benef. lib. 4. quæſt. 2.num.44. vbi tenet, omnia expreſſa verificanda eſſe. & lib.11.quæſt.7.num.73.Put. deciſ.245.num.1.par.1.Mohed. de renunc. deciſ. 35. & de cauſa poſſeſ. & propriet. deciſ. 9. Cæſar de Graſ. de probat. deciſ. 12. num. 1. & deciſ.20. Caputaq. deciſ. 128.num.1.deciſ.271. num.3. deciſ.274. num.6.par.1.deciſ. 39.& 240.par.2.deciſ. 223.& 303.par.3. Rot. Rom. in nouiſſim.deciſ.268.nu. 1.deciſ.531.& 534.par.1.

Primò etenim non verificauit dictus prouiſus Apoſtolicus, ſe fuiſſe præſentatum à patronis, quod apertè oſtenditur, arguendo à ſufficienti partium enumeratione.

Aut etenim dictus Prouiſus prætendit,Hieronymum, & fratres filios quondam Io. Antonij de Marzaghoris eſſe veros patronos dictæ Eccleſiæ; Et vana dicitur pretenſio ex duobus principaliter.

Primò, quia ſupradicti ſunt filij † 9
illegitimi, qui non ſuccedunt in iurepatronatus eorum patris,prout hodie ita communiter teneri, & practicari teſtatur Lambert. de iurep. lib.1.par. 2. q. 2. prin. art. 26. num. 2. & firmat. Roch.de Curte in eodem tract. verſ. competens,&c.numero 6. cum ſeq.

Et hoc videtur omninò tenendum in præſenti caſu, cum dicti filij Ioan.

Antonij,

10 Antonij ſint † inceſtuoſi, & proinde in totum inſucceſſibiles. auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Lamb. in d. art. 26. nu. 6. Franc. Becc. conſi. 18. nu. 1.

11 Et præterea cum † in fundatione iuſpatronatus ſit reſeruatum deſcendentibus ex linea maſculina vſque in infinitum, & ſic illis tantùm de parentela. Gabr. conſi. 195. num. 4. vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 91. num. 6. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. nu. 7.

12 Filij autem † illegitimi non dicuntur eſſe de parentela, ſiue familia, & multò minus inceſtuoſi. Lamb. in d. quæſt. 2. prin. art. 27. & 29. num. 36. Gabr. in d. conſi. 195. num. 5. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 81. cum ſeq. Farin. de inquiſ. q. 13. num. 52. cum ſeq. & num. 73.

Neque obeſt aſſerta legitimatio, quæ videtur tollere obſtaculum omne iuris, & facti. l. 3. C. de nat. reſtit. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 505. num. 6. par. 1.

Quia illa fuit nulla, cum dicti legi-
13 timati † eſſent inceſtuoſi, prout conſtat plenè ex depoſitione vndecim teſtium, & de qualitate inceſtus non fuerit facta ſpecialis, & indiuidua mentio in legitimatione, prout omninò facienda erat. Pariſ. conſil. 9. num. 86. & conſi. 15. nume. 54. volum. 2. Gozad. cõſ. 6. n. 6. Rom. conſ. 194. & ibi Addit. Franc. Becc. conſi. 18. num. 6. Burſat. conſil. 390. num. 55. volum. 4. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 203. num. 2. cum ſeq. conſi. 629. nu. 3. 6. & 7. vbi in ſpecie firmat, eſſe exprimendam qualitatẽ matris. conſil. 732. nu. 49. cum ſeq. & conſi. 799. num. 26.

Accedit, nam modica obreptio vitiat legitimationem. Pariſ. conſi. 9. nu. 87. vol. 2.

Et ſi replicaretur de tot † clauſulis generalibus, & ampliſſimis verbis contentis in legitimatione, quę videntur ſatisfacere, ſecundùm Pariſ. conſil. 15. num. 65. cum ſeq. volum. 2. Menoch. conſilio 19. numero 23. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſione 368. numero 13. part. 1. 14

Poſſet reſponderi primò, dictas clauſulas non ſufficere, ſecundùm Menoch. in d. caſ. 203. nu. 3. vbi plures cumulat Doctores.

Preſertim cùm hęc dicatur potius diſpenſatio. Felin. in c. poſtulaſti. de reſcript. Menoch. in d. conſilio 629. numero 5.

Secundò poſſet dici, non ſanare dictam legitimationem, cum in ea fuerit expreſſa falſa qualitas, ſecundùm Menoch. in d. conſil. 629. num. 4. Non. conſil. 76. num. 7.

Prętere a, ſi replicaretur; dictam exceptionem † incapacitatis reſpicere petitorium, & ob id non eſſe admittendam in hoc iudicio poſſeſſorio, ſecundùm Bero. conſ. 54. n. 6. vol. 2. 15

Reſpõderi valeret, primò, exceptionem incapacitatis poſſe obiici in iudicio poſſeſſorio etiam reintegrãdę, vt poſt alios firmat Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 436. cum ſequ. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 1137. part. 3. lib. 3. cum in omni poſſeſſorio quantũcumque ſummario ſit diſcutiendum prius de legitimatione perſonę. in terminis Cõtard. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. queſt. 6. num. 3. & 9.

Secundò dici poſſet, iudicium fuiſſe mixtum, ſaltem cum iuſpatronatus nõ poſſit poſſideri abſq; authoritate ſuperioris, iuxta dicta per Contard. in d. l. 1. lim. 2. ſ. 8. num. 36.

Et pro maiori corroboratione nullitatis dictę legitimationis fuit exhibita

ſententia ſuperinde lata, quæ tranſi-
16 tum ſecit in iudicatum, Vnde † pro veritate habetur,&ius facit inter partes.Surd. conſil. 61.num.2.cum ſeq & deciſ. 170.num.15.Fab. Turret.conſil. 41.num.1.vol 1.

17 Neque obſtat,quòd † dictę ſententiæ renunciauerint Domini Marcus Antonius, & fratres de Marzaghoris per tranſactionem initam cum dictis Hieronymo.&fratribus,cum tot clauſulis ampliſſimis.

Quod verum eſſe addebatur, etiam ſi dicta ſententia tranſiuiſſet in iudicatum.Caſtr.in l.ſi cauſa. C. de tranſact. Rom. conſil.369.numero 15.quos, & alios cumulat Surd.in deciſion. 185. num.3.

Primò, quia renunciatio præfata fuit reſtricta, & limitata ad illa bona diuiſa, & contenta in tranſactione, prout apertè colligitur ex illis verbis inſtrumenti,videlicet. [reſpectu contentorum in præſenti inſtrumento, &
18 non aliter,cum aliter,&c.] Vnde †limitatum debet producere effectum.l. in agris. ff. de acquir. rer.dom.Dec. conſ.21. num. 6.Franc.Becc.conſ.74. n.7.Surd.conſ.10.n.49.vol.1.

Accedit, nam renunciatio vti ſtricti iuris venit ſtrictè intelligenda.Bec. in d.conſ.74.num.23.Surd.conſ.72.n. 15.Benintend.deciſ.72.n.6.

Vnde ceſſat etiam illud obſtaculum, quòd eſſent prius reſtituenda accepta, & impetranda abſolutio à iuramentis.

Etenim, cum hodie non agatur de bonis, ſed de iurepatronatus,non dicitur infringi,& reſcindi tranſactio.

Secundò, nam non omnes fratres dicti Marci Antonij conſenſerunt di-
19 ctæ tranſactioni, tranſactio † autem vnius non nocet alteri. Bald.in l. ingenui.num.2. C.de ingen.& manum. Caualc.deciſ.13 num.37.par.1.

Nil refragantibus lapſu temporis, & aſſerta poſſeſſione bonorum dimiſſorum in tranſactione. Quia hic agitur de magno præiudicio. Bal. in l. 1. C.ſi maior factus.Maſcard. de probat. volumine 3.concluſione 1255.num.21. cum ſeq.

Pręterea † ſententiæ in iudicatum 20
tranſactæ non dicitur renunciatum in tranſactione,niſi fuerit facta illius ſpecialis mentio,& cum clauſula,non obſtantibus,vt latè per Surd. d.deciſ.185. num.9.cum ſeq.

Tertiò,quia dicta ſententia dicitur lata ſuper † cauſa ſtatus,vnde facit ius 21
quoad omnes, etiam non citatos. l.1. §.fin. ff. de lib. agnoſc.l.ingenui.ff.de ſtatu hom. Peregr. de fideicomm.art. fin.numer.44. & aliàs dictum eſt. Et ſucceſſiuè ex dictâ ſententia dicitur ius acquiſitum eccleſię, cui non potuit prętudicari per dictam trãſactionem,quę non extenditur ad alias perſonas.Pariſ.conſ.26. nu. 23.lib.3.Becc. in d.conſ.74.num.23.

Similiter non refragatur, quod ſub renunciatione bonorum ſiue hęreditatis facta in tranſactione præfata ad fauorem dicti Hieronymi; & fratrum
tranſiuerit † in conſequentiam iuſpa- 22
tronatus; Præcipuè ſtantibus illis verbis, videlicet, [renunciant quibuſcumque iuribus, & prętenſionibus, quas habere poſſunt in, & ſuper dictis bonis relictis per quond.Ioan. Antonium.] cap.1.& cap. ex literis.de iurepatronatus.Lamb.de iurep.lib. 1 part. 1.quęſt.10.princ.art.5.num. 36.& par. 2.q.1.princ.art.2. nu.2. quæſt. 2.princ. art.1.num.2.& art. 2 &quęſt. 11.art.2.n. 1.cum ſeq.

Quod verum eſt † abſque eo,quòd 23
exerceatur actus per quem inducatur quaſi poſſeſſio.Bal.in l.in ſuis, ff.de liber.&

ber. & poſth. Lamb. d. tract. libr. 1. part. 2. quęſt. 2. princ. art. 34. numero 1. & lib. 2. part. 1. quęſt. 3. princ. art. 22. num. 4.

Primò, quia in dicta tranſactione fuerunt renunciata certa bona, & iura, non autem hæreditas; ſed † in
24 conceſſione bonorum etiam omnium non tranſit iuſpatronatus, neq; principaliter, neque acceſſoriè, quia omnia bona non eſt ius vniuerſum, nec eſt terminus vniuerſalis in contractibus, vt latè per Lamb. d. lib. 1. par. 2. quęſt. 5. prin. art. 14. & quęſt. 11. prin. artic. 2. num. 4.

Prout neque dictum iuſpatronatus
25 † venit ſub conceſſione omnium iurium. Lambert. in d. q. 5. princ. art. 13. cum ſeq. & art. 19. num. 3.

Secundò, nam per dictam conceſſionem, ſiue renũciationem non tranſiuit iuſpatronatus ob iuris reſiſtentiam, cum, ſtante nullitate legitimationis, dicti Hieronymus, & fratres remaneant illegitimi, & ſic inſucceſſibiles, non ſolùm in iurepatronatus, ſed etiam in hęreditate. Lamb. in d. lib. 1. par. 2. q. 2. prin. art. 26. num. 11.

Dicitur ſecundo loco vana dicta pręrenſio, quandoquidem, ſuppoſita validitate dictę legitimationis, ipſi
26 † legitimati adhuc dicuntur inſucceſſibiles in d. iurepatronatus, cùm illud ſit familiare, legitimatio fuerit conceſſa à Principe ſęculari, & concurrat impedimentum inceſtus, prout in ſpecie pertractat Mantic. de conieſt. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 31. Natt. conſ. 621. num. 7. Gabr. d. conſ. 195. numero 7. & conſ. 86. num. 6. vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 23. num. 10. & art. 24. n. 11. Faciuntque dicta per Magon. deciſ. Lucen. 10. numer. 2. & per Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 368. num. 1. & 15. part. 1.

Et hoc fundamentum magis † verum redditur ex diſpoſitis per Pium 27
V. fœl. record. in Conſtit. 120. & 152. de quibus pertractat Gabr. in conſ. 83. num. 13. cum ſeq. vol. 2. & dictæ Conſtitutiones loquuntur etiam de quibuſcumq; iuribus, vt per Peregr. de fideicom. art. 23. num. 23. Reiectis quibuſdam interpretationibus diuinatiuis, & aduerſantibus generalitati verborum dictarum Conſtitutionum adductis per aduerſantes.

Aut dictus prouiſus prætendit, Frãciſcum, & Ioannem Andream aſſertos deſcendentes ex linea Boniforti eſſe compatronos dictæ Eccleſiæ.

Et pariter videtur friuola prætenſio, cum deſcendẽtes ex dicta linea nõ præſentauerint ad Eccleſiã præfatam per annos lx. & vltrà ad minus, licèt euenerit caſus præſentandi, ſed præſentauerint tantùm deſcendentes ex Franciſco vno ex fundatoribus: abſolutum eſt autem in iure, ad † præſcribendum iuſpatronatus inter ipſos 28
compatronos laicos ſufficere lapſum xl. annorum, vt poſt alios firmant Roch. de Curte de iurepatronatus in verſ. ipſe, vel is, à quo. nu. 83. vbi teſtatur de communi, & num. 86. Lamb. in eodem tract. lib. 1. par. 2. quęſt. 11. artic. 5. vbi in fine ampliat, etiam ſi † 29
interuenerit in dicto curſu xl. annorum vnica præſentatio, ſortita tamen effectum ſuum. Caualc. in deciſ. 33. num. 8. cum ſeq. par. 5. vbi nititur declarare. & Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 229. nu. 1. cum ſeq. par. 1. vbi diffusè tractatur hæc concluſio.

Et hoc confirmatur, cum hic non agatur de præiudicio Eccleſiæ, ſed potius de fauore, nã eius † intereſt pau- 30
cos extare patronos, vt citius ſit libera. Lamb. de iurepat. lib. 1. par. 1. quęſt. 3. prin. art. 6. num. 22.

Et licèt idem Lamb. in d. lib. 1.par. 2.quęſt.2.princip.art.1.numero 28. dicat,illum fauorem libertatis Eccleſiæ eſſe minorem illo inducendi homines ad eccleſias fundandas.

Tamen, pace ſua,eius dictum non videtur verum, cùm fauor libertatis eccleſiæ ſit potentior, præcipuè quoad multiplicitatem patronorũ, iuxta dicta per Lamb.in d.lib.1.p.1.q.1. princ. art.12.num.1.cum ſeq.

31 Et pręterea,cum † iuſpatronatus ſit ex priuilegio, ſtricta eſt faciẽda interpretatio, ſecundùm Paul. de Cittad quem refert Lamb.in d.lib. 1. par.1.q. 1.prin.art.4.num.11. & quęſt. 10.prin. art.5.num.35.

Item corroboratur,cùm non agatur de mutando ſtatu rei,nempe de intro ducenda noua ſeruitute, ſeu libertate, prout ponderat Roch. de Curte. in d. verſ.ipſe,vel is,à quo,num.86.

Neque obſtat, quod per pręſenta-
32 tionem † vnius ex compatronis pręſeruetur ius alterius. Ruin.cõſ.50.n.9. lib. 5. Caputàq. deciſ. 366. par.2.Rot. Rom.in nouiſſim.d.deciſ. 229.num.5. Achil.de Graſ.de cauſa poſ.&prop.deciſ.5.n.7.facit l.cõmunis.ff.de acq.poſ. &quod cumulat Surd.in conſ.28.n.37.

Quod pręcipuè verum dicitur in pręſenti caſu, cum omnes veniant ex eodem iure,nempè fundationis, vt latè per Lamb.in d. lib.2.par.1.q.3.prin. art.16.num.7.cum ſeq. Rot. Rom.in d.deciſ.229.num.4.cum ſeq.

33 Primò, quia dicta concluſio † pręſeruationis non videtur vera in pręſenti caſu,vbi concurrit tempus antiquum,& multiplicitas pręſẽtationum: nam per talem temporis lapſum dicitur amiſſa poſſeſſio.l.4. C.de acq.poſſ. Put.deciſ.509.p.2. Rot.Rom.in nouiſ. deciſ.27.n.10.p.1.Fel. in c.vigilanti.n. 8.cum ſeq.de pręſcript.

Secundò,nam non videtur poſſe aſſignari vera ratio diuerſitatis in venientibus ex eodem iure,vel ex diuerſo, cum venientes ex diuerſo iure dicantur etiam conſocij. Lamber.d.lib. 1 par.1.q.3.prin.art.1.cum ſeq.

Tertiò, etenim † non poteſt dici 34
pręſeruari ius dictorum Franciſci, & Ioannis Andreę ſaltem in poſſeſſorio, cùm nõ conſtiterit ex actis de eorum quaſi poſſeſſione. faciunt dicta per Lamb.in d.lib.2.p.2.q.3.prin. art.6.& ar.7.n.4.&Rot.Rom.in d.deciſ.229.n. 2.& non entis nullę ſunt qualitates,c. illud,de iurep.Flam.Pariſ.de reſig.benef.lib.7.q.1.n.26.

Quartò pro confutatione dicti obiecti addebatur, quod in inſtitutione facta de anno 1551. declaratum fuerit, iuſpatronatus ſpectare ad deſcendentes ex dicto Franciſco fundatore, excluſo quodam alio prætendente, & quæ declaratio fuit confirmata in alia inſtitutione facta de anno 1561. & trãſitum fecit in iudicatum; Et ſic videtur excluſa omnis præſumpta præſeruatio iuris alterius. faciunt dicta per Cald.de iurep. conſ. 14.& Lamb.in d. quæſt.3.art.2.num.4.

Similiter non refragatur, quod,adhoc vt compatronus † præſcribat con- 35
tra alium compatronum non præſentantem, requiritur, vt habuerit animum ſpoliandi.Ruin. in d. conſ.50.n. 9.Lambert. in d. lib. 2.par.1.q.3.prin. art.16.num.16.

Quia animus acquirendi, ſiue præſcribendi præſumitur ex ipſa præſentatione, & aliis ſubſecutis, cum ex facto probetur animus.Cæph.conſil.75. num.3.Maſcard.de probat. vol.1.cõcl. 95.Et hoc clarum redditur ex inſtrumento reędificationis dictę Eccleſiæ de anno 1590. die 25. Septembris, in quo habentur hæc verba. videlicet,

[ſoli

[ſoli patroni,& domini dicti iuriſpatronatus decreuerint reædificari facere,&c.]

36 Præterea non obſtat, quòd hic non concurrat † ſcientia, & patientia non præſentantium patronorum, quæ requirebatur,ſecundùm Oſaſch.deciſio. 17.Theſau.deciſ.16.numer.7.Caualc. deciſ.4.num.46.& 53.par.5. Surd. deciſ.236.num.15.

37 Primò,quia in hac † quadragenaria præſcriptione iurium ſufficit negligentia ſola,ſecundum Bou.de præſcr. ſtat.gloſſ.1.quem allegat Surd.in dict. deciſ.236.numero decimoſexto.Lambert.in d.lib.2.p.1.q 3.princ. artic.10. numero 2.

Secundò, nam in dicta præſcriptio-
38 ne † iurium non requiritur d. ſcientia,& patientia domini. Rip.in c.cum eccleſia,numero 64. de cauſa poſſ. & propriet.& plures Doctores cumulat Gabr.de præſcript.concl.1.num.63.& quod quadragenaria præſcriptio currat contra ignorantem,eſt text.in l.fi. Cod.de præſcript.longi temp.& dicit Rot. Rom. in propriis terminis in d. deciſ.229.num.6. Abb.in c. in literis. num.26. de reſtit.ſpol. Theſau.deciſ. 134.num.11.Caputaq. deciſ.332. num. 4.par.2.

39 Tertiò, etenim ex dicto † lapſu lõgiſſimi temporis non ſolùm præſumitur ſcientia.Dec.conſ.185.col.pen. quem refert & ſequitur Gabr.in dict. concl.1.num.62.& in terminis Lamb. in d.lib.2.par.1.q 3. prin.art.10. num. 3.in fine. Sed etiam patientia, & tacitus conſenſus.Natt.conſ.522. num.7. Quicquid dicat Theſau.in d.deciſ.16. num.8.

Inſuper non obſtat, quòd hic non concurrat bona fides, quæ requiritur
40 † in præſcriptione etiam xl.annorum de iure canonico.c.vigilanti, & c.fin. de præſcr.Caualc.deciſ.2.num.68.p.5. vbi ampliat, id verum eſſe pariter in præſcriptione immemorabili, & in materia iuriſpatronatus vide Cald.de iurep. deciſ.12. quem ſequitur Caputaq.deciſ.338.par.2.

Primò,quia dictum fuit, hic † concurrere bonam fidem, Tum præſumptam ex lapſu tam longiſſimi temporis.Maſcar.de prob.vol.1.concluſ.225. per totum. Menoch.conſ.701. nu.92. cum ſeq.Put.deciſ.192.num.4.part.1. qui loquitur in poſſeſſione xxx annorum. Tum quia dicti patroni habent titulum.Lamb in d.q.3.prin. artic.10. num. 6.Rot.Rom.in d.deciſ.229.numero 3. 41

Secundò,nam in † pręſcriptione iurium, præſertim tam longiſſimi temporis,non requiri probationem bonæ fidei,voluit Lamb.in d.qu.3.prin. art. 10.num.6. in fin.& lib.11.par.2. qu.11. prin.art.1.num.6. Quinimò neq ueri tituli probationem requiri, firmauit Roch.de Curte in d. tract. verſ. ipſe, vel is,à quo,num.86.in fin. 42

Poſtremò non obſtat, quòd in præſentationibus,& inſtitutionibus ſubſecutis ab anno 1540.vſque in præſens non poſſit fieri aliquod fundamentum, cum fuerint † nullę: nam in eis 43
non fuit ſeruata forma tradita in cap. fin.de elect.in 6. videlicet non fuerũt affixa edicta,ſeu citati citandi. Lamb. d.lib.2.par.2.quæſtion.6 princip. art. 2.4. & 12.

Primò, quia hodie non eſt diſputandum de validitate,vel inualiditate dictarum pręſentationum.

Tum quia contra eąs nihil vnquam fuit oppoſitum,& diuturnitas temporis cum patientia ſupplet defectum.in puncto Put.deciſ.189.numer.6.par.2. imò parsvidetur approbare eas,dũ pręrendit,ex eis ius ſuũ fuiſſe pręſeruatũ.

Tum quia ſubſecutæ ſunt inſtitutiones ſortitæ effectum ſuum, ex quibus ſaltem quæritur quaſi poſſeſſio præſentandi. Put.d. deciſ.189. n 2. faciunt dicta per Menoch. de præſ. lib. 3. præſ.133. nu.44.

Tum quia h c reſpicit petitorium, de quo pars proteſtatur, non eſſe tractandum in hoc iudicio.

Secundò, nam in dictæ eccleſiæ collatione de conſuetudine non requi-
44 rebatur † edictum, ſed congregabātur inſimul patroni, prout colligitur ex præſentatione facta de anno.1508. Et dicta conſuetudo eſt attendenda, cum res reuertatur ad ius antiquum, ſecundùm quod non requiritur appoſitio edicti, ſed id ſit ex nouo iure ſancitum. Lamb.in d.lib. 2. par. 2.q. 6.prin.art.14.& par.1. quæſt. 6. prin. art.6.nu.66.

Tertiò, quandoquidem ex d.c. fin.
45 annullatur † collatio, ſiue inſtitutio, non autem præſentatio. Lamb. in d lib.2. par.2. q. 6. princ. art. 17. & 18. Vnde remanet illæſa quaſi poſſeſſio præſentādi, & proceſſus factus; Quicquid dicat Put.in deciſ.120. nu. 3.par 2. nam loquitur ſine auctoritate, & caſus ab ipſo poſitus eſt diuerſus à caſu noſtro, cum ibi daretur alius ſtatus & inſtitutio non eſſet ſortita effectum ſuum, quæ ceſſant hic.

46 Accedit, nam ex † actu etiam nullo transfertur poſſeſſio.l.1.§. ſi vir. & ibi Iaſ.nu.11. cum ſeq.ff. de acq. poſſeſ. Turret.conſ.37.num. 11.cum ſeq. Rebuff. in praxi benef in tit. de reſcripto etiam, & perinde valere.nu. 52.quē ſequitur Menoch. de adip. poſſeſ. remed. 6. num. 41. Et diſtinctio tradita per Oſaſch.in deciſ. 34. num. 25. non officit in præſenti caſu.

Secundò principaliter dicitur nulla
47 † dicta collatio, ex quo præfatus pro uiſus non verificauit, ſe fuiſſe præſentatum à patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione, quæ requirebatur, tàm de iure communi, ſecundùm Caputaqu. in deciſ. 223. p. 3. quàm ſecundùm formam dictarum literarum Apoſtolicarum; Dicti etenim deſcendentes ex Boniforte non erant in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi ad dictam Eccleſiam; Et propterea præſentatus à dictis Marco Antonio, & fratribus venit præferendus, ſiue inſtituendus, cum præſentatus † à poſ- 48
ſeſſore præferatur præſentato à patrono, etiam vero, non exiſtente in poſſeſſione. Lamb. in d.lib. 2. p. 1.q.3. prin.art.6.& art.19. nu.3. Caualc.deciſ. 33. nu. 2. par.5. Et hoc ampliatur, etiamſi poſſeſſor eſſet in mala fide. Lamb.in d.q.3.prin.art.7.

Tertiò dicitur nulla, cum non † ve- 49
rificauerit, ſe fuiſſe præſentatum à maiori parte patronorum, prout tenebatur, tàm de iure communi. c. quoniam.de iurep. Lamb.d. lib.1.par. 2.q.1 princ.art.25.nu.12.quàm ex forma earundem literarum Apoſtolicarum, in illis verbis, [à maiori parte dictorum patronorum exiſtentium in pacifica poſſeſſione, vel quaſi iuris præſentandi perſonam idoneam ad dictam Eccleſiam.]

Nam ex ſupra deductis videtur dilucidè conſtare, dictos Hieronymum, & fratres non eſſe patronos, vt inceſtuoſos; Deſcendentes verò ex linea Boniforti, quatenus eſſent patroni, & in quaſi poſſeſſione præſentandi, non habere, niſi tertiam partem vocum,
ad † quas diſcernendas ſemper eſt 50
recurrendum ad primas voces. clem. plures. de iurep. Lamb.in d.lib.1. par. 2.q.1.prin.art. 25. num.13. Caualc. deciſ.32. nu. . par.5. Cæterùm in fundatione d. iuriſpatronatus ſunt nominatæ tres

tæ tres perſonæ, videlicet, Franciſcus, Bonifortus, & Georgius.

Nec obeſt, lineam Vrſini non facere partem in hac vacatione, cum præſentauerit R. Vrſum non Sacerdotem, contra formam fundationis.

Quia fuit cumulatiuè præſentatus etiam Presbyter Alexander de Ferretis, qui in tempore acceptauit dictam præſentationem; Et licet non com-
51 pareat † in lite, tamen ſatis eſt quod compareant patroni, qui ſunt conſortes. l. 2. C. de conſort. eiuſdem lit. l. 1. cum ſeq. C. ſi vnus ex pluribus appel.

Præſertim, cum hic agatur de iure indiuiduo. Bal. in d. l. 1. nu. 2. per tex. in l. qui aliena. §. ſi aut. ff. de neg. geſt. Vide Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 11. nu 1. cum ſeq.

Quartò nulla dicitur collatio, cum
52 † dictus prouiſus non verificauerit, ſe eſſe filium vnius ex modernis patronis dictę Eccleſiæ, prout tenebatur ex forma earundem literarum, in illis verbis, [Aſſerentem, ſe filium vnius ex dilectis filijs modernis dictæ Eccleſiæ patronis.] faciũt dicta per Put. decíſ. 187. nu. 4. p. 1.

Quinimò nec vnquàm id verificare poterit, cũ eius pater, vti inceſtuoſus, non ſucceſſerit in iurepatronatus, vt ſupra concluſum eſt.

Et augetur nullitas, nam Papa diſpenſauit dictum prouiſum ad obtinendum dictam beneficium Sacerdotale, quamuis non eſſet Sacerdos, eò quia eſſet filius vnius ex patronis, Et
53 cum † ceſſet cauſa diſpenſationis, fatendum eſt etiam, ceſſare dictam diſpenſationem. Gram. deciſ. 59. num. 6. & aliàs dictum eſt plenius.

Quintò, & vltimò allegatur pro nullitate dictæ collationis, quod non
54 † fuerit probatus valor beneficij aſſertus in dictis literis, prout requirebatur, ſicut aliàs dictum eſt.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij, quod ſit de iure patronatus, quomodo ſit nulla.

Item, Ex quibus probetur iuſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Vnire non poteſt beneficia Vicarius Generalis Epiſcopi.*

2 *Vnio beneficij de iurepatronatus, ſpretis patronis, eſt nulla. Et quando nu. 12. & 13.*

3 *Sententia nulla nunquàm tranſit in iudicatum.*

4 *Et quando.*

5 *Iuſpatronatus ex præſcriptione, ſeu conſuetudine cenſetur eccleſiaſticum.*

6 *Priuilegium non egreditur perſonam.*

7 *Priuilegium in dubio præſumitur perſonale.*

8 *Priuilegium eſt probandum.*

9 *Iuſpatronatus præſumitur in dubio ex fundatione, dotatione, vel conſtructione.*

10 *De iurepatronatus vbi fit mentio, intelligitur in dubio de eccleſiaſtico.*

11 *Priuilegia ita ſunt interpretanda, vt minus derogent iuri communi.*

14 *Infans non poteſt conſentire.*

15 *Fatalia non currunt donec diſputatur de aliquo incidenti.*

16 *Idẽ ſtſtat per iudicẽ. Et n. 17. & 18.*

19 *Minor reſtituitur aduerſus deſertionem, & ex ſua perſona reſtituitur maior. Et num. 20.*

21 *Reſtitutio in integrum quando concedatur poſt lapſum quadriennij. Et nu. 22. 23. 24. & 25.*

26 *Priuilegiatus quando reſtituatur aduerſus priuilegiatum. Et num. 27.*

28 *Lis quando extinguatur. Et num. 29.*

30 *Iuſpatronatus probatur ſecundùm iuris diſpoſitionem poſt S. Concilium Tridentinum.*

31 *Cognitio cauſæ præſumitur ex decreto.*

32 *Permutatio beneficij de iurepatronatus ſine conſenſu patroni eſt nulla.*

33 *Conſenſus patroni in permutatione quid operetur.*

34 *Præſentandi quaſi poſſeſſio probatur ex vnica præſentatione.*

35 *Et quid iuncto curſu temporis. Et numero 40. Et quid alijs iunctis. Et nu. 42.*

36 *Dictio, multum, an importet duas, vel tres vices. Et num. 37.*

38 *Statutum correctorium eſt ita interpretandum, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit.*

39 *Conſenſus patroni in permutatione habetur loco præſentationis.*

41 *Diſpoſitio eſt intelligenda ſecundùm terminos habiles.*

43 *Iuſpatronatus quando probetur ex publica voce, & fama. Et nu. 44.*

45 *Teſtes non reddentes cauſam ſciētiæ quando probent.*

46 *Iuſpatronatus exquiritur ex conſtructione.*

47 *Verba enunciatiua quando probent.*

48 *Cenſus an probetur ex libro.*

49 *Archiuium dat robur ſcripturæ.*

50 *Partita probat, ſi nihil opponatur contra eam.*

51 *Iuſpatronatus an probetur ex armis, & inſignibus.*

52 *Item in antiquis probatur ex indicijs.*

53 *Hæredem ſe eſſe, quis debet probare in iurepatronatus.*

54 *Et quando. Et num. 55.*

56 *Filius eſt, ergo heres, quando valeat dicere. Et num. 57.*

RESOLVTIO CIX.

IN vna iuriſpatronatus Sanctæ Mariæ Rubeæ loci Garbagnatæ, ſiue nullitatis vnionis, vertēte inter Dominos de Caſtelliono prætenſos patronos ex vna, & M.R. D. Archidiaconum Eccleſiæ Archiepiſcopalis Mediolani ex altera, fuit de duobus principaliter dubitatum.

Primò, An dictis patronis obſtet exceptio deſertionis, ſiue extinctionis litis.

Secundò, An dicta Eccleſia ſit de iurepatronatus prædictorum Dominorum de Caſtelliono.

In primo dubio ad fauorem dictorum patronorum dicebatur.

Primò, exceptionem deſertionis prætenſæ ob lapſum fatalium non obſtare, ex pluribus.

Primò, quia vnio facta de dicta Eccleſia per M.R.D. Vicarium Generalem Archidiaconali præbendæ fuit ipſo iure nulla.

Tum quia Vicarius † Generalis nō poteſt vnire beneficia, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum, cum vnire ſit alienare. Rebuff. in praxi benef. in verſ. forma Vicariatus. nu. 102. cum ſeq. Sbroz. de off. Vicar. lib. 2. q. 115. nu. 2. cum ſeq. Theſau. fori eccl. par. 2. c. 31. nu. 16. qui alios citant. 1

Tum quia dicta † vnio fuit facta inſcijs, & ſpretis patronis. c. cum debitus, de iurep. Bero. conſ. 5. nu. 59. vol. 1. Lamb. de iurep. lib. 2. par. 3. q. 2. 2

prin.

prin.art.2.nu.3.& lib.3.q.6.prin.art.2. Flam.Pariſ.de reſign.benef.lib.2.q.4. num.11.vbi teſtatur de communi,ſicque fuiſſe reſolutum per Rot. Roma. Bellam.deciſ.107.& deciſ.128.Put.deciſ.412.nu.3.par.1.Caputaq.deciſ.346. par.3.Rot.Roman.in nouiſſim. deciſ. 133.numero 4.par. 2.Theſau.in d.c.31. num.13.

Quinimò patronis iam inſtantibus pro inſtitutione,& cõfirmatione pręſentati ab ipſis,& ſic poteſt dici etiam dicta vnio attentata lite pendente.Lãcell.de attent.lite pend.par.2.cap.4.in prę̇at.num.quinquageſimo vigeſimo nono,cum ſeq.

3 Cæterũ † ſententia, ſiue actus nullus ipſo iure nunquàm tranſit in iudicatum.Contard.in l.1.lim.9. num.42. C.ſi de mom.poſſeſ. Vant. de null. in rub.quoties, & intra quòd tẽpus, &c. num.8.Magon.Lucen.deciſ. 62. num. 15.& deciſ.98.num.5.Put.deciſ.374.& 389.num.3. par.2. Surd.conſ.61. num, 53.Fabr.Turret.conſil.44. numer.45. volum.1.

4 Quæ concluſio præſertim vera † eſt in beneficialibus,in quibus ius bonum nunquam perire poteſt. Rot.Roman. in nouiſſim.deciſ. 229. numero 1.par. 3.lib. 2.

Nec obeſt, vnionem fuiſſe factam vigore indulti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Archiepiſcopi, quo pote-
5 rat derogari iurip atronatus † ex præſcriptione, ſeu conſuetudine, quia id cenſetur eccleſiaſticum. Lamb. de iurepat libro 2.par.1.quæſt.6. prin art. 6.numero 35.& libro 3. quæſt. 8. prin. artic.3.

Tum quia vnio fuit facta à D.Vica-
6 rio,priuilegium † autem non egreditur perſonam.cap.priuilegium, & ibi Doctor.de regu.iur. in 6.Fab.Turret. conſ.58.numero 2.& 7.volu.2.& pri-
uilegium † ſemper in dubio præſumitur perſonale. Cæph. conſ.615. nu. 7
91.volum.5.Turret. in d.conſ.58. numero 3.

Tum quia non conſtitit in actis de dicto indulto, prout † conſtare debe- 8
bat.c.Abbates, & c.vt Apoſtolicæ, de priuil. in 6.Pariſ. conſ.95. numero 8. volum.4.

Tum quia hic prætenditur iuſpatronatus † ex fundatione, & dotatio- 9
ne,ſeu conſtructione, prout in dubio præſumitur ex dictis tribus cauſis, ſecundùm Lamb.in d.lib.2.par.1.quæſt. 6.princ.art.6.num.36.& d.lib.3.quęſt. 8.artic.3.Et inferius clarè demonſtrabitur.

Tum demùm quia,quatenus indultum extaret, & loqueretur de iurepatronatus in genere, tamen id eſſet intelligendum,& reſtringendum ad derogationem iuriſpatronatus eccleſiaſtici,nam vbi fit mentio † iuriſpatro- 10
natus in dubio intelligitur de eccleſiaſtico.Lap.alleg.84.Turret.conſ.71. num.56.volum.1.

Et præterea priuilegia † ita ſunt 11
interpretanda, vt minus derogent iuri communi,& minus tertio præiudicent.Pariſ.conſ.40.numero 7.volum. 4.Franc. Becc. conſ.32. numero decimo cum ſeq.

Nec etiam obſtat,prætenſum iuſpatronatus fuiſſe † extinctum, ex quo 12
patroni paſſi fuerunt, vniri dictam eccleſiam dictæ præbendæ.Ioan.And. in ca.2.de relig.dom.Paul. de Cittad. de iurep.p.14.num.3.

Tum quia id verum eſſet, quando patroni † ſcientes non contradixiſ- 13
ſent.ſed patroni hic & contradixerũt, &,habita ſcientia, appellarunt à dicta vnione, atque de eius nullitate dixerunt, quinimò cauſa appellationis, & nullitatis fuit per S.D.N.delegata vni

ex iudicibus Synodalibus. faciunt dicta per Flam.Pariſ. in d.lib.2.q.4.nu. 21.& Put.deciſ.412.nume.2.par.1. vbi ampliat,actum eſſe nullum etiam nō contradicente patrono infra quadrimeſtre.

Accedit, cum hic agatur de patronorum perpetuo præiudicio,quod nō eſt ſic faciliter inducendum, iuxta cumulata per Flam.Pariſ. in d. quæſt.4. num.30.

Tum quia, tempore dictæ vnionis, aliqui ex dictis patronis erant mino-
14 res, ſeu infantes, & propterea † non poteſt prætendi eorum conſenſus tacitus, cum neque expreſsè potuiſſent conſentire.Flam. Pariſ. de reſign. benef.lib.3.q.7.nu.60.cum ſeq.Put. deciſ.161.par.2.

Secundò principaliter dicitur, non obſtare dictam exceptionem deſertionis; Etenim abſolutum eſt in iure, fa-
15 talia † non currere, donec de aliquo incidenti, ſeu emergenti diſputatur. Franc.in c.ex ratione.numer 38 Dec. numer.10.de appel.Gabr.de arbit.lib. 2.concl.4.numer.14.cum ſequen.Verùm coram d. Delegato fuit latè diſcuſſum, & diſputatum de dicta deſertione.

Tertiò, nam dicti patroni curarunt tranſmitti plura peremptoria,& pluries inſteterunt pro cauſæ expeditione,cum proteſtationibus in forma, &
16 proinde, cū † ſteterit per ipſum Delegatū, quominus cauſa expediretur, non dicuntur decurſa fatalia. Crauet. conſ.270.nu.4.Oſaſch.deciſ.9.& deciſ.12.Surd.conſ.8.num.2. Ioan. de Amic.conſ.6.num. 28. Marant. de ord. iud.par.6.verſ.& quandoque appellatur,num.230. Vant.de nullit.in rub.ex def iuriſd.numero 116.vbi inquit,hoc præcipuè verum eſſe, ſi cauſa eſſet in calculo ferendæ ſententiæ. Rota Roman.in nouiſſ.deciſ.65.ſecundum antiquam impreſ.

Et dum obiiceretur, dictum fundamentum † non habere locum in præ- 17
ſenti caſu, cum dictis patronis poſſet eſſe ſuccurſum per recurſum ad D.Superiorem, conquerendo de tarditate iudicis.l.fi.§.illud. C. de temp.appel. Alex. conſ.72.nu.12.vol.3. Ioan.de Amic.d.conſ.6.nu.18. Oſaſch.in d.deciſio.12.num.9 Surd.in d.conſ.8.nu.24. cum ſeq.

Primò fuit replicatum, obiectum non eſſe validum, quando † vltra in- 18
ſtantiam ad expeditionem cauſæ ſunt factæ proteſtationes contra iudicem, vt hic Marant.de ord.iud. par.5. verſ. Et omnia fiant durante.num.34.

Secundò, non procedere, quando ſumus in primo fatali. Franc. in dicto c.ex ratione,nu.59.

Tertiò, non vendicare locum in præſenti caſu,cum nō poſſet commodè adiri Superior, qui eſt in Vrbe, & ſic in partibus longinquis. Franc. in d.c.ex ratione.num.59.

Quartò, & vltimò dicitur, ſuppoſita, ſed non conceſſa dicta deſertione, Nihilominus eſſe ſaltem de iure concedendam reſtitutionem in integrū, cum D. Felix vnus ex dictis patronis eſſet tunc minor,prout conſtitit ex fide Parochi. Maſcard. de probat. vol. 2.concl.670 & 672.vbi latè.

Minor † autem reſtituitur aduerſus 19
deſertionem, nam,eò ipſo, quòd non eſt proſecutus appellationem, dicitur læſus.Turret.conſ.80.numer.5. vol.1. Franc.Becc.conſ.12. num. 62. Afflict. deciſ.370.num.1.

Quinimò ex perſona † dicti Mino- 20
ris veniunt etiam reſtituendi maiores conſortes litis.Afflict.deciſ.213.Gabr. de teſtib. concluſ.21. numero 49. libro primo.

Nec

21 Nec obſtat, reſtitutionem † in integrum non concedi poſt lapſum quadriennij, quòd hic erat quinquies lapſum, cum dictus Felix hodie ſit annorum xLv. circiter. Pariſ. conſil. 67. num. 55. volum. 3. Surd. conſilio 95. numer. 7. & deciſ. 136. Non. conſil. 67. nume. 10. & conſ. 88. num. 10. Franc. Becc. conſil. 12. numer. 61. Contard. in d. l. 1. lim. 8. num. 27. Odd. de reſtit. in integ. quæſtione 19. articulo tertio. numero 25.

22 Tum quia, cum † hic agatur de enormiſſima læſione patronorum, venit omninò concedendum dictum beneficium, non obſtante dicto lapſu. Felin. in cap. placuit, numero tertio. de præſcript. Bero. in cap. 1. numero 11. de reſtitut. in integr. Couar. var. reſol. libro 1. cap. 3. numero 10. & in cap. poſſeſſor. § 3. num. 4. de reg iur. in 6. Put. deciſ 63. par. 1. Flam. Pariſ. de reſign benef. libro 7. quæſtione 7. numero 84.

23 Quod præſertim verum † eſt in beneficialibus ob periculum animæ. Put. deciſ. 31. & 64. par. 1. deciſ. 380. par. 2 Caputaq. deciſ. 97. num. 4. par. 3. Rot. Rom. in nouiſſim. d. deciſ. 229. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 3. quæſt. 7. num. 85. & faciunt dicta per Gabr. de teſtibus concluſ. 21. numero 110. libro 1.

24 Quinimò dictum beneficium † conceditur cuicúmque, ſi doceret in cauſa appellationis, ſe tantum habere, vt poſſet obtinere in cauſa, prout dicti patroni docuerunt. Turret. in d. conſilio 80. numero 7. cum ſeq. Contard. in d. l. 1. limit. 8. numero 43. cum ſeq.

25 Tum quia † intra quadriennium fuit oppoſitum per patronos de nullitate vnionis. Gabr. de min. libro 2. concl. 4. num. 14. cum ſeq.

Et quamuis dictum beneficium † 26 reſtitutionis non concedatur minori, vel alteri priuilegiato aduerſus Eccleſiam, vti magis priuilegiatam, ſecundùm Doct. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. & in cap. in præſentia. de probat. Rip. in l. priuilegia numero 2. ff. de priuil. cred. Menoch. de adip. poſſeſ. remed. 5. numero 10. Rot. Macerat. deciſ. 77. numero 8. Iaſ. ſuper vſibus feud. num. 94.

Nihilominus venit dictum beneficium protinus concedendum præfatis patronis, ex quo † tractant de damno 27 vitando, ſtante eorum bono iure, & dicta præbenda de lucro captandô. Ruin. conſilio 152. numero 6. libro 4. Soc. Iun. conſilio 125. numero 5. libro 2. Pariſ. conſilio 53. numero 64. volum. 3. Turret. d. conſilio 80. numero 22. Menoch. de præſ. libro 2 præſumpt. 72. num. 7. & 19. Rot. Macerat. d. deciſ. 77. num. 12.

Dicebatur ſecundò, in hoc primo dubio non poſſe opponi contra dictos patronos, litem † fuiſſe extinctam, 28 cum non fuerint illam proſecuti per annos xxx & vltra.

Tum quia ex deductis conſtat de bono iure patronorum. Lancel. de attent. par 2. c. 4. in præf. num. 277. cum ſeq. vbi teſtatur, ſic fuiſſe pluries deciſum per Rot Rom.

Tum quia de ſtylo † lis non finitur, 29 niſi per ſententiam in iudicatum tranſactam. Lancell. in d. cap. 4. in præf. numero 288. Caputaq. in d. deciſ. 172. numero 5. par. 2. Ro. Rom. in nouiſſim. deciſ. 44. num. 3. par. 3. lib. 3. Hic autem nulla fuit lata ſententia, & per iudicem ſtetit, quominus cauſa fuerit expedita faciunt dicta per Rot. Roman. in nouiſſim. deciſione centeſimadecima. parte tertia. libro ſecundo.

In ſecundo dubio, ſuppoſito pro vero, prout veriſſimum eſt, iuſpatronatus † poſſe etiam hodie probari ſecundùm iuris diſpoſitionem. Put.deciſ. 59. numero 1. par.1. & deciſ. 205. numer.2. par.2. Caualc. deciſ. 17. numer.5 par.2.& deciſ. 11.numer.23. par. 3. Gabr.conſilio 192. num.3. volum.2. Menoch.de præſumpt.libro 3.præſ.90. num.9. Rot.Rom. in nouiſſim. deciſ. 331. num.1. par. 2. vbi declarat, id eſſe verum in perſonis, in quibus iuſpatronatus non præſumitur ex vſurpatione, & deciſ 621.nu.3. par.3. lib.3. quod clarè colligitur ex S.Conc.Trident.de reform. ſeſſ. 25. cap. 9. in illis verbis, [Vel aliàs ſecundùm iuris diſpoſitionem.]
30

Videbatur reſoluendum, ex deductis conſtare, dictam Eccleſiam eſſe de iurepatronatus dictorum Dominorum de Caſtelliono.

Primò ex pluribus iuribus exhibitis, nempè ex inſtrumento vnionis factæ de Hoſpitali Sanctæ Mariæ cum conſenſu Ottoni patroni, & R.Columbini Rectoris, de anno 1477. die 14. Nouembris ſupradictæ Eccleſiæ per D. Ordinarium, cuius † auctoritate, &
31 decreto ſtante, præſumitur adhibita cauſæ cognitio ſuper iurepatronatus. Menoch.de præſumpt. lib.2. præſ. 75. numero 5. cum ſeq.& num.30.Præſertim accedente longiſſimo tempore. Menoch.in d.præſumpt.75.numer.24. Gabr.de ſent.concluſ.5.numero 43.libro 2.in puncto Caualc. deciſ.17.num. 3.par.2.

Accedit etiam, nam dictus conſenſus dicitur fructus iuriſpatronatus, ſicut ipſa præſentatio, prout melius dicetur in permutatione.

Item ex permutatione ſecuta de anno 1501. die 7. Iunij de dicta Eccleſia inter dictum R. Columbinum ex vna, & Reuer. Bernardinum de Bamfis ex altera, cum conſenſu patronorum, qui † requirebatur, aliàs permutatio 32
ſuiſſet ipſo iure nulla. c. decernimus. 16. quæſt.7. Lamb. de iurepat. libro 2. par.1.quæſt.6.princ.art.6. num.20.39. & 41. Flam. Pariſ. de reſignat.benef. lib.2.quæſt. 4. num.18. vbi teſtatur de magis communi, & ſic fuiſſe pluries deciſum in Rot.Rom.

Ex dicto autem conſenſu † præſtito 33
in permutatione ſortita effectum ſuũ, non ſolùm conſeruatur quaſi poſſeſſio præſentandi, ſicut ex vltimamet præſentatione, ſecundùm Lamb. in d. quæſt.6. art.6. num.63. Sed præſumitur quoque iuſpatronatus. Abb. conſilio quinquageſimoquarto. numer. 3. volum.1.

Item ex præſentatione facta de perſona R. Ludouici per eoſdem patronos ad dictam Eccleſiam vacantem, vnà cum inſtitutione, & confirmatione ſubſecuta de anno 1524. die 28. Nouemb. contradicente R. Franciſco de Bamfis altero præſentato, & cum diſpenſatione ſuper ętate de conſenſu patronorum, cum prætenderetur, d. capellam eſſe ſacerdotalem ex tenore fundationis: ex qua † ſola pręſentatione, & inſtitutione probaretur 34
quaſi poſſeſſio, ſecundùm Put. deciſ. 192.num.1.par.j. Caputaq. deciſ. 337. num.6 par.2. Coſta Iuriſconſultus integerrimus, ac in patrio Ticinenſi Gymnaſio Iuris Canonici meritiſſimus primarius profeſſor, in ſuo doctiſſimo tractatu de facti ſcientia, & ignor.cent.1.diſt.90.numero 51. cum ſequent. Caualc. d. deciſio 17. numero quarto. Maſcard. de probat. volum.2.concluſ.956. numero 12. cum ſeq.

Et, iuncto † curſu longiſſimi tẽporis, vt hic, pręſumeretur iuſpatronatus 35

ex

ex fundatione,& dotatione.Lamb. de iurepat. lib. 2.par.2.quæſt. 10.princip. art.4.num.1.cum ſeq.Turret.in dict. conſ.71.num.9.

Nec facit, quòd d.Conc. Trid. in d. cap.9. requirat præſentationes multiplicatas,cum tempore immemorabili, multiplicatæ autem dicuntur ad
36 minus tres,quia dictio, † multum,ſignificat ad minus tres vices. Iaſ.in l.1. num.4.C.de fideicom.Cæph. conſil. 225.num.43.vol.2.Non.conſ.53.num. 28. Hic autem extat vnica tãtùm pręſentatio, nẽpè illa facta de anno 1524. vtſupra dictum eſt.

37 Primò,quia dictio,†multum,verificatur etiam in duobus. §.final.& ibi gloſſ.inſtit.de iure perſon glo. in c.ad noſtram.de reb.eccl.alien.in verb.per multos,quæ reddit rationem, nã pluralis locutio duorum numero eſt cõtenta.idem tenet Bar.in l.1.§.hoc reſcriptum.ff.ad Sillan.Iaſ.in l. licet.numero 19.cum ſeq.ff.de legat.1.vbi firmat, eſſe intelligendam ſecundùm ſubiectam materiam, hócque eſſe repoſitum in arbitrio iudicis. Hic autem ſubiecta materia patitur, dictam dictionem eſſe intelligendam in duobus,cum dictum Concilium ſit reſtri-
38 ctiuum, ſiue † correctorium iuris cõmunis, vnde venit ita interpretandum, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit.l.2.C.de noxal. cap. cum dilectus.de conſuetud. Soc. ſen. conſ.38.num.3.volum.1.Surd.deci.39. nu.11.& deciſ.43.num.6.

Et non eſt dubitandum, hic extare duas præſentationes.

39 Prima fuit dictus † conſenſus pręſtitus in dicta permutatione, quem conſenſum haberi loco pręſentationis,firmat in puncto Lamb.in d.lib. 2.par.1.quæſt.6.prin. art.6.nu.20.26. 45.47.& 63.

Secunda fuit illa de anno 1524.

Poſſetque addi tertia præſentatio facta de perſona R.Mantegatij,de anno 1568. die 27. Aprilis, quæ fuit admiſſa per Ordinarium, & fuerunt cõceſſæ ac affixæ literæ edictales in forma, ac iuxta ſtilum, ex qua † conſer- 40
uatur quaſi poſſeſſio,licèt non ſit ſortita effectum ſuum, ſecũdùm Turret. conſ.71.num.19.vol.1.& depromitur ex dicto Concilio, dum in priuatis requirit pręſentationes multiplicatas, ſed non dicit ſortitas ſuum effectum,prout explicat quando loquitur de potentibus, & de aliis, in quibus præſumitur iuſpatronatus ex vſurpatione.

Secundò, nam hoc extant hic aliæ præſentationes,quia non euenit caſus vacationis dictæ Eccleſiæ, ita vt fuiſſet opus patronis aliquem pręſentare. Et d.Concilium,dum requirit multiplicatas pręſentationes,eſt intelligendum in contingentia facti, nam verba † ſunt intelligenda ſecundùm ter- 41
minos habiles.l.vt gradatim.ff.de mu. & hon. Iaſ.in l.2. §. prætor ait. ff.qui ſatiſd.cog.Menoch.de adipiſc poſſeſſ. remed.4.numero 755.& de retin.poſ. remed.1.numero 58.

Tertiò,id forſan verum eſſet,quando alia non concurrerent, ſed hic, vltra pręſentationes pręfatas, & longiſſimi temporis curſum,concurrit conſenſus præſtitus in vnione, & in permutatione,item publica vox,& fama, partita, pictura, & alia de quibus infra, ex quibus † ſic iunctis probatur 42
iuſpatronatus, ſecundùm Caualc. in d.deciſ. 17. numero vndecimo, cum ſequen. Præſertim hic, cum ſimus in actibus continuatis, & in antiquis. Turret. in dict. conſ.ſeptuageſimoprimo,num.22.Aret.conſ.42. nu.3. & quę in ſuo genere ſunt perfecta, vt

dictum eſt.Caualc.in d.deciſ.17.num. 13.Gab.de probat.lib.1.concl.1.num. 33.& 35 vbi ampl.

Secundò principaliter dicitur con-
43 ſtare † de iurepatronatus prefatorum, ex publica voce, & fama probata per tot teſtes, cum ſimus in iurepatronatus antiquiſſimo Burſat.conſ.310.nu. 8.Turret.conſ.56.num.12.& d.conſil. 71.num.38.vol.1.Maſcard.in d. concl. 956.num.20.& concl.230. num.3.vol. 1.Caſſad.de prob.deciſ.2.Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.481.num.1.& deciſion. 1307.par.3. lib.3. Præſertim quòd hic concurrunt aliæ præſumptiones, ne dicam probationes, pro iurepatronatus,& ſic intrat deciſio Rotæ Rom.in nouiſſim.deciſ.792.num.1. cum ſequ. par.1.

44 Quæ concluſio vera eſt,etiamſi † teſtes deponerent de auditu.Lamb.in d. lib.2.par.2.queſt.10.prin.art.4 nu.14. de communi Turret.in d.conſ.56.numero 8.Farin. q.69. numero 125. cum ſequent.

Et dum opponeretur, dictos teſtes
45 non † reddere cauſam ſcientiæ, prout tenebantur reddere,etiam non interrogati,& ſucceſſiuè non probare. latè Farin.quæſt.70.nu.6.cum ſeq.

Fuit replicatum, per dictos teſtes fuiſſe redditam cauſam ſcientiæ, ſaltem implicitè, quòd ſufficit, ſecundùm Farinac.in d. queſt.70 num 149. Præterea probarent,ſtantibus tot præſumptionibus, & coniecturis reſultantibus ex actis pro iurepatronatus. Farin.in dict.quæſt.70.nu.95.

Tertiò exhibita fuit quædam partita reperta in quinterno cenſuum, & noualium Menſæ Archiepiſcopalis Mediolani ſub anno 1428. in qua enunciatur, dictam eccleſiam fuiſſe conſtructam per Beltraminum,& fratres de Vicecomitibus de anno 1336. die 7.Decembris Ex † conſtructione 46 autem acquiri iuſpatronatus,eſt abſolutiſſimũ in iure.Bero.conſ.5.numero 15.volum.1.Turret. in d. conſ.71. nu. 35.Maſcard.in d.concl.956.numero 1. Rot.Roman.in nouiſſim.deciſio.598. numero 1.par.1.& deciſ.octuageſimaquinta.par.2.

Et quamuis dicta verba eſſent † e- 47
nunciatiua, nihilominus probant in antiquis.Abb.conſ.54.num.3. volum. 1.Caualc.in d.deciſ.17. numero 1.Maſcard.in d.concl 956.numero 29.cum ſequent.Turret.in d.conſ.71.numero 8.& 21.

Nec obſtat ex dicto quinterno nedùm non probari iuſpatronatus, ſed nec etiam ius cenſus, ſecundùm Crauet.de antiq.temp.verſ.quid in libro, numero 8.

Tum quia veritas eſt,ex † libro,præ- 48
ſertim antiquo, probari ius cenſus. Maſcard.de probat.volum.2. concluſ. 280.num.2.

Accedit, cum † dictus quinternus 49
ſit repoſitus in Archiuio. Rom. conſ. 165.Maſcar.d.volum.2.concl. 973.nu. 48.& 57. Gabr.de probat.lib.1.concl. 5.numero 1. & 11. Put. deciſion. 454. part.2.

Tum quia † contra dictam partitam 50
nihil pars oppoſuit. Docto. in c.quoniam contra, de probat. Maſcard. de prob.vol.3.concl.1247.nu.13.& concl. 1294.num.18.

Quartò, pro verificatione † dicti 51
iuriſpatronatus cõcurrunt arma,& inſignia Dominorum de Vicecomitibus fundatorum depicta in foribus dictæ Eccleſiæ,& imagines Ottonij ſuæ vxoris,ac ſex ſuarum filiarum pariter depictæ in ipſa Eccleſia, prout deponunt dicti teſtes.faciunt dicta per Gabr.conſ.196.num 10.lib.2.Maſcard.d. concl.956. numero 21. Caualc. d.deciſ.

ciſ.17.num.1.Lambert.de iurepat.lib. 3.quæſt.5.princ.art.4.&Anchar.conſ 113.num.4.

Comprobantur ſupradicta quatuor fundamenta, nam, ſecundùm iuris cõmunis diſpoſitionem, iuſpatronatus
52 † antiquum probatur ex indiciis, & præſumptionibus.Lambert.in d.lib.2. par.2.quæſt.10.prin.art.4.nu.4.Turret.in d.conſ.71.num.11.

Cum pars aduerſa videret ex ſupra cumulatis cõſtare de iurepatronatus, confugit ad illud obiectum, quòd non ageretur de intereſſe D. Felicis actoris in hac cauſa, ex quo † nõ probauit
53 prout tenebatur, ſe eſſe hæredẽ dictorum patronorum.Aret.in cap.ſignificauit.colum.2.de teſtib.Gabr.conſil. 196.num.5.volum. 2. Caualc. deciſ.11. num.61.par.3.

54 Quod verum † eſſe dicunt Doctores, etiamſi id non opponeretur per partem.Dec.conſ.61.colum.1.Purpur. conſ.143.num.7.Franc.Becc. conſ.75. num.6.Maſcard.d.volumin.3.concluſ. 1247.num.27.Turret.conſ.16. numero 2.volum.1.

55 Et addebat, id omninò † fuiſſe probandum per dictum Felicem, ex quo fundatores iuriſpatronatus ſunt de familia Vicecomitum, & ipſe eſt de familia Caſtellionorum. Maſcard. in d.concl. 956. numero 16.Lambert.in d.lib.2.par.2.quæſt.10. prin.art.4. numero 11.

Cæterùm fuit replicatum, dictum Felicem ſatis probaſſe, ſe fuiſſe hæredem, ex quo probauit, ſe eſſe filium, nam cum hic agatur de eius commo-
56 do, & vtilitate, valet dicere, eſt † filius, ergo hæres, prout diſtinguẽdo voluit Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.99. numero 5.cum ſequen.Franc. Becc.in d.conſ.75.numero 6.cum ſeq. Mãtic. de coniect.vlt.volunt. libro 12.tit.10. numero 3.

Et indubitatum dicitur eſſe hic, quia † dictus Felix articulauit, ſe eſſe 57 filium, & hæredem. Mant. in d.tit.10. num.3.& 13.

Quæ concluſio vera dicitur eſſe, etiamſi ageretur de ſucceſſione matris, ex quo filius ſuccedit matri ab inteſtato, ſicut patri. toto tit. C.ad Senat. conſ. Orficia.& eius hæreditas eſt debita filio.l.1.C.dé his, qui ante ap.tab. & ipſo iure filius efficitur hæres matris.l.ſi à matre. C.de ſuis, & legitim. quod in puncto firmat Caroc. deciſ. 43.num.3.cum ſeq. Licèt contrarium teneat Magon.Lucen.deciſ.62. num. 14. ex quo mater non habet filium in poteſtate, & propterea dicitur hæres extraneus. §. cæteri. Inſtit.de hæred. qual.& differ.

ARGVMENTVM.

Liber Viſitationum an probet.

SVMMARIVM.

1 *Geminatio magis operatur.*
2 *Liber viſitationis probat. Et numero 3.& 4.*
5 *Viſitatio plura habet priuilegia.*
6 *Probatio incerta non releuat.*
7 *Clauſula, vt dictum fuit, refertur ad partem præſentem.*
8 *Verba ſcripta à notario præſumuntur dicta à partibus.*
9 *Verba enunciatiua transferunt onus probandi in alium.*
10 *Obſeruantia quid operetur.*
11 *An in Viſitationibus debeant citari beneficiati. Et num. 13. Et quomodo num. 15.*
12 *Citatio eſt de iure diuino.*
14 *A decretis in Viſitatione eſt pro-*

hibita appellatio.

16 *Viſitator quando debeat interponere decreta.*

17 *Decreta debent fieri ſuper caſibus dubiis, ac ad abuſus remouendos.*

18 *Ille, de cuius intereſſe non agitur, non eſt audiendus.*

RESOLVTIO CX.

EXORTA fuit controuerſia inter M. R. D. Ludouicum Somaſcũ Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ S. Iuuentij Papiæ ex vna, & D. Canonicos dictæ Eccleſiæ ex altera, ſuper erogatione olei pro illuminatione Lampadis Sanctiſſimi Sacramenti eiuſdem Eccleſię, Nempè.

Ad quem ipſorum ſpectaret tale onus.

Et, quòd ſpectaret ad Capitulum dictæ Eccleſiæ, probabat dictus Præpoſitus.

Primò, Tam ex Viſitatione facta per Reuerendiſſimum Viſitatorem Apoſtolicum de dicta Eccleſia de anno 1576 die 29. Iulij, in illis verbis, videlicet.

Vidit Lampadem ibibi ardentem à Cornu Epiſtolæ ipſius Altaris, cui, vt audiuit, oleum ſubminiſtratur ſumptibus Capituli, & Canonicorum ipſius Eccleſiæ.

Sequitur inferius in eademmet Viſitatione.

Habentur inſuper in Eccleſia ipſa pro diſtributionibus reſidentiæ, & aliis impenſis, vt infra, faciendis, libræ 300. Imperiales, quæ adminiſtrantur per Camerarium ipſorum Canonicorum, & ipſe ſingulo anno rationem reddit in Capitulo de datis, & receptis: Ex quibus pecuniis in primis fieri debet omnis impenſa, quæ occurrit pro Sacriſtia, Oleo Lampadis, ceris, vino, & hoſtiis pro miſſis, pro veſtiendo vno Clerico ſingulis annis, qui, vt ſupra, inſeruit, & miniſtrat Sacerdotibus in dicta Eccleſia celebrantibus, atque pro lauandis, & dealbandis pannis ipſius Sacriſtiæ, & pro aliis ſimilibus faciendis impenſis pro tempore occurrentibus; Deinde, quod ſupereſt, deductis impenſis prædictis, diuiditur inter ipſos Canonicos reſidentes.

Geminatio † autem magis operatur. Felin. in c. ſi quando, num. 31. De reſcrip. Crau. conſ. 20. num. 2. Corn. conſil. 67. num. 2. Soc. Iun. conſil. 94. num. 10. & 11. volum. 4. quod procedit, etiamſi eſſet vnico verborum contextu, & ſine temporis interuallo. Surd. conſil. 179. num. 18. 1

Quàm ex Viſitatione facta per D. Vicarium Generalem Papiæ de anno 1603. die 28. Iunij, in qua habentur ferè ſimilia verba, videlicet.

Ardet continuò à Cornu Epiſtolæ dicti Altaris Lampas expenſis Capituli dictæ Eccleſiæ, vt ibi dictum fuit.

Videtur autem abſolutum in iure, conſcripta † in libro Viſitationis per 2
Notarium facere probationem in iudicio. Pauin. de Viſitat. quæſtio 4. nu. 24. & 34. Nam Notarius, vtì iuratus in principio officij, æquiualet duobus teſtibus. cap. quoniam contra. de probat. cap. ad audientiam, vbi Abb. nu. 6. de præſcript. ac ipſi creditur ratione officij. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 6. caſu 539. num. 3.

Inſuper dictis † Viſitationibus, vtì 3
productis de publico Archiuio Cancellariæ Epiſcopalis Papiæ, fides adhibenda eſt, gl. in d. c. ad audientiam, in verb. cenſualem, & ibi Abb. nume. 10. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 189. nu. 5. par. 1. Crau. conſil. 158. num. 4. & 5. Ca-

ualc.deciſ.30.num.50.par.2. Et diximus in antecedenti Reſolutione num. 49.Faciunt Rota Rom. deciſ 340. nu. 1.& 2.par.2. in nouiſſim. Maſcard. de probat. concl.316. numer.4. & ſeq. & concl.799. num.12. Caualc. deciſ 12. numer. 23. & deciſ. 24. numer.8. parte 4.

Præſertim, cum hodie conſuetudo
4 inoleuerit, quòd † libris Viſitationum detur plena fides.Caputaq.deciſ. 229.par.1.

5 Accedit,cum materia † Viſitationis quampluribus potiatur priuilegiis,vti tendens ad honorem Dei,& ſalutem animarum. Pauin. ibidem quæſt. 1. num.6.& quæſt.10.num.1.

Et dum per dictos Canonicos diceretur, in dictis Viſitationibus legi illa verba [*vt audiuit: vt ibi dictum fuit.*] ex quibus probatio videtur reddi dubia,& incerta,cum non dicatur,à quibus id dictum fuerit, nec quomodo:
6 probatio † autem ambigua non releuat.c.in præſentia.de probat.Surd.deciſ.75.num.17.Franc.Becc.conſilio 41. num.11.

Primò fuit replicatum, quòd in omnibus dictis Viſitationibus erant præſentes Canonici,eiuſdem Eccleſię ſoliti reſidere, vt ex libris dictarum Viſitationum repoſitis in Cancellaria
7 Epiſcopali clarè eſt videre, vnde † præſumendum eſt, quòd ipſi dixerint, Lampadem ardere expenſis Capituli. Rota Rom. in nouiſſim. deciſ. 447. num.1.par.1. Veriſimile etenim eſt, dicta verba fuiſſe in Viſitationibus ſcripta tanquàm à parte expoſita, iuxta dicta per Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.154.num.5.& 6.par.2. Nec Viſitatores hæc verba dixiſſent, niſi fuiſſent optimè edocti de vera exiſtentia rei.Rota Rom.in nouiſſim. deciſ.266. num.2.par.2.

Præterea verba † ſcripta à notario cenſentur verba partium. Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.68. num.15. & præſumpt.79. num.12. cum reſpiciant factum partis. Corn.conſil.194. num. 8. & conſ. 225. num.13. volum.3. Menoch.conſ.37.num.131.lib.1. 8

Faciunt inſuper dicta per Crau.conſil.832.nu.3.verſ.quintò,& Corn.conſil.22.num.8.in principio,lib.3.

Secundò, ex illis verbis † ſaltem transferri onus probandi contrarium in dictos Canonicos, ſecundùm Soc. Iun.conſ.65.num.7. volum.3. & conſ. 67. num. 14.& 21.volum.4.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.146.num.7.& deciſ 216.num.18. par.2. Latè Maſcard. de probat.volum.2.concluſ.621.nu.34. 9

Secundò principaliter allegabat dictus Præpoſitus notoriam obſeruantiam:Nam Camerarius Capituli ſemper ſubminiſtrauit oleum pro dicta Lampade: vnde, & † nunc dictum onus compellendus eſt ſubire, faciunt dicta per Menoch. de retin. poſſeſ. rem.3.num.480. 10

Et dum iterum opponeretur, quòd † teſtes examinati generaliter in Viſitatione contra Clericum ſunt repetendi,vt probent, ſecundùm Innoc. in cap.bonæ el 1.numero ſexto. de elect. Cuch. inſtit.maior.libro quarto.de viſitat. titul.8. numero 87. Vnde multò magis dicendum eſt,vt dicta in viſitatione, non per modum examinis, non probent in iudicio contra tertium non auditum, nec citatum: aliàs, ſi hoc eſſet, multa fierent pręiudicia partibus. 11

Et facit, nam † citatio eſt de iure Diuino. cap. Deus 2. quæſtione prima. cap. qualiter, de accuſat. Latè Vant. de nullit. in rubric. ex defectu citat. numero primo. cum ſequent. &, ſine illa, neque ſententia Principis 12

valet. cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

Fuit reſponſum, animaduertendum
13 eſſe, quòd † id forſan verum eſſet, quando tractaretur de præiudicio particularium, ſecus ſi de ſtatu, & regimine Eccleſiæ, quo caſu in Viſitationibus proceditur ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Graff. deciſ. aur. par. 2. lib. 3. cap. 28. numer. 106.
14 Hácque ratione, † vbi de viſitatione, & morum correctione agitur, eſt prohibita appellatio, & inhibitio per Sacrum Concil. Trident. de Reform. ſeſſ. 13. cap. 1. ſeſſ. 22. cap. 1. & ſeſſ. 24. capite 10.

Præterea in Viſitatione vnius Eccleſiæ ſemper monentur omnes beneficiati, ad intereſſendum: Vel ſaltem
15 ſunt † virtualiter citati per generale edictum, iuxta ſtylum Viſitatorum, præſertim Apoſtolicorum, de quo in Director. Viſitator. par. 1. cap. 2. faciunt dicta per Doctor. in clem. 1. de iudic. & Vant. in tractat. de nullit. in rubric. ex defectu citat. num. 125. cum ſeq.

Minus obſtare, dictum fuit, quòd ex dictis Viſitationibus non appareat fuiſſe decretum, huiuſmodi onus ſpectare ad Capitulum.

Quia in hoc negotio decreto opus
16 non erat: Munus † ſiquidem Viſitatorum eſt interponere decreta neceſſaria tantùm, & ſuis loco, & tempore Director. Viſitat. par. 1. c. 80. & 81. Pauin. de Viſitat. par. 2. q. 1. num. 6. Ideo, cum perquiſiuiſſent, quis Lampadis expenſas ſubminiſtret, ac reſpõſum fuiſſet, id fieri expenſis Capituli, deſcripſiſſéntque ſtatum, & modum expenſarum, per illa ſupra deſcripta verba. [*Habentur inſuper in Eccleſia ipſa, &c.*] Et cum hæc in dubium à nemine fuiſſent reuocata, ſuis officiis, abſque decreto, dicuntur Viſitatores ſatisfeciſſe, Direct. Viſitat. cap. 1. in princip. interrogat. Quare pertranſierunt ad alia, tanquàm quòd hæc rectè ſe haberent, ſicut Viſitantes titulos beneficiorum, dimittendo poſſeſſionem, præſumunt titulos bonos. Mohed. de cauſ. poſſeſ. & propr. deciſ. 15. num 14. Natta conſ. 162. num. 26. cum
circa † dubia, & circa errores, ac abu- 17
ſus remouendos decreta tantùm interponi debeant. Direct. Viſitat. par. 2. cap. 20. in princ. iuxta tex. in c. cum in iure de elect. c. cũ in iure. de off. deleg. l. quod Labeo. ff. de Carb. edict. Bald. in l. voluntas. nu. 3. C. de fideicom.

Nec releuat aduerſus d. Præpoſitum decretum generale Reuerendiſſimi Viſitatoris Apoſtolici editum anno 1576. ſub rubric. de Sacram. Euchariſt. in quo habetur, quòd Lampas ardeat ſumptibus Societatum Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

Quia hoc onus cogendi Societatem ad ſubminiſtrationem olei ſpectat ad ipſum Capitulum, cui aliàs incumbit talis erogatio olei: Nec eſſet audiendus Præpoſitus aduerſus Societa-
tem, cum † de eius intereſſe non aga- 18
tur. l. 1. vbi Bartol. & alij. ff. de appellat. recip. Menoch. conſ. 206. num. 22. volum 3.

Acquieuerunt tandem D. Canonici, non expectata ſententia, & ſubminiſtrauerunt oleum pro illuminatione dictæ Lampadis, ſicut decurſis temporibus ſemper fecerant.

ARGVMENTVM.

An Coloni bonorum Eccleſiæ teneantur ad Hoſpitationem militum pro certa parte.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ordo Principis ſæcularis, quòd Coloni Eccleſiæ teneantur ad Hoſpitationem militum pro octaua parte, an valeat. Et nu. 16. & 17.*
Et quando nu. 37. 38. 39. & 40.
2 *Collecta eſt ſoluenda à percipientibus fructus. Et num. 9.*
3 *Pars Coloni dicitur ſubiecta Domino temporali.*
4 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*
5 *An dictus ordo valeat, ſi collecta eſt impoſita ſuper fructibus.*
6 *Ratio vbi eſt diuerſa, diſpoſitio quoquè diuerſa eſſe debet.*
7 *Fructus gaudent eadem immunitate, qua bona.*
8 *Fructus intelliguntur deductis impenſis.*
10 *Clerici negociatores quando gaudeant immunitate à gabellis. Et nu. 11. & 12.*
13 *Priuilegium immunitatis eſt ſtricti iuris.*
14 *Collectæ ſunt odioſæ.*
15 *In dubio pronunciandum eſt contra Collectas.*
18 *Hoſpitatio militum dicitur onus reale.*
19 *Bona Eccleſiæ ſunt exempta à quibuſcumq; Collectis.*
20 *Neq; valet conſuetudo in contrarium. Et numero 21.*
22 *Onus mixtum dicitur quando eſt impoſitum perſonæ pro rebus.*
23 *Exemptio Eccleſiæ ab onere mixto extenditur ad Colonos. Et nu. 24.*
25 *Onus debet eſſe vniuerſale.*
26 *Immunitas conceſſa ſeruis Eccleſiæ, quando ſit intelligenda. Et nu. 27.*
28 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
29 *Coloni dicuntur ſocij.*
30 *Coloni laicorum non poſſunt compelli ad onera pro portione Colonica.*
31 *Inſtrumenta fundi quæ dicantur.*
32 *Onus non poteſt imponi, quando per indirectum grauatur Eccleſia.*
33 *De damno Eccleſiæ quando agatur.*
34 *De damno vitando quando dicatur tractari.*
35 *Præſcriptio immemorabilis habet vim tituli, & conceſſionis.*
36 *Interpellatio quando requiratur ad præſcribendam libertatem aduerſus onera.*

RESOLVTIO CXI.

DVBITATVM fuit penes grauiſſimos Viros, An ordo Principis ſæcularis diſponens, quòd Maſſarij, & Coloni bonorum Eccleſiæ teneantur contribuere pro octaua parte laborerij, ſiue auiamenti, quod habent in dictis bonis ad Hoſpitationem militum, de iure ſubſiſtat.

Et in hoc dubio tres reperiuntur ſcribentium opiniones.

Prima † eſt affirmatiua, quam tenuerunt Federic. de Sen. conſ. 111. nu. 9. Boſſ. de Princip. nu. 121. & 174. Rip. de peſt. par. 1. q. 5. Natt. conſ. 158. num. 8. & alij relati per Theſau. deciſ. 116. num. 8. vbi ex profeſſo hanc quæſtionem pertractat. 1

Primò pro iſta opinione adducitur per Doct. eã tenẽtes illud præcipuum fũdamẽtũ. Nã † collecta eſt ſoluẽda à percipiẽtibus fructũ. Bald. in l. ad inſtructiones, nu. 1. C. de Sacroſãct. eccl. latè Theſau. in d. deciſ. 116. n. 5. dicti autẽ Coloni pcipiũt fructus, p eorũ parte, quæ, cũ † ſit ſeparata à parte Domini, dicitur propria ipſorũ Colonorũ, & ſubiecta Domino temporali: Gemin. in ca. quãquã de cẽſ. in 6. Tabiẽ. in ver. excõmunicatio. §. 5. caſ. 19. 2 3

nu.5. Silu. in verb. immunitas. §. 1. num.16.

Facit illa vulgata regula, ſeparato-
4 rum † ſeparata debet eſſe ratio. l. Pa-
nianus. ff. de min. l. fin. ff. de calumn. Bald. in l. cum neceſſitatem. C. de fideic. Decian. in tract. crim. lib. 1. c. 7. num. 4. tom. 1. Caſtr. conſ. 389. num. 2. volum. 1. Pariſ. conſ. 101. num. 38. vol. 1.

Cæterùm hoc fundamentum vide-
5 batur procedere, quando dicta † octaua pars eſſet nominatim impoſita ſuper fructibus ſpectantibus ad dictos Colonos, prout in ſpecie hoc voluerunt Natt. conſ. 409. nume. 4. & 6. Theſau. in d. deciſ. 116. num. 14. Surd. conſ. 301. nu. 8. & 89. & conſ. 338. nu. 14. volum. 3. Rip. de eccl. ædif. reſp. 2. nu. 16. & 21. & in his terminis loquũtur, ſi benè inſpiciantur, Doctores tenentes ſupradictá opinionem, ſecus ſi eſſet impoſita ſuper laborerio, ſeu auiamento, vt hic, nam diuerſi ſunt ca-
6 ſus, diuerſaque † militat inter eos ratio, vt inferius dicetur, Vnde diuerſa quoque debet eſſe diſpoſitio. l. ſi ita. ff. de man. teſt. l. ſi ſeruus. ff. de ſtatu lib. Dec. conſ. 394. nu. 3. Surd. conſ. 67. nu. 19. vol. 1.

Præterea addebatur, dictam concluſionem ſuper fructibus non eſſe tutam, præſertim in foro conſcientiæ.

7 Tum quia † fructus gaudere debent eadem immunitate, qua gaudét bona, cum dicantur acceſſiones naturales fundi. l. qui ſe. §. fundus. l. cum quis. ff. de cond. cau. dat. Rol. conſ. 71. volum. 4. Alban. conſ. 655. Abb. in cap. fin. num. 10. de vita & honeſt. cleric.

Tum quia videtur dictum onus ſuper fructibus partis Colonicæ non
8 conſonum iuſtitiæ, ex quo † fructus intelligũtur deductis impenſis. Felin. in c. ad noſtram. nume. 3. cum ſeq. de iureiur. Oſaſch. deciſ. 68. num. 15. & deciſ. 83. num. 7. cum ſeq. Caputaq. deciſ. 344. nume. 1. par. 1. Menoch. de recuper. poſſeſ. rem. 15. num. 574. Deductis autem impenſis, ac alijs de iure deducendis, nihil ferè ſupereſt pro pauperrimis Colonis; Præſertim cũ, pro dictis fructibus ad eos ſpectantibus, ſoluant imbotaturam, & alia onera ordinaria, faciunt dicta per Oſaſch. deciſ. 82. nu 8.

Tum quia illa concluſio, quod col-
lecta † ſit ſoluenda à percipientibus 9
fructus, vera dicitur eſſe, quando percipiens fructus poſſidet bona pro ſuo, & iure ſuo. Dec. in l. ex conuentione. numero. 5. C. de pact. Alex. conſ. 4. lib. 5. Oſaſch. d. deciſ. 83. nume. 6. ſed Colonus detinet, ſiue bona poſſidet pro Domino. l. peregrè. §. quibus. ff. de acq. poſſeſ. Alex. d. conſ. 4. non autem iure ſuo Iaſ. in l. naturaliter, nu. 5. & 10. ff. de acq. poſſeſ. Contard. in l. 1. lim. 21. C. ſi de mom. poſſ. Menoch. de recuper. poſſ. rem. 1. nu. 62.

Poſtremò, quia magis Domini, quã Coloni, percipere dicuntur fructus, ſecundùm Arium Pinell. in l. 1. par. 2. num. 72. C. de bon. mat. quem refert, & ſequitur Burſat. conſi. 452. num. 17. Boſſ. de Principe. nu. 178.

Secundò principaliter pro hac opinione arguit Rip. in d. reſp. 2. num. 17. à ſimili, nam abſolutum eſt in iure,
Clericos † negociatores non habere 10
immunitatem à ſolutione datiorum, & gabellarum. cap. fin. de vita, & honeſt. cleric Barb. conſil. 29. lib. 4. Vnde neq; dicti Coloni debent eſſe immunes, cum negociandi cauſa conducant bona, ſiue redditus Eccleſiarum.

Sed reſponderi poſſe videtur, quòd
† Clerici negociatores non gaudeant 11
immunitate in pœnam negociationis illicitæ,

illicitæ,& hoc intelligendũ eſt,quoad bona patrimonialia tantùm; nam quoad bona eccleſiaſtica vtiq; gaudere, firmant gloſ.& Doct.omnes in d. c. fin.Vnde fundamentum retorqueri
12 ri poteſt, cum dicti Coloni † incumbant negociationi licitæ,& neceſſariæ pro ſua,& familiarum ſuarum ſuſtentatione,& alimentis,quinimò dicuntur ſocij, vt inferius dicetur. faciunt dicta per Nauar. de teſtam.lib.3.conſil.10.numero.7.

Tertiò, & vltimò pro eadem opinione facit, nam † priuilegium im-
13 munitatis eſt ſtricti iuris, vnde non debet priuilegium Eccleſiæ ad Colonos extendi.vulg.c.odia, & cap.priuilegia de reg. iur.in 6. Grat. in conſi. 130.nu.2.vol.1.Theſau.in d.deciſ.116. nũ.7.

Cæterùm reſpondebatur, immunitatem, præſertim in præſenti caſu, eſſe fauorabilem,& propterea extendendam eſſe, in puncto Surd.deciſ.33.
14 num.18. Quinimò † Collectæ, & o-
15 nera ſunt odioſa,hinc in dubio † contra illa eſt pronunciandum l. ſi pupillus ff.ad l.Falcid.Corn.conſil.199.nu. 25. lib.1.Crauet.conſ.111.in fin.Franc. Becc.conſil.173.nu.16.in fin.

Secunda fuit opinio, quòd ſi † Co-
16 loni bonorum Eccleſiæ grauarentur nimis, & vltra modum, ita vt per indirectum conſequeretur à Colonis, quod exigi poſſet à Clericis, nullum, & inualidum tunc ſit decretum;ſi verò grauarentur cum modo in parte Colonica, tunc decretum ſit iuſtum, & validum; Et hanc opinionem tenuerunt Feder.de Sen. in d.conſ. 111. nu.9. Iaſ.in l.1.nu.12. C.de in d. vid. toll.Theſau.in d. deciſ.116.num.9.

Verùm hæc opinio, ſiue potiùs diſtinctio non videtur vera, nec ſequẽda in iudicando; Tum quia rationes inferius allegandæ in tertia opinione militant in vtroque capite dictæ diſtinctionis; Tum quia ſupradicti Doctores loquuntur in Colono nummis colente, vide Bart.in l.1. nu. 1. C.de anno.& trib.lib.10. Theſau. d. deciſ. 116 nu.5. Oſaſch.deciſ.83.num.5.Caualc.deciſ.44. num. 98. par.1. Licèt contrarium teneat Natta conſilio. 409.num.4. Vel in emphyteuta, ſeu quando onus eſt ſpecialiter impoſitum ſuper fructibus ad Colonos ſpectantibus.

Tum demùm quia, an grauamen eſſet vltra modum,vel cum modo,foret iudicandum à iudice Eccleſiaſtico, vtì competente; Poſtremò quia grauamen præfatum dicitur eſſe vltra modum, cum bona omnia Eccleſiæ non colantur à Maſſarijs quolibet annò, Et vt plurimùm in omnibus dictis bonis non cadat laborerium, nẽpè in terris herbidis, ſterilibus, ſiluis cæduis,ac ſimilibus.

Tertia fuit opinio negatiua, nimirum quod † tale decretum ſit inualidum,vtì lædens immunitatem Eccle- 17
ſiaſticam,& ob id ſit omninò caſſandum, & irritandum. Quam opinionẽ ſecuti ſunt Bart. in l.placet.C. de Sacroſanct.Eccleſ.in l.Colonos, & in l. hi penes.C. de agr. & cenſ. libro. 11. Bald.in l.1.nu.3. C.de epiſcop & cler. Iaſ.in l.1. nu.10. C. d. ind. vid toll. Abb conſ 9 & conſ.53.nu 3.lib.3.Pariſ conſ 69.nu.16. vol. 1. Et in terminis Hoſpitationis militum Natt. cõſ. 114. nu 19.& conſ. 409. per tot.quem refert Theſau.in d.deciſ. 116. num.4. Grat.d.conſ.130. Caualc.deciſ.44.nu. 100.par.1. Mohed.de loc.& cond. deciſ. 4. Et magis in terminis Theſau. for.eccl.par.1.cap.14. numero.7. cum ſeq. & par.2.cap. 38. numero. 113.& 119.cum ſeq.

Pro qua opinione adducitur primò,
18 quia onus † hoſpitandi milites dicites dicitur eſſe domus, & ſic reale, & patrimoniale. l.3. §. munus. ff. de mun. & honor. Natt. conſil. 158. num. 7. cum ſeq. d. conſ. 409. num. 3. & conſil 434. num. 1.

Et cùm domus ſint Eccleſiæ, non autem Colonorum iniuſtè grauari dictos Colonos, dicendum eſt, ex quo indubitatum eſt penes omnes
19 Doctores, bona † Eccleſiæ eſſe exempta, & immunia à quibuſcúmque Collectis. c. pen. de cenſ. clem. fin. eod tit. Natt. conſ. 203. num. 1. & 2. conſil 280. num. 5. & d. conſ. 409. num. 9. Theſau. for. eccl. d. c 14. num. 10. & d. c. 38. num. 120. & in ſpecie Pariſ. dicto conſil. 69. num. 6. Oſaſch. deciſ. 68. num. 1. & in conſ. 39. num. 1. cum ſeq.
20 Nec attendenda † eſſet quæuis conſuetudo in contrarium, cum dicta immunitas ſit à iure diuino latè per Oſaſch. in d. locis; Et bona Eccleſię ſint vſui ſpirituali deputata. Natt. in d. conſilio 203. num. 1. faciunt dicta per Farinac. de inquiſit. q. 8. numer. 3. Et quamuis Oſaſch. in d. conſil. 39. nu. 39.
21 tenuerit † contrarium, concurrente tollerantia; tamen eius dictum non eſt ſequendum, cum neque expreſſus conſenſus ſufficeret. Pariſ. conſil. 26. num. 16. volum. 1. Et faciunt dicta per Farinac. in d. quæſtione 8. numero quarto. & 13.

Secundò, nam quatenus dictum o-
22 nus † eſſet mixtum, vti impoſitũ perſonæ pro rebus, prout tenent Feſtaſ. de Collect. cap. 1. num. 35. Ioan. de Amic conſ. 22. nu. 7. Pariſ. conſ. 25. n. 48 & 95. vol. 1. Natt. d. conſil. 409. nu. 3. Theſau. d. deciſ. 116. nu. 2. Adhuc tamen inualidum eſſet dictum decretum: Tũ quia
23 exemptio † Eccleſiæ à tali onere extenditur ad Colonos ipſius Eccleſiæ, ſecundùm glo. in clem. 1. de decim. & ibi Doct. Pariſ. d. conſil. 69. numer. 6. cum ſeq. & ſic fuit reſolutum in vna Corrigien. gabellæ 27. Nouembris 1602. coram R. P. D. Iuſto. Decian. conſil. 51. num. 14. libro 3. Rimin. Iun. conſil. 353. numer 178. lib 4. Anguiſſol. conſil 52. num. 100. lib. 3. Tum quia dicti Coloni † non ſunt Domini bono- 24
rum pro quibus imponitur onus. l. priuatæ. & ibi Bart. C. de excuſat. mun. libro 10. Bald. in l. 1. C. de ann. & tribut. lib. 1. quem refert Natt. in d. conſilio 409. num. 3. cum ſeq. quicquid dixerit Rip. in d. reſp. 2. nu. 15.

Tertiò, quia onus † debet eſſe vni- 25
uerſale. Bart. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon. Bald. in l. Cenſualis. C. de donat. & in l. 1. numer. 31. C. de mul. & in quo loco. lib. 10. huiuſmodi autem grauamen non eſt vniuerſale, cum Maſſarij, & Coloni ruralium remaneant exempti ab eo, & immunes.

Quartò apprimè vrgent c. eccleſiarũ 12. quæſt. 2. & cap. generaliter, §. nouarum. 16. quæſt. 1. quæ iura licèt loquantur † in ſeruis perpetuis Eccleſiæ, ſe- 26
cundùm Fed. de Sen. in d. conſilio 111. Theſau. deciſ. 22. num. 5. & d. deciſ. 116. num. 12. Rip. d reſp. 2. numer. 21. Natt. d. conſil. 409. num. 2. Tamen adhuc benè adaptantur ad pręſentem caſum.

Tum quia illud priuilegium fuit à iure † tributum dictis ſeruis, non ipſo- 27
rum intuitu, ſed contemplatione Eccleſiæ, cui inſeruiebant. c. ſimiliter 16. quęſt. 1. cap. eos qui. 87. diſtin. l. 2. C. de epiſc. & cleric. Alban. conſ. 441. num. 3. & conſil 456. num. 16. quæ contemplatio cum militet etiam in dictis Colonis, eadem debet quoque militare diſpoſitio. gloſ. in cap. Clericorum 11. quæſt. 1. Pariſ. conſilio 10. numero 23. volum. 3.

Tum

Tum quia dicti Coloni ſucceſſerunt in locum dictorum ſeruorum, cum ea omnia faciant,& ruſticalia opera exerceant, quæ dicti ſerui faciebant, & exercebant. Surd. deciſ. 19. nume.2. cum ſeq. Menoch. de retin. poſſeſ. remed.3.num. 117.vbi alios ci-
28 tat.Subrogatum † autem fruitur priuilegio eius,in cuius locum ſubrogatur.Surd.conſilio.26.num.5. volum.1. & deciſ.19.numero 4. Turret.conſil. 91. num 1.volum. 1.latè Gabr.de reg. iur.lib.6.concl.2.

29 Quod confirmatur,nam dicti † Coloni dicuntur ſocij. Grat. in d. conſ. 130.nu 61.& 68.Quinimò, ſecundùm aliquos Doctores, Coloni Eccleſiæ ſequuntur forum eccleſiaſticū.Natta, conſ.105.num.7. & conſ.576. num.3. vbi diſtinguit.Theſau.deciſ.22. num. 4. Quicquid in contrarium tenuerint Felin.in c.nullus, nu.3. de for. comp. & Gabr.conſ.37.nu 4.vol.2.

30 Quintò, quandoquidem Coloni † laicorum non poſſunt compelli de iure ad onera pro portione Colonica. l. 1.§.exceptiones.ff.quar.rer. act. nō det.d.l.hi penes. l. ſemper. §. conductores. ff. de iur.immun.l.1. C.de priuileg.dom.aug.lib.11.Natt.in d.conſi. 409. num.4. Pariſ.conſi.20. num.10. & 97. volum.1. Oſaſch. d. deciſ. 83. num. 3. vbi teſtatur de magis communi. Quicquid dixerit Rip.in d reſpon.2.num.18. cum ſeq. Vnde multò minus poſſunt compelli Coloni Eccleſiæ.

Sextò,nam dictum onus dicitur impoſitum ſuper inſtrumentis fundi,
31 cùm † omne quod eſt in auiamento ſit paratum gratia quærendi, cogendi, & conſeruandi fructus. l. Inſtrumenta, & l.quæſitum. ff. de fund. inſtruct.vel inſtr.leg. gloſ. in l. 2.C. de verb.ſign. Vnde ſequitur, dictum onus fuiſſe impoſitū ſuper bonis Eccleſiæ, quæ ſūt exempta,vt ſupra dictū eſt.& in puncto vide Caualc in d. deciſ 44. num. 100. verſ. quartò non procedit, vbi plures Doctores allegat.

Septimò, etenim onus † non poſſet imponi, quando ſaltem per indirectum grauaretur,& damniſi caretur Eccleſia, ſeu eius bona. Bart.in d. l. placet, in fin. Bald. ibidem num. 4. Iaſ.in d.l. 1.nu.10. C.de ind.vid. toll. Felin. in d. c. nullus, num. 3. de ſor. compet. Abb. in c. non minus, num. 10.de immun.eccleſ.Burſ.d.conſ.452. num.16. Pariſ.d.conſ. 26. num. 10. & 11. volum.1. Gabr. conſi. 37. num.5. vol.2. Surd.conſ.301.num. 74. & 86. Caualc.in d. deciſ. 44. num.98.Theſau.for.eccl.in d. par.1. cap. 14. num. 33.& cauetur in Bulla Cœnæ Domini, nu.18. Quicquid in contrarium dixerint Oſaſch. in d.deciſ. 68. & in conſ.39.nu.38.& Rip.in d. reſp.2.nu. 13. & 21. nam incommodum Communitatis non eſt præponendū præiudicio, & damno Eccleſiæ, cui magis ſemper fauendum eſt. auth. ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccl.Iaſ.in l.licèt, nu. 6. C. de pact. præſertim quando ei poſſet prouideri cum auctoritate Superioris eccleſiaſtici. 32

Ex dicto autem onere, & grauamine lædi, & † damnificari eccleſiam, 33 clarum eſt, cum Coloni aut recuſent laborare bona ipſius Eccleſiæ, aut velint exgrauari per eccleſiaſticos à dicto onere, prout hodie manibus palpatur, in puncto Caualc. in d. deciſ. 44. nu.98. Theſau.for.eccl.par.1.cap. 14.num.6. Natt.conſ. 114. nume. 19. Surd. d.conſ.301. num. 74. & 79.Pariſ.conſi.26.nu.10. cum ſeq. & num. 16. vol.1.& Burſ.d conſ.452.num.16.

Præſertim, quòd dicta octaua pars

fuit taxata non diffinitiuè, ſed per modum prouiſionis, vnde poſſet cum tempore magis augeri grauamen, & proinde friuolum eſſet dicere, eccle-
34 ſiam † tractare in hoc de lucro captando, cum verè tractet de damno vitando, iuxta dicta per Franc. Becc. conſ.9.num.13. conſil.39. num. 23. & conſil.55.num 34.

Præterea in omnem euentum, lucrum debitũ, vel quaſi debitum perdere, eſt damnum pati. Rot. Rom. in nouiſſim.deciſ.240. num.28.par.1.ſed lucrum iam eſt radicatum Eccleſiæ, vt patet ex tot locationibus præcedentibus ſortitis effectum ſuum. Iaſ. in l. repræhendebat num.10.C.de inſtit.& ſubſtit.l. fin. num.10. C. de codicill. iura autem magis fauent tractanti de damnó vitando. Corn. conſ.123.nu. 4. lib 4. Crau.conſ.21.nu.11.Franc.Becc. in d. conſ.90. num.24.

Octauò poteſt pro ſolidiſſimo fundamento allegari ad fauorem dictorum Colonorum præſcriptio immemorabilis in Diœceſi Papienſi non ſoluendi dictum onus, & nouum gra-
35 uamen, quæ † præſcriptio habet vim tituli, & conceſſionis. latè Gabr. de præſcript.lib.5. concl.1.num.44.cum ſeq. Natt.conſ.304. nu.10.conſ. 486. nu.15. conſ.520. num.3. & conſ. 649. num.3. Surd. conſ. 234. num.35. vbi ampliat.

36 Et licet aliàs ad præſcribendam † libertatẽ aduerſus onera, & collectas requiratur de iure, quòd interceſſerit interpellatio ad ſolutionem, ſecundùm Bart. in l. in filijs. C. de decur. lib.10. Natt.conſ.406.num.5. & conſ. 431.num.27. Pariſ.conſ. 25. num.110. vol.1.

Tamen id verum non eſt in præſcriptione immemorabili, prout in ſpecie tradit Non.conſ.47.num. 3. & 7. Natt d. conſ.406.nu. 24. & conſ. 431. num.28.

Præſertim cum non agatur hîc dè præſcribenda libertate ſeruitutum vrbanarum, ſed aliorum iurium, & dictum onus iam per multos annos impoſitum eſſet laicis, vt aſſeritur. Natt. in d. conſ. 406. num. 21. cum ſeq.

Et hæc vltima † opinio multò magis tenenda eſſe videbatur à Confeſ- 37
ſarijs, cum in foro animæ tutior pars ſemper ſit eligenda; Et Sanctiſſimus Dominus Noſter reſeruauerit vbi caſus in Bulla Cœnæ Domini clarè, vel dubiè contentos.

Item maximè procedit † in Colo- 38
nis quorundam Regularium ob priuilegia Summorum Pontificum conceſſa ſpecificè eorum bonis, & Maſſarijs, ac fictabilibus. vt latè per Theſau. ſori eccl.par.2. cap.18.num.104.Boſſ. d.tit. de Principe.nu.174.cum ſeq. vbi di it, quod dictum priuilegium nõ poſſet tolli per Principem ſæcularem, ex quo eſt priuilegium Papæ, & præterea eſt conceſſum Eccleſiæ pro Colonis.

Item maximè procedit, ſi dicti † 39
Coloni ſtarent ad panem, & vinum eccleſiæ, ſecundùm gloſ in d.Clem.j. de decim. Theſaur.in d.deciſ.116. in fin.Surd. deciſ.19. & 35. num.1. Boſſ. d. tit.de Principe.num.178.

Item maximè procedit, ſi dicti † 40
Coloni, vltra domum Eccleſiæ, haberent propriam domum, in qua facerent hoſpitationem militum, nè duplici collecta, & onere grauarentur. Natt.conſ.193.num. 1.Oſa ch.in d.deciſ.68. & Pariſ.in d.conſ.25.num. 84.

Reſol. CXII. & vltima.

Continens plures caſus practicabiles,

cabiles, tam in foro fori, quàm in foro poli.

CASVS PRIMVS.

Inſtrumentum cenſus quando dicatur vſurarium ratione pacti pœnalis in eo appoſiti.

CVm fuiſſet appoſitum pactum in inſtrumento cenſuali, vt in caſu, quo debitor foret moroſus in ſolutione annui cenſus, teneretur perſoluere florenum vnũ auri ſingulis diebus procuratori ipſius creditoris pro eundo, & redeundo, fuit controuerſum.

An inſtrumentum prædictum ob dictum pactum eſſet vſurarium.

Et reſolutũ fuit affirmatiuè, ex quo per Cõſtitutionem Pij V. ſuper creatione cenſus prohibetur in ſpecie pactum, quòd moroſus debitor teneatur ad certas expenſas, vide Theſaur. fori eccl.par.2.cap.30.num.57.ſicut etiam, omnia pacta pœnalia reprobari per dictam Bullam, refert Cæſar Manent. de iure contract.liuellar.q.1.pacto 15. num.8.Nec profuit dicere per dictam Conſtitutionem non prohiberi intereſſe damni emergentis, ſecundũ Lud. Carb.de reſtit.q.58.

Tum quia dictæ expenſæ non dicũtur intereſſe damni emergentis, ſed certa pœna, quæ non ſolùm prohibetur per dictam Conſtitutionem, ſed etiam de iure ciuili, vt in l.pœnam.ff. de vſur. Nauar.de vſur.num.116. Lup. in l.curabit.§.3.num.55.C.de act.emp. & in l.2.§.1.num.47. C.de pact. inter emp.& vend.

Tum quia pactum ſuper damno emergenti ſapit vſurariam prauitatem, ſi in eo taxetur certa quantitas, prout fuerat hic taxata, in puncto Lup. in d. l.curabit.§.6.num. 121.cum ſeq. Natt. conſ. 490.nu.4. Turret. conſ.81.num. 3.vol. 2.Theſau.in d.c.30.nu.38.Cæſar de Graſ.de vſur.deciſ.1.n.4. vbi declarat. Cęſar Manent. vt ſupra, nu.5.

Præterea dum opponeretur, dictam Conſtitutionem non eſſe obſeruandã in Statu Mediolani, vtì non publicatã in dicto Statu. Natt.cõnſ.498. nu.20. vbi ampliat, etiamſi in ea legeretur decretũ irritans. Theſau.deci.154 n.4.

Fuit reſponſum, ſatis eſſe, quòd fuerit publicata in Vrbe, vt aliàs dictum eſt; Præſertim cum agatur in ea de materia peccati.

CASVS II.

Oblationes debentur Rectori Eccleſiæ Parochialis.

NOn modica orta fuit controuerſia inter R.Præpoſitum Baſignanæ, & Diſciplinatos dictæ terræ occaſione oblationum, quæ fiebant in Oratorio dictorum Diſciplinatorum, videlicet.

Ad quos nam dictæ oblationes ſpectarent.

Et fuit reſolutum, ſpectare ad dictũ Præpoſitum vtì Curatum loci. per ca. paſtoralis, vbi Abb.num.2.de his, quæ fiunt à præl. c.ad audientiam. de eccl. ædif.c.requiſiſti.de teſtam.Felin.in c. dilectus, num.1.ff.de off.ordin. Soc.de oblat.verſ. decimo octauo. num.30.& 38.vbi teſtatur de communi. Io.Bapt. Ferret.conſ.143.num.4. Rip.de oblat. eccl. reſp. 1. numero 2. cum ſequent. Theſau.fori eccl.par.2.cap.28. numero 19.& 31.

Et dum per dictos Confratres alle-

garetur præſcriptio antiquiſſima ad eorum fauorem, cap. ex tranſmiſſa. de præſcript. Soc. de oblat. in d. verſ. decimo octauo. num. 18. 31. & 38. Rip. in d. reſp. 1. numer. 12. Præſertim cum dictæ oblationes reciperentur ad vſum fabricæ dicti Oratorij. Felin. in d. c. dilectus. in princip. Rip. in d. Reſp. 1. numero 7.

Primò fuit dictum, non conſtitiſſe de dicta præſcriptione in actis.

Secundò, illam non ſuffragari, niſi doceretur etiam de auctoritate ſuperioris eccleſiaſtici, ſecundùm communem Doctorum opinionem, de qua teſtatur Io. Bapt. Ferret. in d. conſ. 143. num. 5. Theſau. fori eccl. in d. c. 28. numero 24.

CASVS III.

Abbas an poſſit benedicere Campanas, quæ debent inſeruire Eccleſijs non ſuæ Religionis.

DICEBATVR, perperam facere Abbates quoſdam Regulares Papiæ, dum præſumunt benedicere Campanas, non ſolùm pro vſu ſuarum eccleſiarum, ſed etiam aliarum ſæcularium. per tex. in c. conſulto, de conſecr. diſt. 1. quod voluerunt gloſ. fin. in cap. 3. de priuil. in 6. Sum. Syluest. in ver. benedictio. num. 5. Tabien. in ver. Abbas, numero 12. Cuch. inſt. ma. libr. 1. tit. 6. de priuileg. numero 48. Azor. inſt. Mor. lib. 10. ca. 28. quæſt. 2. qui dicit, priuilegium dici ius canonicum; Verùm propriè loquendo prædicti termini ſunt diuerſi. Iaſ. in l. fin. num. 27. ff. de conſt. princ. idem Azor. in d. tract. lib. 5. cap. 22.

Et dum allegaretur conſuetudo id faciendi antiquiſſima.

Replicabatur, de illa non conſtare.

Præterea, illam non eſſe attendendam vtì nullam, cum illa benedictio videatur eſſe ordinis Epiſcopalis ratione inúctionis olei ſacri, & dicti Abbates extra eorum Monaſteria non habeant iuriſdictionem. Sum. Syluest. in d. verb. benedictio. numer. 5. & vide dicta per Azor. in d. lib. 5. c. 19. verſ. conſuetudo, qua presbyter.

CASVS IV.

Matrimonium an poſſit celebrari à Parocho, non factis publicationibus.

PROPONEBATVR, An Curatus poſſit celebrare matrimonium, nó factis publicationibus, & denunciationibus requiſitis per Sacrum Conc. Triden. de reform. matr. ſeſſ. 24. c. 1. ſi dicto Curato conſtiterit de probabili ſuſpitione, matrimonium impediri malitioſè poſſe, abſque eo quòd Epiſcopus diſpenſet.

Et reſolutum fuit negatiuè, iuxta dicta per Nauar. de Cland. deſp. lib. 4. conſil. 1.

Quod ſuadetur per dictum c. 1. dum ibi diſponitur, quod poſt matrimonium Epiſcopus remittere poſſit denunciationes, ſi ſic expedire iudicauerit. Vnde multò magis remiſſio eſt facienda per ipſum Epiſcopum ante matrimonium, quo tempore agitur de grauiori re, & periculo.

Præſertim quòd in remiſſione omnium denunciationum eſt adhibenda cauſæ cognitio, ſaltem aliqualis. Et ita vidi ſeruari in Diœceſi Papienſi.

Huiuſmodi tamen matrimonium tenet, ſed dicitur clandeſtinum, quoad alios effectus, quàm annullationis matrimonij, vt ſcilicet non debeant ſe com-

commiſcere, donec, &c. Nauar. in Manual. cap. 22. numer. 70. Graff. deciſ. aur. par. 1. lib. 2. cap. 86. num. 1.

CASVS V.

Vicarius Epiſcopalis an poſſit concedere licentiam celebrandi in domo priuata.

FVIT requiſitus D. Vicarius Papiæ ad concedendam facultatem, vt poſſet celebrari ſacrum in domo priuata cuiuſdam Nobilis loci N. in qua conuenturi erant aliqui Principes pro reſolutione belli, aut pacis.

Et videbatur, d. D. Vicarium poſſe liberè dictam facultatem concedere, attenta dicta cauſa tam graui, & neceſſaria, vt in puncto voluerunt Nauar. in Manual. cap. 15 num. 82. Graff. deciſ. aur. caſ. conſc. lib 2. cap. 41. num. 7. vbi vlterius dicit, id licere Sacerdoti abſque licentia Epiſcopi. Sylu. in ver. Miſſa, verſ. quinta concluſio. Henriq. in ſum. Theol. Mor. lib. 9. c. 27. num. 1.

Cæterùm D. Vicario placuit abſtinere: Tum quia non conſtabat plenè de dicta neceſſitate: Tum attenta generali diſpoſitione S. Conc. Triden. de obſeru. ſeſſ. 22. de qua latè per Nauarr. de conſtit. conſil. 1. num. 76. quæſt. 37. Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 35. num. 7.

CASVS VI.

Eccleſia an polluatur ex percuſſione facta in facie, ex qua exiuit ſanguis è naribus.

PERCVSSVS fuit in Eccleſia Durni N. puer in facie, ex qua percuſſione nō modica manauit effuſio ſanguinis è naribus eius, fuit apprimè dubitatū, An polluta eſſet dicta Eccleſia.

Et pro negatiua opinione adducebatur.

Primò, quia videtur eſſe communis opinio Doctorum, ob nimiam facultatē effluxionis è naribus non cauſari pollutionem. glò. marginalis in c. cum illorum, de ſententia excom. in verb. effuſionem. Graff. deciſ. caſ. conſc lib. 2. c. 47. nu. 23. Candel. aur par. 2. de interd. in rub. de caſibus, quibus Eccleſ. &c. nu. 59. Abb. in c. propoſuiſti, nu 3. de conſecr. Eccleſ. vel altar. qui tamen non dicit hoc. Nau. in Man. c. 27. num. 92.

Secundò, nam videbatur eſſe altercatio puerorum, in quibus non cadit iniuria ob defectum vſus rationis tex. in cap. 1. & c. fin. de ſent. excomm. Cād. aur. in dicto loco, num. 61. Nauar. in Man. cap. 27. num. 256.

Tertiò, cum ad inducendam pollutionem Eccleſiæ requiratur homicidium, vel vulnus d. cap. propoſuiſti. vulnus autem eſt plaga hians, paténſque apertura corporis: & hic neutrum adeſt.

Atqui hoc fundamentum fuit reputatum friuolum: Tum quia poteſt eſſe plaga interior: Tum quia ſatis eſt percuſſio iniurioſa cum liuore, in puncto Afflict. in conſt. Neapolit. lib. 1. rub. 12. de percuſ. illicita. num. 5. fol. 62.

Cæterùm fuit inclinatum in reſolutionem affirmatiuam, præſertim ad exemplum, & terrorem aliorum, cum non dubitaretur, percuſſionem fuiſſe iniurioſam, attento quòd percuſſor eſſet maior xiiij. annorum, cap. Eccleſiis. 68. diſtin. Nauarr. in d. c. 27. numero 256.

Nec non iniuriam fuiſſe grauem, tàm inſpecta loci, quàm temporis qualitate, nam tunc decantabantur Veſperæ præſente populo, & erat dies

feſtus ſolemnis. Abb. in cap.ſignificaſti,num.2.de adult.

Accedit, nam, in hoc attendendum eſſe arbitrium iudicis, voluerunt glo. in d.cap. cum illorum in verb.effuſionem, & Doct. in cap.peruenit,de ſententia excomm.

Qua reſolutione ſtante, in ſimili caſu Eccleſia Baſignanæ fuit eò magis tenta polluta, cum verificaretur magna effuſio ſanguinis,& præterea cum percuſſio fuiſſet facta cum lapide, quod eſt inſtrumentum aptum ad occidendum, & venit appellatione armorum. Afflict.in conſt.Neapol.lib.1. rub.9. de illicita portat. arm. num.12. l.armorum.ff.de verb.ſign. & Caualc. deciſ.22.num.66.par.5.

CASVS VII.

Quartam funeris violenter defraudans quomodo puniendus.

DVM diſputaretur ſuper ſolutione quartæ funeralis, fuit clandeſtinè corpus Albonefij defuncti aſportatum ad Ciuitatem Vercellarum, non certiorato Curato Eccleſiæ S. Ioannis in Burgo,ſed potius ſpreto.

Fuit dictum primò, aſportantes eſſe per D. Vicarium Epiſcopalem excōmunicandos, ex quo fuit illata iniuria dictæ Eccleſiæ; Tum ratione quartæ defraudatæ. Ang. in ver.canonica,nu. 14. & 17. quæ quarta hodie debetur, non obſtantibus priuilegiis,ſecundùm Sacrum Concil. Trident. de reform. ſeſſ.25. c. 23. & debetur de oblationibus, Cæreis, & relictis. Ang. ibidem, num.9.& 14.Medic.de ſepul.par.2.q.8. S.Ant.in ſum.par.3. cap.5. §.5. Tum quia veniebat ſepeliendus in Eccleſia Parochiali,non docto de electione ſepulturæ. Tab.in verb. ſepultura, num. 9.cum ſeq. S.Antonin. in ſumma par. 3.cap.5.§ 1.Medic.de ſepult.par.1.q.7.

Præterea agebatur de iniuria Parochi,& ipſius defuncti, cum de conſuetudine ferè vniuerſali Parochus ſoleat benedicere, & aſſociare corpus. Tab. ibidem,num.4. Angel. in verb. ſepultura,num.4.S.Anton.in dicta par.3.c. 5 §.7.verſ. ſecundò nota.ſuper hoc vide dicta per Nauar.de ſepul. conſil.7. nu.2.lib.3.

Fuit dictum ſecundò,non licuiſſe ſequeſtrari corpus defuncti, licèt quarta non amittatur. Tab. ibidem, numero 19.Ang. ibidem,num.33.ſicut nec cadauer debitoris poteſt inſepultum detineri ad inſtantiam creditorum, & hoc petentes incurrunt in pœnas, ſecundùm Couarr.var.reſol. libro ſecundo, cap. 1. numero 10. Brunor. à Sole quæſt. 29.

CASVS VIII.

Vxor adultera an poßit ingredi Monaſterium, inuito viro.

QVAEDAM Barbara adultera volebat ingredi Monaſterium Monialium Conuertitarum, & habitum ſuſcipere, N. viro ſuo ſimpliciter conſentiente. Fuit dubitatum, An poſſet.

Et quidam tenuit negatiuè, Quia non ſufficit ſimplex viri ſui cōſenſus, ſed requiritur quòd etiā ipſe ingrediatur aliquā religionē. c.Agathoſa 27.q. 2.c.1.4.& 20.de cōuerſ.coniug. S.Anton.in ſumma, par.3.tit.1.cap.21. §.10. verſ.ſecūdus caſus eſt.Vel ſaltem quòd voueat continētiam, niſi ſit timor incontinentiæ, prout hic erat, cum dictus vir eſſet admodùm iuuenis. d.c.1. & 18.

& 18. de conuerſ. coniug. S.Anton. in d.c 21. §. 10. verſ. tertius eſt caſus. Nau. de conuerſ.coniug. lib.3. conſil.5. numero 1.

Alter verò dicebat, poſſe ingredi, ex quo vxor erat adultera, & maritus pluries requiſitus noluit eam recipere, quia de iure cenſetur factum diuortium ob notorietatem adulterij. d. c. Agathoſa. & cap. gaudemus, & ibi Doct. de conuerſ.coniug. S.Anton. d. cap. 21. §. 10. in puncto Nauar. de regul. lib.3. conſi.8. de conuerſ.coniug. conſil.5. num.5. & conſi.6. num.1. cum ſeq. Natt.conſ. 116.

CASVS IX.

Optio non habet locum in beneficiis reſeruatis Papæ.

VACANTE in menſe Papæ reſeruato canonicatu, & præbenda quadam in Eccleſia S. Mariæ Maioris Lumelli, N. canonicus optauit dictam præbendam, iuxta ſtatuta dictæ Eccleſiæ.

Fuit dubitatum, An dicta optio valeret; Et fuit reſolutum negatiuè.

Primò, quia in beneficiis reſeruatis Papæ generaliter, vel ſpecialiter non habet locum optio, ſiue illa ſit introducta per conſuetudinem, vt eſt Regula viij. Cancellariæ, prout notat Grannut. ad Simonet. de reſeruat. quæſtio.45 in verba, ſuperfluum. Moyran. deciſ.27. de præbend. Rot. Rom. deciſ.1. num.7. de rerum permutatione, in nou. Mohed. deciſ. 27. de præbend. Gig. de penſ. quæſt.63. num.9. Lap. allegatione 84. num.5. Staffil. de lit.grat. rub. quando derogetur. num. 3. cum ſeq. Caſſad. deciſ.4. de conceſſ. præben. vbi declarat. Put. deciſ.4. par. 2. latè Moneta de optione. cap.3. num. 41. & 55. Pariſ.conſ. 10. num.5. & 8. volum. 4. Siue ſit introducta per ſtatutum, idem Pariſ. d. conſil. 10. num.5. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib.2. qu. 20. num.3. & 9. In tantum, vt optans reſeruata priuetur vtroque beneficio, ſecundùm Falc. de reſeruat. quæſt. 4. princ. effect.50. & Grannut. ad Simonet. de reſeru. quæſt.54. num.7.

Quomodo autem ſit intelligenda præbenda in hac materia, vide Caſſad. de præben. deciſ.17. num.9.

Secundò, quia tempore datæ dictarum literarum non erat facta optio, in gratia autem attenditur tempus datę, vt aliàs diximus.

CASVS X.

Penſioni reſeruatæ pro alimentis an poſſit renunciari.

REVERENDVS de Strambinis penſionarius Reuerendi de Gattis allegabat, ſe eſſe immunem, & excuſandum à ſolutione penſionis ſub prætextu cuiuſdam appocæ factæ inter ipſos, huiuſmodi tenoris videlicet [*il R. Gatto hà renonciato la penſione de dieci ſcudi al R. Strābino, con che paghi le due penſioni decorſe, & vn' altra, quando ſopra detta renoncia ſarà ottenuto il beneplacito di Sua Santità.*]

Cæterùm fuit reſolutum, nullum poſſe fieri fundamentum ſuper dicta renunciatione: Tum quia illa videbatur conditionalis: Tum quia in ea requirebatur omninò aſſenſus Apoſtolicus, cum dicta penſio fuerit reſeruata pro alimentis. Gig. de penſ. quæſtione 45. numero nono. & propterea ante confirmationem licebat reſilire. Achil. de Graſſis de pact. deciſione ſecunda. Nauarr. de prębend. conſilio 52, numero ſecundo. cum ſequent. &

conſil.53.lib.3. Prout in dubio cenſetur reſeruata pro alimentis. Gabr. conſil.191.num.10. volum.2. vide Pariſ.de reſign.benef.lib. 6. quæſt.2. numero 8.

CASVS XI.

Affinitas an contrahatur hodie per Catechiſmum.

DISPVTABATVR inter duos peritos, An per Catechiſmum contrahatur hodie affinitas impediens matrimonium contrahendum.

Et vnus dicebat, contrahi, allegando cap. contracto, de cognat. ſpirit. & cap. per Catechiſmum, eo tit. in 6. Tolet. in ſumma libro 7. cap. 14. numero ſexto.

Alter verò proponebat tale impedimentum fuiſſe ſublatum per S. Concil. Trident. & ita fuiſſe deciſum per S. Congregat.

Et hoc vltimum placuit.

CASVS XII.

Expenſarum factarum pro reconciliatione Cœmeterij polluti ſolutio ad quem ſpectet.

CVM pro reconciliatione Cœmeterij loci Medæ polluti per ſanguinis effuſionem fuiſſent factæ aliquę expenſę, fuit dubitatum, Ad quem ſpectaret ſolutio illarum.

Et fuit reſolutũ, quòd ſi ille, qui fuit cauſa pollutionis, ſit diues, ipſe teneatur ad expẽſas. arg. l. 1. & ibi Bart. ff. de eo per quẽ fact. erit &c. Abb. in c. 1. de libel. obl. Si verò eſſet pauper, quòd tunc teneatur Communitas d. loci.

Nam licèt de iure teneatur Rector ipſius Eccleſiæ ad expenſas reconciliationis, ſi commodè id facere poteſt. Theſau. fori eccleſ. in tit. de conſecr. eccleſ. num. 18. Rip. de eccl. ędif. reſp. 1. num. 1. & reſp. 2. num. 1. cum ſeq. Tamen hodie de conſuetudine vniuerſali in iſtis partibus tenetur Communitas loci, quæ conſuetudo ſeruanda eſt, ſecundùm Abb. in cap. 1. de eccleſ. ædif. cum agatur de commodo, & beneficio ipſius Communitatis. Card. in clem. cauſam. in princ. quæſt. 20. de elect. Fel. in d. c. 1. in fine, & in c. accedens. in fine de præſcript. Abb in cap. propoſuiſti. num. 11. de conſecrat. eccleſ. Rip. in d. reſp. 1. num. 2. quæ conſuetudo videtur fundata in eo, quòd vt plurimùm redditus Eccleſiæ iſtius prouinciæ non ſunt ſufficientes ad victum Rectoris. Rip. in d. reſponſ. 2. numero tertio. Rebuff. de diſpenſ. rat. ætat. num. 77.

Præſertim cum hic agatur de reconciliatione Cœmeterij, quod fuerat circundatum expenſis ipſius Communinitatis: & vlterius dicta Communitas ſolita ſit per tempus ferè immemorabile reparare parietes, & tecta Eccleſiæ Parochialis, reficere campanas, ac de funibus prouidere, prout notorium eſſe, dicebatur.

CASVS XIII.

Executor datur à Papa ad prouidendum infra xxx. dies, illis elapſis, an poſſit amplius exequi.

SANCTISSIMVS D. N. mandauit per literas Apoſtolicas conferri beneficium N. prouiſo infra dies xxx D. Vicarius executor non potuit in dicto termino conferre dictũ beneficiũ, vel quia prouiſus nõ inſtetit pro collatione, vel quia non probauit probanda.

Fuit

Fuit dubitatum, An, lapſo dicto termino remaneret executor d. Vicarius.

Et dicebatur, non remanere, ex quo terminus videtur præfixus iudici. Felin. in c. paſtoralis. num. 30. de except. Caſſad. de appel. deciſ. 9. num. 8. quod præſertim verum eſt, ſtante decreto irritante. Gabr. de clauſ. lib. 6. concl. 3. num. 18. cum ſeq.

Cæterùm fuit reſolutum, adhuc durare auctoritatem, ex quo per dictum executorem non ſtetit, ſed benè per d. prouiſum, quò minus negotium expediretur. Cuch. inſtit. ma. lib. 1. tit. 7. de mand. apoſtol. nu 24. cum ſeq. faciunt dicta per Affl in conſt. Neapol. libr. 1. rubr. 50. nu. 6. Caputaq. deciſ. 96. par. 2. Caſſad. de præben. deciſ. 8. num. 2. & Theſaur. fori eccleſ. par. 2. cap. 16. numero 72.

Quæ reſolutio multò magis vera eſſet, ſi prouiſus poſt lapſum dicti termini conſentiret expreſsè in d. Executorem, cum illius termini aſſignatio reſpiciat fauorem ipſius prouiſi, qui poteſt ſuo fauori renunciare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. cap. gratum. de off. deleg. Nauar. de regul. conſ. 33. num. 1. lib. 3. vide Caſſad. de appel. deciſ. 9. num. 9. Vant. de nullit. in rubr. ex def. iuriſd. num. 118. Gabr. de clauſ. lib. 3. concl. 3. numero 26. cum ſequent.

CASVS XIV.

Conſecrari an poſſint Moniales, ſi non attingant xxv. annum.

IN vna conſecrationis Monialium dicebatur, quòd licèt ſecundùm ſacros canones non poſſint conſecrari virgines Moniales, niſi attigerint xxv. annum, vt in cap. placuit, & cap. virgines. 20. quæſt. 1.

Nihilominus de vniuerſali conſuetudine poſſunt conſecrari ante 25. annum, prout de dicta conſuetudine teſtantur Silueſtr. in verb. Conſecratio virginum. nu. 1. S. Anton. in ſum. part. 3. tit. 2. cap. 2. de Conſecr. virgin. §. 2. & in toto Statu Mediolani notoria eſt; Vnde ſatis eſt eam allegare. Nat. conſ. 228. num. 5.

Et dicta conſuetudo videtur rationabilis, & ſatis pia, cum ſoleat imminere neceſſitas periclitantis pudicitiæ virginalis. vt in d. c. virgines. ſaltem ex pollutione voluntaria. Nauar. in Manua. ca. 16. nu. 3. verſ. interrogatus.

Nec verba Pontificalis Romani nouiter impreſſi, (qui liber probat, ſecūdùm Mohed. de fide inſtrum. deciſ. 5.) terrere debent, dū in eo cauetur, Moniales conſecrandas interrogari debere, an attingant xxv. annum. Et in bulla Clem. Papæ VIII. ſuper eodem dicitur, Epiſcopos teneri ſeruare in eo diſpoſita, aliàs muneri ſuo non dicantur ſatisfeciſſe.

Quia ex dictis verbis non cenſetur derogatum dictæ conſuetudini.

CASVS XV.

Sententiam intimare procuratori an ſufficiat.

FVIT ſententia lata ad fauorem D. Oleuani, & contra R. Paſquinum intimata procuratori dicti Paſquini, qui, licèt haberet facultatem appellandi, tamen non appellauit.

Fuit dubitatum, An dicta ſententia tranſiuerit in iudicatum.

Et fuit reſolutum affirmatiuè, nam ſcientia, & negligentia procuratoris nocet domino quoad hoc, vt in puncto firmant Felin. in cap. 1. numero 6.

vt lite non conteſt. Lancell. de attent. par. 1. c. 12. lim. 50. num. 84. & 93. Ioan. Bapt. Coſta, in tract. de facti ſcientia, & ignor. inſp. 79. num. 3. Quod præſertim verum eſt, cum d. procurator eſſet ſoluendo, & teneretur de ſuo. Lancell. in d. lim. 50. numero 37. & 85. Afflict. deciſ. 344.

CASVS XVI.

Citatus perſonaliter quando quis dicatur.

DVBITABATVR, An quidam Comes diceretur citatus perſonaliter, ex quo impediuit, quò minus nuncius illum perſonaliter citaret.

Et fuit reſolutum affirmatiuè, per doctrinam Aſin. in praxi. §. ſextò, cap. 2. verſ. 2. citari poteſt. Vant. de nullit. in rubrica ex def. citat. num. 90. Achil. de Graſ. de probat. deciſ. 22. Put. deciſ. 86. par. 2. deciſ. 32. par. 3 Rot. Rom. in nou. deciſ. 271. magis in terminis Creſcent. de dolo, & contumac. deciſ. 1. de ſent. & re iud. deciſ. 18. Caputaq. deciſ. 334. par. 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præf. numero 109. Theſau. fori eccle. par. 2. cap. 38. numero centeſimo ſecundo.

Dicebatur tamen, legitimè conſtare debere de dicto impedimento, ſecundùm Veſtr. in praxi. lib. 4. c. 2. nu. 3.

Sed id verum tenebatur in criminalibus. Gabr. de citat. lib. 2. concluſ. 4. num. 4. & 7. Franc. Becc. conſ. 91. num. 8. non autem in ciuilibus, in quibus credendum eſt nuncio referenti cum id pendeat à citatione. Gabr. d. concl. 4. num. 1. cum ſeq.

CASVS XVII.

Appellatio non datur à ſententia ſuper primitiis, nec ſuper expenſis.

FVIT reſolutum, à ſententia lata in poſſeſſorio ad fauorem Archipreſbyteri Gualdraſchi ſuper primitiis non dari appellationem quo ad effectum ſuſpenſiuum, prout in puncto tenuit Achil. de Graſſ. deciſ. 1. cum ſeq. de decim. & primit.

Primóque, nam primitiæ debentur de iure diuino. Rebuff. de decim. q. 1. num. 22. Theſau. fori eccl. par. 2. ca. 28. numero 6.

Secundò, quia à ſententia ſuper decimis non datur appellatio. c. tua nobis. vbi Abb. nu. 8. de decim. Viu. deciſ 73. num. 1. lib. 1. Moneta de decim. cap. 8. num. 58. Decimæ autem, & primitiæ pari paſſu ambulant. cap. reuertimini. 16. quæſt. 1. Sot. de iuſt. & iu. libro 9. q. 3. art. 4.

Tertiò allegabatur Ægidiana.

Sed dictum fuit, illam non habere locum extra terras Eccleſiæ Mohed. de conſuetud. dec. 5. Contard. in l. 1. C. ſi de mom. poſſeſ. ſuper Ægidiana. quæſt. 3. & quæſt. 6.

Et dum opponeretur de nullitate teſtium examinatorum ob defectum citationis partis, latè Maſcard. de probat. volumin. 3. concluſ. 1366. numero primo.

Fuit replicatum, id non eſſe verum hic, cum actum fuerit poſſeſſorio. Maſcar. d. in d. concluſ. 1366. numero 9. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 17. num. 8. par. 2.

Fuit cauſa delegata à S. D. N. cum clauſula, non retardata executione primitiarum; Et dicta clauſula eſt intelligenda etiam quoad expenſas factas in lite, vti quid acceſſorium, ſecundùm Contard. in l. 1. lim. 1. nu. 24. cum ſeq. C. ſi de mom. poſſeſſ.

CA-

CASVS XVIII.

Peculium aduentitium Clerici dicitur quaſi Caſtrenſe.

PETIIT R. Buſca promoueri ad ordinem Subdiaconatus ad titulum Legati ſibi relicti in teſtamento per Angelam auiam.

Et licèt diceretur, poſſe promoueri, etiam patre dicti Legatarij viuente, cum peculium aduentitium quoad Clericum ſit quaſi Caſtrenſe. authen. preſbyteros. C. de epiſc. & cler. Doct. in cap. 1. de pecul. cler. Redo. de ſpol. eccl. quæſt. 9. num. 2.

Nihilominus non fuit promotus, cum dubitaretur de validitate Legati, nec dictus Clericus eſſet in poſſeſſione illius.

CASVS XIX.

Parochus quando poßit miniſtrare Sacramentum pœnitentiæ non ſubdito.

EXORTA fuit altercatio, Nunquid Archipreſbyter Salæ Diœceſis Papienſis poſſit miniſtrare Sacramentum pœnitentię Parochiano Prępoſiti eiuſdē loci, ſed Diœceſis Therdonenſis, contra voluntatem dicti Præpoſiti, quinimò Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Therdonenſis.

Et dicebatur, non poſſe, per text. in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. vbi cauetur, Parochianum non poſſe alieno Sacerdoti peccata ſua confiteri, non obtenta prius licentia à proprio Parocho. & ibi Abb. nu. 6. notat, id verum eſſe non ſolùm ſemel in anno, ſed etiam pluries, ca. de pœnit. & remiſſ. in 6. Idem tenent S. Tho. in 4. ſent. diſt. 27. q. 3. art. 3. quæſtiuncula 4. Tolet. in ſumma lib. 13. c. 13. num. 11.

Et ratio eſt, quia abſolutio Sacramētalis habet iudicium annexum, quod non eſt niſi in ſubditum. Tab. in ſummā in verb. Abſolutio. §. 1. nu. 13. vide Capel. Thol. q. 243. & Paleot. Reſp. caſ. conſc. Bonon. par. 1. caſ. 16.

Cæterùm pro altera parte allegabatur conſuetudo generalis in contrarium, ſecundùm quam non requiritur talis licentia proprij Parochi, & præſertim ſi pœnitens eſſet in dignitate conſtitutus, ſecundùm Abb. in cap. inquirenti. de officio ord.

Placuit reſolutio negatiua, cum ceſſet, ſtante contradictione proprij Parochi, præſumpta licentia ipſius. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurep. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa par. 1.

CASVS XX.

Iuſpatronatus dicitur ex fundatione, ſi probetur tempus immemorabile: Et an hodie competat ex priuilegio.

PRAETENDEBANT Moniales S. Mariæ Gratiarum Papiæ habere ius præſentandi in Eccleſia Parochiali. N.

Et ſuppoſito, Moniales poſſe habere ius præſentandi in Parochiali, ſecundùm Pariſ conſ. 73. nu. 2. vol. 4. Dicebatur, intentionem Monialium præfatarum eſſe ſatis fundatam.

Primò, ex tempore immemorabili, quo probatur, ſeu præſumitur, iuſpatronatus eſſe ex fundatione, vel dotatione. Gabr. conſ 192. num. 10. & conſ. 198 nu. 5. vol. 2. Put. deciſ. 404 & 436. par. 2. Rota Roma. in nouiſſim. deciſ. 214. & 220. nu. 7. par. 3. lib. 2. deciſ. 243. 254. & 842. par. 3. lib. 3.

ſe undò, ex quodam priuilegio eis concesſo à Papa N.

Nec obſtat, iuſpatronatus ex priuilegio fuiſſe reuocatum per tot Bullas Apoſtolicas, & demùm per Sacrum Concilium Trident. de reform. ſeſſ. 25.cap.9. Rota Romana,in nouiſſim. deciſ.269.par.2.

Quia in dicto priuilegio legitur clauſula illa, ac ſi eſſet ex fundatione, & dotatione.Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ.407.num.3. par 3.lib 3. Caputaq.deciſ. 133 par. 1. Benè verum eſt, quòd iuſpatronatus ex priuilegio cõprehenditur in reſeruatione, & de eo non eſt facienda mẽtio in literis Put. deciſ 308. num. 3.par 3. Rot. Rom.in nouiſſim. deciſ.304.par.2.

Nec ſupradictæ reſolutioni,dictum fuit, obſtare, quod dictæ Moniales non præſentauerint per xxxx annos.

Nam iuſpatronatus non amittitur per non vſum,niſi alijs concurrentibus.Put.deciſ.379. & 392. par. 2. Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.109. par.2. & deciſ. 254.nu.2.par.3. lib.3.

Nec minus poteſt fieri fundamentum contra eaſdem Moniales in quadam collatione liberè facta de dicta eccleſia Parochiali per ordinarium.

Quia illa non præiudicat iuripatronatus.Gabr. conſ.185.num.19.volum. 2.Caputaq. deciſ. 189. & 223.par.3. Caſſad.de iurepatr.deciſ. 6. num.5. vbi firmat, nec Papæ prouiſionem nocere,& deciſ.7. num.2.

CASVS XXI.

Teſtamentum ad pias cauſas conditum coram Párocho, & duobus teſtibus valet.

IN vna teſtamenti ad pias cauſas reſolutum fuit pro illius validitate,ex quo fuit conditũ coram Parocho, & duobus teſtibus.c. relatum. el 1. vbi Couar.c.cũ eſſes.de teſtam.Bart. & alij in l.1. C. de ſacroſ. eccleſ. Cl r. in §. teſtamentum q.6. verſ. hinc infertur.Alex conſ.131. num.2 lib.7.Corn. conſil.55.num.1.vol.4. Put.deciſ. 97. in fine par.2.

Nec refragatur ſtatutum ciuitatis Mediolani, quo requiritur ſubſcriptio vnius ex duobus teſtibus in dicto teſtamento.

Primò, quia dictum ſtatutum non fuit vſu receptum, nec obſeruatũ per Eccleſiaſticos; Quinimò dicebatur nullum ex defectu poteſtatis.

Secũdò,nã dictũ teſtamẽtũ fuit cõditũ in alia Ciuitate nõ ſubdita. Gabr.de ſtatut.cõcl.8.& de teſtã cõcl.4. Turret.cõſil. 25.n.18. vol.1. Menoch. de prçſũp.lib.2. prçſũp.2.n.7. cũ ſeq.

CASVS XXII.

Priuilegium quando amittatur per non vſum.

OPPONEBATVR cõtra quẽdam Epiſcopum,quòd non poſſet vti certo priuilegio, ex quo per decẽniũ.& vltra non fuit illo vſus.l.1. ff.de nundinis Cuch. inſt.ma.lib.1.de priuil.n.81.Turret. cõſil.9.n. 5.vol.2. Caputaq.deciſ.379. par. 2. vbi declarat.Azor.inſt.mor.lib. 5.c.22.quæſt.8.

Sed fuit reſolutum in contrarium.

Tum quia vſus priuilegij præſumitur,quando à priuilegiato allegatur, Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.67.n.3. par.2.

Tum quia priuilegiũ non amittitur per vſum, ſi in eo ſit inſertum decretum irritans, vt hic.Rot. Rom.in antiq. de priuil.dec.3.Theſau.fori eccl.par.2.c.27.nu.66.

Tum

. Tum quia in omnem euentum negligentia Prælati non nocet Eccleſię, cui eſt conceſſum priuilegium. Felin. in c.cum acceſſiſſent.num 37.de cõſt. Boſſ.de Principe, num. 319. Cuch. d. rub.de priuil.nu.88. Put.deciſ.252.nu. 4.par.3.

CASVS XXIII.

Caput ſepulti non eſt exhumandum pro facienda Anathomia.

PHYSICVS quidam petijt ſibi concedi caput cuiuſdam ſepulti in Eccleſia pro facienda Anathomia.

Et quãuis diceretur, poſſe cõcedi ad dictũ effectũ, iuxta l.oſſa.ff de relig.& ſumpt.fun.& l.pen.C.eodẽ. Deciã. in trac.crim.tõ.2.lib.6. de excuſ.reorum ſepulcr.viol.c.44.n.5.& 17. vbi teſtatur de obſeruãtia; Et Clar.recept.ſẽt. lib.5.§.fin.quæſt.55 n.10.verſ. Et cauti iudices, ac Ambroſin.Senogalieſ.de modo form.ꝓceſ. lib.1.c.1. nu. 27 teneãt, quòd cadauer humatũ poſſit, ad effectum ipſum viſitandi, & cognoſcendi, exhumari facere.

Nihilominus placuit D. Vicario abſtinere, cum videretur agi de iniuria Eccleſiæ, & ipſius ſepulti. Præſertim quòd ex exhumatione poterat oriri ſcandalum, faciunt dicta per Lancel. de attent.par.2. cap. 4.lim.13. nu.2.& Caualc.deciſ. 18.par.5,

CASVS XXIV.

Infidelis conuerſa ad fidem an effici poſſit Monialis.

INFIDELIS conuerſa ad fidẽ, & baptizata petijt admitti ad aſſumẽdũ habitũ Religionis in Monaſterio Monialiũ Cõuertitarũ Papiæ; fuit excitata difficultas; An eſſet admittẽda.

Et dicebatur, fore admittẽdam, ar. c.eam te.de reſcript. & cap. fideliter 50. diſt. Abb in d.cap.eam te, num.7. Felin.n.12. Dec.nu.30. & Rip.nu. 29.

Nec facit dictũ gloſæ in c. cõſtituit 17. q.4.ꝙ ſequitur Iaſ. in rubr. ff. de iuſt.& iure, n.5. Quia aliud eſt ꝓmoueri ad ordines, & ad dignitates; aliud ingredi religionem; vide dicta per Felin.in d.c.eam te, numero.12.

Præterea dũ obijceretur, nõ cõſtare, dictã infidelẽ cõuerſam eſſe legitimã, quę qualitas requiritur ad ingreſſum religionis per Cõſtitutionẽ Sixti V. fæl. record. incip. cũ de omnibus, quã refert Graff.par.1.lib 3. ca. 5. numero.8. & libro 4. cap.27.num.53.

Primò fuit reſponſum, filium in dubio præſumi legitimum. Latè Menoch.de præſumpt.lib.6. præſ.54.nu. 20.& 31. vbi teſtatur de communi.

Secundò, baptiſmum abluere omnes culpas. Henriq. in ſum. Theol. mor. lib.14.de irreg.cap.4.num. 7.

Tertiò dictam conſtitutionem loqui de viris ingredientibus religionem, non autem de mulieribus.

CASVS XXV.

Cognatio ſpiritualis in baptiſmo an poſſit cõtrahi per procuratorẽ.

SOLENT hodie Magnates medio procuratorum ſuſcipere de ſacro fonte Baptiſmatis natos ſuorum amicorum.

Et dictum fuit, quòd licèt dicti Magnates de iure non contrahant cognationem ſpiritualem, cum ad illam contrahendam in baptiſmo requiratur contactus. Sylu.in verſ matrimonium vnij.num.7. Nauar. de cognat. ſpirit.lib.4 conſ.2.Couar.de ſponſal. par.2.c.6.§.4.num.6.Azor.inſt. mor. lib.2.c.12.

Nihilominus de conſuetudine vni-

uerſali dicitur contraxiſſe, prout de dicta conſuetudine teſtatur Henriq. in ſum. Theol. mor. de imped. matrim.lib. 2. c. 11. num. 4. vbi amplius dicit, procuratorem nullatenus contrahere dictam cognationem, ex quo non tenuit natum nomine ſuo. Theſau.fori eccl.par.2. c.24.nu.67.

CASVS XXVI.

Ordines minores an poſſint omnes ſimul vna die conferri.

CIRCA collationem minorum ordinum dictum fuit, quòd quàmuis omnes ſimul vna die poſſint conferri, ſecundùm gl. in c. 2. in ver. minores. de eo, qui furt. ord. ſuſcep. Card. in clem. generalem, num. 5. de ætate, & qual. Mandoſ. ſuper reg. Cācel. reg. 24. de male promot. quæſt. 1. nu. 9. Rebuff. ſuper reg. Cancel. reg. 23. verſ. item cupiens, vbi teſtatur, ſic de conſuetudine ſeruari, Sylu. in ver. ordo. §. 2. nume. 7. Ang. in eodem ver. §. 6 num. 2. Henriq. in d. ſum. lib. 10. de ord. ſacr. cap. 11. num. 4. Non obſtante Bulla Sixti V. incip. ſanctum & ſalutare, cum illa loquatur in ordinibus ſacris, & fuerit reducta ad viam iuris per Clem. VIII.

Nihilominus laudabilius eſt abſtinere, niſi immineret neceſſitas, vel alia vrgens cauſa benè viſa Epiſcopo.

Quod ſuadetur ex illis verbis S. Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 11. videlicet. [*atquè ita de gradu in gradum aſcendant, vt in eis, cum ætate, vitæ meritum, & doctrina maior accreſcat,*] & in ſpecie firmat Azor. inſt. mor. lib. 2. c. 10.

Et propterea putarem, neq; laudabiliter facere Epiſcopos, qui ſi non in eadem die, ſaltem in diuerſis diebus, ſed in vna hebdomada, vel menſe illos conferunt, cum ceſſet in hoc caſu etiam prædicta ratio d. Concilij; & dicatur incontinenti fieri ob interuentum breuis temporis. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu. 9. Franc. Becc. conſil. 89. num. 19.

CASVS XXVII.

Approbatus ad beneficium obtinendum an poſſit ſe immiſcere in adminiſtratione bonorum ante literarum expeditionem.

DICEBATVR, approbatum ad Eccleſiam Parochialem, & expedientem literas Apoſtolicas prouiſionis non poſſe interim ſe immiſcere in adminiſtratione illius, per textum clarum in c. auaritiæ, de elect. in 6. Rebuff. in praxi benef. ſuper reg. de ſubrog. collitig. gl. 4 nu. 7.

Et ratio communis eſt, nam adminiſtratio videtur eſſe penes Papam, ſecundùm Oldrad. conſi. 196. col. 1.

Sed hoc limitabatur, ſi extaret neceſſitas, ſeu vtilitas illius Eccleſiæ, & concurreret licētia ſuperioris. Doct. in d. cap. auaritiæ. Oldr. conſil. 9. Rebuff. in d. glo. 4. Gig. de intruſo, nu. 25.

CASVS XXVIII.

Epiſcopus poteſt promouere ad ordines non ſubditum ratione beneficij, quod habet in Diœceſi.

FVIT propoſita difficultas, An Epiſcopus poſſet promouere ad ordines ſacros non ſubditum ratione beneficij, ſed tenuis redditus, quod obtinet

obtinet in ſua Diœceſi.

Et opponebatur, non poſſe.

Primò, ex diſpoſitis in S. Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap 9. vbi ad ordinandum familiarem requiritur triennium, & beneficium.

Secundò, quia Epiſcopus non poteſt ſcire natalem, & mores non ſubditi ordinandi, prout tenetur, ſecundùm d. S. Conc. Trid. in d. ſeſſ. 23. c. 5. cap. 8. & cap. 13.

Cæterùm reſolutum fuit contrarium.

Primò per textum in cap. 3. de temp. ord. & ibi gloſ. & Doct. omnes. Et diuinatio dicebatur, quòd ille tex. ſit intelligendus de beneficio qualificato per curam, vel reſidentiam: nam, cum loquatur generaliter, eſt generaliter intelligendus. c. inter, de tranſlat. cap. conſuluiſti. 2. q. 5.

Secundò, nam ratione beneficij quis efficitur ciuis. Boer. deciſio. 260. numero 20.

Et, cum oppoſita viderentur friuola, non fuit opus reſponſione.

Benè verum eſt, quòd dictus Epiſcopus non deberet diſpenſare ab interſtitiis, cum non poſſet iudicare de neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ non ſuæ, ſecundùm opinionem Nauar. de temp. ord. libro primo. conſilio vigeſimoſexto. numero 1. Niſi beneficium cogat.

CASVS XXIX.

Vendere domum quando poſſit cogi vicinus pro conſtructione Monaſterij.

FVIT votum plurium in iure Peritorum, poſſe cogi D.N. vicinum ad vendendam domum propriam pro ampliatione, ſiue conſtructione Monaſterij Monialium Capuccinarum Papiæ, iuxta crebriorem ſcribentium ſententiam, de qua teſtatur Couarr. var. reſol. libro tertio, capit. decimoquarto, numero ſeptimo. Franc. Marcus deciſio. quingenteſima trigeſimaquinta. parte prima. Gram. deciſio. ſeptuageſimaquinta. Boer. deciſio. treceteſima vigeſimaſecunda. numero ſecundo & ſeptimo. Quod ampliat Vinc. de Franc. deciſio. ducenteſima vigeſimatertia.

Et quamuis obiiceret D.N. nõ poſſe cogi, cum domus requireretur pro ampliatione viridarij, quòd ſatis amplum eſt, non autem pro Monaſterij conſtructione, & ſic ceſſare cauſam finalem dictæ opinionis.

Nihilominus fuit dictum primò, domum eſſe neceſſariam pro conſtructione Monaſterij.

Secundò, idem iudicandum eſſe de viridario, quòd de ipſo Monaſterio, cum ſit connexum; Hinc, vendita domo, venit viridarium annexum. Iaſ. in l. beneficium, numero decimoquarto. ff. de conſt. prin. & quamuis viridarium dicatur res ruſtica, ſecundùm Afflict. deciſio ducenteſima vigeſimatertia, numero ſecundo. Tamen nil obeſt in præſenti facto.

CASVS XXX.

Medici non ſeruantes Conſtitutiones in viſitandis infirmis quam pœnam incurrant.

MEDICI non ſeruantes in viſitatione infirmorum ad lectos iacentium Cõſtitutionem Innoc. tertij, de qua in c. cum infirmitas, de pœnit. & remiſ. ſunt arcendi ab ingreſſu Eccleſiæ; Item ſunt periuri, & priuan-

di gradu per Conſtitutionem Pij V. Et incurrunt excommunicationem ipſo facto per conſtitutionem Synod. Papiæ.cap.36.par 3.

Cæterùm ſupradictæ Conſtitutiones ſunt intelligendæ in infirmitate periculoſa, cum in illa tantùm infirmus teneatur confiteri peccata ſua ex neceſſitate præcepti. Tabien. in verb. medicina, numero 13. Nauar. in Man. cap.25.numero 61.Et tene ſemper pro tutiori via, infirmitatem omnem eſſe periculoſam, ſi infirmus iaceat in lecto.

CASVS XXXI.

Vicarius Epiſcopalis debet praecedere Pratorem, præſertim in functionibus Eccleſiaſticis.

IN vna præcedentiæ fuit tentum, D. Vicarium N. præcedere Prætorem N. præſertim in Proceſſionibus, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, per ea, quæ cumulat poſt alios latè Sbroz. de off. Vic. lib 2.quæſt.26.num.1.cum ſeq.Capic.deciſ.27.num.23.

Et pro dicta reſolutione primò facit ca omnes, de ma. & obed.quod Capitulum licet loquatur in Epiſcopo, tamen abſolutum eſt in iure, ſub mentione Epiſcopi contineri Vicarium. Sbroz.d.lib.2.quæſt.43.n.29.cum perſona vnius ſit perſona alterius. Nauar. de ma.& obed.conſ.3.num 1.Rot.Roman.in nouiſſim.deciſ.200. nu 4.par. 1.Flam.Pariſ.de reſign.benef.lib.7.q. 24.num.79.

Secundò, quia Vicarius non ſolùm habet titulum à digniori, vt notum eſt, & ſic intrat doctrina Nonij in cōſil.72.numero 17.Sed etiam maiorem adminiſtrationem, & nobiliorem tenet, tam reſpectu rei, quàm perſonarum, cum præſit Eccleſiaſticis, quibus laici ſunt inferiores, vt latè per Sbroz. in dict.quæſt.26.numer.7.cum ſeq.Et ſuam exerceat iuriſdictionem in ipſummet Prætorem, ac alios ſæculares, idem Sbroz. in dict. quæſt.26.numero 19.

Neque in hoc poſſet allegari aliqua conſuetudo in contrarium, nam illa eſſet omninò nulla, & inualida, iuxta dicta per Abb.conſ.21.numer 4.vol.1. Non.in d.conſ.72. num.24. Sbroz. in d.lib.2.q.25 num.6.

CASVS XXXII.

Iudex ſacularis tenetur concedere brachium ſaculare: Et quomodo.

DICEBATVR, fore omninò concedendum brachium ſæculare R.N.id petenti ad effectum apprehēdendi poſſeſſionem bonorum ſui Canonicatus vigore ſententiæ in iudicatum tranſactæ, abſque eo, quòd pars citaretur,& adhiberetur cauſæ cognitio per iudicem ſęcularem, Nam hanc opinionem tenuerunt Afflict. in proœm. conſtit. numero 54. Innocen.in cap.1.numero 2 de off.ord. Decian.in tract.crim.tom.1 lib 4.cap.9.numero 127.vbi teſtatur de communi opinione, & latè Farin. de pœn.temp. q.97. num.87.

Et pro dicta opinione facit primò tex.in l.Epiſcopale C.de Epiſc.aud.& in c.paſtoralis.§.quia vero, de off.del.

Secundò, quia iudex Eccleſiaſticus poteſt compellere iudicem ſæcularem ad præſtandum brachium ſub pœna excommunicationis.cap.1.de off.ord. Aufrer.de poteſt.ſæcul.in Eccleſ. numero 26. Natt. conſ.529. numero 2.

Berret.

Berret.conſi. 4. num.34.Fuſch.de viſitat.lib.2.c. 32. num. 14. Menoch. de arb. iud. lib. 2 cent.5 caſ.452.num.4. Theſau.fori eccl.cap.16. num.16.par. 2. Sbroz.de off. Vic. lib.2. quæſt.190. numero.5.

Tertiò,nam iudex inferior non poteſt cognoſcere de ſententia iudicis ſuperioris. l. nam magiſtratus.ff. de arbitr.Bart.in l. à Diuo Pio, nu. 9. ff. de re iud. Lancel. de attent. par. 2.c. 20.in præf.num.35. Farin. in d. q. 97. num.70.

Præſertim ſi ſententia ſit tranſacta in iudicatum.Natt. in d. conſ.529.nu. 33.Gabr. de ſent. concluſ. 4. cum ſeq. Iudex autem Eccleſiaſticus eſt maior quocumq; iudice ſæculari cap. adminiſtratores. 23. q. 5. Fel.in c. cum ſit, num.8.de foro comp. &in c. paſtoralis,nume. 4. de reſcript. Afflict. in d. procem.num.55. Sbroz in d.li.2.q.26. Lancel.in d. præf.num.39.cum ſeq.& nu.78. Maſcard.de prob. vol.1.concl. 689.Theſau.fori eccl.d. par.2.cap.38. num.67.

Hinc eſt, quòd iudex Eccleſiaſticus ſupplet negligentiam iudicis ſæcularis,ſed non è contra.c.ex tranſmiſſa,& c. licet, de foro comp. Theſaur. fori eccl.in d.c. 38. nu.92. Azor.inſt.Mor. lib.5.c.12. verſ.ſed dubitari poſſet.

Quod confirmatur,nam ſi iudex ſæcularis poſſet cognoſcere, poſſet etiã ſententiare, quod non eſt dicendum, cum in contrarium ſit communis opinio. Bart. in d. l. à Diuo, num.10. Natt.in d. conſil.529. nu.33. Farin.in d.q.97.nu.77. & 92.

Et vlterius victor grauaretur nouis laboribus,& impenſis,quod nimis leges abhorrẽt.l.2.§.merito. ff.ne quid in loco pub.Aſin. in praxi iud. §. 2.c. 12.num.56.

Concedi tamen poſſet, quòd dictus iudex ſæcularis valeat aliqualiter cognoſcere, ſeu deguſtare de viribus ſententiæ, abſque tamen citatione partis,& cum animo tantùm referendi iudici Eccleſiaſtico, ſi ei videretur apparere de notoria iniuſtitia, ſiue nullitate ſententiæ, iuxta dicta per Bart. in d. l. à Diuo, nu. 9. Guidop. deciſ.574. nu.1.Lancel.de attent.par. 2. cap.17. num.82. & 118. Farin. in d. q.97.nu.77.

Et in hoc caſu,& terminis eſt intelligenda opinio Surdi in conſil 358 n. 13.Natt.in d. conſilio. 529. & Berret. in d. conſilio quarto,numero 7.

Vel poſſet ſaluari eorum opinio, quando petens brachium eſſet inferior,ac eſſet ſub eodem Principe, ſub quo eſſet is, à quo petitur,quæ conditiones ceſſant in caſu propoſito.

CASVS XXXIII.

In contrahenda cognatione ſpirituali requiritur contactus.

CVM in libro Parochi reperiretur deſcriptum, Angelam Antonij ſuſcepiſſe de ſacro fonte N filium Antonij, fuit oppoſitum impedimentum cognationis ſpiritualis dicto Antonio volenti ducere in vxorem dictam Angelam.

Et quamuis ex parte dicti Antonij allegaretur, dictam Angelam non tetigiſſe creaturam dum baptizaretur, ſed pannos tantummodo tenuiſſe exiſtentes circumcirca illam,ad contrahendam autem dictam cognationem requiri contactum, Sylu. in ver. matrimonium. §. 8. verſ. tertium decimum. Henriq.in d.ſum. lib.12.de matrim.c.11.nu.3,Io.Bapt. conſi.377.nu.

6.Caputaq.deciſ. 164. par.1. & deciſ. 246.par.3.

Nihilominus fuit reſolutum,obſtare dictum impedimentum,cum libro Parochi in his credatur. Maſcar. de prob.concl. 672. vol.2. Rot. Rom.in nouiſſim.deciſ.221.nu.1. & deciſ.340. num.1. par.2. Caputaq.deciſ.314.par. 1.Et non probaretur legitimè,dictam Angelam non tetigiſſe creaturam.

Vnde fuerunt obtentæ literæ Apoſtolicæ diſpenſationis,quæ licèt dicerentur obreptitiæ, & ſubreptitiæ, cũ in eis aſſereretur, dictam Angelam eſſe oriundam ex loco Bozzolæ, & tamen erat oriunda ex loco Montis, & ſic nullæ, iuxta Conſtitutionem fæl, record.Pij V. quæ eſt 80. in Bullario.

Nihilominus fuit reſolutum pro validitate.

Primò,cum non reperiatur in iure cautum,eſſe exprimẽdum locum originis Mohed.de reſcript.deciſ.7.Nauar. de conſtit. conſil. 1. num. 50.de conſang.& affin.conſ.1. nu.3. conſ.4. nu.3.& conſ.5. nu.2.vbi ampliat etiãſi Papa,illo expreſſo, difficilius conceſſiſſet; Quod exemplificari poteſt in qualitare inceſtus, vel copulæ habitæ non expreſſa,ſecundùm eundem Nauar.in d.conſ. 1. 2. & 5. Caputaq. deciſ.310.num.3. par.1. deciſ. 46. & deciſ.416. par.2. deciſ.245. par.3.

Secundò, nam Papam adhuc diſpẽſationem conceſſiſſet, cum id non ſit quid ſubſtantiale in gradibus.Nauar. in d.conſil.4.num. 3. & d. conſi.5.nu. 2.Caputaq. in d.deciſ. 310.nu.5.

Accedebat, cum dicta Angela habitauerit in d.loco Bozzolæ vnà cum eius parentibus per annos.15. & vltrà, cum maiori parte bonorum, Vnde dicitur ibi domicilium contraxiſſe. Menoch.de arb.iud.lib. 2. cent.1. caſ. 86. num.2.& 18. Maſcard. de probat. vol.1.concl.534.num.6.

Et facit;nam,vt quis dicatur originarius.nõ ſolùm requiritur,vt ſit natus in loco, ſed quòd parentes etiam domicilium ibi contraxerint.Doct.in c. Rodulphus, de reſcript.Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 327. num. 3. par.1.

Nec dicta conſtitutio Pij V. obeſſe dicebatur, cum illa ſit edita contra Procuratores, Sollicitatores, & Copiſtas doloſos. Et præterea ſit intelligenda, ſi mutetur veritas in ſubſtantialibus,vel ſit de expreſſis in iure.

CASVS XXXIV.

Epiſcopus non poteſt conferre beneficium reſignatum ſuo familiari.

FVIT dictum in vna Capellaniæ vacantis, Reuerendiſſimum Ordinarium non poſſe conferre dictam Capellaniam coram ipſo reſignatam eius familiari,obBullam Pij V.de qua latè pertractat Fuſch. de viſit. lib. 2. cap.28. num.25.& Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 5. quæſt. 6. numero. 195.cum ſeq.

Et dum replicaretur, dictam Bullã habere locum, vbi in reſignatione,& collatione interueniret fraus, & dolus, prout colligitur ex verbis eiuſdẽ Bullæ,videlicet[*ad fraudes tollendas, &c.*] item, ex illis, [*vt in eo, in quo deliquerint, &c.*] & ex verbo [*audeant.*] hic autem ceſſabat dolus, attenta tenuitate beneficij.

Fuit replicatum, ex ipſa collatione argui dolum. cum ſimus in actu prohibitiuo.Pariſ.in d. lib.5. quæſt.6.nu. 199. Lancel. de attent. in præfat. numero.108.

Nec potuit fieri fundamentum in ignorantia

ignorantia dictæ Conſtitutionis, nam illa excuſaret in foro conſcientiæ, ſed non à nullitate actus, ob decretum irritans. Pariſ.in d quæſt.6. numer.230. cum ſeq.Lancell.de attent. par.2. cap. 20.limit.24.numero 23.

CASVS XXXV.

Monachi an poßint compelli ad accedendum Proceßionibus: Et quomodo.

CVM fuiſſet publicatum edictum per D. Vicarium Papiæ, vt omnes Regulares, etiã Monachi, ſub pæna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendę, accedere, & intereſſe deberent Proceſſioni publicæ, & generali S. Marci iuxta ſolitum; & Monachi S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis degentes in Monaſteriis S.Saluatoris, & S. Spiritus non interfuiſſent.

Fuerũt dicti Monachi formiter citati ad videndum, ſe declarari ſuſpenſos; Qui cum plura deduxiſſent, & per D. Aduocatum Fiſcalem fuiſſet congruè replicatum: Fuit dubitatum de duobus.

Primò, An dicti Monachi potuerint compelli ad intereſſendum dictę Proceſſioni.

Secundò, An potuerint compelli medio cenſurarum.

In primo dubio inclinatum fuit ad affirmatiuam opinionem vtì veriorem.

Tam in poſſeſſorio, cum dicti Monachi fuerint ſoliti per annos xx. xxx. xl. l. & vltra, accedere publicis Proceſſionibus indictis per D. Epiſcopos Papienſes pro tempore, & præſertim Proceſſioni Diui Marci, prout plenè cõſtitit per teſtes, ad quod faciunt dicta per Pariſ.in conſ.12. numero 14.volum.2. Licèt tale ſolitum, vti generale in toto orbe, non egeret probatione. Maſcard.de prob. conclu. 428.vol.1.

Quàm in petitorio iudicio, nam ſic expreſsè cautum habetur in iure communi, vz.in c.nimis. & ibi Doctor.de exceſſ.præl.& firmant Bal.in l.fi. C.de bon.lib. & Capel.Tholoſ.quæſt.485. quicquid dicat Felin.in c.dilectus.nu. 7.de off.ordin.

Accedit diſpoſitio S.Conc.Trident. de regul.ſeſſ.25 cap.13. & declaratio S. Congregationis de qua teſtatur Theſaur.fori eccleſ.par.1.cap.8 num.17.& Henriq.in ſum.Theol.mor.lib.7.cap. 25.num.8.

In vltimo dubio dictum fuit, quòd licèt olim Regulares non poſſent cõpelli per Ordinarios locorum, niſi per pœnas pecuniarias, non autem per cẽſuras, prout eſt textus rotundus in ca. 1.de priuil.in 6.& referunt Felin.in d. c.dilectus.n.7.Addit. ad Capel.Tholoſ.in d.quæſt.485. & Henriq.in d.c. 25.num.7.

Nihilominus hodie, cum aliæ pœnæ viderentur inutiles, & fruſtratoriæ, ſeruatur contrarium, nam poſſunt compelli per cenſuras, & alias pœnas bene viſas dictis Ordinariis, prout, ita licere, cenſuit dicta S.Congregat. pluries contra dictos Monachos, refert Theſaur.fori eccleſ. in dicto capitulo octauo, numero decimooctauo, in fine.

CASVS XXXVI.

Literæ Monitoriales an poßint concedi ab Ordinario, pendente lite in Vrbe.

PENDENTE lite in Rota Romana ex cauſa Canonicatus S. Antonij inter R. C. & R. S. fuerunt obtentæ literæ monitoriales per d. S. à D. Vic. Epiſcopali pro habendis, & reperiendis ſcripturis quibuſdam facientibus ad d. cauſam.

Fuit dubitatum, An dictæ literæ potuerint concedi abſque vitio attentatorum.

Et fuit reſolutum affirmatiuè.

Tum ex eo, quòd dicta conceſſio ſit actus iuſtus, & extraiudicialis non tēdens in præiudicium litis, ſed potius ad veritatem coadiuuandam. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. lim. 14.

Tum quia etiam compulſoriales poſſunt lite pendente concedi. Lancel. d. par. 2. cap. 4. lim. 10.

Sed hoc verum non putarem, ſi iudex eſſet inhibitus, ſecundùm dicta per Lancell. de attent. par. 2. ca. 12. lim. 38. num. 7.

CASVS XXXVII.

Abſoluere an poſſit ab excommunicatione Papali reſpectu Monitorialium Papaliū D. Vicarius executor.

N. Mediolanenſis inciderat in excommunicationem Papalem, eo quia in termino monitorij Papalis conceſſi pro deperditis non propalauit, fecit poſtmodùm ſuam propalationem in actis Curiæ Epiſcopalis Papiæ, & petebat., ſtante dicta propalatione, abſolui à D. Vicario Epiſcopali executore dictarum literarum.

Fuit diù ventilatum, An D. Vicarius poſſet illum abſoluere.

Et fuit reſolutum, habito etiam voto à grauibus viris, pro affirmatiua, ex duobus principaliter.

Primò, quia dicta ſententia excommunicationis eſt generalis, prout colligitur ex illis verbis dictarum literarum [generalem excommunicationis ſententiam proferas,] cæterùm à ſententia excommunicationis generali lata ab homine poteſt abſoluere quilibet, qui à cenſura à iure lata, & nulli reſeruata abſoluit. Doct. in c. graue. de preben. Nauar. in Man. cap. 27. num. 44. Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 12. nūm. 4. de ſenten. excommu. in 6. Tolet. in ſum. lib. 1. ca. 10. num. 9. Theſau. caſ. conſc. lib. 2. cap. 20. num. 2. & cap. 19. num. 5.

Et iſta eſt verior, & receptior opinio, quicquid in contrarium dixerint Felin. in cap. paſtoralis. §. præterea. nu. 9. de off. delegat. gloſ. in c. ex frequentibus. de inſt. Sum. Aſten. par. 2. libr. 7. tit. 14. quæſt. 5. Hugol. tab. 1. cap. 4. numer. 3. Rich. in 4. diſt. 18. art. 9. quæſt. 5. Caiet. in verbo Abſolutio ab excommunicatione. Sum. confeſ. lib 3. tit. 33. quęſt. 86.

Benè verum eſſe concludebatur, quòd ſi d. Mediolanenſis fuiſſet nominatim excommunicatus, abſolutio nō poſſet impendi, niſi à Papa. Tolet. d. lib. 1. cap. 10. num. 10. Theſ. caſ. conſc. d. lib. 2. c. 20. num. 2.

Secundò, quia quando Papa mandat, aliquem excommunicari cum cauſæ cognitione, abſolutio poteſt dari à delegato, vti mixto executore. text. eſt aureus in cap. quærenti. de off. deleg. Nauar. in d. cap. 27. numer. 44. Theſau. caſ. conſcien. d. lib. 2. cap. 20. num. 13. Henriq. in ſumm. Theol. mor. de ſacram̄. pœnit. libro tertio cap. 16. §. quarto. Niſi à die fulminatæ excommunicationis lapſus eſſet annus. d. cap. quærenti. & ibi Doctor. Nauarr. in d. cap. 27. numer. 40. Theſ. caſ. conſcien. d. lib.

d.lib.2.cap.20.num.9.Tolet.d.libro 1. cap.10.num.11. Peregr. de citat.reali. lib.1.cap.1.num.98.Ex pluribus autem clauſulis contentis in dictis literis colligebatur, Vicarium eſſe mixtum executorem.

Et dum obiiceretur, in ſimili negotio non interuenire cauſæ cognitionem, cum literæ monitoriales fulminentur in die feſtiuo, in quo cauſæ cognitio non poteſt adhiberi. cap.fin.de fer. Theſau.caſ.conſc. lib.1. cap.7. numer. 17.

Fuit reſponſum primò, aliud eſſe excommunicationis ſententiam, aliud fulminationem, quæ venit in executionem ipſius ſententiæ, & fit ad terrorem populi, & ad inducendam ſcientiam.

Secundò, non eſſe abſonum à iure, cum fiat in genere, & agatur de notorio in genere. Abb.in cap.nouit. num. 55.de iud.Bellam.deciſ.411.

CASVS XXXVIII.

Matrimonium an poſſit contrahere conſulens interfici Sacerdotem.

IN vna matrimonij fuit dictũ, quòd licèt N.conſuluerit interfici R.B.ſacerdotem, & proinde eſſet excommunicatus. cap. mulieres. cap. tantæ. de ſenten. excom. Nauarr. in Manu. c.27. num.51.& 78. Nihilominus potuerit contrahere matrimonium, quamuis mortaliter peccauerit, cum eſſet excommunicatus.

Nec obſtant cap. qui preſbyterum. 17.quæſt.4.& c.2. de pœnit.& remiſſ.

Quia dicta capitula loquuntur in occidente, non autem in conſulente; & in pœnis non eſt facienda extenſio.

vulg.c.odia.de reg.iur.in 6 Ro.Rom. in nouiſſim.deciſ.139.num.6.par.1.

CASVS XXXIX.

Permutatio an poſſit hodie fieri coram Ordinario.

FVIT propoſitum dubium, An hodie poſſit fieri permutatio beneficiorum coram Ordinario.

Et videbatur reſpondendum non poſſe fieri, niſi coram Papa: ex duobus.

Primò, nam per Bullam 58. Pij V. fœl.record. prohibetur reſignatio beneficiorum ad fauorem certæ perſonæ coram Ordinario, vnde cenſetur prohibita etiam permutatio, cum illa cõtineat in ſe reſignationem. Pariſ.de reſign.benef.lib.11.quæſt.5. num. 19. & lib.12. quæſt.5.num.19. Rebuff.in praxi.tit.de infir.benef. reſig.glo.4.num. 1. Quinimò videtur vera, & pura reſignatio, ſecundùm Rot.Rom. in antiq. de rer.permut.deciſ.16 & Gomeſ.ſuper reg. de publ.reſign.quæſt.10.3. numero 2.

Secundò, quia Pius V.in Conſtit.42. ſuſpendit facultates Ordinariorum recipiendi reſignationes, & permutationes beneficiorum, donec detur modus, qui datus fuit in d.Bulla 58. Vnde adhuc durare, dicendum eſt, ſuſpenſionem in permutationibus, prout ita arguit Pariſ. de reſig.benef. lib.5 quæſt. 6. num. 231. & hoc argumento firmat hanc opinionem.

Cæterùm contraria opinio fuit viſa verior, & magis recepta in practica, pro qua adducitur.

Primò, nam ſecundùm ſacros Canones permutatio beneficiorum poteſt fieri indiſtinctè coram Ordinariis,

prout expreſsè cauetur in cap. quæſitum. de rerum permut. & in cap. 1. eodem tit. in 6. à quibus iuribus non eſt in dubio recedendum.

Secundò, nam hanc opinionem tenuerunt gloſ. in clem. vnica. de rerum permut. in verb. conferantur. Abb. in d. cap. quæſitum. numer. 9. & in clem. ne conceſſione. num. 6. eodem tit. Ro. Rom. in nouiſſim. de rerum permut. deciſ. 5. Staph. de lite grat. in verb. reſignationis modus. num. 7. Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 28. num. 22. & colligitur ex dictis per Put. in deciſio. 329. parte ſecunda.

Benè verum eſt, quòd dictæ permutationes non eſſent ſic indiſtinctè admittendæ per Ordinarios, ſed concurrente ſemper aliqua graui, vel rationabili cauſa eis benè viſa, iuxta dicta per Pariſ. in d. lib. 11. quæſt. 5. num. 23. cum ſeq.

Et ad primum obiectum reſpondetur, permutationem nõ contineri ſub regula loquente de reſignatione ſimplici, cum ſit reſignatio qualificata, ſecundùm Gomeſ. ſuper reg. de publ. reſign. d. q. 3. numer. 12. cum ſeq. Et diuerſa ſit ratio de vno ad aliud, iuxta dicta per eundem Gomeſ. ibidem numero 16.

Quod Præſertim hic dicebatur verum eſſe, cum agatur de re odioſa, videlicet de reſtringenda facultate Ordinariorum, vnde prohibita eſt extenſio. c. odia. de reg. iur. in 6. l. in eum. & ibi Doct. ff. de in ius voc. Alex. conſi. 8. num. 2. vol. 1. Franc. Becc. conſil. 35. numero 7.

Et propterea in Regula de infirmis reſign. fuerunt addita illa verba, [ſiue ex cauſa permutationis] vt per Pariſ. d. lib. 12. quęſt. 5. nume. 15. Gomeſ. ſuper d. reg. de infirm. reſig. quæſt. 19.

Ad ſecundum reſpondetur primò, ꝙ in d. Bulla 58. Pij V. fuit Ordinariis expreſsè reſtituta facultas circa permutationes, per illa verba, videlic. [Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur.]

Secundò, quòd, cum caſus permutationis fuerit omiſſus in dicta Bulla, cenſetur relictus ſub diſpoſitione iuris communis. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſth. Iaſ. in l. ſi extraneus. nu. 1. ff. de cond. ca. dat. Corn. conſil. 105. nu. 2. vol. 1. Crau. conſ. 15. num. 5. Soc. ſen. conſ. 9. num. 4. vol. 1.

An autem in dictis permutationibus ſit facienda publicatio, vide Pariſ. in d. lib. 11. q. 2. n. 32. & in d. q. 5. n. 16. & 26.

CASVS XL.

Epiſcopus an poſsit commutare legata pia.

CHRISTOPHORVS Negronus cõdidit teſtamentum, in quo ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit Antonium eius filium, & eius deſcendentes, cum onere fideicommiſſi, & prohibitione cuiuſcúmque alienationis ſub pœna priuationis hæreditatis, & in caſu alienationis hæreditas perueniat in aliquem locum pium arbitrio Reuerendiſſimi Epiſcopi Papiæ.

DictusAntonius, cũ eſſet grauat' ęre alieno, & in imminẽti periculo carcerationis, ſupplicauit d. Reuerẽdiſſimo Epo, vt vellet ſuũ cõſenſũ pręſtare, ꝙ medietas dictorũ bonorũ prohibitorũ alienari poſſet ab ipſo alienari, tam pro dotanda vnica eius filia nubili, quàm pro ſolutione dicti æris alieni, vt ſe eximeret à dicto periculo carceris. Negotium reducebatur ad duo puncta.

Primum

Primum eſt ,. An Epiſcopus poſſit præſtare conſenſum pro dicta conſtitutione dotis.

Secundum, An pro ſolutione dicti ęris alieni.

In primo dicebatur, non licere Epiſcopo præſtare dictum conſenſum, ex quo non agitur de dotanda filia teſtatoris, ſed nepte. Iaſ. in auth. res, quæ. num. 32. C. com. de leg.

Verùm contrarium placuit, ex quo dictus Antonius non habebat bona, quibus dotem dictæ ſuæ filiæ conſtituere poſſet: Bald. in d. auth. res, quæ. num. 12. Soc. iun. in l. 1. num. 190. ff. ſol. matrim. & poſt alios Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 12. cum ſeq. & num. 24. circa finem.

Benè verum eſt, quòd deberet primò conſtare prius, non extare alia bona, quàm ſuppoſita fideicommiſſo. Turret. conſ. 81. nu. 26. & 34. vol. 1.

Secundò, quòd ſupradicta filia Antonij eſſet nata ante mortem aui, ſecundùm aliquos relatos per Menoch. in d. præſumpt. 189. num. 18. vbi contrariam opinionem firmat.

In ſecundo fuit reſolutum, conſtito prius de veritate æris alieni, & imminentis periculi carceris, poſſe præſtari conſenſum in modum tamen eleemoſynæ, & auxilij gratuiti, iuxta doctrinam Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 182. nu. 41. cum ſeq. & faciũt dicta per Roman. conſil. 267. & Iaſ. in d. auth. res, quæ. num. 31. qui loquuntur in legato pro certo, tantò magis hic, cum agatur de iure conditionali quærendo eccleſiæ, & incerto.

Comprobatur, nam licèt Epiſcopus non poſſit mutare piam teſtatoris voluntatem. clem. quia cõtingit, de relig. dom. cap. Piſanis. de reſtit. ſpoliat. Couarr. in cap. tua, numero 7. de teſtam. Nauarr. de præbend. conſilio quinto. numero tertio. & de rebus eccleſ. a. ien. conſil. 2. numer. 6. libro 3. Gabr. conſilio 183. numero 8. volum. 2. Theſau. fori eccl. par. 2. cap. 26. numero 29. Capel. Tholoſ. quęſt. 26. Becc. conſil. 5. num. 6. cum ſeq. vol. 1.

Tamen id verum eſt ſine cauſa, ſecus ſi concurrat cauſa iuſta, & rationabilis, prout hic, tunc enim diſpenſare poteſt in legato pio. Abb. in cap. nos quidem, de teſtam. Gomeſ. ſuper reg. de trien. poſ. quæſt. 92. Tabien. in verbo legatum. §. 2. num. 6. Sylu. ibidem, §. 4. num. 12. Viu. deciſ. 265. num. 11. lib. 2. Natt. conſ. 425. num. 3. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 1122. par. 3. libro 3. & hodie extat S. Conc. Trident. de reform. ſeſſ. 22. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 4. Mandoſ. de ſignat. grat. rubr. Commutatio vltimæ voluntatis. Bero. in d. conſ. 5. num. 41. cum ſeq.

CASVS XLI.

Sententia excommunicationis lata in contumaciam dicitur interlocutoria.

N. Plebanus. C. excommunicatus à D. Vicario Apoſtolico in contumaciam obtinuit abſolutionem à D. Locumtenente Illuſtriſſimi A.C. cum clauſula [quatenus appellatio ſit à diffinitiua, vel eius vim habente, & non aliter, &c.]

Fuit dictum per D. Promotorem Fiſcalem dictæ Curiæ.

Primò excommunicationem pręfatam fuiſſe iuſtam, & legitimam, cum fuerit lata in contumacia, quæ eſt peccatum mortale. cap. certum. 11. quæſtio. 3. Abb. in cap. 1. numero decimo, de iud. in cap. qua fronte, numero decimo. de appellat. & in cap. officij, numero ſecundo, de ſentent.

excommun. Foller. in praxi Canon. par.2.capit.decimo, numero 11. & 62. Couarr.in cap.alma mater.§.9.numero tertio. de ſentent. excommunicat. in 6. Et ob peccatum mortale incurritur excommunicatio.capit.nemo.& capit.nullus.diſtinctione 11.quęſtione tertia. Nauarr.de ſentent. excommunicat libro quinto,conſilio 20.numero primo. Henriq. in Summa Theol. Moral.libro 11.de excommun. cap.15. numero 4.

Accedit, nam ſententia in dubio prę́ſumitur iuſta, & legitima, gloſ.in auth.generaliter. C. de epiſc. & cler. Doct.in cap.quoniam, de prob. Abb. conſ.71.col.1.vol.1.

Secundò dicebatur, dictam abſolutionē nullatenus ſuffragari dicto obtinenti; Tum quia non potuit verificari dicta clauſula, ſententia enim prę fata vti lata ob contumaciam dicitur merè interlocutoria. Abb. & Felin.in rubr.de re iud.Rot.Rom.in nouiſſim. deciſ.68.num.1.par.1.

Quod corroborabatur ex diſpoſitis per Sacrum Concilium Tridentinum de reformat. ſeſſ.vigeſimaquarta, capit. vigeſimo. ibi [niſi à diffinitiua, &c]& per Regul.Cancell.trigeſimaſexta. vbi adeſt decretum irritans.

Et propterea, cum adhuc duret prima inſtantia, cauſa eſt recognoſcenda ab Ordinario, iuxta Sacr.Concil.Trident.in dict.cap.20.& d.Reg.Cancel. 36.

Tum quia abſolutio debuerat potius obtineri à Sacro Rotæ Roman. Auditorio, coram quo pendere videbatur cauſa principalis.Lancell.de attent.part.ſecunda,capit.vigeſimo,ampliat.vigeſima, & cap.duodecimo, limit.23,num,8.

CASVS XLII.

Miraculorum recognitio ad quem ſpectet.

CVM publicaretur, noua quædam miracula fieri in Eccleſia Annunciationis Beatiſſimæ Virginis Terræ Montis Paganini intra fines Diœceſis Aprutinæ, fuit dubitatum.

An illa eſſent recognoſcenda ſolùm ab Epiſcopo Aprutino, ab eodémque approbanda, vel potius ab Abbate dictæ Eccleſiæ.

Pro Epiſcopo allegabatur Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.25.rubr. de inuocat.vener.& reliq.Sanct. in illis verbis [nemini licere, niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo.] Ponderabatúrque dictio illa niſi, quæ vim habet taxatiuæ dictionis. l. conſulta.C.de teſtam.Couar.de ſponſ.cap. 4.par.2.§.1.num.8.formamuc inducit. Oſaſch deciſ.174.num.2. Felin in cap. in cauſis.num.10.de teſtib.

Ponderabatur inſuper, verbum illud, nemini, quod denotat omnimodam excluſionem. Abb. in cap. graue.numer.8. de off.ord. & tandem illa verba, [vel eccleſia quomodolibet exempta.] nam dictio, quomodolibet, compræhendit ea, quæ alias ſui natura non compræhenderentur. Gozad.conſil.1.num.9.Curt.iun.conſil.1.num.1. Soc.Sen.in l.quidam.num.5. ff.de reb. dub Natt.conſ.435.num.19.& in puncto vide Theſau. fori eccl..par.2. cap. 16.num.21.

Quod comprobabatur, Tum quia ibi fit mentio Epiſcopi, vnde excluditur inferior. Tiraq. de retr. conuent. gloſ.6.num.9.& 13.

Tum quia Epiſcopus Aprutinus oſtēdebat, ſe eſſe in poſſeſſione vel quaſi viſitandi dictum locum, ſaltem vti

ſedis Apoſtolicæ delegatum, iuxta ſancita per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.7.cap.8.& ſeſſ.21.cap.8.

Nec.non exercuiſſe ibidem ea, quæ ſunt ordinis, quæ ſunt impræſcriptibilia.cap.veniens.de præſcrip.Abb.in cap.cum olim.num.5.eodem tit.Balb. de præſcript.par.1.quæſt.5.prin.quęſt. 12.num.7.

Inſuper excommunicationem pro rebus deperditis conceſſiſſe, iuxta diſpoſita per S.Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.3. de reform.

Et licèt ex parte dicti Abbatis adduceretur, ipſum poſſe recognoſcere dicta miracula, cum in dicto loco iura quædam exerceat Epiſcopalia, puta concedendo literas dimiſſoriales ad ordines,& cognoſcendo de cauſis matrimonialibus, & criminalibus Clericorum, & approbando confeſſarios. vide dicta per Nauarr. de ſponſ. libro quarto, conſilio quinto, & de foro cõpet.conſ. 2. numero 4. Pariſ. conſ.22. num.14.vol.4.

Et corroboraretur ex eo, quòd ordinarius dicitur quilibet habens iuriſdictionem ordinariam, vt per Pariſ. de reſignat.benef. libro tertio, quæſt. 11.numero decimonono, cum ſeq.Felin.in cap.decernimus, numero nono, de iud.

Nihilominus fuit replicatum, ſupradicta omnia fieri per Abbatem contra Sacr.Concil. Trident. de reform.ſeſſ. 23.cap.15.

Præterea præſcribens in vno non dicitur præſcribere in alio.Abb.in ca. auditis, numero 9.Felin.numer. 28.de pręſcript.

Demùm, dictum Concilium loqui in ſpecie de Epiſcopo, non autem vti verbo, Ordinario. faciunt dicta per Nauar.de ſponſ.d.conſilio quinto, numero ſecundo.

CASVS XLIII.

Præſentandi poteſtas ad beneficium non reſidet penes vnum ex Confratribus, ſed penes maiorem partem.

CONFRATERNITAS S. Mariæ de Fontana habebat iuſpatronatus ad Capellam S.Mariæ de Galeriis, quæ cum vacaret per mortem vltimi Capellani, fuit R.Moronus præſentatus à Ioanne vno ex Confratribus dictæ Confraternitatis in die, qua fuerant moniti alij Confratres ad intereſſendum Congregationi, quibus fuit accuſata contumacia; Poſtmodùm fuerunt congregati illi Confratres, & à tribus ex quatuor fuit præſentatus ad eandem Capellam R.de Vitalis.

Fuit dubitatum, Quænam pręſentatio foret attendenda.

Et placebat reſolutio, pręſentationem d.R.Moroni non poſſe attendi.

Primò, quia neque tota Confraternitas potuiſſet reſtringere terminum à iure datum ad pręſentandum, Doct. in cap.cum nobis, de elect. Innocent. in c.Eccleſia, colum.2.de elect. Lambert.de iurepatr.libro ſecundo, par.2. quæſt.2.princ.art.19.numero quarto, & 12.

Secundò, quia poteſtas pręſentandi reſidet penes maiorem partem, non autem penes vnum.Lamb.in d.art.19. num.5.7.&12.& art.8.nu.8 Niſi dictus vnus pręſentaſſet in fine termini dati ad præſentandum, tunc enim ei conceſſum eſſet id facere, ne ius perderetur.cap.1.de elect. Lamb. in d. art.19. num.8.& 12.

Quod confirmabatur, cum apprimè dubitaretur, An monitio facta per Ioannem fuerit legitima, ex quo

non fuit expreſſa cauſa præſentandi ad dictam Capellam,&arguebatur fraus, cum dictus Ioannes eſſet coniunctus dicti R.Morani, fraudibus autem eſt obuiandum. l. in fraudem. ff. de iure fiſc. Dec. in l. ea eſt natura. num.3. ff. de reg. iur.

Sed omninò fore attendendam præſentationem dicti R.de Vitalis, quæ videbatur valida,tanquam facta à maiori parte confratrum, & ſeruatis de iure ſeruandis, prout cõſtitit ex actis, &ſucceſſiuè ſententia contra eundem lata veniebat infirmanda, vti notoriè iniuſta,ac etiam nulla,vti lata ad fauorem d.R.Moroni iã præmortui. Cle. final. de procur. Put. deciſ.186. numer. 1.par.2.

Et ratio communis Doctorum eſt, quia non poteſt dari tunc perſona repræſentata à procuratore effecto Domino litis. Vant. de nullit. in rubr. ex def. mand. num. 172. Rom. conſ.374. num.5. latè Gabr. de procur. conclu.3. num.2.& Caſſad. deciſ.6. numero tertio, vt lite pend. & deciſ.2. numerò 3. de appell. vbi declarat. Caputaq. deciſ. 140. part.3. Burſat. conſilio 362. numero tertio.

CASVS XLIV.

Permutari an poſſint bona Eccleſiæ ſine ſolemnibus iuris, ſi teſtator ſic diſpoſuerit.

QVIDAM N. fundauit capellam S. Michaelis, datis, & conſignatis eidem certis bonis in dotem, cum conſenſu,& auctoritate Ordinarij, adiecta tamen conditione, quòd dicta bona nõ poſſint alienari, præterquam per permutationem, quæ ſuccedat ad vtilitatem, & commodum ipſius Capellaniæ, & cum Modernus Capellanus vellet dicta bona permutare cum euidenti dictæ Capellæ vtilitate.

Fuit dubitatum, An requireretur in dicta permutatione Beneplacitum Apoſtolicum.

Et placuit in præſenti caſu reſolutio negatiua, ex pluribus.

Primò, quia ſic in puncto tenuerunt Socin. ſen. conſilio quadrageſimoòctauo, numero quarto. & conſilio 53. numero 16. volum.1. & Redo. de rebus eccleſ. non alien. quæſt.51. cap. vigeſimoquarto.

Secundò; Nam ſtante dicta conditione dicitur permutare ipſemet fundator. Menoch. de arb. iud. cent.2. caſ. 171. numero 67. Surd. conſilio 30. numero quarto. Addit. ad Ang. Aret. in §. ſecundo. inſtit. quibus alien. lic. in lit. A.

Tertiò, etenim valet argumentum de minore ad Eccleſiam. Innoc. in cap. dudum, de rebus eccl. non alien. Rim. iun. conſ.233. nu.114. volum.3. Minor autem poteſt alienare abſque decreto iudicis, ſi data eſt ei licentia à patre in teſtamento alienandi. l.1. §. præterea. ff. de reb. eorum. l.1. & l. prædium. C. quando decret. opus non eſt. Iaſ. in l.1. num.19. Rip. num.10. ff. ad Treb. cum aliis congeſtis per Simoncel. de decret. tit.8. inſp.4. num.30. lib.3. Afflic. deciſ.285. num.10.

CASVS XLV.

Fabricerius Eccleſiæ poteſt ab Epiſcopo compelli ad reddendam rationem.

QVIDAM Ioan. Antonius Sabbia fabricerius Eccleſiæ S. Mariæ Fõtanæ Sanctæ Diœceſis Papienſis deputatus

putatus à D. Vicario Epiſcopali fuit monitus, & citatus ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, & cum non curaſſet in termino illam reddere, quinimò opponeret de incompetentia iudicis, fuit excommunicatus, & vti talis publicatus per cedulonos &c.

Fuit pro veritate ſententiæ dubitatum, An dictus Sabbia fabricerius poſſet à dicto Domino Vicario compelli de iure ad reddendam dictam rationem coràm ipſo.

Et fuit reſolutũ affirmatiuè; Tàm ex diſpoſitione iuris ciuilis, vt in §. OEconomos auth. de ſanctis. epiſc. coll. 9. quàm ex determinatione ſacrorum canonum, vt in Clem. contingit. §. vt autem. de relig. dom. & ibi gloſ. quæ confutat quædam iura.

Quod comprobatur ratione, Nam tales adminiſtratores habentur pro perſonis Eccleſiaſticis, cum in ea cura repræſentent perſonam Capituli, ſiue Rectoris Eccleſiæ, ad quem dicta cura pertinet. Doctor. in cap. 1. de eccleſ. ædif. Prax. Cancel. fol. mihi. 117. verſ. erit ergo iuſpatr. eccl. Rip. de oblat. eccl. reſp. 1. num. 1. & 13. vbi dicit, laicos tunc poſſe eſſe fabricerios Eccleſiæ, quando habent nudum miniſterium fabricæ, illudque exercent nomine Prælati, cui reddant rationẽ de geſtis. facit c. ſi Monachus. 16. quæſt. 1. & latè Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 957. num. 14. & Felin. in cap. decernimus. num. 5. de iud.

Quæ reſolutio hodie pertranſit ſine difficultate, cum apertè id fuerit ſancitum per Sacrum Concilium Tridentinum, de reformat. ſeſſio. 22. cap. 9. & ſeſſ. 24. cap. 3. in fine. vide Theſaur. fori eccleſ. par. 2. cap. 29. nume. 24. & de obſeruantia d. Sac. Concilij non poteſt controuerti, præſertim in partibus Italiæ, ſecundùm Nauar. de conſtit. lib. 1. conſil. 1. quæſt. 80. num. 30. cum ſequen.

In poſſeſſorio autem res erat in tuto, cũ omnes alij fabricerij dictæ Eccleſiæ rationem reddiderint de eorum geſtis coram dicto D. Vicario, qui fabricerij ſoliti etiam ſunt iurare de fideliter adminiſtrando, & reddendo rationem, &c.

In præſenti negocio propoſitæ fuerunt duæ aliæ difficultates.

Prima fuit, An Epiſcopus Papiæ poſſit eligere laicos fabricerios dictæ Eccleſiæ in præiudicium D. Archipresbyteri Arenæ.

In qua dicebatur, non poſſe, iuxta cumulata per Rip. de oblat. Eccleſ. d. reſp. 1. numero. 8. cum ſeq.

Sed replicabatur, id fieri ab Epiſcopo ſine præiudicio iurium dicti Archipresbyteri, & cum ipſe ſit Parochus Parochorum.

Præſertim cum Eccleſia præfata longè diſtaret à loco Arenæ.

Secunda erat difficultas, An ferendum eſſet, quòd fabricerij dictæ Eccleſiæ inuitarent perſonas ad deuotionem accedentes ad porrigendum eleemoſynas pro fabrica.

In qua dicas, vt per Rip. in d. reſp. 1. num. 14. cum ſeq.

CASVS XLVI.

Si emphyteuſis eſt conceſſa ad tertiam generationem, à quonam incipiat prima generatio.

FVIT dubitatum in quadam conceſſione bonorum Eccleſiæ conceſſorum in emphyteuſim cuidam Paſquino vſquè ad ipſius tertiam generationem, An prima generatio in-

ciperet à dicto Paſquino, vel potius à filiis eiuſdem.

Et fuit reſolutum, incipere à filiis dicti Paſquini, ſecundùm magis communem opinionem, de qua teſtantur Bello.conſil.80.nume.7.cum ſeq. Bero.conſil.109.num.15.lib.1. Gabr. de emphyt. concluſ. 4. num 4. Hieron Gabr.conſil.90.num.1.lib.1. conſi.68. numer.1. cum ſeq. volum 2. Honded. conſi.54.num.12. Menoch conſil.883. num.13.lib.9. cum nemo generet ſe ipſum,& dictio, vſque,operetur incluſionem pronepotum in fauorabilibus, l.patroni.§.1.ff.de leg.3.

Quicquid dixerint Caſtr. conſil.336. num 1.lib.2. Veral. deciſ.18 num.1.& deciſ.112. numer.2. par.2. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.34. Cœph. cônſil. 582. num.15. libro 5. Simon de Præt. conſil.88.numer 20.cum ipſarum opinio non ſit attendenda maximè in iudicando, vti contra magis communem.vt ſupra.

Nec obſtare dictum fuit §. emphyteuſis. auth. dé non alien. Tum quia res Eccleſiæ hodie poteſt transferri vltra nepotes, tàm de iure, vt in §.licentiam. auth. de non alien.& emph. Doct. in auth. perpetua. C. de ſacr ſ. eccleſ.quàm de conſuetudine.imò ſolet apponi in inueſtituris clauſula, pro ſe,& quibus dederit.

Tum quia hic tollitur omnis dubitatio ex approbatione Summi Pontificis.

CASVS XLVII.

Iudex executionis eſt iudex ſuper emergentibus, & incidentibus.

CONCESSA fuit per D. Vicarium Epiſcopalem Papię ad inſtantiam Agentis pro Venerabili Conſortio S. Syri dictæ Ciuitatis executio contra N. laicum.fictabilem vnius domus dicti Conſortij. Cúmque Collateralis Curię Epiſcopalis pignoraſſet quędam bona mobilia dicti N. vxor eius prætendens, illa bona eſſe dotalia, obtinuit inhibitionem à iudice ſæculari, ad quem recurſum fecerat, ſed Collateralis, non obſtante dicta inhibitione, aſportauit dicta bona pignorata ad locum ſolitum ad effectum illa ſubhaſtandi.

Fuit dubitatum, An dictus Collateralis bene egiſſet.

Et fuit reſolutum affirmatiuè, Nam ſi quid dicta mulier in dictis bonis prætendebat, debebat adire iudicem Eccleſiaſticum, cum vtì actrix teneretur ſequi forum rei. cap.ſi Clericus,de foro compet.

Et præterea D.Vicarius vtì iudex executionis, foret etiam iudex ſuper omni emergenti,vel incidenti. l.à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. Rip.de iud.& foro competent. reſp.2. Mohed.de iud deciſ.4.Surd.cónſ.204. num.10. Turret. conſil.5.num.2. cum ſeq.vol.2.

Et dum obiiceretur, diſpoſitionem d.§.ſi ſuper,nôn procedere, vbi inferretur prẹiudicium iuriſdictioni Principis ſęcularis, prout in puncto tenet Maril.in repet. l.quoties, numero 553. C.de rei vend. vbi alleg. Oſaſch. deciſio. 78.

Fuit reſponſum,hic non agi de prẹiudicio iuriſdictionis ſæcularis, cum executio eſſet conceſſa contra fictabilem Eccleſiæ, qui prorogauit etiam iuriſdictionem.

Præſertim, quòd Excellentiſſimus Senatus conceſſerat facultatem Procuratoribus liberè patrocinandi contra fictabiles dicti Conſortij coram iudice

iudice Eccleſiaſtico.

Nec videtur attendendum dictum Oſaſchi in d. deciſ. 78. cum ſit contra communem opinionem, de qua teſtatur ipſemet ibidem, numero 6 Præterea ipſe loquitur in diuerſo caſu, nempè quando allegaretur incompetens iudex Eccleſiaſticus in cauſa principali, ſed hic non fuit allegatus, neq; poterat allegari, vt patet.

CASVS XLVIII.

Iuſpatronatus quando poſſit reſeruari ex augumẽto redditunm.

CVM quidam Sacerdos obtineret Capellam liberam redditus ſcutorum xv. auri cum onere celebrandi quatuor miſſas in qualibet hebdomada, proponebat, ſe fore augumentaturum redditus dictæ Capellæ vſque ad ſummam aliorum ſcutorum xv. auri, dummodo Ordinarius concederet, & reſeruaret iuſpatronatus ſuper dicta Capella ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, &c.

Fuit dubitatum, An Ordinarius id concedere poſſet.

Et quidam ſubtilis Aduocatus dicebat, poſſe concedi, attento dicto augumento, per doctrinam Marci deciſ. 473. nu. 1. & deciſ. 493. nu. 1. par. 1 & Lambert. de iurep. lib. 1. par. 1. quæſt. 3. princ. art. 16. num. 1. & colligitur ex S. Conc. Trident. de reform. ſeſſ. 25. c. 9.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum, ex quo beneficium à principio liberum non poteſt, nec debet redigi in ſeruitutem. Abb. conſi. 59. num. 3. par. 1. Lambert. de iurep. d. lib. 1. par. 1. quæſt. 6. princ. art. 1. num. 6. Pariſ. conſ. 47. num. 20. vol. 4. Rebuff. in praxi benef. verſ. tertia pars ſignat. in ver. nec non iurep. nu. 3. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 457. num. 18. deciſ. 528. num. 2. vbi limitat in eccleſia incotata, & deciſ. 548. par. 1. deciſ. 99. num. 3 par 2.

Benè verum eſt, quod ſummus Pontifex pro augumento dotis notabili facto Eccleſiæ pauperi ſolet concedere iuſpatronatus, prout, ita obſeruatum vidiſſe, teſtatur Lamber. in d. lib. 1. par. 2. q. 4. princ. art. 4. nu. 1.

CASVS XLIX.

Præſentare ad beneficium non poteſt fictabilis omnium bonorum.

VACANTE Eccleſia Parochiali loci Sairani per reſignationẽ R. de Mutis, ſiue potius per aſſecutionem alterius beneficij Curati, fuit ad eam præſentatus à maiori parte patronorum R. Ioannes Brambilla; Sed vnus ex dictis patronis vnà cum fictabile bonorum omnium dictorum patronorum præſentauit R. Flamminium.

Fuit dubitatum, Quis ex dictis præſentatis foret inſtituendus, & confirmandus.

Et reſolutum fuit ad fauorem dicti Ioannis, vtì præſentati à maiori parte dictorum patronorum.

Nec potuit haberi ratio de præſentatione dicti fictabilis, cum, ſecundũ magis communem Doctorum opinionem, fictabilis omnium bonorum non poſſit præſentare. latè Roch. de Curte, de iurep. verſ. ipſe, vel is, à quo, quæſt. 26. num. 57. & Lamber. de iurep. lib. 1. par. 2. quæſtio. 8. princ. artic. 2.

Et dum obijceretur, fuiſſe attendẽdam ſaltem præſentationem illius

tantùm, qui præſentauit dictum Flãminium, cum eſſet primogenitus.

Fuit reſponſum, in actis non conſtitiſſe de tali primogenitura, Quinimò ex teſtamento colligebatur, filios fuiſſe inſtitutos æquis portionibus.

Præterea primogenitus non ſuccedit ſolus in iurepatronatus de iure, niſi talis probetur extare conſuetudo. Lamb.d. lib. 1.par.2. q.2.prin. art. 19. cum ſeq.

Poſtremò, dum opponeretur, dictũ Ioannem vti proceſſatum de varijs criminibus non poſſe inſtitui.

Fuit replicatum, proceſſatum poſſe de iure præſentari, & inſtitui. Felin. in cap. ex parte, num. 4. de reſcrip. Lamb. de iurep. lib.2. par.1. quæſt. 9. prin c.artic.23.

CASVS L.

Regularis Curatus venit appellatione Clerici.

PROPONEBATVR, eſſe grauiter animaduertendum in R. N. Canonicum Regularem, & Curatum S. Epiphanij Ciuitatis Papię.qui pręmonitus noluit proficiſci cum Cruce ad Cathedralem Eccleſiam, vt deduceret Crucem Capituli dictę Eccleſiæ, ad locum, quo eundum erat; Ex duobus potiſſimum.

Primò, quia ſic cautum reperitur in Conſtitutionibus Synodalibus Papienſ.par.2.c.38.in illis verbis, videlicet. [*Cum verò Capitulum noſtra Cathedralis pro aſsociando aliquo ibit cũ Cruce ſua, cæteri clerici, qui illi officio intereſſe debebunt, cum Crucibus ſuis ad Cathedralem proficiſcantur, antequàm tollatur Crux, vt eam deducant ad locum, quo ibitur.*] Vnde cum habeatur lex clara, ceſſare debet omnis dubitatio. Burſat.conſil.360. nu.23.& conſi.364.num. 25.

Quod corroborabatur, nam Curatus S. Epiphanij tunc temporis interfuit Synodo præfatæ, prout præſumẽdum eſt, cum teneretur illi intereſſe. cap. ex ore. §.porro. de priuil. Turre Crem.in c. 1.nu.7.10. quæſt.1. & ſancitum eſt per S. Concil. Trid. de reform.ſeſſ.24. c. 2. atque dictum decretum cum iuramento acceptauit, Vnde illi ſtare omninò debet. vulg. c. quod ſemel, de reg.iu. in 6. Burſat. conſ.355.nu.49.

Nec obſtat, dictam Conſtitutionem loqui de Clericis, quorum appellatione non veniunt Regulares. l. generaliter, C.de epiſcop. & cler.cap. generaliter.16. quæſt.1. Felin. in cap. licèt, numero 8.de off.ordin.

Primò, quia in dicta Conſtitutione appellatione Clericorum venit dictus Curatus, licèt Canonicus Regularis; Tum quia ſic ſubiecta materia patitur, quæ attendenda eſt, ſecundùm Felin.in d. c. licèt, nu.9.in fine; Tum ponderando illa verba ſequentia, videlicet, [*qui illi officio intereſſe debebunt.*] nam relatiuum illud, qui, declarat, de quibus clericis ſit intelligenda d.Conſtitutio. Surd. conſi.1.n. 100. Nat. cõſi.478.n.10. Pariſ.cõſ.17. n.37.vol.3.dictus autẽ Canonicus Regularis tenebatur vti Curatus omninò intereſſe, & ſic, cum in eo verificetur dicta qualitas, verificari debet omne diſpoſitum. Surd. deciſ.39. nu. 1.cùm ſeq. quamuis verbum, Clerici, illum non compræhenderet. Abb.in procem.decret.nu.13. Soc. Sen. conſ. 92. nu.16.vol.4.

Secundò, quia Canonici Regulares veniunt appellatione Clericorum, tàm de iure cõmuni.c.duo.12. quæſt.

1. S.Thom.

S.Thom.2.2.quæſt.189. artic.8. ad ſecundùm.Nauar.de regul.comment.3. num.40.cum ſeq.& com.4. numer.2. Port.Imol.conſil.164.numero 23. Et inter conſil.Zab.Colleg.Paduan.conſ. 2.num 1.& Colleg.Ferr.conſ 3.nume. 1.& 33.quàm de ſtylo, de quo teſtatur Felin.in cap. tua nos, numero primo, de iureiur.

Adducebatur ſecundò per dictos proponentes conſuetudo inueterata ad fauorem dicti Capituli, quæ plenè fuit probata per teſtes, etiam in ſpecie quoad Curatos Regulares dictæ Ciuitatis,&attendenda eſt vti ius non ſcriptum.Burſat. in dict.conſilio 360. numero 22. & iuſtitiæ vim habens. Menoch. de arbitr.iudic.libro primo, quæſtio.71.numero ſexto, cum ſequ. vbi plures cumulat effectus conſuetudinis.

Et præſertim cum hæc conſuetudo ſit ferè immemorabilis.Pariſ.conſilio vigeſimoquinto,numero 61.cum ſeq. volum.1.

Non fuit autem dubitatum,dictum Curatum,licèt Regularem,ſubeſſe Epiſcopo in concernentibus Curam animarum,& Sacramentorum adminiſtrationem.cap.1.§.fin.de priuil. in 6. & hodie eſt diſpoſitum per S.Concil. Trid.de reg.ſeſſ.25.c.11.

Et ſupradictum negotium reſpicere Curam animarum,cum dependeat à iure ſepulturæ &ſuneris,quod competit Curatæ Eccleſiæ. capit. primo. & ibi gloſſ.de ſepult.S.Anto. in Sum. part.tertia.titul.decimo. cap. quinto. §.2.

Idem autem eſt iudicium de dependentibus, quod de principali. l. quo minus.ff.de flum.Contard. in l.1.lim. 1.num.25.C.ſi de momen poſſeſ.Marcus Antonius de Amat. deciſ. 89. numero 5.

CASVS LI.

Minor xiiij.annorum eſt inhabilis ad beneficia, etiam de iurepatronatus.

VACANTE Capella Sancti Michaelis ſita in Eccleſia Parochiali loci Trumelli Diœceſis Papienſis quæ dicitur eſſe de iurepatronatus Dominorum de Panizzariis, contigit dubitari de pluribus.

Primò,An poſſet præſentari ad dictam Capellam N.filius vnius ex Cõpatronis minor xiv.annorum.

Secundò, cum tempus ſtatutum ad præſentandum per fundatorem dictę Capellę eſſet vnius menſis tantùm,an poſſet dictus terminus prorogari per Ordinarium ad inſtantiam Patronorum.

In primo fuit reſolutum negatiuè: Nam licèt olim de iure communi minor xiv.annorum eſſet habilis ad obtinenda beneficia.Put.dec.339.num 3. par.1.& dec.46 par.2.vbi ampl.etiam quoad acquirendam poſſeſſionẽ; Nihilominus hodie dicitur eſſe inhabilis ex diſpoſitis per Sacr.Conc. Trid. de refor.ſeſſ.23.c.6.Nauar.de preb. conſ. 11.n.1.Flam.Pariſ.de reſig.benef lib.3. quæſt.7.& lib 4.q.1.numer.7.& q.9. numero 3. Theſau.for.eccl.par.2. cap. 18.num.14.

Et quamuis Rot.Rom.in nouiſſim. deciſio.482.numer.3.in fi.par.1. teſtetur,dictum Sac.Concil.Tridentinum habere locum dumtaxat in beneficiis liberis,non autem in patronatibus; Tamen contrarium vidi ſeruari, & ſic obtineri diſpenſationes à Papa,etiam in beneficiis de iurepatronatus.

Quod confirmatur, nam dictum

Concilium loquitur generaliter de beneficio, cuius appellatione venit etiam beneficium de iurepatronatus, ſecundùm Nicol. Delph. de iurepatr. lib.1.nu.26.cũ ſeq. & Rebuff. in prax. benefic.verſ.ſæculare beneficium, nu. 15. Quod indubitatum dicitur eſſe in præſenti caſu, cùm dicta Capella requirat reſidentiam ex forma fundationis. arg. c. indecoram de ætat. & qualit.

In ſecundo fuit reſolutum affirmatiuè.

Primò, quia hanc opinionem in puncto firmarunt Bal. in c quanto colum. fin. de iud. Mand. in pract. ſig. grat. in rubr. prorogationes. verſ. conceſſa fuit. Claud. Tut. de iurepatr. q. 14. nume. 10. Creſcent. de dilat. deciſ. 12. vbi latè, & deciſ. 21.

Secundò, pro ratione adducebatur.

Primò nam contrariorum eadem eſt diſciplina. l. & ſi contra. ff. de vulg. & pupil. l. inter. §. ſacram. ff. de verb. oblig. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Bald. in l. pen. C. de ſolut. Hercul. de prob. neg. nu. 101. Sed Epiſcopus poteſt abbreuiare tempus datum à iure ad præſentandum. cap. fin. de elect. in 6. latè Lamb. de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 1. prin. art. 28. & Creſcent. in d. deciſ. 11. num. 1. ergo, & prorogare dictum tempus poſſe, firmandum eſt.

Secundò, quandoquidem Epiſcopus poteſt admittere patronum ad præſentandum, elapſo termino iuris, vt latè per Lamb. d. q. 1. princ. art. 27. Vnde multò magis fatendum eſt, poſſe terminum nondum lapſum prorogare. Auth, multò magis, & ibi Doct. omnes. C. de ſacroſanct. eccl.

CASVS LII.

Diſpenſatio an requiratur in matrimonio contracto cum ſecunda, viuente prima, Et quid agendum.

N. Contraxit matrimonium in facie Eccleſiæ cũ Beatrice in partibus longinquis, & rediens ad patriam iterum contraxit mãtrimoniũ cum Iulia, viuente Beatrice prima vxore, qua mortua, dictus N. voluit denuò matrimonium cõtrahere cum dicta Iulia, occultè tamen, cum negocium eſſet occultum.

Fuit dubitatum, An requireretur diſpenſatio Apoſtolica.

Et quidam dicebat, eſſe neceſſariam dictam diſpenſationem ob impedimentum, de quo in tit. de eo qui dux. in matr. quam polluit per adult. & allegabat dicta per Nauar. de cland. deſp. libro. 4. conſil. 2. nume. ſecundo, & de ſponſ. conſil. 35. numero 1.

Alter verò tenebat, non requiri, ex quo dicta Iulia fuit inſcia dicti impedimenti, & proteſtata fuit, velle permanere in matrimonio. Pro qua opinione allegabatur c. 1. & c. veniẽs, de eo qui dux. in matr. quam pol. &c.

Item adducebatur, communem eſſe opinionem Canoniſtarum, & Summiſtarum, vt ſufficiat nouus conſenſus tantùm, vt Abb. in d. c. veniens, numero. 2. vbi ampliat, ex ſimultanea cohabitatione confirmari ſecundum matrimonium. Pariſ. conſilio 52. numero 9. volum. 4. Armil. in verbo, matrimonium, numero 33. Angel. in verbo, impedimentum §. 9. Nauar. in Manuali, cap. 22. nu. 53. & de ſponſ. lib. 4. conſil. 35. Tolet. in Sum. lib. 7. cap. 6. num. 4.

Qui conſenſus eſt recipiendus, occultè pro euitandis ſcandalis, iuxta dicta per eundem Nauar. de ſponſal. libro quar-

bro quarto,conſilio vndecimo, quicquid aliter dixerit in dicto conſilio. 35. numero tertio.

Ex vrbe venit reſponſum, requiri diſpenſationem, quæ fuit co ceſſa cũ conditione, quod matrimonium denuò ſecretè contraheretur, impoſita dicto N.graui pænitentia ſalutari.

CASVS LIII.

Deputatio ſimplex Sacerdotis non dicitur beneficium, Et quando dicatur beneficium.

CAVEBATVR in quodam teſtamento, vt Sacerdos eligendus per Filigardos celebraret duas miſſas qualibet hebdomada; Fuit deputatus ad celebrationem dictarum miſſarum D.N. quo mortuo, fuit deputatus à D.Vicario Epiſcopali R. B. Hæſitatum fuit, An dicta deputatio valeret.

Et fuit reſolutum affirmatiuè,cum in dubio præſumendum ſit pro actus validitate.l. quoties.ff. de reb.dub. Menoch.de præſumpt. lib. 6. præſ.4. & præſ. 16. Crau. conſi. 91. num 8. Surd.conſ. 19. numero 29. Quæ reſolutio corroborabatur, cum Epiſcopus ſit legitimus executor Legatorũ piorum, etiam datis executoribus. Couar. in c. 3. nu. 5. & in c. ſi hære des,nume.4. de teſtam.Nauar. de relig.dom.conſi.3.Capel.Tholoſ.quęſt. 89.112. & 135. & diſponitur expreſsè per S.Concil. Trid. de reform. ſeſſ. 22.c.8.

Nec obeſſe dictum fuit,quòd dictus R.N. obierit in menſe reſeruato Papæ, & ſic deputationem ſpectare ad Papam.

Quia hic non agitur de beneficio, ſed de ſimplici deputatione Sacerdotis, quæ non cadit in reſeruatione, prout neque cadunt beneficia manualia. Cald. de præben. conſ. 26. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 739. num.8. par.1.

Quod autem non ageretur de beneficio adducebatur.

Primò ex eo, quòd talis Sacerdos eſſet amouibilis, beneficium autem debet eſſe perpetuum. c. ſanctorum 80.diſt. c.veniens,de fil.presb. Lamb. de iurep.lib.1 par.1.q.9.prin.art.3.nu. 10.Nauar.de pręben.lib.3.conſ.5.cum ſeq.Et faciunt dicta per Rot Rom. in d. deciſ.739.nu.6. cum ſeq.

Secundò, nam dictũ onus celebrandi miſſas nunquàm fuit datum in titulum præſertim perpetuum, prout beneficia dantur. Caſſan. conſi. 20. num.1.Nauar. de pręben. conſi.5 & conſi.8. nu.7. Caſſad.de præben. deciſ.3.nu.34. & deciſ.4.nu.2. Quod patet, cum teſtator non aſſignauerit locum, in quo miſſæ eſſent celebrandæ.

Tertiò, quandoquidem beneficia eccleſiaſtica non poſſunt fundari, niſi accedente Epiſcopi confirmatione, quæ hic nõ datur.c.nemo, de conſecr. diſt 1. glo. in clem. 1. de decim. Gomeſ.in reg.de Annali poſſeſ. q.20. & de exprim. valore benef.quæſt.4.

Et quamuis Sacerdos deputatus ad dictam celebrationem fruatur quibuſdam terris, quæ videntur ſuccedere loco beneficij, ſecundùm opinionem Fuſchi de viſit.lib. 1.cap.20. numero 23. & libro. 2. cap. 7. numero 6.

Tamen veritas eſt,quòd terræ nunquàm faciunt beneficium,niſi cõcurrat titulus perpetuus,& onus ſpirituale annexum, ſecundùm Caſſad. in d. deciſ.3.nume.34. Poſſet benè ſaluari:

opinio Fuſchi, in præſtimonio, ſuper quo vide S. Conc. Trident. de reform. ſeſſ.5. cap.1. & ſeſſ.14. c.9.

Similiter non potuit inualidari dicta deputatio ex eo, quòd dictus R. B. non eſſet actu Sacerdos.

Quia promoueri ſe fecit infra annum ad dictum Sacerdotium, quod ſatis eſt in beneficio Sacerdotali, ſecũdùm Rip. de inſtit. reſp.1. numero 11. Quicquid dicat Lamb. de iurep. lib.2. par.1. q.7. prin. art. 27. & 28. cum in eadem quæſtione 7. art. 29. nu.4. teneat, in Eccleſia curata ſatis eſſe promoueri infra annum, & non poſſit aſſignari vera ratio diuerſitatis inter caſum, & caſum, Vnde multò magis ſufficere debet hic, cum agatur de ſimplici deputatione Sacerdotis.

CASVS LIIII.

Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper impedimento Matrimonij occulto.

CELEBRATVM fuit matrimoniũ bona fide inter Catherinam, & Franciſcum; Poſt ſex menſes præfati habuerunt ſcientiam, licèt per viam ſecretam vni tantùm cognitam, ipſos eſſe coniunctos inuicem tertio, & quarto conſanguinitatis gradibus.

Fuit dubitatum, An Epiſcopus ſuper hoc impedimento diſpenſare poſſet.

Et quidam tenuit partem affirmatiuam, ex quo hic concurrebant illa quatuor, videlicet. Primò matrimonium publicè contractum, & ab omnibus tentum validum. Secundò impedimentum occultum. Tertiò paupertas coniugum. Quartò ſcandalum, quod ex ſeparatione oriretur. Nauar. in Man. c.22. nu.85. & de ſponſ. lib.4. conſ.4. Angel. in ver. diſpenſatio. §.5. Tabien. in eodem ver. §.16. Sylu. §.9. Armil. nu. 18. Tolet. in Sum. lib.7. c. 18. verſ. dico ſecundò. Graff. deciſ. aur. lib.2. cap.80. num.14. par.1. Henriq. in d. Sum. lib.10. de ſacr. ord. cap. 35. num.4. & de matr. imped. lib. 12. cap. 2. num.5.

Nec clem.1. de conſang. & affin. dicebatur obſtare; Etenim dicti coniuges ignorarunt ab initio dictum impedimentum. gl. in d. clem.1. in verbo ſcienter. Nauar. in d. cap. 22. num. 43. & cap.27. numero.141. Et vide S. Conc. Trid. de reformat. ſeſſ. 24. cap.5.

Fuit reſolutum negatiuè, ex quo facilis erat recurſus ad Papam, ſiue Sacram Pænitentiariam, & ſine diſpendio graui. Couar. de ſponſ. par.2. cap. 6. §.9. colum.11.

CASVS LV.

Societas, ſiue Collegium eſt erigendum cum auctoritate Superioris.

CLEMENS Papa VIII. conceſſit Indulgentiam Plenariam Alumnis Academiæ erectæ à Reuerendis Religioſis Congregationis Somaſchæ in Ciuitate Papiæ, & alijs Chriſti fidelibus ingredientibus Societatem canonicè inſtitutam ſub inuocatione B. Mariæ Virginis.

Dubitabatur de validitate dictæ cõceſſionis, cum dicta Societas non videretur canonicè inſtituta, ex quo non apparebat de conſenſu, & approbatione Ordinarij.

Cæterũ pro validitate adducebatur.

Primò,

Primò, quòd quamuis omne Collegium ſine legitimi ſuperioris auctoritate inſtitutum, ſeu congregatum regulariter ſit illicitum. l. 2. §. in ſumma. ff. de Colleg. & corp. illicit. Bart. in l. 1. & l. fin. ff. eodem. Nihilominus cauſa Religionis, vel alterius boni finis dicitur licitum. d. l. 1. Decia. in tract. crim. lib. 7. tom. 2. c. 20. nu. 7. & 14. cum ſeq. vbi dicit, hodie vſum obtinere, vt cõfirmetur ab Epiſcopo, vel à Superiore, cum ſub nomine Collegiorum facinora ſolerẽt perpetrari, & mala moliri. & num. 33. Dicta autem Societas dicitur inſtituta ad actus ſpirituales, orationis, & receptionis Sacramentorum, & auditionis Miſſarum.

Secundò, nam dicta Societas dicitur laicalis, vnde non videtur neceſſaria auctoritas Epiſcopi, cui non ſubeſt niſi quoad viſitationem, & dictos actus ſpirituales. Nauar. de off. ordin. libr. 1. conſ. 5. num. 3.

Tertiò, quia ſatis dicitur inſtituta canonicè, cum interuenerit auctoritas Superioris dictæ Congregationis, quę ſufficit tam ex forma priuilegiorum ipſi conceſſorum, quàm ex conſuetudine. Decian. in dict. capit. vigeſimo, numero 2.

CASVS LVI.

Penſio non eſt ſoluenda, non expeditis literis.

Ex duobus non videbatur audiendus R. Valens ſuper ſolutione penſionis, nempè primò, cum non ſint expeditæ literæ penſionis. Gig. de penſ. quæſt. trigeſimaquarta. numero decimo cum ſeq.

Secundò, nam, quatenus dictæ literæ fuiſſent expeditæ, illæ eſſent prius intimandæ, ſecundùm Gig. in d. trac. q. 77. num. 20.

Et quamuis pars conſenſiſſet penſioni, nihilominus adhuc non poſſet compelli ad ſolutionem, literis non expeditis. Gig. in d. quæſt. 34. numero tertio, vbi id ampliat, etiamſi fuiſſet promiſſum ſoluere literis non expeditis, & renunciatum. Regulis Cancellariæ. Gig. in dict. quæſt. 34. numero tertio. Quod præſertim verum eſſe in foro conſcientiæ dicit idem Gig. in dict. num. 3.

CASVS LVII.

Commendatarius an poſſit vti Mitra, & Baculo.

Fvit propoſita difficultas, An M. R. D. Præpoſitus, ſiue Commendatarius perpetuus loci Chiraſchi poſſet in ſua Eccleſia vti Mitra, & Baculo, quibus vſi fuerant Abbates olim dictæ Eccleſiæ.

Et placuit opinio affirmatiua, ex duobus.

Primò, quia oſtendebatur, Commendatarios alios perpetuos dictæ Eccleſię anteceſſores dicti Moderni Prępoſiti fuiſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi pacifica vtendi dictis Mitra, & Baculo in dicta Eccleſia, ſcientibus, & patiẽtibus Epiſcopis illius Diœceſis, qui etiam dicta inſignia depicta in pluribus partibus dictę Eccleſię in Viſitatione viderunt, vnde Modernus Prępoſitus in dicto vſu venit omninò manutenendus, ſecundùm dicta per Anchar. conſ. 297. Io. Bapt. Ferret. conſ. 1. & ſeq. Purpur. conſ. 206. lib. 1. Rot. Ro. in nouiſſim. deciſ. 27. cum ſeq. par. 1. & Menoch. de retin. poſſeſ. remed. 3. nu. 126. cum ſeq.

Secundò, nam non negatur, Abbates dictæ Eccleſiæ pro tempore vſos fuiſſe dicta Mitra, & Baculo, Vnde, & dictum Præpoſitum de iure poſſe illis vti, dicendum eſt, cum Commendatarius perpetuus ſit verus Prælatus, & iiſdem qualitatibus potiatur, quibus Abbas potiebatur. in puncto Dec. in cap. edoceri, num. 17. de reſcrip. Abb. in cap. cum illorum, num. 13. de ſent. excomm. Nauar. de ſponſ. conſil. 5. numer. 1. lib. 4. Fuſch. de viſitat. libro 2. cap. 9. num. 5. in fine. Et Abbati æquiparetur, vt per Rotam Romanam, in nouiſſim. deciſ. 222. num. 2. par. 3. libro ſecundo.

Confirmabatur, nam Commendatarius perpetuus dicitur habere verum titulum, & poſſeſſionem. clem. fin. de procur. Gomeſ. ſuper reg. de trien. poſſeſ. quæſt. 5. numero 2. & 16. & per totum, vbi concludit, regulam de triennali habere locum in commenda perpetua. in reg. de idiom. q. 5. num. 3. & in reg. de infirm. reſig. quæſtio. 13. num. 7. Put. deciſ. 24. num. 5. deciſ. 25. num. 4. par. 1. & deciſ. 158 num. 2. parte 2. latè Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. qu. 17. num. 11. cum ſeq. & lib. 11. quæſt. 5. num. 34 cum ſeq.

Et dum obiiceretur, priuilegium vſus Mitræ, & Baculi fuiſſe conceſſum Abbatibus Regularibus dictæ Eccleſiæ dignis de cauſis, ſed hodie ceſſaſſe Abbates, & cauſas conceſſionis priuilegij, Vnde, & priuilegium quoque ceſſaſſe, dicendum eſt. Abb. in cap. recolentes. num. 1. de ſtat. Mon. faciunt dicta per Bart. in l. iuriſgentium. §. ſi ante, num. 1. ff. de pact. Creſcent. de priu. deciſ. 9. nu. 3. & 9.

Primò fuit replicatum, mutationem nominis non induxiſſe mutationem ſubſtantiæ, Et propterea, ſi Commendatarius obiret, dicta Eccleſia vacaret vti Abbatia, vt prius. Mohed. de præben. deciſ. 4. & deciſ. 9. Capic. deciſ. 3. nu. 2. Caputaq. deciſ. 144. par. 1. Gomeſ. in d. reg. de trien. quæſt. 5. nu. 25. Inſuper Commendatarius tenetur conſeruare Eccleſiam in eodem ſtatu, ſicut Abbas. Gomeſ. in d. q. 5. in fi. Vide Io. Bapt. Ferr. conſ. 32. numer. 38. cum ſeq.

Secundò fuit dictum, adhuc remanſiſſe cauſas aliquas, & reliquias priuilegij, & præſertim Eccleſiam ipſam, & eius iura, ac bona, vt bene per Creſcent. in d. deciſ. 9 num. 9.

CASVS LVIII.

Portio Canonica quando debeatur Epiſcopo.

CVM Reuerendiſſimus D. N. Epiſcopus in ſuo teſtamento legauerit Eccleſiæ Cathedrali Florenos 300. pro anima ipſius, Clariſſimum eſt, quòd portio Canonica de tali relicto debetur Reuerendiſſimo Epiſcopo Moderno, Quia de iure de omnibus relictis pro anima portio Canonica debetur Epiſcopo. cap. requiſiſti. de teſtam. de communi Canoniſtarum teſtatur Petr. de Vbal. in tract. de Can. Ep. & Paroch. Capic. deciſ. 23. num. 1.

Et licèt in quota diſcordent, tamen circumſcripta conſuetudine, quæ, ſi in loco vigeret, eſſet ſeruanda, vt per Doct. omnes in d. c. requiſiſti; vbi agitur de relicto facto Eccleſiæ Cathedrali, & non inferioribus Eccleſiis, prout in præſenti caſu contingit: concludendum eſt ex veriori ſententia, quòd Canonica Epiſcopalis ſit medietas. Hoſt. in d. c. requiſiſti, Couar. ibi q. 4. & Barba. col. 6. Petr. de Vbal. d. tract.

d.tract.c.4.in prin.quæ ſententia mihi magis placet, quia Epiſcopus eſt coniugali matrimonio copulatus Eccleſiæ ſuæ.cap quoniam frequenter.§. porrò,de elect.& maritus,& vxor non debent ad imparia iudicari. cap. gaudemus,de diuortio.

Vnde, quia Capitulum Canonicorum quoad quartam in effectu repræſentat totam Eccleſiam præter Epiſcopum,Card.in d.cap.requiſiſti,q.10. in fine,& in tali diuiſione cum Epiſcopo repræſentat Eccleſiam.Imo.ibi, num.21.in fin.verſ.ſecundum eſt quota.Barb.colum.6 nu.8.& colum.8.nu. 10.c.cum Clerici,de verb.ſign.Specu. de inſtru.ed.§.nunc verò aliqua,num. 78.& Eccleſia conſtat ex Prælato, & Capitulo. Abb.in c.cauſa,de verb.ſig. Reſoluendum de iure eſſet, quòd dictum Capitulum poſſet tantùm medietatem relicti facti prætendere iure ipſius Eccleſiæ, cum altera medietas ipſi Epiſcopo pertineat per ſupradicta.

Sed quicquid ſit de iure communi, in præſenti caſu fui voti, dictum relictum integrum pertinere ad Reuerẽdiſſimum Epiſcopum, quia, ſi verum eſt, prout in facto præſupponitur, quòd facto,& culpa D. Teſtatoris mẽſa Capitularis diminuta fuerit ex redditibus, & introitibus vltra ſummam Florenorum x. pro quolibet anno ex cauſa narrata, poteſt probabiliter dici,quòd prædicta de cauſa ipſe fecerit dictum relictum,videlicet pro recompenſatione dicti illati damni,& ſic pro exoneratione conſcientiæ,& remedio animæ ſuę. Vnde, quia relictum non eſt ex gratia relinquentis, ſed ex vera, & pręſumpta reſtitutione, & recompenſatione,videtur, quòd Capitulum nullam debeat habere portionem. Bald.in l.ſi quis. §. in omnibus. num. 23 verſ.ſed modo incidentes. C.de epiſc.& cler. Vbi dicit,quòd,ſi Rector Hoſpitalis relinquat Hoſpitali & vere,vel pręſumptiuè conſtet, id feciſſe pro recompẽſatione malè ablatorum ab Hoſpitale nulla portio Epiſcopo debetur, & ſecundùm eum ratio eſt euidens,quia ſi id,quòd debetur Hoſpitali pro reſtitutione, ſolueretur Epiſcopo, non contingeret liberatio, cum ſolueretur alio, quàm creditori. Et illud, quod præſtari deberet pro remedio animæ retorqueretur in oppoſitum,quod eſſet abſurdum, & iniquum, ergo eodem modo dicendum eſt,quòd ſi verè,vel pręſumptiuè cõſtet,d.Epiſcopum id reliquiſſe Eccleſiæ in recompenſationem damni dati Menſę Epiſcopali, quòd Capitulum Canonicorum nullam debeat habere portionem, per rationes Baldi ſupra relatas.

Et licèt primo aſpectu verba legati videantur relata ad Eccleſiam, tamen prolata videntur contemplatione Epiſcopi,qui eſt in Eccleſia. c.Pontificis.12. q.3. & propter damnum, quod facto Teſtatoris paſſa eſt Menſa Epiſcopalis, ideóque re ipſa ad ipſum Epiſcopum principaliter directa videntur ſecundùm voluntatem,Vnde dici ſolet,quòd inſpici nõ debet, ad quem verba dirigantur, ſed cuius gratia, & contemplatione prolata ſint. Crauet. conſ.296.nu.2. volum.3. inſpici enim ſemper debet,qua contemplatione actus fiat.Crauet. conſ.467. numer.4. volum.2.

Pręterea vbi conſuetudo ceſſaret,& ius commune non attenderetur, ſed verum eſſet, quod dicit Card.Zabar. in dict.cap.requiſiſti,quęſt.4.vbi ait, quòd hęc diuiſio hodie non eſt in vſu, quia pro maiori parte Epiſcopi habẽt bona diſtincta ab Eccleſia,& ſic

nullam faciunt diuiſionem de talibus relictis cum Eccleſia, nec è conuerſo Eccleſia cum Epiſcopo; Nihilominus, donec res relictæ conſeruantur conuertendæ ad vſus Eccleſiæ, & pro neceſſitatibus, dico, quòd interim dictarum rerum adminiſtrationem habere debet Reuerendiſſimus Epiſcopus, & non Capitulum, & Canonici, Quia Prælati, & Epiſcopi dicuntur habere adminiſtrationem Eccleſiæ, & rerum ipſius, non autem Capitulum, & Canonici, qui nullam dicũtur habere adminiſtrationem. Alb. in l. 1. num. 5. C. de ſacroſ. eccl. & ibi etiam Caſtr. Abb. in d. cap. requiſiſti, numer. 13. Menoch. conſ. 64. nu. 15. volum. 1. Et Epiſcopus licèt non ſit dominus, tamen dicitur procurator rerum Eccleſiæ. c. paternitatem, de donat. vbi glo. Vnde & pro illa agere, & illam defendere poteſt. Gemin. in c. dudum, de reb. eccl. non alien. Bald. & Salyc. in l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. Et quia Epiſcopus dicitur ſponſus, & maritus ſuæ Eccleſiæ, cap. 2. & c. licet. de tranſlat. p. Conuenit etiam, vt ſicut maritus habet adminiſtrationem rerum vxoris l. procurator. C. de procur. ita quoque Epiſcopus adminiſtrationem habeat rerum eccleſię ſuæ ſponſæ.

Nec mihi videtur obſtare, quod dicit Barb. in d. c. requiſiſti, num. 8. quòd, cum Epiſcopi pro maiori parte habeãt bona diſtincta ab eccleſia Cathedrali, non faciunt diuiſionem de relictis, ſed quod relinquitur totaliter eſt eccleſię, & per conſequens Capituli, & nihil attribuitur Epiſcopo, & quòd ſic de conſuetudine ſeruatur in multis locis.

Quia primò dicitur, quòd in Ciuitate N. non probatur, extare talem conſuetudinem, quæ eſt probanda, ſecundùm Doctor. in l. de quibus. ff. de ll.

Secundò dicitur, quòd Card. Zab. hoc non dicit, videlicet, quòd relictum pertineat ad Capitulum, & Canonicos; Vnde cum in relato non contineatur eius dictum, nihil valet, per not. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Nec tale dictum eſt verum, quia vt dicit Zabar. ibi, q. 10. aliud eſt relinquere Eccleſiæ, aliud Canonicis relinquere, quia primo caſu relinquitur Eccleſiæ, ſecundo non.

CASVS LIX.

Vniuerſitas an poſſit eligere ſepulturam.

COMMVNITAS loci Petrę de Marazzis Diœceſis Papienſis fabricare fecit ſepulturam vnam in Eccleſia fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci ſtrictioris hodie obſeruantiæ, in qua omnes, & quoſcúmque dicti loci, poſſe ſepeliri, prætendebat, contradicente tamen Archipręsbyterio eiuſdem loci.

Fuit hęc prætenſio per graues, & doctos viros maturè perpenſa, & tandem pro maiori parte fuit deuentum ad illam ſententiam, quòd præfata prætenſio eſſet vana, & irrationabilis ex pluribus.

Primò, nam licèt Minores poſſint ſepelire quemcumque eligentem ſepulturam apud eorũ Eccleſiam. clem. dudum. §. huiuſmodi de ſepult. Anch. conſ. 214. nume. 2. Tamen electio ſepulturæ eſt actus propriæ voluntatis cuiuſquam. c. licèt, & ibi Doct. de ſepult. in 6. c. cum liberum. c. in noſtra. extra eodem. d. clem. dudum. §. huiuſmodi. Nauar. de ſepult. conſilio primo. numero quarto. Natt. conſil. 432. numero 6. cum ſequent. Cæſar de Graſ.

Graſ.de ſepult.deci.1.nu.1.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.492.nu.1.par.1.Vnde non venit attendenda electio dictę Communitatis, quæ corpus eſt fictũ, vt patet, verba autem ſunt propriè,& ſtrictè intelligenda,præſertim in priuilegiis, quæ ſunt odioſa regulariter. vulg.iuribus,& doctrinis.

Confirmatur, Cum aliàs dicta electio diceretur facta ad ſuggeſtionem alterius, quod eſt omninò prohibitũ, cap.1.de ſepult.in 6.Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.333. numero ſexto, parte prima

Secundò, etenim abſolutiſſimum eſt in iure, patrem non poſſe pro filio ſuo eligere ſepulturam. d.cap.licèt Sylu. in verbo ſepultura,quæſt.6. Nauar.in d.conſ.1.numer.1.cum ſeq. vbi reddit rationem, quia eligere ſepulturam eſt quid ſpirituale; Et propterea multo minus poterit eligi à dicta Communitate, quæ illam non habet poteſtatem,quam pater habet in filio.

Tertiò, quia electionem ſepulturæ quilibet poteſt reuocare vſque ad finem vitæ.Gemin.in dict. cap.licèt.§. quamuis. Nauar.in dict.conſ.1.in fin. Anchar.d.conſ.214.num.5.cum ſequ. Cæſar de Graſ.in d.deciſ.1.numero 5. ſed ſi Communitas pręfata valeret pro ſuis hominibus eligere ſepulturam, non poſſet dicta electio à ſingulis reuocari,iuxta dicta per Capic. deciſ.4. num.1.

Quartò, quandoquidem ſi hoc verum eſt, facillimè præiudicaretur Eccleſiis Parochialibus, quorum ius inter cætera conſiſtit in iure funerali, c. 1.& c.2.de ſepult.Anchar.d.conſ.214. num.7.in fine, & quòd quiſque in ſua Parochiali eccleſia ſepeliri debeat. c. 1.13.q.1.c.1.16.quæſt.1.Rot.Roman.in nouiſſim.d.deciſ.333. num.5. & deciſ. 492.par.1.

Poſtremò adducebatur, fabricationem ſepulturæ non habere vim electionis ſepulturę, ſed eſſe actum indifferentem, in dubio autem eſt facienda interpretatio, per quam tollitur lęſio Eccleſię Parochialis,& quòd actus minus captionis habeat.c.cum expediat, de elect.in 6.Anch.in d.conſ.214. numero 13.

Ex quibus tollitur illa regula, Qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur,quam allegat Anchar.in d.conſ. 214.num.2.

Prout etiam eliditur diſtinctio eiuſdem Anch.in d conſ.214.num.2. dum dicit, quòd electio valeat, ſi eſt facta infirmo viuente,ſciente & tacente,ſecus ſi ignorante, cum illa taciturnitas habeatur pro cõſenſu in tali actu meritorio.l.qui fidem.ff.mand. Innoc.in c.in Geneſi,de elect.

Quoniam hic ius reſiſtit vt taciturnitas habeatur pro conſenſu,glo.in c. plerumque.2.quęſt.7.Maſcar. de probat.volum.3. concl.1153. numero 52.in verbo patientia. Et pręterea requiritur actus verus pro pręſumptione conſenſus. cap.cum pro paruulis, de conſecr.diſtinct.4. Maſcard.ibidem. num.31.

CASVS LX.

Inſtitutio conditionalis an valeat.

FVIT pręſentatus N. ad Capellam S. M.ſitam in Eccleſia Parochiali loci Sartiranę, in qua dictus pręſentatus obtinebat aliam Capellam ſimilem, & cum peteret inſtitui, fuit datum motiuum huiuſmodi, videlicet.

Licèt præſentatio facta de dicto N. ad dictam Capellam valida ſit de iure,

c.de multa,de præb.Abb.conſ.96.nu. 2.vol.2.Lamb.de iurep.lib 2.part.1 q. 7.prin.art.15.nu.14. Tamen ad obtinendam inſtitutionem requiritur diſpenſatio Papæ, cum aliam ſimilem obtineat ſub eodem tecto. ca.vt quis, de elect. in 6. Hoied.de incõp.benef. par.1. c.20.nu.25.

Nec videtur,poſſe fieri inſtitutionẽ ſub conditione illa; ſi, & dummodo obtineatur diſpenſatio à Papa, & non aliter,&c.

Quia collatio, & inſtitutio non poteſt fieri ſub conditione.ca.2.de conceſ.præb.ca.2.de elect.in 6. Put.deciſ. 396.par.3.Caputaq.deciſ.298. n.5.par. 2 & deciſ.241.num.3.par.3. Mohed.de præb.deci.30.nu.2.Caſſad.de præben. deciſ.15.num.3.Flam. Pariſ.de reſign. benef.lib.6.q.2.num.78. Abb. in c.ſignificatum.num.7.de præb.

Et licèt præfata iura,& auctoritates loquantur de collatione, tamen dictũ fuit, idem eſſe in inſtitutione, cũ collatio, & inſtitutio pari paſſu ambulent,ſecundùm Roch.de Curte,de iurep.in prin.num.10.cum ſeq.Rot.Ro. in nouiſſim.deciſ.530 par.1.

Præterea verbum,collatio, comprehendit inſtitutionem,& omnem modum, per quem prouidetur de beneficio.glo.in clem.1.de rerum permut.& Caputaq.deciſ.36.numer. 15.cum ſeq. par.3.

Minus releuaret dicere,collationem recipere conditionem illam, ſi vacat, ſecundùm gloſſ.in d.c.2.de elect in 6. Lap.alleg.6. Gomeſ.de veriſim. not. quæſt.1.Sylu.de benef. par.3. q 20.nu. 3.& quæſt.46.Couar.var.reſolut.libr. 3.c.16.num.1.circa finem,vel recipere aliam,quæ inſit de iure, ſecundùm gl. in d.c.2.

Tum quia ſupradicta conditio diſpenſationis obtinendæ non ineſt de iure, & eſt quid extra rem; Tum quia gloſ.in d.cap 2.circa finem dicit,collationem neque recipere conditionem, quæ ſit de iure, ſi in ea exprimatur; Tum demùm quia,quicquid ſit in Papa,vel executore Apoſtolico,gloſ.in c. ſi gratioſe de reſcript. in 6. Felin. in cap.fin.colum.3.de iud. aliud eſt in Epiſcopo, & eius Vicario, qui nec poſſunt apponere conditionem illam, ſi vacat, ſecundùm Couar. in d. cap. 16. num.2.vbi teſtatur de communi.

Poſtremò non obſtaret ſi diceretur, de iure per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis vacare primum ipſo iure. clem. ſi plures, de præbend. Flam.Pariſ.de reſign. benef.lib.3. q.1. num.121.Lamb.in d.art.15.num.1. cum ſeq.Et propterea Papa ſoleat dare terminum in prouiſione ſecundi ad dimittendum vnum.Pariſ.in d.q.1.num. 64.qui terminus poteſt etiam dari ab Epiſcopo.

Quia aliud eſt in Papa, aliud eſt in Epiſcopo,cum Papa plenitudinem habeat poteſtatis in beneficiis. Præterea hic non fuit petita dicta aſſignatio termini.

Inclinatum fuit, vt collatio fieret purè, ex quo dicta Capella non eſt ſub eodem tecto, ſed campeſtris, quamuis onus fuerit tranſlatum ad Eccleſiam Parochialem loci pręfati,cum Eccleſia dictæ Capellæ eſſet ferè in totum diruta, dicta autem tranſlatio non facit beneficium eſſe ſub tecto illius Eccleſiæ.

CASVS LXI.

De facultate Conſeruatoris.

PRo nullitate præcepti inhibitorij conceſſi per D.Vicarium Papię Con-

Conſeruatorem Monachorum S.Ambroſij maioris Mediolani,& intimati D.Vicario Mediolani, ac Agentibus Illuſtriſſimi Cardinalis N. adducebatur.

Primò, quòd Abbas dicti Monaſterij vigore priuilegiorum ſibi conceſſorum per Summos Pontifices non potuerit vices ſuas delegare, & committere D. Vicario Papienſi, iuxta text in cap.fin. de officio. deleg.in 6.

Secundò, quòd dictus Abbas non potuerit vices ſuas delegare dicto Vicario Papiæ, ex quo iam delegauerat alij vices ſuas in Ciuitate Mediolani.

Tertiò, quòd in omnem euentum dictus Vicarius Papiæ non potuiſſet iuſdicere vti Conſeruator dictorum Monachorum extra Diœceſim Papiæ. d.cap.fin.Felin.in cap.olim.num.3.de except.

Quartò, quòd in dictis priuilegiis non comprehendantur Domini Cardinales.latè Pariſ.conſ.78.num.1.cum ſeq.vol.4.Put.deciſ.195.nu.1.cum ſeq. par.1.Rot.Rom.in nouiſſim.deci.252. par.2.

Quintò, nam facultas Conſeruatorum dicitur expirata per lapſum quinquennij, prout cauetur in Sacr. Concil.Trid. de reformat. ſeſſ.14.c.5.

Cæterùm videbatur reſoluendum pro validitate dicti præcepti, ex quo indubitatum eſt,Monachos C ſterciẽſes eſſe exemptos ab omni iuriſdictione Archiepiſcopi Mediolani, & immediatè ſubiectos eſſe Summo Pontifici,prout patet ex tot notoriis conſtitutionibus, & particularibus priuilegiis Summorum Pontificum, nimirum.Ioan.XXII.Innoc.VIII. Alex.VI. Leonis X. conſtit.4. Pij IV. conſtit.92.Pij V. conſt.38. & Gregor. XIII. conſt. 33. vt in Bullario, & fit mentio per glo.in clem. attendentes. § hoc igitur de ſtatu Monach.fuítque deciſum per Rot.Rom.coram Illuſtr. D.Cardinali Seraphino 1591.26. Iulij. Quinimò dictæ exemptioni Regularis non poſſet tacitè, nec expreſsè renunciare,cũ illa ſit cõceſſa religioni. c.cum tempore. de arbitr. Felin. in c. P.& G.ff.de off.dele.Henriq.in Sum. Theol.mor. de indulg. lib.7. cap.25. num.1.

Et præterea conſtat de claro priuilegio conceſſo dicto Abbati per Clem. V.cum tot ampliſſimis clauſulis circa conſeruatoriam, quod quidem priuilegium præſumitur in dubio legitimè,ac validè conceſſum.l.non ſolùm. ff.de act.& oblig.Pariſ.conſ.70.num. 4.vol.1. Et fuit vſque hodie abſque contradictione obſeruatum in dicta Ciuitate Mediolani, Vnde in dicta quaſi poſſeſſione tuendus eſt Abbas, ac Monachi, etiam durante lite. Caſſad.de priuil.deciſ.6.Lancel.de atten. par.2.c.4.decl.4. num.41. Henriq. in d.c.25.num.6.

Et ad primum obiectum reſpondetur, dictum Abbatem habere facultatem committendi vices ſuas,cum delegatus Principis poſſit ſubdelegare, cap.paſtoralis.& cap.fin.de off. deleg. vbi Doct.

Quòd præſertim verum eſt in dicto Abbate,cum ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. gl. in c.cum cauſam. de appel.Fel.in cap.ſuper.§.ſi verò.de off.deleg.Iaſ.in l.more. numer.2. ff de iuriſd.om.iud.

Et per dictum priuilegiũ Clem.V. fuit expreſsè derogatum d.cap. fin.de offic. delegat. in 6. dum in eo dicitur, [non obſtante conſtitutione Bonifacij prędeceſſoris noſtri, quòd non poſſit alij: vel aliis vices ſuas commit-

tere,&c.] quæ expreſſa derogatio plus debet operari,quàm ſi eſſet tacita. Pariſ.conſ.49.num.5.vol.3.

Ad ſecundum reſpondetur,Delegatum Principis poſſe ſubdelegare non vni tantùm, ſed pluribus vices ſuas etiam in totum commitere. d. c. paſtoralis.Fel.in c.cum te.num.2.de off.deleg. Quod etiam cautum eſt in d priuilegio Clem. V. in illis verbis [alij, vel aliis vices ſuas committere,&c.]

Ad tertium reſpondetur, in d priuilegio Clem.V. expreſsè caueri, quòd poſſit ius dici extra Ciuitatem, & Diœceſim, & in indiuiduo derogari diſpoſitioni d.cap.fin.

Præterea eſt animaduertendum, d. Vicarium Papiæ fuiſſe deputatum Cōſeruatorem generalem, nulla facta mentione alicuius Ciuitatis,aut Diœceſis, vnde eius deputatio non eſt reſtringenda.Becc.conſil.80.nu.12.Surd. deciſ.122.nu.1.& 19.Quinimò d.deputatio eſt intelligenda quoad Diœceſim Mediolani,cum per AbbatemMediolani, in ipſáque Ciuitate Mediolani fuerit facta de anno 1602. Crau. conſ.16. numer.5. & conſ.186 numer. quinto. Surd.conſ.3.numer.vigeſimoquarto.

Ad quartum reſpondetur primò, Dominos Cardinales comprehendi in Conſtitutione generali rationabili, & præcipuè habentes clauſulas prægnantes.vide Felin.in cap.ad aures.numer.11. verſ. octaua concluſio. de reſcript.Put.d.deciſ.195.num.6. Gomeſ. ſuper reg. Cancell. de valore exprim. in impetr.benef. q.1.nu.6. cum ſeq. & de communi opinione teſtatur Caſſad.. ſuper reg.Cancell.deciſ.38.num.5.

Quod præſertim verum eſt hìc, cum priuilegia præfata concernant bonum animarum. Gomeſ. ſuper reg.de reg. de infir.reſign.quæſtio.3, numer.4. & in puncto firmat Henriq. in d.libro 7. cap.24.num.4. & cum in eis non agatur de imponenda pœna, ſed de nullitate actus. idem Gomeſ. ſuper reg. de publ.reſign.quæſt.12.num.4.

Secundò reſpondetur, præfatos Agentes D. Cardinalis eſſe actores, & monachos reos,& cum actor ſequatur forum rei. c. ſi clericus. & ibi Doct. de foro compet. dicti monachi erant conueniendi coram eorum Conſeruatore iudice competente. alioquin omnis citatio, proceſſus, & ſententia coram d.D.Vicario Mediol.fuiſſent ipſo iure irrita, & nulla.latè Henriq. in d. c.25.nu.5.& 8.

Ad vltimum reſpondetur,d.facultatem Abbatis deputandi conſeruatorem eſſe perpetuam, tàm ex verbis apertis dicti priuilegij Clem.V. quàm de iure communi,cum quælibet facultas in dubio præſumatur perpetua. Doct. in l. ſufficit. ff. de cond. indeb. Bart in l.adulterium. §.fin.ff.de adult. Pariſ conſ.90.num.29.vol.2.Menoch. de præſumpt. lib 3. præſumpt.109.numero 9.

Sacrum Concilium Tridentinum autem in allegato cap.5.in fine,excipit loca regularia, & ita ſecundum vſum vniuerſalem obſeruari vidi,& præſertim per alios Conſeruatores aliarum Religionum ipſius Ciuitatis Mediolani.

CASVS LXII.

Donatio facta à volente ingredi monaſterium quando valeat.

QVAMVIS controuerſum ſit apprimè inter ſcribētes,Num donatio, ſiue renunciatio omnium bonorum facta per D.N.mulierem nondum ingreſſam religionem, intuitu tamen

tamen dicti ingreſſus, ſit valida, vel nulla.

Nihilominus ſemper viſa fuit hodie verior,& æquior opinio, quam tenuerunt Molina de iuſt. & iur. diſp. 139. verſ.ambiget rurſus. & Nauar. de donat.conſ.7. lib 3 nempè,quòd ſit nulla,ex quo S. Conc.Trid. ſeſſ.25. de regul.c.16.dat certam formam per verba negatiua, cum clauſula irritante, quæ inducit nullitatem actus ipſo iure. c. pen.de præb.in 6. latè Gabr. de clauſ. concl.3.num.58.lib.6. Et operatur vt dictæ diſpoſitioni renunciari non poſſit.gloſ in c.diſpendia.de reſcrip. in 6. de communi Caſſad. ſuper reg. Cancell.deciſ.12. Gabr. in d.concl.3.num. 18. cùm ſeq. & expreſsè cauetur in d. cap.16.

Nec obeſt, prefatum Concilium in d. cap. 16. loqui in ingreſſo, ſiue ingreſſa religionem, ſed faciente donationem tempore nouitiatus, ſecundùm Menoch. in lib.addit. ad 2.lib.de arbitr.iud.caſ.436 numero tertio. verſic.ſecundus caſus.

Quia cum donatio fuerit facta intuitu ingreſſus, dicitur facta in fraudem dicti Concilij: nam fit fraus mēti eiuſdem Concilij, quæ potius attendenda eſt, quàm ipſa verba. l. non dubium.& ibi Iaſ.num.2.cum ſeq. C. de legib.cap.præterea. de verb. ſignif. Soc.ſen conſilio 92.numer.16.volum. quarto.

Mens autem Concilij fuit prouidere, ne reſtringeretur libertas animi donantis in diſcedendo, vel emittendo profeſſionem.prout dicit Nauar.in d.conſilio 7. & videtur colligi ex eodem met Concilio in d. cap. 16. circa fin. dum vult, Monaſterio ante duos menſes ante profeſſionem donari, aut renunciari non poſſe per ipſum ingredientem, aut ingreſſam, quia ſi velit pœnitere,& egredi, non ita liber erit animus, cum Monaſterium bona donata poſſideat; & ideo à pari ratione prohibere videtur dictum Conciliū, ante prædictum tempus fieri aliquam donationem, quia ſi velit egredi, non ita erit animus liber, cum bona donata ſint penes donatarios:argumentum autem à ſimili in iure validiſſimum eſt.Bero.conſ.4.nu.6. licèt Nauar.in d.cōſ.7. addat aliam rationem, nempè,ne priuarentur Monaſteria omni ſpe ſuccedendi, cum tales donationes ſoleant fieri cum tot ampliſſimis clauſulis.

Et dum replicaretur per Menoch. in d.caſu 436.num.9.tali reſtrictioni, ac præiudicio ſatis eſſe ſuccurſum de iure communi,nam cum talis donatio ſit facta ob cauſam profeſſionis,illa nō ſecuta, donatio erit nulla, & ipſo iure reuocabitur.Natt.conſ.180. numer.5. & 6 Surd. conſilio 445. numero 36. Clar.in §.donatio.quæſtio.25 in princip.

Fuit dictum,adhuc vigere mentem, & rationem dicti Concilij,cum,ſi talis donans vellet diſcedere,non facilis erit recuperatio bonorum, & multa patietur incommoda litium, ſecundum Nauar.in dict.conſ.7.& innuit d. Conc.Trid.d.c.16.in fi.

Præterea dicta donatio dicitur ſimplex,& pura,non autem ob cauſam,iuxta cumulata per Turret.conſ.97.nu. 13.cum ſeq.& 34.volum.1. Præſertim cum intuitus ingreſſus eſſet cauſa de futuro.l.donatio.Cod.de donat.Becc. conſ.20.num.14.

Additur inſuper nullam eſſe conſtituendam differentiam, ſi facta fuerit donatio ante ingreſſum, qui paulò poſt ſequatur, prout in præſenti caſu, vel poſt ingreſſum ipſum, ſecundum glo.in l.Pomponius.§.ratihabitionis.

in verb. conteſtationem. ff. de procurat. & Specul. in tit. de ſatiſd. §. viſo. num. 7. & melius num.10. cum, quæ incontinenti fiunt, cenſeantur ineſſe. l. lecta verſ. dicebam. vbi Iaſ. numer. 104. ff. ſi certum petatur, & paria ſint fieri in actu ipſo, vel ante actum, ſed incontinenti, vt eſt gl.in l.obligari. §. tutor.in verbo, debet.ff.de auctor. tut. & tenet Bart. in l.ſi quia mihi bona.§. iuſſum. num. 3. ff. de acquir. hæred. Rom.in l.ſi mulier. num.13. ff.ſol matrimon.Medic.in tract.de reg. iur. regula 5.num.40.

CASVS LXIII.

Miles S. Lazari an gaudeat priuilegio Can. ſi quis ſuadente.

CVM fuiſſet interfectus G. eques, ſeu miles S. Mauritij, & S. Lazari Hieroſolymitani, à quibuſdam laicis, fuit dubitatum, An dicti interfectores inciderint in can. ſi quis ſuadente. 17. quæſt.4.

Et priuilegiis dictæ militiæ ſedulò inſpectis, ac negocio maturè perpenſo, videbatur reſolutio affirmatiua ſequenda, vti verior, & magis pia, ex pluribus.

Primò, quia in d.cap. fit mentio de monachis, quorum appellatione veniunt religioſi cuiuſcumque generis. Nauar. in Man.cap. 27. num.79. Felin. in c.non dubium. num. 2. de ſentent. excommun. Et præterea nominantur clerici, quorum appellatione in materia fauorabili venit quilibet religioſus. Felin. in d.c. non dubium. num.1. Tabien.in verbo excommunicatio. §. 5.numer.18.Sylu.in d.ver.clericus. §.1. numero primo. Et dicto capitulo. ſi quis ſuadente. dicitur principaliter fauorabile, licèt ſit mixtum cum odio, cùm principaliter ſit factũ in fauorem.c.2.de decim.in 6. Abb.in d.cap.non dubium.num.3.Felin.num. 2.Tabien.in d.§.5.nu.38. & in puncto vide Azor.inſt.mor.lib.13.cap.3.quæſt. 1.& 3 & cap.4.q.4.Cæterùm dicta militia dicitur vera religio inſtituta ad militandũ pro fidei defenſione,ac vniuerſæ Italiæ ſalute, & commodo, vt patet ex Bulla Gregor.XIII. fœlic.record. edita de anno 1572.16.Kal.Octobris. Et ita in puncto firmat S.Thom. in ſecunda ſecundæ quæſt.188.art. 3. & Nauar.de regul.conſ.23.num.3.libro 3. Azor.in d. cap.3. quæſt.1. & cap.4. qu. 4. vbi in terminis pertractat hanc quæſtionem.

Secundò, nam militia Alcantaræ dicitur vera religio, ſecundùm Nauar. in d.conſ.23.num.3.Caualc.deciſio.28. num.47.par.j.Præcipuè cum dicta militia ſit inſtituta ſub regula ordinis Ciſtercienſium. Rot.Rom. in nouiſſ.deciſ.266.par.2.Azor.in d.cap.3.quæſt.2. Vnde idem dicendum eſt de dicta militia S.Lazari vnita religioni S.Mauritij,cum dicta religio S.Mauritij fuerit ſimiliter inſtituta ſub regula Ciſtercienſium, prout legitur expreſsè in d. Bulla Gregor. XIII. Et in vnitis fiat communicatio priuilegiorum. Doct. communiter in l.1.ff.deleg.1.

Tertiò, etenim milites S. Ioannis Hieroſolymitani dicuntur verè religioſi, cum emittant tria vota ſubſtantialia in manibus ſui Superioris ſub regula à S.Sede Apoſtolica approbata. Nauarr. de regul. conſilio 21. numero primo. cum ſequent. & conſilio vigeſimotertio. numero primo. & de conuerſ. coniug. conſilio primo. numero ſecundo. Theſaur. fori Eccleſiaſt. parte prima. capit. decimoquarto. numero decimoſexto. Vnde idem concludendum de præſentibus

militibus,

militibus, qui geſtant crucem, emittunt profeſſionem, & faciunt tria vota, ſcilicet, Charitatis, Obedientiæ, & Caſtitatis coniugalis, in manibus pariter ſui Superioris.

Præſertim quòd Pius IV confirmando de anno 1565. priuilegia religionis S. Lazari exemit ipſam in omnibus caſibus, in quibus eſt exempta religio S. Ioannis Hieroſolymitani, & ſic cum dictæ religiones videantur adæquatæ, ſuccedit illa communis cõcluſio, quòd adæquatus proſequitur priuilegia eius, cui adæquatur, ac iura, & fauores. Pariſ. conſ. 17. num 3. vol. 4. Natt. conſ. 4. vbi declarat.

Nec obſtaret ſi diceretur, ius priuilegiatiuum d. religionis S. Ioannis nõ eſſe extendendum per ſimilitudinem rationis, niſi extenſio fieret per habentem poteſtatem. Abb. in c. canonica. num. 1. de ſentent. excommun.

Tum quia hic non agitur de extendendo iure priuilegiatiuo, ſed iure communi, nimirum d. c. ſi quis. Et in hoc caſu intrat dictum gloſ. in c. cum illorum. in ver. Abbatem. de ſent. excomm. & Abb. in d. c. canonica. num. 2.

Tum quia ex iam dictis patet, potius hic agi de intentione, & compreheſione, quàm extenſione, iuxta dicta per Non. conſ. 17. num. 7. Becc. conſ. 62. num. 17. & Surd. conſ. 25. numero. 39.

Et dum ſupradictæ reſolutioni obijceretur, dictos milites non vouere caſtitatem ſimpliciter, ſed caſtitatem coniugalem, perpetua autem continentia requiritur ad perfectionem religionis, ſecundum Paul. Apoſt. ad Corinth. 7. S. Thom. in d. 2. 2. quæſt. 186. art. 4. qui in fine dicit, dictos milites ducentes vxorem non eſſe ſimpliciter, & abſolutè religioſos, ſed ſecundùm quid, i. in quantum in aliquo participant quædam, quæ ad ſtatum religionis pertinent; & hoc dictum refert Nauar. in d conſ. 23. num. 6. & 8. & Rot. Rom. in d. deciſ. 591. num. 7. par. j.

Fuit replicatum primò, quod ex priuilegio Papæ fuit dictis militibus cõmutatum votum ſolemne caſtitatis in continentiam, ſeu caſtitatem coniugalem, & ex d. commutatione non dicitur mutata regulæ ſubſtantia. Nauar. in d. conſ 23. nu. 11. Rot. Rom. in nouiſſ. in d. deciſ. 266. num. 6.

Secundò fuit reſponſum, obiectum concludere quoad perfectionem religionis, ac illius excellentiam, non autem quoad ſtatum religionis ſaltem ſic inſtitutæ, prout ſic videtur declarare Caiet. in d. q. 186. art. 4. & corroborat ſuum dictum arguendo de diuitijs ad matrimonium. Et videtur etiam poſſe argui ex eo, quod dicitur de Petro Apoſtolo, qui ſocrum legitur habuiſſe. Matth. 8. & refert S. Thom. in d. art. 4 in princ.

Quæ reſpõſio corroboratur, nam in dictis militibus cadit propriè votũ obediẽtiæ ꝙ eſt potiſſimũ, & religioni eſſẽtialius, ſecundũ Greg. 25. moral & S. Thom. in d. quæſt. 186. art. 8 & vide Azor. in d. cap. 3. quæſt 2.

Quartò principaliter adducitur, nã quatenus dicti milites nõ eſſent verè religioſi, tamẽ dicũtur Eccleſiaſticæ perſonæ, & gaudẽt ꝓinde priuilegio d. can. vt in pũcto tenẽt Nauar. & al. j relati per Azor. in d. cap. 3. quæſt. 3 qui licèt nitatur reſtringere in expreſſis à Summis Põtificibus, tamẽ eius dictũ non eſt tenendum, cum in ſimilibus ſit facienda larga interpretatio.

Quod corroboratur, nam priuilegio d. cap. ſi quis. gaudent clerici etiam coniugati. cap. 1. de cler. coniug.

in 6. Nauar. in d. cap. 27. num. 79. S. Concil. Trident. de reform. ſeſſ. 23. cap. 6. item eo gaudebant Beguinæ, quæ ſolùm portabant habitum religioſum, ſecundùm Rot. Rom. in antiq. de iurep. deciſ. 8. Nec non potiuntur ſorores tertij ordinis, quæ habent regulam non propriè quoad dicta tria vota, ſed quendam modum viuendi per Sedem Apoſtolicam approbatum. gl. in clem. j. in verb. obediētiam. de relig. dom. Sylu. in verb. excommunciatio. §. 6. num. 3. & Tabien. in eodem verbo. § 5. num. 20. cū ſeq. vbi inquit, idem poſſe dici de templarijs, & de familia Epiſcopi.

Et poſtremò videtur non modicum facere Bulla Greg. XIIII. ſuper immunitate Eccleſiarum, dum in ea prohibetur iudicibus laicis ſub grauiſſimis pænis, ne contra Eccleſiaſticas perſonas, aut cuiuſuis ordinis, vel militiæ quoquomodo ſe intromittant.

CASVS LXIIII.

Confirmatio Officialis an valeat, vno reluctante.

EXORTA fuit contentio inter Rectorem Eccleſiæ Parochialis loci Octabiani, & Confratres Societatis Sanctiſſimi Sacramenti eiuſdem Eccleſiæ, Nunquid poſſet confirmari Prior dictæ Societatis, vno ex dictis Confratibus reluctante.

Et, negotio bene perſpecto, placuit reſolutio negatiua; Tum per tex. clarum in §. fin. auth. de defenſ. Ciuit. Tū quia ſic vno ore concludunt ſcribentes omnes, vt Felin. in c. cum omnes. nu. 18. verſ. quartò fallit. de conſt. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. hodie tamen. num. 8. verſ. quintò notanter limita. ff. de pact. Rip. in tract. de peſte. in tit. de remed. ad conſeruandam vbertatem. nu. 21. Rom. conſ. 352. num. 11. cum ſeq. Caual. deciſ. 16. nume. 37. par. 2.

Neq; dictis Confratribus profuit dicere, quod aliter fuerit ſeruatum in confirmandis Prioribus præteritis, conſuetudo autem ſeruanda eſt in electionibus, & ſimilibus, Pariſ. conſ. 68. num. 3. vol. 3. & conſ. 97. num. 30. vol. 4.

Primò, quia aſſertæ confirmationes fuerunt nullæ, vti factæ contra ius etiam certum. Non. conſ. 46. num. 8. Becc. conſ. 4. num. 17. & propterea in eis nullum poteſt fieri fundamētum. Doct. in c. ex tenore. de reſcript. Pariſ. in d. conſ. 97. nu. 31. & in propria materia Crau. conſ. 96. Io. de Amic. conſ. 42. num. 3.

Secundò, quia ex dictis actis non poteſt dici inducta aliqua conſuetudo; Tum quia non concurrit lapſus temporis requiſiti ad introducendam talem conſuetudinem. Non. conſ. 48. num. 13. Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 424. nu. 29. cum ſeq. Tum quia non apparet ſuper eis aliquando fuiſſe iudicatum. Doct. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. Pariſ. conſ. 31. num. 44. vol. 4. Maſcard. d. vol. 1. concl. 427. num. 4. Turret. conſ. 38. nu. 39. vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. nu. 13 Et proinde dicendus eſt potius abuſus, ſeu corruptela, quā conſuetudo. c. 1. cum ſeq diſt. 11. Pariſ. conſ. 98. num. 82. vol. 1.

Tertiò, nam conſuetudo non poteſt induci per eos, qui non habent poteſtatem condēdi ſtatuta. Soc. ſen. conſ. 7. num. 8. vol. 1. Gabr. de conſuetud. concl. 5. nu. 3. lib. 6. ſed Confraternitates non poſſunt facere regulas, aut ſtatuta, nec illis vti, ſi ab Epiſcopo non

non fuerint approbata, vt patet.

CASVS LXV.

Literæ penſionis quando ſint intimandæ.

DICEBATVR, R. Stroppam non poſſe excuſari ab incurſu excommunicationis ob non ſolutionem penſionis ſumpta cauſa, quod ſibi non fuerint intimatæ literæ reſeruationis d. penſionis.

Primò, quia ſupponebatur, ipſum perſonaliter conſenſiſſe dictæ reſeruationi, ſecundùm Caſſad. ſuper reg. Cancel. de penſ. deciſ. 2. Gig. de penſ. q. 77. num. 20. & quæſt. 84. num. 2. Præſertim quod perſoluit etiam penſionem ſic reſeruatam pluries, & in diuerſis terminis. Rom. conſ. 369. nu. 9. cum ſeq. & faciunt dicta per Pariſ. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. nume. 107. Becc. conſ. 109. num. 22 Capútaq. deciſ. 317. par. 2. Quod indubitatum videtur hic, cum ſolutiones non fuerint factæ cum proteſtatione. Achil. de Graſſ. deciſ. 11. de penſ.

Secundò, quia in termino probatorio fuerunt productæ in actis d. literæ cum termino ad opponendum, &c. Caſſad. in d. deciſ. 2. nu. 12. & faciunt dicta per Rot. Rom. in nouiſ. deciſ. 104. num. 2. par. j. Et licèt penſionarius ageret per procuratorem, tamen, ſtante eius conſenſu perſonaliter præſtito reſeruationi, ſufficit talis productio, faciunt dicta per Achil. de Graſ. de penſ. deciſ. 5. nu. 10.

Nec obſtat, quod Pariſ. in d. quæſt. 2. num. 141. teſtetur, fuiſſe deciſum per Rot. Rom. vt non obſtante notitia adhuc requiratur intimatio dictarum literarum.

Quia Pariſ. loquitur in priuatione, & canonizatione regreſſus, in qua materia requiritur ſcientia certa, & magis cautè eſt agendum. Achil. de Graſſ. de penſ. deciſ. 5. numero 2. cum ſeq. Præterea hic concurrunt conſenſus præſtitus reſeruationi, ſolutiones plures penſionum, & productio literarum.

Fuit in hoc caſu controuerſum, An foret probãdo ſuperuiuentia penſionarij.

Et videbatur, non eſſe opus tali probatione, cum mors non præſumatur. Benintend. deciſ. 67. num. 4. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 1069. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 83 nu. 6. & lib. 6. præſumpt. 49.

Cæterùm aſſerebatur, aliter ſeruari in Vrbe, cuius conſuetudo extendenda eſt ad alias prouincias, ſecundùm Pariſ. conſ. 25. num. 43. volum. 4. Præſertim cũ ſit rationabilis; Tum quia in literis reſeruationis ſolet opponi clauſula, quoad vixerit, quæ, cum videatur importare conditionem, venit verificãda à penſionario agente. Becc. conſ. 74. num. 13. Tum quia fraudes multæ ſolebant committi in exactionibus penſionum: fraudibus autem eſt obuiandum inquantum fieri poteſt. l. in fundo. ff. de re iud. Grat. conſ. 53. num. 69. vol. 1.

CASVS LXVI.

Executor quando poſſit partes iudicis aſſumere.

SANCTISSIMVS D. N. Paulus V. in literis collationis Eccleſiarum, ſeu capellarum S. Mariæ, & S. Petri ad fauorem D. Seraphini Comitis, manda-

uit D. Vicario Papienſi, vt illum in corporalem poſſeſſionem induceret per ſe, vel alios, inductúmque defenderet, & manuteneret, amotis. ſi litigioſæ non ſint, quibuſlibet. ſi verò litigioſæ exiſtant, illicitis detentoribus, ab eiſque facerent ſibi de eorundem fructibus, & obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi, contradictores auctoritate Apoſtolica appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Dictus prouiſus volens cautius agere, intimare fecit dictas literas cuidam R. Merulo, & verificatis verificandis obtinuit ſententiam fauorabilem immiſſionis cum condemnatione d. Meruli in expenſis.

Super hac facti ſpecie dubitandum proponitur.

Primò, An d. Vicarius vigore d. literarum potuerit partes iudicis aſſumere, & cauſæ cognitionem adhibere.

Secundò. An à dicta ſententia daretur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum.

Tertiò, ſuppoſito non dari appellationem quoad dictum effectum, An eſſet ſuperſedendum ab executione d. literarum, cum ad inſtantiam d. Meruli fuiſſent poſt latam ſententiam intimatæ quæ iam literæ inhibitoriales D A.C. ſuper iactationibus, & moleſtationibus, in forma, &c.

In primo dubio placuit reſolutio affirmatiua, quam tenent gl. in clem. vnica. de off. deleg. Innoc. & alij. in cap. fin. de præſumpt. Lap. alleg. 15. num. 8. Rot. Rom. in nouiſſ. par. 2. in practicabilibus. num. 16. fol. mihi 791. & in antiquioribus, de reſcript. deciſ. 7 num. 3.

Et quæ opinio videtur indubitata hic.

Primò ſtãte clauſula. [Amoto exinde quolibet illicito detentore,] quæ exigit obſeruantiam ordinis iudiciarij, ſecundùm Bal. in rubr. extra, de off. deleg. col. pen. præſertim cum non præceſſiſſet ſententia, neque cognitio aliqua coram S.D.N. Abb in c. de cætero. num. 8. Felin. num. 9. de ſent. & re iud. Addit. ad Lap. in d. allegat. 15. num. 6. Achil. de Graſſ. ſuper reg. de trien. deciſ. 6. per tot.

Secundò attenta clauſula illa, [defendat inductum.] Rebuff. in praxi benef. in rubr. forma nouæ prouiſionis. ver. & defendat inductum Staffil. de lit. grat in tit. de vi, & eff clauſ. ver. ſequitur poſtmodum num. 1.

Tertiò facit clauſula. [contradictores, &c.] quæ dat iuriſdictionem non ſolùm inter partes, ſed etiam contra extraneos cõtradicẽtes. Staffil. in d. tit. de vi, & eff. clauſ. verſic. ſequitur poſtmodum num. 4. Rebuff. in d. rubr. forma nouæ prouiſ. verſ. contradictores. Abb. in c. Abbatẽ. n. 4 de reſcript. Put. deci. 271. n. 6. par. 3. Pariſ. de reſig. benef lib. 8. qu. 7. num. 161. cum ſeq.

Nec ambigebatur, d. Merulum eſſe merum intruſum, indebitè reſiſtentem, ac contradictorem de facto, cum Vitudonus reſignans ad fauorem d. Seraphini, titulum, ac poſſeſſionem haberet legitimam, ac ſententiam pro ſe fauorabilem D. Vicarij Margarutij iudicis delegati tranſactam in iudicatum.

In ſecũdo dubio dicebatur, dari appellationẽ quoad vtrumque effectum.

Primò quia d. Merulus allegabat habere poſſeſſionem ſaltem coloratam, & ſuper hoc videbatur tota lis pendere. Rebuff. in d. rubr. forma nouæ prouiſ. verſ. amoto exinde. Staffil. in d. tit. de vi, & effectu clauſ. verſic. vlterius ſciendum eſt. num. 3.

Secundò, quia grauamen ob adhibitam cauſæ cognitionem dicitur iudiciale, faciunt dicta per Rot. Rom. in d. par. 2.

d.par.2.in practicab.num.16.& in antiq. deciſ. 56. Put. d. deciſ. 271. numero.1.

Cæterùm ſuper hoc non fuit datum reſponſum ob clauſulas tàm prægnantes, & fauorabiles inſertas in dictis literis; præſertim ob clauſulam [appellatione remota] de qua latè per Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 8. per totum. & præſertim. numero.5

In vltimo proponebatur , non eſſe ſuperſedendum.

Primò , quia hic fuit actum iudicialiter,& d.literæ inhibitoriales ſunt limitatæ , nempè , quoad moleſtiam non tamē iudicialem.vulg.l. in agris. ff.de acq.rer.dom.& faciunt dicta per Pariſ.conſ.106. num. 10. cum ſeq.vol. 4. & Lancell.de attent. par. 2.cap.20. lim.13 & 16.

Secundò,quia videtur ceſſare iuriſdictio A.C. in præſenti caſu, cum d. Vicarius eſſet executor literarum Apoſtolicarum, iuxta dicta per Lancel. in d.c. 20. lim. 11. 20.& 26.num.3.& melius ampl.11. num.17. dum dicit, quod regulariter Auditor Cameræ in beneficialibus iuriſdictionem non habeat.

Tertiò,nam,quando cauſa eſſet inſtructa , ſimiles inhibitiones non habent locum,ſecundùm Lancel. de attent.d. par.2.cap.10. num. 16. & cap. 20. ampl. 13. Hic autem fuerat iam prolata ſententia.

Verùm D.Vicarius voluit quoad ſe abſtinere ab executione; Tum ob reuerentiam dictarum literarum; Tum ex cumulatis per Lancel. in d. par. 2. cap.20.ampl.6.Tum ob quandam cōcordiam ſecutam inter d. Vitudonum, & Merulam, quæ licèt oſtenderetur non fuiſſe ſortitam effectum ſaltem in termino præfixo,tamen videbatur ſatis vrgere, vt diceretur cōtradictor de iure.

CASVS LXVII.

Delegatus Principis quando poſſit ſubdelegare.

R.N. orbatus oculo Canonis cupiens ad ſacros ordines promoueri obtinuit literas diſpenſationis à S.D. N. directas Reuerendiſsimo D. Epiſcopo Therdoneñ. ſub hiſce verbis [*Committimus,& mandamus,quatenus,inſpecto, & conſiderato diligenter per te ipſum defectu prædicto,ſi talis nō ſit,& tanta deformitas exinde non proueniat, quæ ſcandala generet in populo, aut diuinis præſtet impedimentum,ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, cum eodem exponente diſpe..ſes, &c.*] Dictus Epiſcopus ſtante ſuo legitimo impedimēto commiſit executionem dictarum literarum ſuo Vicario Generali,qui videret, expediret, & exequeretur iuxta tenorem illarum, &c.

Fuit dubitatum , An dicta ſubdelegatio valeret.

Et pro negatiua opinione adducebatur.

Primò nam illa verba,per te ipſum, dicuntur perſonaliſſima. l.j §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſeſ. Surd. conſ. 53. numero 7. & deciſ. 210. numero 18.& quod proinde impediant d. ſubdelegationem , firmarunt expreſsè Abb. in c.fin. §.1.numero primo & 6. Felin. numero 3. de off. deleg. Marant. de ord. iud.. par. 4. verſ.an ſit iudicium ordinarium. numero 27. Iaſ. in l. à iudice. numero. 11. verſ. ſextò limita.C.de iud. vbi ampliat,etiamſi partes cōſentirent. Menoch. de

præſumpt.lib. 2. præſumpt. 31. num. 6. & 9.

Secundò, quia ex pluribus verbis dictarum literarum cenſetur electa induſtria perſonæ, vz, Primò ponderando verbum illud, mandamus. gl. communiter approbata, in l. ſæpè. ff. de off. præſid. Marant. ibidem in d. num. 27. Secundò ponderando verba illa, conſcientiam tuam oneramus. Abb. in d. c. fin. §. 1. num. 7. Felin. numero 2. Iaſ. in d. l. à iudice. num. 11. verſ. quintò limita Marant. d. nu. 27. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 68. num. 12. & d. præſumpt. 21. num. 16. Tertiò, cum agatur de re graui, quo caſu prohibita dicitur ſubdelegatio, licèt extaret etiam clauſula, per te ipſum, vel perſonaliter. Abb. in d. cap. fin. §. 1. num. 6. Felin. num. 4. Capic. deciſ. 151. nu. 6. Menoch. de arb. iudic. lib. 1. quæſt. 54. num. 7. cum ſeq & quæſt. 68. nu. 15. & de præſumpt. d. lib 2. præſumpt 21. num. 4. lib. 6. præſumpt. 92. nu. 13. & in puncto, quando agitur de diſpenſatione cum irregulari, vt hic, vide Abb. in d. c fin. §. fin. num. 2. vbi addit, hoc eſſe tenendum menti, quia ſæpe accidit.

Tertiò principaliter allegabatur pro dicta opinione, nam videtur hic conceſſum nudum tantùm miniſterium. d. c. fin. §. fin. qui tex. exemplificat in diſpenſatione cum irregulari, & ibi Abb. & Felin. Præſertim cum hoc miniſterium eſſet induſtriale.

Pro affirmatiua autem opinione dicebatur conſiderabile.

Primò, quod in dicta ſubdelegatione interuenerit conſenſus impetrantis. d. c. fin. §. 1. ibi, dummodo partes conſentiant. Menoch. in d. præſumpt 21. num. 18. & quamuis hic non dentur partes, ſed ſolus impetrans, tamen idem eſt dicendum, cum eadem militet ratio, quæ attendenda eſt. Bart. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. Turret. conſ. 76. num. 25. vol. 1. Becc. conſ. 62. num. 16. Rol. conſ. 14. nu. 26. volum. 3.

Secundò, quia in dicto Epiſcopo non poterat verificari verbum illud, inſpecto, ob eius notorium impedimentum, vnde potuit ſubdelegare. faciunt dicta per gloſ. in c. cum Epiſcopus. de off. ord. in 6. in verbo, capere. quam ſequitur Felin. in d. c. fin. §. 1. num. 2. verſ. declara primò. Et d. impedimenti notorij præſumitur ſcientia. l. regula. §. & facti. ff. de iuris, & facti ign. Becc. conſ. 6. nu. 14. & conſ. 15. num. 10.

In hac diuerſitate opinionum fui voti, tutius eſſe abſtinere à ſubdelegatione, cum hic concurrant tot clauſulæ importantes induſtriam perſonæ quæ ſimul iunctæ debent plus operari. gloſ. in l. 2. ff. de excuſ. tut. Crau. conſ. 143. num. 12. Becc. conſ. 47. nu. 4. Et cum præſertim allegatum impedimentum Epiſcopi non conſtaret fuiſſe notum Papæ.

CASVS LXVIII.

Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis poſſit habere duo beneficia diſformia ſub eodem tecto.

CVM R. Taronus Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ Valentiæ fuiſſet præſentatus ad beneficium ſimplex in eadem Eccleſia ſitum, coram D. Epiſcopo Papiæ, contigit dubitari, An eſſet inſtituendus.

Et fuit reſolutum, poſſe inſtitui, & confirmari, cum Epiſcopus valeat diſpenſare, quod quis poſſit ſub eodem tecto habere duo beneficia, quæ ſint diſfor-

difformia. Rebuf. in praxi benef. in tit de diſpenſatione ratione ætatis. num. 14. verſ. & quamuis Epiſcopus. Staiijl. de lit. gratiæ. in titu. de ſecunda forma expectatiuarum. numero 5. vbi reddit rationem, quia in difformibus non lęditur Eccleſia, nec frangitur numerus inſeruientium Mandoſ. de ſignat. gratiæ. in tit. diſpenſatio ad beneficia ſub eodem tecto. fol. mihi 43. Flam. Pariſ. de reſign. benef. libro tertio, quæſtio. 1. num. 128. Hoied. de benef. incompatibili. par. 1. cap. 11. num. 4. Theſau. fori Eccl. par. 2. c. 23. nu. 55. vbi teſtatur, ſic fuiſſe deciſum per Sacram Congregationem.

Quod autem Canonicatus d. Taroni, & præfatum beneficium eſſent diſſimilia, & difformia, firmant in puncto Lap. alleg. 116. nu. 5. & ibi addit. Mandoſ. in d. loco. Pariſ. in d. quæſt. 1. num. 128. Hoied. in d. tract. par. 1. cap. 20. numero 15.

Benè verum eſt, quòd eſſet probanda tenuitas dicti Canonicatus, prout fuit probata, nam aliàs obſtarent diſpoſita per S. Conc. Trid. de refor. ſeſſ. 24. cap. 17. Vide Theſau. fori Eccl. in d. cap. 23. num. 55. Caualc. deciſ. 32. numer. 13. & deciſ 33. numer. 6. Pariſ. d. quæſt. 1. num. 141. & Hoied. d. par. 1. c. 19.

Quamuis aliqui teneant, d. S. Conc. Trid. non habere locum in beneficiis de iurepatronatus, & ita pluries fuiſſe deciſum per Sacram Cōgregationem, quod ſuaderi videtur, cum dictum Cōcilium vtatur verbo, conferri, quod propriè reſpicit beneficia libera. Paul. de Cittad. de iurep. par. 6. art. 3. nume. 82. cum ſeq.

Et ad comprobationem accedit, nam Gregor. XIII. fœl. record. declarauit, beneficia iuriſpatronatus non comprehendi in §. cæterùm. contento in Conſtitutione Pij V. relaxante prohibitionem de non admittendis reſignationibus, quo §. prohibetur Epiſcopis, beneficia in eorum manibus reſignata, eorum, aut reſignantium affinibus, conſanguineis, vel familiaribus conferre, prout de hoc vidi atteſtationem Illuſtriſſimi D. Cardinalis Matthæi cum eius ſigillo.

CASVS LXIX.

Eccleſia Curata an poſſit reduci in ſimplicem per Epiſcopum.

REDVCTIO Eccleſiæ Curatæ S. Mariæ Zuardi in beneficium ſimplex facta per Epiſcopum N. videbatur nulla.

Primò, quia per S. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de reform. expreſsè prohibetur talis reductio, & dictæ Conſtitutioni Conciliari non diceretur per clauſulas generales Papæ derogatum, nam Conciliaris Conſtitutio tacitè cōtinet clauſulam derogatoriam. Archid. in cap. 1. de conſt. in 6. Caputaq. deciſ. 268. num. 3. par. j.

Secundò, quia conditiones beneficij iuriſpatronatus non poſſunt in totum, & perpetuò tolli, ſiue immutari ab Epiſcopo, etiam cum conſenſu patronorum. Bero. conſ. 5. numero 6. & 60. vol. 1. Roch. de Curte, de iurepatr. in verſ. pro eo, quod de Diœceſ. conſenſu, numero 32.

Quod præſertim verum eſt, ſi dictæ conditiones reſpicerent honorem Dei, & ſalutem animarum, vt hîc. Roch. ibidem, numero trigeſimo. in fine. Lamber. de iurepatron. libro tertio, quæſtion. quinta princip. articul. tertio, numero quinto. Et ratio efficax eſt, ſecundùm eundem Lāb. in d. tract.

lib.2. par.1. quæſt.7. princ.art.30. nu.6.& 16.cum ſeq. quia illæ conditiones ſunt obſeruabiles, cum ſint extra iuſpatronatus.

Tertiò, quia in dicta reductione nõ fuerunt ſeruata ſeruanda, nimirum, nõ fuerunt citati Parochiani loci, neque Capellani eiuſdem Eccleſiæ. faciunt dicta per Rot.Rom.in nouiſſ.de rebus Eccleſ.non alien.deciſ.1.

Non interuenit tractatus, qui requirebatur, cum dicta reductio videatur ſapere alienationem.c.ſine.12.quęſt.2. Rot. Rom. in d. deciſio.1. & in antiquior. eodem tit. deciſ.1. & in nouiſſ. par.2. in rubr.practicabilia Rot.Rom. de vnione.num.8.vbi declarat.

Neque cauſæ, ob quas fuit dicta reductio facta, præſumuntur veræ, ſecundùm Oldrad. conſil.261. & Rot. Rom.in d.rub. practicabilia. de vnione.num.6.Quinimò dicebantur falſæ, cum Parochianorum eſſet maior numerus, & reditus dictæ Eccleſiæ longè maiores, Vnde ſaltem venit dicta reductio annullanda. Rot.Rom. in antiquior. d.deciſ.1. cum ſeq.in nouiſſ.de confirm.vtili.deciſ.2. & in d.rubr.practicabilia de vnione.num.2.

Accedit, cum dicta reductio fuerit facta ad inſtantiam Dominorum de Vaſſallis, de quibus non modicum dubitabatur, an eſſent veri, & legitimi patroni, præſertim cum in aſſerta donatione iuriſpatronatus eis facta non interueniſſet conſenſus Ordinarij, ſaltem viuente donante. Lambert.de iure p.lib.1.par.2.q.1.princ.art.17.num.1. & 10. vbi dicit, ſic obtinuiſſe in facto.

CASVS LXX.

Clericus criminoſus quando poßit renunciare beneficium.

PROPONEBATVR, nullum ius competere R.S.in beneficio S.Michaelis ex aſſerta quadam reſignatione ſibi facta per R.P.

Primò, quia in dicta reſignatione non fuit facta mentio proceſſus criminalis incepti contra dictum reſignantem.Menoch.de arb.iud. libro 2. cent. 3.caſ.202.num.37.Pariſ.conſ.136.num. 38.volum.4.Flam.Pariſ.de reſign. beneſ.libro 3.quęſt.16. numero 24. cum ſeq.

Idque indubitatum dicitur in præſenti caſu. cum eſſet iam concluſum in cauſa. Flam. Pariſ. in d. quæſtio.16. num.46. vbi reddit rationem, quia tũc dicta reſignatio dicitur doloſa, & malitioſa, præſertim ſi in fauorem certæ perſonæ facta ſit. Couar. in clem.ſi furioſus.2.par.relect.§.3. numer.7. circa finem.de homicid.

Secundò, quia, vt aſſeritur, per aliquot dies ante reſignationem dictus reſignans fuerat dicto beneficio priuatus per ſententiam ſui Ordinarij, & propterea illud dicebatur vacare per priuationem. Put. deciſione 233. parte ſecunda. & ſucceſſiuè eſt reſeruatum Papæ, ſecundùm Pariſ. in d. quæſt.16. numero 27. Mandoſ. de ſignat.grat.in rubr.priuationes verſ.an autem priuatus. vbi declarat. & reſignatio dicitur facta in fraudem pœnæ. Rot.Rom. in antiquior.de ſent.& re iud.deciſ.5.numero 4.

Neque dubitandum eſt, beneficio quempiam clericum poſſe priuari ob homicidium à ſuo Ordinario. cap. clericis.Ne clerici, vel Monachi.cap.ex literis.de exceſ.prælat.Rebuff.in praxi beneſ. in rubric. de modis amittendi beneficia.numero 50. Farin. de delict. quæſtione 19. numero quadrageſimoſecundo. Diaz. in pract. crimin. Can. capit. 97. & capit. 133. Couar. in d.

in d.§.3.nu.7. Quod verum eſt, etiam ſi priuandus fuiſſet prouiſus à Papa, ſecundùm Capel. Thol.q.293.

Prout non eſt hæſitandum, ex actis plenè conſtare, dictum reſignantem duo patraſſe homicidia, & quamuis ſecundus ad mortem vulneratus non obierit, tamen adhuc dicitur commiſiſſe homicidium, ex quo animo cum occidendi vulneraſſe præſumitur attenta qualitate armorum, nempè ſclopo rotato, ac aliis circunſtantiis facti ponderatis. l.1.§. Diuus. ff. de ſicar. Boſ. de homicid. numero vigeſimo. Clar. in §. homicidium, verſic. ex propoſito. Farin. de carcer. quæſt. 28. numero vigeſimoquinto.

Quinimò primum proditoriè occidit, ſecundum autem ex inſidiis vulnerauit, prout clarè colligitur ex proceſſu vide Clar. in d. §. homicidium. verſ.& inſidiis. cum ſeq. quibus ſtantibus poſſet rationabiliter ſuſtineri, fuiſſe ipſo iure præfatum reſignantem priuatum beneficio, ſecundùm Anch. conſ.158. colum.3. Abb. in c. at ſi clerici. num.39. & ibi addit. de iud. Felin. in c. inquiſitionis. num.5. de accuſa. quos cumulat Gabr. in conſ.196. num.4. volum.1 & Addit. ad Diaz in cap.95 & c. 97. nu.3. Rebuff. in d. rubr. de modis amitten. benef. nu.41. faciunt dicta per Farin. in d. quæſt.28. numer.24. & Decian. in tract. crim. tom.2. lib.9. cap.18. num.12.

Neque huic ſecundo fundamento dicitur obſtare, quòd dicta ſententia priuationis ſit lata ob contumaciam, & propterea ſit reuocabilis, & non priuet. Rot. Roma. in nouiſſim. deciſ.68. num.3 par.1.

Quia aſſumptum verum eſt, quando priuatio eſſet facta ob contumaciam tantùm, ſecus ſi ob delictum, & contumaciam ſimul eſſet facta, vt hìc, prout declarauit Rot. Rom. in d. deciſ.68. nu. 4. & deciſ.523. num.2. par.1. Farinac. de inquiſit. quæſt.11. numer.91. cum ſequ. vbi congerit aliquas deciſiones Rotæ Rom.

Poſtremò, dum d.R.S. vellet ſe iuuari ex alio titulo; Et adduceret abſolutum eſſe in iure, multiplicationem titulorum admitti in beneficialibus. Pariſ. conſ.118. num.2. volum.4. Flam. Pariſ. de reſign. benef lib.11. quæſt.2. numero 26.

Primò fuit replicatum, alium titulum allegatum eſſe nullum pluribus de cauſis, de quibus per Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ.82. par.3. libro 3. & propterea ei non prodeſt ſecundùm eundem Pariſ. in dict. quæſtio 26. numero 25.

Secundò, aſſumptum verũ eſſe quoad ſe defendendum, non autem quoad agendum. Felin. in cap. in noſtra. num. 2. de reſcript. Lambert. de iurepatron. lib 2. par.3. quæſt.2. princ. artic.18. numero 1.

CASVS LXXI.

Præceptum quando reſoluendum ſit in vim ſimplicis citationis.

PRAECEPTVM inhibitorium intimatum quibuſdam clericis de nõ turbando, & moleſtando Dominum N. in ſua poſſeſſione, videtur, ſtante comparitione dictorum clericorum, eſſe omninò reducendum ad viam iuris, ſecundùm Veſtr. in praxi. lib.7. ca. 1. num. 3. & ita vbique practicari vidi: regulariter enim de iure non licet incipere à præceptis. Farin. de delict. qu. 18. nu.54. Turret. conſ.90. nu.16. vol.1. aliàs poſſet dictum præceptũ vti nullũ impunè ſperni. Sur. dec.7. n.3 pſertim cum in eo non legatur clauſula iuſtifi-

catiua. Iaſ. in l. nec quicquam. nume. 5. ff. de off. Proconſ. Quod verum omninò eſſet, quoad continuandam poſſeſſionem. Veſtr. in d. c. 1. nume. 21. Parіſ. conſ. 39. numero 8. & conſil. 41. numero 35. volumin. 1. Caputaq. deciſion. 51. part. 1.

Accedit, nam talia præcepta per cõparitionem partium reſoluuntur de iure communi in vim ſimplicis citationis. Iaſ. in d. l. nec quicquam. num. 5 Pariſ. conſ. 113. num. 1. volu. 4. Oſaſch. deciſ. 86. numero 7. & de receptiori opinione teſtatur Veſtr. in d. cap. 1. numero 21. & multos citat Gabr. de citat. concl. 1. numero 375. cum ſequent. libro 2.

Quod declara verum eſſe, quando in præcepto eſſet inſerta clauſula iuſtificatiua. Rot. Gen. deciſ. 28. num. 12. aliàs tutius foret obtinere reductionem ad viam iuris, cum præceptum inhibitorium, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum ſemper timendum ſit, iuxta cumulata per Put. deciſ. 121. pat. 1. & Lancel. de atten par. 2. cap. 20. num. 2. cum ſeq. vbi reddit rationem.

Neque obeſt, quòd in his, quæ ex officio fiunt ad euitanda ſcandala, & timorem armorum, iudex poteſt præciſe cogere ad parendum etiam per capturam Ioan. de Arnic. conſ. 35. & ſequeſtrum. Pariſ. in d. conſ. 41. num. 36. vide Gail. obſer. 13. lib 1. & Contard. in l. 1. verſ. quinta ratio decidendi. nu. 1. cum ſeq. & num. 8. C. ſi de moment. poſſeſ.

Primò, quia id verum eſſe dicebatur, ſi ſuper dictis timore, & ſcandalis eſſet prius capta ſummaria informatio, citata tamen parte, ne aliàs aperiretur via fraudibus fingendo ſupradicta ſecundùm Pariſ. in d. conſ. 41. num. 31. & 35. Benintend. deciſ. 73. numero 3. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 6. num. 14. & 18. vbi declarat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 13. num. 10. Contard. in d. l. 1. verſ. quinta ratio decidendi. num. 10. cum ſeq.

Verùm hoc declara non procedere, quando periculum eſſet in mora, nam tunc non requiritur partis citatio. Cõtard. in d. l. 1. verſic. quinta ratio decidendi. num. 13. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. fin. num. 31. in fine. Præſertim ſi lis non eſſet mota, ſecundùm eundem Menoch. in d. remed. fin. nu. 33. ſeu procederetur ex officio, ſeu de eo exequendo, prout exemplificat Felin. in cap. ſi quando. num. 8. de reſcript.

Secundò, quia imminentibus dictis ſcandalis, & timore, iudex debet ad ſe aduocare poſſeſſionem, ſeu ſequeſtrare illam pænes tertium. Plot. in l. ſi quando. num. 97. cum ſeq. C. vnde vi. Menoch. in d. remed. 6. nu. 32. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. ampl. 2. num. 4. & cap. 12. ampl. 7. num. 1. & lim. 12. nu. 22. Contard. in d. l. 1. verſic. quinta ratio decidendi. num. 5. & Benintend. in d. deciſ. 73. num. 2.

Sed non eſſet deueniendum ad dictam aduocationem, ſiue ſequeſtrum, quando vnus tantùm poſſideret. Benintend. in d. deciſ. 73. num. 5. Menoch. in d. remed. 6. num. 27. Contard. in d. l. 1. verſ. quinta ratio decidendi. nu. 14.

Similiter non obſtat, quòd quando conſtat de iuſtitia præcepti, tunc illud non ſit reducendum ad viam iuris. Plot. in d. l. ſi quando. numer. 102. cum ſeq. & idem ſi pro eo præſumatur, vt per Felin. in d. c. ſi quando. num. 8. de iuſtitia autem dicti præcepti allegabatur conſtare, tàm ex viſitatione loci, quàm ex informationibus ex officio aſſumptis.

Quia, cum ſupradicta proceſſerint parte inaudita, & abſque cauſæ cogni-

tione,

tione, non videtur poſſe conſtare de iuſtitia præcepti, ſed potius de nullitate. Pariſ. in d. conſil. 41. num. 23. Quod intellige iuxta dicta per Menoch. in d. remed. fin. num. 33.

CASVS LXXII.

Conductor eſt cogendus ad ſoluendam penſionem pendente lite.

ALLEGABATVR, concedendam eſſe omninò licentiam exequendi R. Marino Canonico S. Iuuentij pro penſionibus decurſis domorum canonicalium contra R. L. inquilinũ, cum tàm de locatione, quàm de ſolutionibus aliarum penſionum factis ſuo anteceſſori plenè conſtaret publicis inſtrumentis, quæ probare contra cõductorem abſolutiſſimum eſt in iure. Bald. in c. cum veniſſet. de reſtit. ſpoliat. Natt. conſil. 672. num. 20. Quod omninò indubitatum foret, ſi ageretur actione perſonali. l. ſi quis. C. locati. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 541. num. 7.

Et quamuis lis pendere aſſereretur in & ſuper dictis domibus inter d. Marinum ex vna, & R Bigonum Concanonicum ex altera, Nihilominus dictum fuit, adhuc d. conductorem cogendum eſſe ad ſolutionem fictorum. Menoch. de recup. poſſeſ. remed. 11. numer. 23. cum ſeq. Præſertim quòd d. Marinus obtulit præſtare cautionem de releuando eum indemnem. Menoch. in d. remed. 11. num. 25.

Et dum obiiceretur, d. Bigonum cum auctoritate iudicis Eccleſiaſtici apprehendiſſe poſſeſſionem dictarum domorum, eaſdémque ſtatim d. L. locaſſe, faciunt notata per Menoch. in d. remed. 11. numero quadrageſimoſecundo.

Primò fuit reſponſum, ex circunſtantiis aſſertæ locationis argui dolum dicti inquilini, & proinde ex ea non præiudicari iuribus d. Marini, quinimò ipſum inquilinum teneri ad omnia etiam damna, l. fin. C. de acq. poſſeſ. Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 14. numer. 40. Put. deciſio. 131. numero 4. par. 2.

Secundò fuit dictum, nullam fuiſſe per d. Bigonum apprehenſam poſſeſſionem, ex quo non expulit inquilinum de dictis domibus, l. perægrè. & ibi Doct. ff. de acq. poſ. Gozad. conſil. 86. num. 10. Surd. conſil. 117. num. 10. Honded. conſil. 20. num. 16. Gram. deciſ. 51. num. 1. Turret. conſ. 68. num. 14. volum. 1. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 645. in fine. par. 1. Neque eiecit res, & bona d. Inquilini, quod etiam requirebatur, vt de iure cenſeretur poſſeſſio acquiſita. Alex. in d. l. perægrè. §. quibus. num. 3. Bero. q. 47. num. 7. Menoc. in d. remed. 14. num. 17. Benintend. d. deciſ. 93. num. 3. Put. d. deciſ. 131. numero 1.

Et auctoritas iudicis non fuit viſa conſiderabilis, cum ipſe proceſſiſſet poſſeſſore incitato, & ſine cauſæ cognitione, & ſic vti priuatus. Menoch. de recup. poſ. remed. 8. num. 19. & de adip. poſſeſ. remed. 6. num. 28. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. quæſt. 10. numer. 15.

Dum poſtremò opponeretur, anteceſſorem d. Marini ſpoliaſſe aliàs de facto de dictis domibus anteceſſorẽ d. Bigoni, & propterea d. Marino non competere remedium reintegrandæ. l. 1. §. eum. l. qui poſſeſſionem. ff. de vi, & vi arm.

Fuit replicatum, de primo ſpolio non conſtare, ſed in omnem euentum vltimum ſpolium commiſſum à d. Bigono eſſe de iure purgandum. latè

Menoch de recup.poſſ.remed. 1.num. 382.cum ſeq. Præſertim quòd anteceſſor d. Marini per plures annos pacificè dictas domos poſſedit, penſionéſque à dicto inquilino recepit, quę poſſeſſio abſque noua apprehenſione continuata fuit in d. Marinum ſucceſſorem. Bart. in l. cum hæredes. ff. de acquir.poſſeſſ. Natt.conſil.562.nume.18. Pariſ.de reſignat.benef. lib.10. quæſt. 4.num.5. cum ſeq. & faciunt dicta per Menoch. de retinen.poſſeſſ. remed.3. num.259.cum ſeq.

Quamuis poſſet ſuſtineri, d. Marinum apprehendiſſe poſſeſſionem dictarum domorum, nam capta poſſeſſione beneficij cenſetur apprehenſa poſſeſſio omnium rerum ad beneficium ipſum pertinentium. Couar. var. reſol.lib.3.cap.15. Pariſ.in d.lib.10.qu. 6.num.53. Menoch. de retinend.poſ.d. remed.3.num.135. Maſcard. de probat. volum.3. concl.1184.num.6.cum ſeq.

CASVS LXXIII.

Beneficio venit priuandus irregularis, & periurus.

RECTOR N. videbatur priuandus beneficio.

Primò, quia dicebatur irregularis, ex quo in excommunicatione celebrauerat Sacrum. cap 2. de cler.excomm. Quod ampliatur, etiamſi excommunicatio eſſet occulta. Nau.in Man. ca.27. nu.244. Henriq.in Sum.Theol.Mor. lib.14. de irregul. c.7.num.1. & de excom.c.7.num.1. Comprobatum eſt autem in iure, irregularem eſſe priuandum beneficio. cap. 6. de cler. excom. Pariſ.de reſign.benef. lib.5. quæſtio 3. num.183.

Et licèt allegaretur, d.Rectorem obtinuiſſe quandam abſolutionem à Papa quoad cenſuras, tamen non cenſeri diſpenſatum dicebatur ab irregularitate, cum dicta diſpenſatio expreſsè fieri debeat. Sot. de iuſt.& iure.lib 5.q. 1.artic.4. Nauarr. in d.c.27.nu.254. Pariſ.de reſign. benefic.libro 8. quæſt.7. num.113. Henriq d.lib.14 c.17.num.4. & de indulg c.20.num.6. & ita in Vrbe ſeruari teſtabatur quidam magnus practicus.

Secundò, quia dicebatur periurus, cum alienaſſet bona aliqua d. Rectorię contra iuramentum per ipſum pręſtitum de non alienando dicta bona inconſulto Romano Pontifice. Theſau.fori Eccl.par.1.ca.15.num.62. vide Creſcent.de iureiur.deciſ.3. Cæterùm periurus venit priuandus beneficio. c. Presbyter.81. diſt. Abb. in c.2. de reſcript. Diaz pract.crim.Can.c.93. & ibi addit.

Et quamuis dictus Rector ad effugiendam talem priuationem allegaſſet D.Vicarium ſuſpectum. Tamen non fuit auditus ex pluribus, & præſertim cum dictus Rector iam conceſſiſſet in d. Vicarium, ac fuiſſet concluſum in cauſa. Natt.conſil.152.num.9. Maſcard. de prob. volum.2. concl.943. num.34. Præterea in omnem euentum eſſet d. Vicario vti Ordinario dandus adiunctus tantùm. Natt. in d. conſilio 152. num.6. Felin. in c. paſtoralis. num.17. de except. Theſau.deciſ.255. numer.2. Rot.Rom.in nouiſſ.de reſcript. deciſ. 3.num.6.&, talem eſſe ſtylum Signaturæ, teſtatur Staph.de lit.iuſt.verſ. dantur literæ. num.3. Sbroz.de offic. Vic. libro 3. capit. decimoquarto. numero decimoquinto. Marcheſ. de commiſ. vtriuſque ſign.par.1. Commiſſ.3. cap.1. num.20.

Nec ambigendum erat, d. Vicarium eſſe Ordinarium etiã in quibuſcuque

cauſis,

cauſis, cum eius literæ patētales eſſent ampliſſimæ. Sbroz. de off. Vic. lib. 2. q. 55. num. 37. Creſcent. de off. Vic. deciſ. 1. num. 15. vide Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 297. par. 2.

Videbatur etiam d. Rector condemnandus ad reſtitutionem fructuum perceptorum ex dicto beneficio, dum in excommunicatione permanſit. cap. paſtoralis. §. verùm. de appel. Henriq. in d. Sum. lib. 7. cap. 36. num 1. Put. deciſ. 280. par. 1.

Quod præſertim verum eſt, ſi eſſet denunciatus excommunicatus: quamuis Rebuff. in c. poſtulaſti. num. 34. de cler. excom. miniſt. teſtetur, de conſuetudine aliter obſeruari.

CASVS LXXIV.

Publicatio excõmunicationis quãdo ſit attentata.

DICEBATVR attentata denunciatio, ſiue publicatio excommunicationis facta poſt literas inhibitoriales Delegati Apoſtolici, & ſucceſſiuè ante omnia reuocanda. ca. non ſolùm. de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. c. 20. in præfat. num. 226. cum ſeq. & par. 3. c. 30. num. 33. Quod verum eſt, etiamſi eſſet confirmanda ſententia excommunicationis. Oſaſch. deciſ. 35. Lãcell. in d. c. 20. ampl. 17.

Nec obeſſe addebatur, quòd dictæ literæ non fuerint intimatę parti. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 1. nu. 7. par. 2. Quia ſatis eſt, quòd fuerint intimatæ iudici procedenti ad dictæ partis inſtantiam. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. ampl. 19. & decl. 1. numero decimoquinto.

Similiter, dum obiiceretur de obreptione, & ſubreptione dictarum literarum; Reſpondebatur, adhuc de ſtylo cauſari attentata. Lancel. in d capit 20. lim. 12. num. 7. cum ſeq. Præſertim cum aſſerta ſubreptio, & obreptio non foret circa ſubſtantialia negotij. Lancel. ibidem. num. 12 Accedit nam in Curia Romana faciliter impetrantur reformationes commiſſionum, & moderationes. Lancel. in d. præfat. num. 172. & ampl. 11. num. 5.

Rurſus dum proponeretur, appellationem eſſe deſertam; Replicabatur, ſtante inhibitione adhuc incurri attentata. Lancel. in d. cap. 20. ampl. 18. & 23 cap. 24. quæſt. 3. & cap. 30. numero 46. Præſertim attenta perſona iudicis, qui offenditur. Caputaq. deciſio. 57. par. 1.

Vlterius, dum opponeretur, denunciationem eſſe actum conſecutiuum excommunicationis, & extraiudicialem, & proinde non dici attentatam; Fuit pro ſolutione dictum, Rotam aliàs tenuiſſe, eſſe attentatam, etiam pendente appellatione tantùm, vt per Lancel. in d. par. 2. cap. 12. lim. 21. num. 5. Vnde indubitatum eſſe in præſenti caſu ſubdebatur, cum non ſolùm fuerit appellatum, ſed etiam inhibitum, & inhibitio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timẽda eſt Lancel. in d. c. 20 ampl. 11. num. 2. cum ſeq. Rot Rom. in nouiſſim. deciſ. 201. num. 1. par. 2.

Demùm, dum allegaretur exceptio excommunicationis; Fuit reſponſum, talem exceptionem non obſtare petenti reuocationem attentatorum. Lancell. in d. cap. 24. q. 3. num. 10. & ca. 30. num. 79. cum ſeq.

CASVS LXXV.

Literæ monitoriales quando concedendæ, & quomodo procedendum.

EX pluribus dicebatur eximendus R. Lutius à propalatione contentorum in literis monitorialibus conceſſis per Ordinarium pro rebus deperditis ad inſtantiam Iacobi.

Primò, quia principalis ipſe non tenetur propalare, cum non ſint ſumenda arma de domo rei. Prob. in c. 2. nu. 9. de conſtit. Felin. in ca. ſi duobus. nu. 13. de appell. Dec. in cap. 1. num. 59. de prob Sylu. nupt. lib. 3. num. 43. Nauar. de cenſ. & exact. lib. 3 conſ. 3. nu. 3. & de ſent. exc. lib. 5. Henriq. in Sum Theol. Mor. lib. 13 c. 18. nu. 2. Præſertim quod d. Lutius ſciebat, dictum Iacobū nullum habere ius ſuper contentis in dictis literis. Nauarr. in d. lib. 5. de ſent. excom conſ. 7. nu. 1.

Secundò, quia dictus Lutius habet pro ſe rem iudicatam, qua ſtante abſtinendum eſt à conceſſione dictarum literarum, &, ſi fuerint conceſſæ, veniunt reuocandæ. Alex. conſ. 83 num. 3. vol. 5. Bart. ad reprimendum. in verbo, denunciatione. num. 5. Turret. cōſ. 90. numer. 17. vol. 1. Theſau. fori Eccl. par 3. c. 38. num. 24. & latè Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 484. vbi diſtinguit. & teſtatur, opinionem Bartoli eſſe magis receptam.

Ad quod facit. nam dictæ literæ videntur concedendæ ſolùm quando conſtat de notorio peccato, ſecundùm Abb. in c. nouit. num. 41 & 48. de iud. Bart. in d. ver. denunciatione. num. 9. Rip. de ſent. excom. reſp. 1 nu. 12. quod peccatū ceſſat ſtante re iudicata. Theſau. in d. c. 38. nu. 28.

Tertiò, quia in comparitione proteſtatus fuit, quòd ſi tenet bona, de quibus in dictis literis, cum peccato non tenet. Vnde erant dictæ literæ omninò reuocandæ, ſecundùm tradita per Abb. in d. c. nouit. nu. 53. Sylu. nup. in d. lib. 3. num. 51. Graſ. deciſ. aur. par. 1. lib. 4. c. 8. num. 16.

Verùm hanc proteſtationem tene veram, ſi fateatur habere rē ſine peccato, abſque illa dictione, ſi, quæ, cum importet conditionem. Bart. in l. quicumque. §. non ſolùm. ff. de verb. obl. Iaſ. in l. indebitum. §. qui promiſit. ff. de cond. indeb. Becc. conſ. 41. num. 26. efficit, vt illa confeſſio nihil operetur. l. cedere. ff. de verb. ſign. cap. 1. de plus petit. Turret. conſ. 44. num. 9. vol. 1.

COntigit in hac materia apprimè dubitari, An vigore propalationum factarum ſuper ſimilibus literis poſſet quis nominatim excommunicari per iudicem Eccleſiaſticum.

Et ſecundùm Theſaur. in d. cap. 38. num. 22. videbatur negatiuè concludendum.

Tum quia ad excommunicationem nō niſi in ſubſidium deueniri poteſt. Sylu. nupt. in d. lib. 3. nu. 48. & in præuia prius diligentia de exequēdo realiter, vel perſonaliter, ſecundùm Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.

Tum quia omnis cauſa per hanc viam poſſet deferri ad forum Eccleſiaſticum, & ſic euacuaretur forum ſeculare. Abb. in d. c. nouit. nu. 28. Theſau. in d. c. 38. num. 20.

Verùm pro affirmatiua reſolutionē, magis vera, & pia, adducebatur.

Primò, nam iudex Eccleſiaſticus aditus poteſt compellere laicum detentorem bonorum ad reſtituendum ea, non ſolùm per excommunicationem, ſed etiam mittendo denunciantem in poſſeſſionem illorum. Bald. in auth. ad hæc. col. 3. C. de vſur. quem ſequuntur Felin. in d. cap. nouit. num. 15. & in c. cum ſit. nu. 16. de for. compet. Marant. de ord. iud. par. 4. verſic. ſæculare, vel Eccleſiaſticum. num. 12. Abb. in conſ. 60. num. 3. par. 2. Caualc. deciſ. 16. num. 25. par. 2.

Secundò.

Secundò, quia videtur hodie ſtylus vniuerſalis in foris Eccleſiaſticis, vt procedatur contra ſimiles laicos detentores vigore d.denunciationis,prout teſtatur Villag pract.crim.Can lib. 2.de denunciat.Euang.c 6 Qui ſtylus ſeruandus eſt pro lege.Felin.in cap. ex parte.el primo,num.15.de reſcrip.Gabr.conſ. 193.num.1.vol. 2. Menoch.de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. numero 14.

Accedit, quòd dicta denunciatio eſt ad inſtar Euangelicæ, licèt finis ſit iudicialis. Abb.in d.cap.nouit.num.32.& 55.

Et hæc opinio dicebatur indubitatè tenendâ, quando denunciatio fuiſſet propoſita à miſerabili perſona. Ioann And.in cap.ſignificantibus. de off. deleg.Abb.in d.cap.nouit.num.51. & ibi addit.

Nec obſtat S.Conc.Trid.in d.c.3.

Quia id verum eſt, quando competeret aliud remedium ordinariũ.vulg. l.vt gradatim.ff. de mun.& hon. ſed in propoſito caſu coram iudice Eccleſiaſtico non poteſt agi, niſi dicto remedio denunciationis.

Præterea hoc remedium videtur magis fauorabile. faciunt dicta per Becc. conſ.59. num.5.

Inſuper dicitur,d.Concilium in d.c. 3.tradere inſtructionem, non autem imponere formam. facit à ſimili,quod dicitur de executione facienda, iuxta l.à Diuo Pio.§.in venditione. ff. de re iud.per Surd.conſ.39. num.22.

Similiter non obſtat ſecunda ratio. Tum quia d. remedium non admittitur indiſtinctè, ſed ſolùm in certis caſibus. Abb.in d.c.nouit.num.48.Tum quia ex ſimplici negatione denunciati videtur deſiſtendum à d.remedio, ſecundùm Abb.in d.c.nouit.num.53.

Poſtremò eſt animaduertendum, quòd,cum hic agatur de excommunicatione in genere fulminata,& deinde de excommunicatione in ſpecie infligenda, non videtur agi de euacuando foro ſæculari, cum ſuper excommunicatione ſit iudex competens tantùm iudex Eccleſiaſticus. Abb.in dict. cap. nouit. numero quadrageſimooctauo. & aliàs dictum eſt.

Finis Libri primi.

VARIARVM RESOLVTIONVM RERVM CIVILIVM PRACTICABILIVM IN FORO ECCLESIASTICO, ET SECVLARI.

LIBER SECVNDVS.

AVCTORE D. MARIO ANTONINO MACERAT. I. V. D. Prothonotario Apoſtolico, & Vic. Generali Perill. & Reuerendiſſimi D.

GVLIELMI BASTONI EPISCOPI PAPIEN. & COM. &c.

ARGVMENTVM.

An fructus per vſufructuariam percepti ante præſtitam cautionem ſint reſtituendi.

Item, An ex diſpoſitione ſtatutorum Papiæ prohibeatur augumentum dotis.

Item, Bona mobilia quando, & quomodo per vſufructuariam ſint reſtituenda.

SVMMARIVM

1 *Fructus percepti per vſufructuariam ante præſtitam fideiuſſionem quando ſint reſtituendi. Et numero. 8.*

2 *Statutum loci mariti attenditur in reſtitutione dotis.*

3 *Statutum an comprehendat cauſam dotis. Et num. 16. & 17.*

4 *Item, an contractum iuratum.*

5 *Poſſeſſio conſtituti an proſit, ſi ſtatutum requirat veram poſſeſſionem, & realem.*

& realem. Et num.14. & 15.

6 *Repudiatio legati quando dicatur inducta. Et num. 18.*

7 *Bona mobilia ſi ſunt reſtituenda, eſt reſtituenda extimatio. Et numero. 6.*

9 *Augmentum dotis an ſit prohibitum in Ciuitate Papiæ.*

10 *Iudicium eſt idem de augmento dotis, quod de ipſa dote.*

11 *Sed non de ſponſalitia largitate.*

12 *Ius remanet incommutabile poſt cridas.*

13 *Vſufructuaria dicitur verè, & realiter poſſidere.*

19 *Legatum purum, licèt non agnitum tranſmittitur ad hæredes.*

20 *Ius tertij quando poſſit opponi.*

21 *Verbum, prædictis, habent relationem ad præcedentia.*

22 *Exceptio non adimplementi quando excludat agentem.*

23 *Periurus quando poſſit quis allegari in tranſactione.*

24 *Rei iudicatæ prius parendum eſt.*

25 *Notorium quando offuſcetur.*

RESOLVTIO PRIMA.

CVM tractaretur de cõcordãda cauſa vertente inter Ven. Moniales Monaſterij Conuertitarum Papiæ ex vna, & DD. de Gerardis prætenſos donatarios ex altera, occaſione quorundam bonorum D. Lucretiæ Siccæ, Domini Aduocati dictorum de Gerardis propoſuerũt infraſcriptos articulos in pertorio cum eorum reſolutione.

Primus eſt articulus, An fructus percepti ante præſtitam fideiuſſionẽ, poſt tamen factam petitionem per hæredem proprietarium, effecti ſint dictæ Lucretiæ vſufructuariæ, vel potius illi ſint reſtituendi proprietario.

In hoc articulo clara eſt iuris concluſio, quod † reſtitui debeant pro- 1
prietario, vt tradit Bart. in l.4. num. 7.C.de vſufr.

Secundus eſt articulus, Quia adeſt ſtatutum Papiæ, quod dotis augmẽtum non poſſit fieri vltra libras 50. Pap. An, ex quo vir erat Papienſis, & vxor Mediolanenſis, & inſtrumentum actum fuerit Mediolani, attendi debeat ſtatutum Pap. vel Medioſ.

Hunc articulum decidit Rol. à Valle de lucro dotis. q 13. nu 3. vbi cõcludit, attẽdi † debere ſtatutũ Ciuitatis, vel 2
loci mariti, & ibi hoc plenè tractat, & reſpõdet ad obiectũ, & ſic pro argumento venditio facta non ſuſtinetur.

Tertius articulus, An d. Lucretia potuerit virtute pactorũ in inſtrumẽto dotali appoſitorũ d. cta bona vẽdere pro ſatisfactione crediti ſui dotalis, ſtãte diſpoſitione ſtatuti Pap. 131. in ciuilibus diſpenẽtis, quod pacta creditorum, ſeu licẽtiæ aut facultates vẽdendi, vel aliqualiter alienandi ſuper aliquibus rebus immobilibus, de cætero locum nõ habeant. niſi poſſeſſio eſſet verè, & realiter pænes venditorem.

Dicebatur enim ex aduerſo, quod ſtatutum non comprehenderet caſum dotis & contractum iuratum, & quod in omnem caſum ſufficiebat habere poſſeſſionem reſultantẽ ex cõſtituto.

Cæterùm de iure verum eſt, quod ſtatutum † generale operetur effectũ 3
etiam in cauſa dotis; ex Tiraq. de retr. lign. § 1. glo. 14. num. 96. vbi, præmiſſis obiectis, hanc tenet, & ſequitur opinionem, & rationibus approbat, & atteſtatur eſſe magis communem, & demq; reſpondet obiectis.

Quod eo fortius procedit in caſu noſtro, in quo ſtatutum illud propè finem vtitur verbis generaliſſimis comprehendentibus non ſolùm omnes perſonas, ſed etiã omnes contractus,dum ait,[& prędicta omnia locum habeant,& ſeruentur per quemcumque & inter quoſcumque in iudicijs, & extra; non obſtantibus aliquibus ſtatutis, prouiſionibus, iuribus communibus, vel ſpecialibus,vel ordinamentis in contrarium loquentibus.]

4 Includi etiã † contractum iuratum in tali ſtatuto, quando eſt in viridi obſeruantia, tradit Seraph. de priu. iur. 22. num. 21. & 23. vbi plus dicit, quod id præcipuè locum obtinet,quãdo extaret conſuetudo apponendi iuramentum in illo actu,de quo loquitur ſtatutum, vnde cum in ſimilibus inſtrumentis ſoleat ex generali conſuetudine apponi iuramentum, ideo ſtatutum illos comprehendit, quod indubitatum redditur in caſu noſtro, quia ipſummet ſtatutum diſponit in hæc verba, [& huic ſtatuto non poſſit renunciari etiam per ſacramentũ, vel pactum, vel alio modo.]

5 Poſſeſſorium † quoque ex conſtituto reſultans non ſufficere probatur, quia quando lex, vel ſtatutum requirit veram, & realem poſſeſſionem, tunc poſſeſſio ex conſtituto non ſufficit. Tiraq. de conſt. lim. 10.

Altera etiam oritur controuerſia inter proprietarium, & hæredem vſufructuariæ, circa. ſ. reſtitutionem mobilium, quæ controuerſia duplex habet caput. Alterum eſt, An bona mobilia, & domus ſupellectilia reſtituenda ſint ipſi proprietario, ſtante legato facto de ipſis mobilibus per maritum d. Lucretiæ D. Fabritio de Mediabarbis, qui Fabritius nõ ſolùm non acceptauit legatum, verùm ex pluribus eius epiſtolis conſtat, illud repudiaſſe, & ſic ſupponitur, illa remanſiſſe hæredi D. teſtatoris.

Quod autem repudiauerit, probatur † ex epiſtolis ſignatis F. & ſic reſtitutioni obnoxia ſunt. 6

Verum quia negatur hæc repudiatio, hæredes vſufructuariæ obtinuerunt ceſſionem de hoc iure conſequendi legatum mobilium à quadam Congregatione, quæ aſſerebat,ſe hæredem D.Fabritij, & ſic virtute huius ceſſionis prætendit dictum Monaſteriũ ius habere cõſequendi d.mobilia.

Contra tamen dicit proprietarius. Primò,quia d. Fabritius legatum repudiauerat. Secundò, quia illa Congregatio,quæ ceſſionem fecit, nullum ius habebat, cum ante renunciaſſet fratri d. Fabritij omnem hæreditatem cum clauſulis ampliſſimis,vt ex inſtrumento renunciationis: ceſſio. n. facta Monialibus poſterior eſt inſtrumento d. renunciationis,& ſic facta dicitur ab eis, qui nullum ius habebant; Vnde, ſtante hoc fundamento nullitatis ceſſionis, ſufficit proprietario opponere dictis Monialibus hæredibus vſufructuariæ, Tu non doces de tuo iure, & cares actione &c.& ideo &c. iuxta l. j. vbi Bart. & alij. ff. de appellat. recip. Monach. conſ.206.num.22.vol.3.

Secundum caput huius controuerſiæ conſiſtit in eo, An ſuppoſita obligatione reſtitutionis mobilium, eadem reſtitui debeant,vel eorum extimatio facta tẽpore inuẽtarij.Et†extimationẽ reſtituẽdã] eſſe, tradit Gab. in tit. de vſufr. concl.1.nu.18.cum ſeq. 7

Replicatio pro dictis Venerabilibus Monialibus.

QVOD † difficultatem fructuum vnius anni dicitur primò, in facto pro

ſto pro veritate ſupponendum eſſe, quòd fideiuſſio fuit in actis præſtita per D.Siccam vſufructuariam. Et diffugium prætenſæ nullitatis d. fideiuſſionis non ſuffragatur Dominis donatariis Petri Franciſci de Georgiis hodie.

Tum quia fuit aliàs dicta nullitas oppoſita, & ſublata per ſententiam in iudicatum tranſactam, vnde non poteſt amplius ſuſcitari, præſertim contra ſecundum emptorem, cum res iudicata falſum mutet in verum. Crau. conſil.79. num.1. & de non iure faciat ius. Lancel. Gallia. conſil.9. numer.3. Natt.conſ.524. Surd.conſil.61. num.2. cum ſeq.& deciſ.74.num.10.

Tum quia d.Sicca vſufructaria dicebatur eſſe in bona fide, ob iam præſtitam fideiuſſionem præſertim coram iudice, vnde omninò excuſatur, ſecundùm Pariſ.in addit.ad Bart.in rubr.C. de iuris,& facti ign. Et proinde fructus fecit dicti anni ſuos, vt,in fortiori caſu Senatum decreuiſſe,refert Surd. deciſio.281.num.5. cum ſeq. & num.9. dicit, multò magis locum vendicare in muliere. Quod,verum eſſe in præſenti caſu, aſſeritur, cum videatur potius agi de ignorantia facti,quæ quemlibet excuſat, iuxta Doctorum receptam ſententiam, & de nullitate prætenſa contractus,quo caſu quis excuſatur, ſecundùm Felin. in c. de quarta. num.25.& 27.de præſcript.

Secundò dicitur, quòd ſi d. vſufructuaria non præſtitiſſet fideiuſſionem, tamen feciſſet fructus ſuos, cum non fuerit formiter requiſita,& interpellata ab hærede.Bar.in l.ſi vſufructu. col. fin.C.de vſufr.Dec.conſ.608.in princ. Theſaur.deciſ.80.num.3. Ruin.conſil. 38. nu.3. lib.5. Natt conſil.477. Pariſ. conſ.95.nu 64.conſ.96.nu.6. vol.2.& conſ.61.num.52. vol.3. Arius Pinel. in l.1.par.2.nu.77. C.de bon.mat. Gabr. de vſufr.concl.1.nu.13. 40. & 49. libro quinto.

Circa aliam difficultatem augumenti dotis dicitur primò, non eſſe † verum, quòd ex diſpoſitione ſtatuti Papiæ prohibeatur augumentum dotis, 9
imò in pluribus ſtatutis eiuſdem Ciuitatis permittitur, Nempè in ſtatuto 86. dum dicitur in rubro, & nigro, quòd mulieres durànte matrimonio non poſſint contra creditores mariti vti aliquo tertio pluri, nec augumento dotis,ſecus poſt mortem viri. Et idem clarius exprimitur in ſtatuto 88. dum dicitur, quòd quælibet mulier poſt deceſſum viri habeat dotem ſuã, & augumentum ipſius dotis, & lucretur tertium plus, &c. Et in terminis videtur firmare Caualc. deciſ.30.num. 37. & 84.cum ſeq.par.3.

Nec obeſt ſtatutum 90. cum id loquatur in vltima voluntate, hic autem agatur de contractu inter viuos, & ex diuerſis non licet arguere, vulg.l.Papinianus.ff.de min. Soc ſen. conſ.18.nu. 41.vol.1.

Similiter non aduerſatur ſtatutum 85. prohibens, vt de cætero non fiat aliqua traditio alicuius tertiæ, vel quartæ, aut ſponſalitij: Quia loquitur obſcurè,& in diuerſis terminis. Et quamuis verbum illud, ſponſalitij, veniret intelligendum de ſponſalitia largitate; Nihilominus non obſtaret, cum aliud ſit augumentum dotis aliud ſpõſalitia largit s, nam de † augumento 10
dotis idem eſt iudicium, quod de ipſa dote, auth.res,quæ C.com.de leg. Pariſ.conſilio 126.libro primo. Surd. deciſione 88.numero decimo.& deciſione 214. numero nono. Rol. de lucro dot.quæſt.100. Burſ.conſilio 178. numero 1.Bellon. in terminis ſtatuti Ticinen. conſilio decimoſeptimo. Rimin.conſ.253. volum.3. Alb. conſil.199.

volum.1. Quod ſecus † eſt diſpoſitum
11 in ſponſalitia largitate, ſecũdùm Abb. in c. fin. not. 3. de donat. inter virum, & vxor. & latè probat Honded. conſ 48. nume. 9. volum. 1. Confirmatur ex ſtatuto vltimo in criminalibus, quo ſancitur, omnia ſtatuta Papien ad literam debere intelligi, vnde tollitur omnis extenſio, & interpretatio. Rol. de lucro dot. q. 36. late Gabr. de legibus. concl. 3. num. 5 lib. 6.

Secundò principaliter dicitur pro d. Monialibus, quare vltra rem iudicatam etiam cridas ſuper inde factas,
12 poſt † quarum tempora ius acquiſitum remanet incommutabiliter. Alex. conſil. 165 vol. 6. Alb. conſ 449. vol. 3. & irreuocabiliter, vt expreſsè cauetur, tàm per Conſtitutiones Mediolani, quàm per ſtatutum Papiæ 146.

Super vltima difficultate ſtatuti 131. ſuper quo d. donatarij conſtituunt magnum fundamentum, dicitur, prætatum ſtatutum nullatenus obeſſe optimis iuribus dictarum Monialium.

Primò, quia clariſſimum eſt, d. Siccam tempore alienationis fuiſſe non ſolùm in vera, & reali, ſed etiam actuali poſſeſſione bonorum alienatorum, ex eis percipiendo fructus, Vnde ſatisfactum dicitur verbis d. ſtatuti; Nec hodie quæri poteſt de iure, & titulo poſſidentis, cum nec per d. ſtatutum requiratur, nec de iure quis teneatur docere de ſuo titulo. l. cogi. ff. de petit. hæred. Licèt d. Sicca eſſet cre-
13 ditrix, & vſufructuaria, quæ † verè, & realiter dicitur poſſidere. l. naturaliter. ff. de acqu. poſſeſſ. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 1. num. 74 Rip. in l. 1. numer. trigeſimoquarto. ff. de acquir. poſſeſſ.

14 Secundò, quia † ex conſtituto transfertur vera, & realis poſſeſſio, ex innumeris, quos citat Tiraq. de conſt. poſſ. par. 2. ampl. 1. Menoch. de recup. poſſ. rem. 1. nu. 403. & de communi idem Menoch. de adip. poſſ. remed. 3. num. 27. & conſ. 139. num 24. vbi magis communem aſſerit. Crau. conſilio 846. num. 1. Surd. conſil. 162. num. 46. lib. 2. & in terminis ſtatuti plures citat, & firmat Carpan. in addit. ad ſtatuta Mediol. n. capit. 462. numero duodecimo.

Non repugnat limitatio tradita per Tiraq. de conſtit. poſſ. parte 3. lim. 11. Nam ipſe loquitur, quando lex requirit corporalem, ſeu actualem traditionem, quod & nos admittimus, cum modus tradendi ſit fictus: Cæterùm † 15
d. ſtatutum 131. non requirit veram, & actualem traditionem, ſed veram, & realem poſſeſſionem, quæ longè differunt inter ſe, vt in puncto ſtatuti ſimilis declarat Carpan. ibid. cap. 277. num. 10. cum ſeq.

Tertiò, quia hic ſumus in ſecundo emptore, faciunt dicta per Gabr. de empt. & vend. lib. 3. concl. 1. num. 107. & 118. & inſuper in contractu † do- 16
tis, qui non compræhenditur ſub ſtatuto præſertim exorbitanti, vt eſt allegatum, latiſſimè Menoch. conſilio 242. lib. 3. Gabr. de legib. concluſ. 1. numer. 10. & quatenus in d. ſtatuto extarent verba vniuerſalia, illa tamen reciperent reſtrictionem ad terminos iuris communis, ſecundùm Franc. Becc. conſilio 32. num. 20. quicquid ſit in verbis vniuerſalibus hominis, idem Becc. conſilio 94. numer. 32. Sed † de iure 17
communi contractus dotis plura hara habet priuilegia. l. dotis. ff. de iu. dot. l. aſſiduè. ff. qui pot. in pig. hab. auth. res, quæ C. com. de leg.

In cauſa legati mobilium, rem pariter paucis abſoluendo, dicitur.

Aut prætenſi donatarij fundant eorum

rum intentionem ſuper repudiatione, Et friuolum eſſet fundamentum,
18 cum aſſertæ † literæ non contineant aliquam deliberationem nec verbum includens ipſam repudiationem, in puncto facit l. Titius la 1. ff. de act. empt. & vend. latè Mantic. de coiect. vlt. vol. lib. 12. tit. 14. num. 7. & Maſcard. de prob. cōncl. 853. num. 3. 9. & 11. vol. 2.

Aut nituntur ex eo, quia legatum non fuerit agnitum, & acceptatum, & propterea non fuerit tranſmiſſum ad hæredes; Nec bene prætendunt;

19 Tum quia d. legatum † vti purum fuit tranſmiſſum ad d. hæredes D. Fabritij, Bart. in l. cum filio familias. ff. de leg. 1. & ibi Soc. ſen. num. 32. vbi teſtatur de communi, quando teſtamentum eſt validum. Rom. conſ. 124. num. 1. Dec. conſil. 478. col. 2. Surd. conſ. 73. num. 5. Peregr. de fideicom. art. 31. nu. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 5. num. 11. Tum quia poteſt dici agnitum, cum d. Fabritius legatarius fuerit præſens teſtamento. Non. conſ 1. num. 7. & conſ. 56. num. 7. Surd. deciſ. 206. numero 11.

Aut nitūtur in quadam tranſactione, ſiue renunciatione hæreditatis facta inter Ven. Congregationem Oratorij in Eccleſia S. Mariæ in Valicella de Vrbe, & D. Cæſarem de Mediabarbis de anno 1587. Et pariter videtur debile fundamentum.

20 Primò, quia iſtud eſt † ius tertij, de quo non poteſt opponi, niſi ſit ipſo iure pœnitus excluſiuum iuris agentium, l. loci. §. competit. ff. ſi ſeruit. vend. Crau. conſ. 826. num. 1. Surd. conſ. 1. nu. 84. Tiraq. de leg. connub. gloſ. 8. num. 92. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 131. num. 10. par. 2.

Secundò quia d. tranſactio eſt reſtricta, & limitata ad bona ibi ſpecificata, & æſtimata, & ad hæreditatem D. Politonij, prout colligitur tàm ex verbis narratiuis, quàm diſpoſitiuis d. tranſactionis, vnde non extenditur ad alia bona, & iura aliunde prouenientia, præſertim incogitata, Surd. deciſ. 185. num. 1. deciſ. 217. num. 11. conſ. 267. num. 1. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 63. par. 1. Rip. de tranſact. reſponſ. 3. num. 6. vbi ponit, quando dicatur aliquod incogitatum. Niſi eſſet generalis. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 1169. nume. 2. par. 3. lib 3. Surd. d. conſ 267. numero 7. cum ſeq. Franc. Becc. conſ. 108. num. 5. Gabr. de reg. iur. concl. 4. num. 22. lib. 6. Imò inibi adeſt pactum expreſſum, & proteſtatio, quod ceſſio intelligatur de omnibus iuribus, & actionibus competentibus, & competituris in & ſuper hæreditate, & bonis prædictis, quod verbum, † prædictis, habet ſolùm relationem ad præcedentia cum eorum qualitatibus, Pariſ. conſ. 86. num. 36. vol. 2. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 49. nu. 3. par. 1. 21

Tertiò, quia ex d. tranſactione non competeret ius d. D. de Mediabarbis; niſi prius docerent de adimplemento ex parte eorum, & exceptio † non adimplementi excludit omninò agētem, licet per partem non opponatur. Turret. conſ. 74. num 29. & 34. vbi late vol. 1. Et in terminis tranſactionis dicit Crauet. conſ. 51. nu. 10. Grat. conſ. 66 col 6. vol. 1. Magon. Lucen. deciſ. 61. nu. 1. cum ſeq. vbi ampl. etiamſi in minimo non eſſet ſeruatum. Rot. Macerat. deciſ. 50. nu. 24. cū ſeq. 22

Vltimò, in caſu adimpleti ſecuti, & alicuius controuerſiæ recurrere † debuiſſent ad arbitros electos in d. tranſactione, prout promiſerunt cum iuramento recurrere, & ſtare laudo, ac 23

declarationi Dominorum arbitrorũ, alias poſſent meritò allegari periuri. l.ſi quis maior. C. de tranſ. Turre. in d.conſ. 74. num. 40. Et propterea, cum d. ius tertij non ſolùm non ſit excluſiuum ipſo iure iuris agentium, ſed neq; excluſiuum vllo modo, vt patet ex ſupradictis, non video quomodo de iure,& tuta conſcientia valeat concedi aliqua reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam exiſtẽtem ad fauorem R. Monialium præ-
24 fatarum, niſi ſaltem prius † pareatur iudicato, iuxtà clem. 1. de ſent. & re iud. Non. conſ 68.num.9. Gabr. de execut.re iud.concl.1. num 17. lib.2. Præſertin cũ hic non poſſit opponi de
25 notoria iniuſtitia,ſtantibus † difficultatibus ſupradictis, & diſputationibus, quæ notorium offuſcant. Contard. in l.1.lim.9. num.10.& 50. cum ſeq. C.ſi de mom.poſſ. Et ius partis ſit notoriè nullum, cum ſit fundatum in quadam donatione facta ab inſano, & demente, prout notorium dicitur, vnde ei iure dici poſſet, tu non habes ius.

Quoad reſtitutionem mobilium adhibetur hæc diſtinctio, nempè; Aut
26 † vſu conſumuntur breui, & debet præſtari æſtimatio; Aut minuuntur ſolùm, vt veſtes, ſeu panni ex lino, vel lana, & debet fieri eorum reſtitutio, ſi modò reperiantur reſtitutionis tẽpore, Azo. in ſum. C. de vſufr. num. 10. Abb. in c. fin.num.3. de pig. Surd. deciſ. 68. ad fin. Soc. ſen.conſ.9.vol. 4. Maluaſ.conſ.110.

ARGVMENTVM.

Laudum quando poſſit dici nullum; & quando ſit exequẽdum.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio termini compromiſſi eſt intimanda; Et quando num.10.*

2 *Limitata facultas limitatum parit effectum.*

3 *Laudum in quo loco proferri debeat. Et num.13.*

4 *Minor non poteſt compromittere.*

5 *Atteſtationes factæ coram Ordinario an probent coram arbitratore. Et num.15.*

6 *Præſumitur pro laudo arbitratoris; Et pro ſententia num.18.*

7 *Laudum dicitur tranſactio.*

8 *Laudum an tranſeat in iudicatum. Et num.9.*

11 *Dies compromiſſi an computetur in termino.*

12 *Vſus communis loquendi attenditur in intellectu verborum.*

14 *Vt arbitrator præſumitur quis pronunciaſſe.*

16 *Citatio dicitur nulla, ſi non eſt facta in loco domicilij; Et quando num.23.*

17 *Laudum an habeat executionem paratam. Et num.24.*

19 *Periuri non ſunt audiendi.*

20 *Iuramentum an cenſeatur prorogatum, prorogato termino.*

21 *Iudex eccleſiaſticus eſt competens pro executione laudi.*

22 *Et quando.*

25 *Iuramentum habet vim interpellationis.*

26 *Appellatio non datur ab executione laudi.*

RESOLVTIO II.

FVIT per Multùm Reu. D. Præpoſitum Plebis Cairi arbitratorem prolatum laudum ſuper fructibus bonorum Capella N. ad

læ N. ad fauorem R. Franciſci Ritij Capellani contra Dominos Cæſarem, & fratres de Regibus, Et, cum per appellationem cauſa fuiſſet introducta coram D. Vicario Generali Papiæ, & inſtetiſſet dictus Capellanus pro conceſſione executionis dicti laudi, dictus D. Vicarius in contumaciam partis pronunciauit, dictum laudum fore, & eſſe exequendum; Et deinde iterum de conſenſu partium fuit cognitum de eadem cauſa per eundem D. Vicarium. Pro cuius veriori reſolutione de duobus principaliter contigit dubitari.

Primò, An dictum laudum fuerit ritè, & rectè prolatum.

Secundò, An ſententia D. Vicarij iure ſubſiſteret.

In primo dubio, ex pluribus dixerunt dicti fratres de Regibus, dictum laudum fuiſſe nullum, & iniuſtum.

1 Primò, quia quædam † prorogatio termini compromiſſi facta per dictum Præpoſitum non fuerat intimata ipſis fratribus, prout debebat. Bald. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appell. & conſ. 101. colum. fin. lib. 3. Alexand. conſ. 34. col. fin. lib. 1. Dec. conſ. 39. colum. 1. Boer. deciſ. 283. num. 26. Addit. ad Pract. Papienſ. in forma libelli compromiſſi. verſ. infra duos menſes. num. 2. Franc. Becc. conſ. 99. num. 7. 19. & 28. vbi ampliat, & teſtatur de communi.

Secundò allegarunt, dictum laudum fuiſſe latum poſt terminum compromiſſi expiratum; Tum computando tempus, iuxta dicta per Becc. in dicto conſilio nonageſimonono, numer. decimoquarto, cum ſequent. Tum quia fuerat data poteſtas dicto Præpoſito prorogandi terminum per duos menſes, ſemel tantùm, & tamen prorogauit vna vice per vnum menſem, & alia vice per alium menſem, quod non licuit, niſi pro prima vice, ponderando dictionem, ſemel. Ad quod facit, nam limitata † facultas limitatum parit effectum, vulg. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. & propterea fatendum eſt, dictum laudum fuiſſe ipſo iure nullũ. Doct. in l. properandum. C. de iudic. Alex. conſ. 82. volum. 3. vbi ampliat, etiam ſi partium conſenſu proferretur. Botell. in tract. de compromiſſ. §. 3. gl. 4. num. 13. Afflict. deciſ. 73. num. 8. Bec. d. conſ. 99. numero 7. & 13. Pariſ. conſil. 134. numero 14. cum ſequent. volum. 4. Grat. conſ. 118. numero vigeſimoſeptimo. vol. 2. 2

Tertiò, nam, cum compromiſſum fuiſſet factum in loco Burgifranchi, laudum † debuerat proferri in dicto loco, non autem in Ciuitate Alexandriæ, iuxta doctrinam Bart. in l. ſi cum dies. §. arbitrorum. ff. de arbitr. Roma. ſing. 140. Pract. Pap. in d. forma libelli compromiſſ. verſ. pone, faciatis. numero 5. 3

Quartò, quia fuerunt in dicto laudo condemnati omnes fratres de Regibus, & tamen vnus tantum ex eis fecit compromiſſum, qui licèt promiſerit de rato pro aliis fratribus, &c. tamen nulla vnquam fuit ſecuta ratificatio, Et præſertim cùm vnus ex dictis fratribus eſſet minor, qui † non poteſt compromittere ſine Principis diſpenſatione: Compromiſſum enim dicitur quodammodo alienatio. in puncto Bald. in l. prima, numero 3. Cod. ſi aduerſ. tranſ. Becc. d. conſilio 99. numero tertio. 4

Quintò, quia dictus Præpoſitus protulit dictum laudum ſub quibuſdam depoſitionibus teſtium examinatorum coram D. Delegato Apoſtolico in tota cauſa, quæ atteſtationes † de iure non probant coram arbitro, ſiue arbitratore, præſertim cum ſint viui dicti teſtes. Maſcard. de probat. volu. 1. 5

concl.33.num.13.

Verùm in contrariam opinionem fuit inclinatum.

6 Primò, quia in dubio † ſemper præſumitur pro laudo arbitratoris, quod fuerit ritè, & rectè latum. Bald. conſ. 8. in fin. lib. 3. Becc. in d. conſ. 99. numero 2. Grat. conſ. 24. num. 4. volu. 2. Gabr. de ſent. lib. 1. concl. 4. numero decimoſexto. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 963 num. 1.

Secundò, etenim ſtandum eſt tranſ-
7 actioni. vulg. iurib. ſed laudum † dicitur tranſactio quoad partes. Natt. conſ. 97. num. 3. cum ſeq. Lancell. de attent. par. 2. cap. 15. nu. 140. cum ſeq. Menoch de arbitr. iud. libro 2. centur. 1. caſ. 8. numero 5. & propterea coram arbitratore non dicitur eſſe lis, neque litigiũ. Natt. conſilio ſecundo, numero ſeptimo.

Tertiò, quandoquidem dictum lau-
8 dum † tranſiuit in iudicatum, cum nõ fuerit ab eo appellatum infra decem dies à die intimationis. Grat. conſ. 30. num. 36. vol. 1.

9 Licet hoc † tertium fundamentum non fuerit habitum in conſideratione, nam à laudo poteſt peti reductio vſque ad annos xxx. Affl. deciſ. 132. Gabr. conſ. 149. num. 60. volu. 2. Pract. Pap. in d. form. verſ. tanquam in arbitros. num. 3 Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 50. numer. 113. & dici de nullitate. Marant. in praxi. verſ. aliquando petitur compromiſſum. num. 36. Becc. in d. conſ. 99. num. 32.

Et primum partis obiectum diluebatur
10 batur ex eo, quòd † in dicto compromiſſo fuerit data poteſtas arbitro, ſeu arbitratori prorogandi terminum, etiã partibus abſentibus, & abſque neceſſitate intimandi, in puncto Becc. in dict. conſ. 99. num. 8 qui licèt numer. 19. firmet, non poſſe dictæ intimationi renunciari, tanquàm reſpiciat ius naturale; Tamen eius opinio non eſt vera in præſenti materia, præſertim cum agatur hic de intereſſe pecuniario. Vide dicta per Farin. de indit. quæſt. 39. nu. 65. & 67.

Ad ſecundum replicatum fuit, laudum † fuiſſe latum in termino compromiſſi, per ea, quæ cumulat idem Becc. in d. conſilio 99. numer. 14. cum ſequent. quicquid teneat. numero decimoſeptimo. 11

Nec dictionem illam, ſemel, quicquam obeſſe, dicebatur; Tum quia illa refertur ad totum terminum duorum menſium, prout referri debet, ne aliàs induceretur repugnantia: Tum quia attendi debet dictio, tantùm, nam dictio illa, ſemel, fuit appoſita ex abundanti, & potius ex communi vſu † loquendi, qui attendi debet in materia compromiſſi, ſecundùm Felin. in proœm. decret. num. 7. Tum quia in compromiſſo ſunt inſerta illa verba, [& totum id, quod per præfatum arbitrum, & arbitratorem pronunciari & ſententiari contigerit inter dictas partes, & in dicta cauſa, ſit & eſſe intelligatur deductum, & comprehenſum in præſenti compromiſſo, & de ipſa ſententia, & contentis in ea tacitæ remanebunt, & contentæ ipſæ partes, &c.] vnde cum per dicta verba dicatur ratificatum laudum, cenſetur ſucceſſiuè ratificata omnis prorogatio. in puncto Practic. Papienſ. in d. forma. verſic. infra duos menſes numero 3. 12

Tollebatur tertium: Tum † ex eo, quòd ex verbis compromiſſi colligeretur, fuiſſe conceſſam facultatem pronunciandi vbique. Pariſ. conſil. 45. numer. 12. volum. 1. Tum quia de conſenſu partiũ fuit proceſſus cõfectus in Ciuitate Alexandriæ. faciunt dicta per 13

Vant.

Vant. de nullit. in rubr. ex defec. proceſſ.nume.83. Tum demùm quia obiectum verum eſt in arbitro, non autem in arbitratore, prout fuit dictus Præpoſitus. Pract.Pap.in d.forma. verſ. poni faciatis. num.6.

Nec facit, quòd dictus Præpoſitus pronunciauerit vti arbiter, non autem vti arbitrator.

Quia pronunciauit vti arbitrator, ex quo abſolutum eſt in iure, aliquem
14 præſumi † pronunciaſſe potius vti arbitratorem pro validitate laudi. latè Natt. conſ.2. num.8. Maſcard. de probat.concluſ.125.vol.1.Menoch.de præſumpt. lib.2. præſumpt.77. & libro 6. præſumpt.4.num.26.Felin.in cap.cum ex officij.nume.32.de præſcript. Vant. de nullit. in rubric. de defec.iuriſd.nu. 173.Præterea ex actis conſtat,non fuiſſe ſeruatum ordinem iuris in procedendo, neque terminos ſaltem ſubſtantiales.Blanc.de compromiſſ.quæſt. 1.num.29.Rimin.iun. conſ.784. num. 27.vol.7.Vant.in d.nu.173. Poſtremò dictus Præpoſitus declarauit, ſe iudicaſſe vti arbitratorem,cui declarationi ſtandum eſt,ſecundùm Menoch.de arbitr. iud.lib.1.quæſt.76.num.1.

Quartum confutabatur ex eo, quòd minor poſſit compromittere abſque vlla ſolemnitate, ſtante dicto ſtatuto. Benintend.deciſ.21 numer.11.cum ſeq. Marant.d.verſ.aliquando petitur compromiſſum.num.9.

Verùm quia hoc obiectum non plenè diluebatur,propterea fuit reformata ſententia, vt infra dicetur.

Vltimum dicebatur friuolum,ex quo
15 † agebatur hic de iiſdem fructibus, & inter eaſdem perſonas. l. acta. ff. de re iudic. Felin. in cap. cauſam, quæ, el 1. de teſtib. latè Maſcard. de probat. volumin.1. concluſ.33. numero 1. cum ſequent. & hoc in puncto firmat Bald.in l.fin.col.2. C.de teſtib. quem refert idem Maſcard. de probat.d.vol. 1.concluſ.149.numer.2. Allegata autem in contrarium procedunt in atteſtationibus factis coram arbitris, quæ non probant coram Ordinario, quia arbitri non dicuntur iudices. Maſcard. in d.concl.33.num.5.cum ſeq. quod ſecus eſt in arbitratoribus: nam arbitratores ipſi poſſunt iudicare ſecundùm probationes inualidas. Decian.conſil. 51.num.91.lib.2. Turret.conſ.100.numero 21. cum ſequent. volumine primo.

In ſecundo dubio, pro nullitate ſententiæ adducebatur.

Primò, exceptio declinatoria iuriſdictionis,nam cum dicti fratres de Regibus eſſent laici, erant conueniendi coram iudice laico. c.ſi clericus, & ibi Doct.de foro compet.

Secundò, nullitas † citationis, nam 16
dicti fratres fuerunt citati in loco Burgi Franchi,vbi non erat eorum domicilium. Pariſ. conſilio quadrageſimoquinto. numero decimoſeptimo. volum.1.

Tertiò, quia erat procedendum via ordinaria, non autem executiua, cum
laudum † non habeat executionem 17
paratam.Bart.in l.ſi ſocietatem. §. arbitrorum.ff. pro ſoc. Theſau.deciſ.26. numero 4. Præſertim cum opponeretur de notoria nullitate ipſius laudi. Marant.in d.verſ.& quandóque appellatur.nu.127.

Cæterùm placuit reſolutio pro validitate ſententiæ.

Primò, quia † ſententia præſumitur 18
in dubio ritè & rectè lata.Franc.Becc. in d.conſil.99.num.1.

Secundò, nam dicti fratres videntur periuri, cum antequàm à laudo appellaſſent, non petierint abſolutionem à iuramentis, & proinde † non 19

ſunt audiendi. Grat.conſ.30.nume.22. cum ſeq.volum.1.

20 Nec obeſt, termino † prorogato, non cenſeri prorogata iuramenta. Felin in cap.de cauſis. num. 2. de off.deleg. Couar.de pact.primæ par.relect.§. initium, num.5.

Quandoquidem verior eſt opinio, prorogato termino, cenſeri etiam iuramenta prorogata. Idem Couar.in d. §.initium,num.6.cum ſeq.Gabr.de dilat.concluſ 2.num.11. cum ſeq. qui teſtatur de magis communi opinione Præſertim quòd in compromiſſo leguntur illa verba.[quibus prorogationibus ex nunc dictæ partes conſenſerunt,& conſentiunt.]

Et ad primum obiectum reſpondetur,D. Vicarium eſſe iudicem compe-

21 tentem, ex quo † arbitrator, qui laudum protulit,eſt perſona eccleſiaſtica. in puncto Pariſ.conſ.45 numer.11.volum.1.Ruin.conſi.157.n.2.lib.4.Claud. Tut.alleg.25 numer.1. Felin.in c.placuit,nu.6.de præſcript.Quicquid dicat Grat.in d.conſil.30.numer.quadrageſimoprimo.

22 Præterea hic agebatur † de fructibus bonorum eccleſiaſticorum, & ſuper quibus fuerat lata ſententia per iudicem eccleſiaſticum vnà cum negocio principali.Felin.in d.cap.placuit.nu 6. Alex.conſ.131.volum.2.Mirant d. verſ. & quandóque appellatur, nu.126. Couar var.reſol.lib.2.c.12.num.1. Tut.d. alleg 25 num.10.

Ad ſecundum dicitur,fuiſſe in compromiſſo conceſſam auctoritatem d. Præpoſito cognoſcendi, & pronunciãdi,partibus citatis,& non citatis. Præ-

23 terea defectum † citationis fuiſſe ſanatum per comparitionem.Grat.in d. conſ.30.num.56. Caputaq.deciſ.112.& 116.nu.7.par.1.

Ad vltimum fuit dictum, laudum † habere hic executionem paratam, 24 tàm ratione iuramentorum, ac pactorum appoſitorum in compromiſſo. Boer.deciſ.284. num.26. Pract.Pap.in d.forma, verſ.nec reductio peti, num. 10. Grat.conſil.34. volum.1. conſil 92. num.22.& conſ 118.num.1.vol.2.quàm ratione ſtatutorum.Pariſ.conſi.45. nu. 13.volum.1.Theſau.deciſio.253. numero 6.

Fult igitur pronunciatum, laudum eſſe exequendum contra dictum Cęſarem de Regibus tantùm, ſed pro tota ſumma, ex quo eius fratres non ratificarunt compromiſſum,&c.

Neque potuit dictus Cæſar excuſari ex eo, quòd non fuerit interpellatus pro ratificatione,Quia iuramentum † 25 habet vim interpellationis.Gozad.cõſil.57.num.13. Crau.conſ.64. numero 2.Rolan. conſ.77. numero 19. volum. 1.Curt.iun.conſ.74 nume.6.lib.1. Seraph de priuil. iuram. priuil 49. Aſin. de execut.§.9.numero 119.Menoch.de arbit.iud lib ſecundo. cent.5.caſ.498. numero vigeſimoſecundo. Farin. de carcer.quæſtione trigeſimaquarta. numero 132.

Præterea accedit renunciatio in cõpromiſſo facta de omni iuris,& legum auxilio. Pariſ.conſ.12. numero 20.vol. 2.Decian.conſ 39. num.157. volum.2. Gabr.de pact.concl.2.num.18 cum ſequent.

Prout neque idem Cæſar potuit iuuari ex eo, quòd promiſerit factum alienum, & quoad ſe vſus fuerit omni diligentia;Nam id tollitur ex cumulatis per Surd.conſ.3,numero 5.cum ſeq. & num.39.

Contigit etiam dubitari, An à dicta ſententia D. Vicarij lata ſuper executione laudi licuiſſet appellare.

Et fuit reſolutum,non † licuiſſe ſaltem quoad effectũ ſuſpenſiuum. Grat. 26 d.conſ.

d.conſ.30.num.54 cum ſeq. Card.Zabar.conſ.139.num.23. Couar.var.reſol. lib.2.cap.12.nu.3.Menoch.de arb.iud. lib.1.quæſt.70.num.11.Magon.Lucen. deciſ.37.num.8.

ARGVMENTVM.

Minor an poſſit opponere exceptionem nullitatis.

SVMMARIVM.

1 *Minoris obligatio ſine ſolemnitatibus eſt nulla.*
2 *Minor ætas quomodo probetur. Et num.3.4.5.& 6.*
7 *Nullitas obligationis an poſſit opponi per minorem, qui iurauit. Et num. 8.& 9.*
10 *Minor an poſſit dicere obligationem nullam, ſi contrahebat vt maior. Et num.11.& 12.*
13 *Vel ſi eſſet induſtrius. Et num.14. Vel mercator. numer. 16.17.18. & 19.*
15 *Læſio probatur ex fideiuſſione ipſa.*
20 *Minor an poſſit dicere de nullitate, ſi factus maior tacuerit per quinquennium.*
21 *Exceptio nullitatis an admittatur in poſſeſſorio. Et numer.22.23.24.27. 28.& 29.*
25 *Incontinenti quando aliquid dicatur fieri. Et numero 26.*

RESOLVTIO III.

IN vna Saluiani interdicti intentati per Ioſephum Amatum de Sarnano contra Mecotium de Montegranato reducebatur omnis difficultas ad illam inſpectionem, Nempè, An fideiuſſio facta per Sillam Marini pro Iuſtino Ægidio ad fauorem Coriolani patris dicti Ioſephi fuerit valida, vel nulla.

Et fuit poſt longam diſputationem reſolutum pro nullitate: Dictus etenim Silla tempore, quo fideiuſſit, erat minor vigintiquinque annorum, & obligatio † facta per minorem, non ſeruatis ſolemnibus iuris, & aliis requiſitis per Cõſtitutiones Prouinciæ Marchiæ, eſt nulla ipſo iure Bocc.ſuper ca. vt min.glo.2.num.67.& gloſſ.6.num. 171.Maſcard.de probat.concl.1255. numero 18.volum.3.Menoch.de recuper. poſſ. remed. 15. numero 141. cum ſequent. 1

Quòd autem dictus Silla dicto tempore fuerit minor, ſatis luculẽter probatum fuit.

Primò per plures † teſtes conteſtes, & reddentes veram cauſam ſcientiæ, licèt minor ætas poſſit probari per teſtes etiam inhabiles.Maſcard.de prob. concl.668.num.17.volum.2. & ſingulares, num.21. Felin.in ca.licet.nu.3.de teſtib. Quinimò † per indicia. Surd. deciſ.75.nũmero 22. Maſcard.de prob. concl.675.numero primo, volumine ſecundo. 2 4

Et quamuis aliqui tenuerint, quòd quando minor iurauit ſe maiorem, tũc ætas minor non poſſit probari † per teſtes, ſed per inſtrumenta tantùm, per tex.in l.3.C.ſi min. ſe ma.& ibi Doct. Anch.fam.quæſtion.decimaſexta, numero octauo, libro primo. Bero. quæſtio. quadrageſimatertia. numero primo. Tamen dicebatur primò, veriorem, & magis communem opinionem eſſe in contrarium, prout de ea teſtatur Benintend.deciſ.47.num.4. 5

Secundò, in caſu noſtro non poſſe † operari iuramentum, ex quo per dictam Conſtitutionem annullatur, imò 6

fingitur dolo extortum. Bald.in d.l.3. num.6.cum ſeq.

6 Secundo loco probata fuit dicta ✝ ætas per librum baptiſmalem,ex quo, probari ætatem minorem, firmarunt latè Maſcard.d.volum.2.concl.672.nu. 1.cum ſeq.Caualc.de tut. & Curat.nu. 296.Et præſertim hodie,ſtante Concilio Tridentino, de reformat.matrim. ſeſſ.24. cap.1. vt benè ponderat Maſcard.d.concl.672.nu.18. & concl.677. num.2.

Et quia multa allegabantur per partem ad tollendum hoc fundamentum, & ex aduerſo multa etiam replicabantur,ideò,vt veritas reſolutionis magis videatur, diſtinctè omnia ventilare viſum fuit.

Primò igitur loco allegabatur per
7 dictum Ioſephum, quòd ✝ hæc nullitas obligationis non potuerit per dictum Sillam opponi,ex quo iurauerat, ſe maiorem d.l.3. Anch.d.quæſt.16.n. 3 & 8.Grat.conſ.46.nu.3.volu.1.Becc. conſ.100.num.15.

Cæterùm reſpondebatur.Primò,veriorem, & communiorem eſſe ſcribentium
8 opinionem, nullitatem ✝ actus poſſe opponi non obſtante iuramento, vt teſtatur Benintend. d.deciſ.47. num.3 cum ſeq.Caualc.de tut.& Cur. num 299.Non conſ.88.num.15. & 22. Caſtr.in d.l.3.num.3.Bocc.ſuper dicto cap.vt min.gloſſ.2. numero 49.67.& 86.gloſſ.6.num.117.& gloſſ.8.numero 54.& 79. vbi dicit, Conſtitutionem prædictam tollere omnia iuramenta.

Secundò,quia ✝ dictus Silla,antequã
9 tueretur ſe remedio nullitatis, obtinuerat abſolutionem à iuramento, ſiuè iuramentis, vnde vires iuramenti fuerant eneruatæ.Bocc.in dict.gloſſ.2. numero quadrageſimotertio,cum ſeq. & num.55.

Secundo loco allegabatur, quòd dictus Silla,tam ante,quàm tempore dictæ obligationis ſe gerebat ✝ tanquam 10
paterfamilias, & contrahebat vti maior, vnde non venit audiendus hodie ſuper dicta nullitate. l.fin. & ibi Bart. num.3.C.de reſtit.in integrum. l.1.C. qui,& aduerſ.quos l.1.C.ad Macedon. l.verum.§.ſciendum. l.quòd ſi minor. §.non.ſeu per. l.non omnia. ff. de minor.Ancharan.quæſtio.38.lib.2. Grat. conſ.46.numero 16.volumin.1.Socin. Sen.conſ.32.numero 21.libro 1. Pract. Pap.in form.libel.act.hypoth.in gloſ. mutuo. numero 10. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.88.numero decimoſexto.

Sed reſponſum fuit primò, iura, & doctrinas allegatas Doctorum procedere, quantum ad ✝ excludendam re- 11
ſtitutionem in integrum, non autem nullitatem; Et ratio diuerſitatis eſt, quia reſtitutio eſt remedium extraordinarium,ſed nullitas ordinarium.Benintend. dict. deciſion. 47. numero tertio.

Secundò,dictam concluſionem procedere in puris terminis iuris, ſed hodie extat dicta conſtitutio Prouinciæ, quæ annullat obligationem minoris, ac etiam iuramenta omnia ſuperinde interpoſita,non adhibitis ſolemnibus, excepto vno caſu, nempè ſi eſſet mercator induſtrius tenens apothecam apertam, Vnde in aliis quibuſcunque caſibus,& ſic in caſu,quo minor ✝contra- 12
traheret vti maior, eſt attendenda dicta Conſtitutio, cum exceptio in vno caſu firmet regulam in cæteris. l.nam quod. §. fin. ff. de pœn.leg. cum aliis vulg.

Tertiò, non fuiſſe probatum, ſaltem concludenter, dictum Sillam ſe geſſiſſe tanquam patremfamilias, & contraxiſſe vti maiorem ante dictam fide-

fideiuſſionem, quod tamen dictus Ioſeph tenebatur omninò probare vti fundamentum ſuæ intentionis. l. actor. C. de probat. cum vulg.

Tertio loco principaliter allegabatur, quòd dictus Silla non potuerit allegare nullitatem ex cauſa minoris æ-
13 tatis, quia licèt † eſſet minor, tamen probatum fuit, ipſum eſſe induſtrium, & ſagacem. l. 1. C. qui, & aduerſ. quos Anch. in d. q. 38. num. 9 Grat. d. conſil. 46. numer. 20. Bocc. in d. glo. 7. numero 32.

Sed replicatum fuit, concluſionem
14 prænarratam procedere, quando † minor induſtrius non eſſet læſus, ſecus ſi eſſet læſus, quia tunc venit reſtituendus, ſecundùm Bald. in d. l. 1. numer. 5. quem ſequitur Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 23. artic. 4. num. 16. Et ratio illa eſſe poteſt, quia ex dicta læſione cenſetur probata imperitia, & facilitas contrahentis. Bald. in d. l. 1. num. 4.

15 Quod autem dictus Silla fuerit † læſus, probatum dicitur eo ipſo, quòd fideiuſſit. Bald. in l. ait Prætor. §. non ſolùm. ff. de min. Bero. quæſt. 115. num. 1. Surd. conſ. 46. num. 4. vol. 1. Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 36. artic. 3. numero 30.

Quarto loco allegabatur, nullatenus
16 † eſſe audiendum dictum Sillam, cum tempore dictæ obligationis mercator eſſet, & ſic intrat caſus exceptus per Conſtitutionem prædictam, &c. quod etiam eſt conforme iuri communi, vt in d. l. 1. C. qui, & aduer. quoſ &c. Bocc. in d. cap. vt minorum. gloſſ. 7. numero 32.

Verùm reſponſum fuit primò, per partem non potuiſſe probari, dictum Sillam fuiſſe mercatorem, niſi quòd ſemel vendiderit vnum equum, ex v-
17 nico † verò actu vendendi non efficitur de iure quis mercator. Bero. quæſt. 115. num. 4 Bocc. d. gl. 7. num. 37. Bald. in procem. ff. in rub. num. 13. Bart. numer. 10.

Secundò, per Conſtitutionem prædictam requiri duo, † nempè primò, 18
quòd eſſet mercator: ſecundò, quòd teneret apothecam apertam, vt per Boccac. in d. gloſ. 7. num. 33. cum ſeq. quod vltimum nedùm non fuit probatum, ſed neque articulatum.

Tertio, ſuppoſito dictum Sillam fuiſſe mercatorem, tamen adhuc potuiſſet opponere de nullitate, quia illa concluſio † in minore mercatore proce- 19
dit quando ille contraheret ex cauſa mercaturæ, ſecus ſi ex alia cauſa. Bocc. d. gloſ. 7. num. 32. & 36. Strach. de mercat. par. 3. num. 26. Odd. d. quæſt. 25. art. 6. num. 22. Bocc. conſilio 5. nume. 15. ſed dictus Silla nõ fideiuſſit ex cauſa mercaturæ, ſed mera eius facilitate, & imperitia.

Quintò, & vltimò allegabatur, nullatenus dictum Sillam poſſe audiri in dicta nullitate, ex quo † factus maior ta- 20
cuit per quinquennium, & vltra, Vnde cenſetur omnia ratificaſſe. l. fin. C. ſi maior fact. Menoch. de recup. poſſeſſ. rem. 15. numer. 142. & 149. Maſcard. de probat. concl. 1255. numer. 18. volum. 3. Boccac. in d. gloſ. 2. num. 49. gloſ. 8. nu. 276. & gloſ. 10. nume. 2. Rot. Auinion. deciſ. 69 num. 7. Surd. deciſ. 245. num. 2. Gabr. de min. concluſ. 4. num. 1. cum ſeq. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 9. numer. 9. Natt. conſil. 162 num. 30. conſil. 259. num. 1. & conſil 295. num. 1. Non. conſ. 88. num. 19. Gabr. conſil. 13 num. 21. vol. 1. & conſ. 36. num. 55. Grat. conſ. 47. num. 28. volum. 1. Crau. conſ. 102. num. 7. Alex. conſil. 117. num. 2. vol. 5. Dec. conſ. 232. num. 5.

Verùm hoc fundamentum partis tollebatur pluribus modis, & primò, quia illud non eſt verũ hic. ex quo Cõ-

ſtitutio pręfata pręſumit dolum vltra annullationem actus,& ſtante pręſumptione doli excluditur omnis ratificatio,& includitur mala fides.

Sed quia hæc reſponſio videbatur dubia ob varias Doctorum opiniones, ideò de illa latius diſcuti placuit per modum articuli.

Articulus igitur erit, An minor maior factus tacens per quinquennium cenſeatur ratificaſſe,ſtante dicta Conſtitutione præſumente dolum. Et in hoc articulo duas reperio opiniones.

Prima eſt negatiua,quam tenuerunt Rom.conſil.54. colum.2. Barb. conſil. 70. columm. 3. volum. 3. Ruin. conſil. 170.num.29.volum.1. Pariſ. conſ.100. num.68. vol.1. Curt.iun. conſil.50. & 51.per tot. Surd.conſil.49.num.38. volum.1. Roland. conſi.60.num.45.volum.4. Gabr. de min.concl.4. num.9. Bocc. d.gloſ.8. num. 288. vbi teſtatur de communi. Maſcard. de probat. d. concl.1255.numer.57. Caputaq.deciſ.1. par.3. vbi teſtatur, ita fuiſſe tentum in Rota Romana.

Et hæc opinio ſuadetur primò;Nam ſicut, ſtante dolo vero, nunquàm inducitur ratificatio per lapſum cuiuſcunque temporis.l.1.C.ſi ma.fact.rat. Menoch.d.rem.15. numer.132. & 177. Non. conſil.88.num.13. Pedem. deciſ. 179.num.13. Maſcard.d.concl.1255.numer.56.ita etiam, ſtante dolo præſumpto per legem, dicendum eſt, ratificationem non induci, cum dolus præſumptus ſit propriè dolus.Surd.d.conſil.49.num.40.& 42.in fine Curt.iun. conſ.111.numer.6. Et idem operetur, quòd verus in Ciuilibus. Surd. deciſ. 272. num.27. Boccac. d.gloſ.8. num. 288. & ſeq. Sed hic adeſt dolus præſumptus per dictam Conſtitutionem. Vide Non. d. conſilio 88. numero 14. Pariſ.d.conſi.49 nume. 49.Rom.conſil.54.num.5.Surd.d.conſ.49. num.39. Natt.conſ.295.num.3. Menoch. d.remed.15.num.179.cum ſeq. Et, talem Conſtitutionem, ſiue ſtatutum præſumens dolum validum eſſe, firmarunt Anch.conſ.226. Soc.Sen.conſi.66.lib. 1.Ruin. conſ.94.num.9.volum.1. Soc. iun.conſilio 3.lib.2.Lambert.de contr. gloſ.8. num.9.cum ſeq.

Quod maximè verum eſt, ſi dictum ſtatutum eſt cõfirmatum à Papa,prout fuit confirmata dicta Conſtitutio. Lambert.d.gloſ.8.

Secundò adducitur, hic extare dolum verum.Primò,quia,cum fuerit dictus Silla Ięſus,eo ipſo,quòd fideiuſſit, dicitur extare dolus re ipſa, ſecundùm Alciat.tom.3.lib.8.reſp.22.num.2.& 3. vbi dicit, paria eſſe dolum ex propoſito,& re ipſa.

Secundò, quia dicta Conſtitutio dicit, quòd obligationes præſumantur, & fingantur doloſè extortæ, ſed quando fictio à lege introducitur ſuper actu, ſuper quo ipſa lex diſponere poteſt, dicitur verè facere, non autem fictè.Pedem.deciſ.126. numero quinto. Et de eo, tanquàm de vero actu, iudicandum eſt. Bart.in l ſi is,qui. numero 29.& 36.ff.de vſucap. Boccac.d gloſ.6. num.117.& gloſ.8.numer.282.& dolus verus in quacumque diſpoſitione cenſetur excluſus. Pariſ.d.conſil.49.num. 51.Surd.d.conſ.49.numer.38. Eiquè renunciari expreſsè non poteſt, neque tacitè.Pariſ.d.conſ.49.numer.49.Statutum autem fingens dolum valere, voluerunt Bal. conſ.213.libro 2. Barb. conſ.70.libro 3.Abb.conſil.71 libro 1. Corn. conſil.135.lib.1.conſil.7.lib.2.& Lambert.in d.gloſ.8.num.97.

Tertiò, etenim per dictam Conſtitutionem indicitur mala fides. Surd.d. conſi.49.nu.41.& 47.Natt. conſil.162. num.34.

num.34. & conſi.295. num. 3. & propterea dicitur excluſus omnis curſus temporis, ſaltem de iure Canonico. Ruin.conſ.41. num. 51.lib. 1. Menoch. d. remed. 15. nu. 187. Boccac. d. gloſ.8.num. 290.

Quartò, nam ſemper eſt facienda interpretatio,vt ſtatutum non ſit eluſorium, ſed dicta Conſtitutio eſſet fruſtratoria, ſi,dum præſumit, & fingit dolum, non excluderet præſumptionem ratificationis, quicquid dicat Non.d. conſ.88. num. 22. verſ. & ſi forſan.

Secunda fuit opinio affirmatiua, quàm tenueruntPariſ.ſibi contrarius, in conſ. 49. nu. 42. cum ſequen. lib. 1. Cæph. conſ.51. num.33. lib.1. Crau. conſ.151. num.31. Non. conſ. 88. nu. 22. Caualc.de tut. & cur.numero 146. Menoch. de recup.poſs.rem.15. num. 135.179.& ſeq.Gabr.conſ.13.nume.21. volum.1.

Et pro hac opinione adducebatur primò l. fin.C.ſi maior.fac.quæ,cum generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda, ſecundùm Non. in d. conſ.88.nu.22.

Sed reſponderi poteſt, dictamq; legē non præſumere dolum expreſsè,prout Conſtitutio prædicta præſumit, quæ expreſſio multùm operatur. Gabr. de min.d. concl.4. num. 10. Præterea d. l.fin. excludit reſtitutionem, ſed non nullitatem, ſecundùm Caſtr. in l. 1. num.3. C.ſi min.ſe ma.dix.

Secundò adducebatur, quia dictus Silla erat ſciens. Non. d. conſ.88.numero 23. Pariſ.d.conſil. 49. num.44. cum ſeq.

Verùm hoc argumentum rectè diluitur per Surd. in d. conſil. 49. num. 32. & 43. vnde non repeto.

In hac contrarietate magis placebat prima opinio; Tùm vti verior, cum ſit fundata melioribus rationibus; Tum vti magis recepta perDoctores, vt teſtatur Surd. d. conſ.49. num.43. Tum etiam quia,vidi illam magis obſeruatam in practica, faciunt dicta per Caputaq.in d. deciſ.1.

Reſpondebatur ſecundò principaliter ad fundamentum quinto loco allegatum, id procedere, quando in alienatione deficeret ſolummodò decretum, prout in defectu ſolius decreti loquitur d.l. fi. ſed ſecus ſi deficerent omnia ſolemnia, prout hic, quia tunc ex quocumque curſu temporis non inducitur ratificatio; Et hanc declarationem tenet gloſ. in d. l. fin. Natt.conſil.395.num.1.qui dicit ita firmare Iacob. de Aren. Cyn. & Alb. de Roſ.Surd. conſ. 49. num.29. vbi teſtatur de communi,& num.42. Rot. Auinion. deciſ. 69. num. 8.Gabr. de min. concl. 4. num. 5. Simoncel.de decret. lib. 3.tit. 9. nu.24. Capic.deciſ. 92. num.2. verſ.fatetur tamen. Corn. conſ. 207. nu. 6. & ſeq. vol.3. & de magis communi teſtatur Menoch. de recuper. poſſ. remed.15. nu 149.

Et licèt contrariam opinionem tenuerint Cæphal. conſ 51.num.45.volum.1.Oſaſch.deciſ.179. num. 13.Gabr. conſi.13.num.21. & conſ.36.nu.55. volum.1. Pariſ. d. conſ. 49. num.58. Grat. conſ.47. in fin.lib. 1. Corn.ſibi contrarius conſ. 36. nu.22. lib. 2. Maſcard. de probat.concl. 1255. num. 18.

Tamen prima opinio eſt verior, & magis recepta à Doctoribus,prout de ea teſtantur Surd & Menoch. vbi ſupra. Et licèt Gabr.dicat, contrariam opinionem eſſe magis communem in dicto conſ. 13. num.21.tamen non bene dicit; hinc loquitur per verbum, videtur.

Tertiò,& vltimò reſponſum fuit, in dicta Conſtitutione adeſſe decretum irritans, vnde excluditur omnis ratificatio tacita proueniens ex temporis lapſu. Boccac.d.glo.6.nu.137.& glo.8. num.290.

Cum dictus Aduocatus dicti Ioſephi non potuiſſet fundare intentionem ſuam ex iam dictis, cõuolauit ad aliud
21 fundamentum, Nempè, quod † exceptio nullitatis reſpiciat petitorium, & propterea non veniret admittenda in poſſeſſorio intentato. Natt. conſil.532. num.4.

Verùm fuit replicatum.

22 Primò, quod exceptio † reſpiciens petitoriũ admittitur in remedio poſſeſſorio, quando per illam tollitur omnis actio, ita vt agens dicatur experiri ſine actione, vt in præſcriptione xxx. annorum voluerunt Pariſ.conſil.1. num.155.volum.1. Crau.conſ.124.num. 14.Natt.conſ.563.num.31.Caſſan.conſ. 68.num.12. Contard. in l.1.lim. 2 §.4. num.17. C.ſi de mom.poſſ. Et in Saluiano quando obligatio minoris eſt nulla, quòd poſſit opponi nullitas contractus, de cuius ſubſiſtentia debet cõſtare, vide Menoch.de adipiſcen. poſſ. remed.3.num.76. & 82. Sed per hanc
23 † nullitatem contractus excluditur omnis actio, cum ob reſiſtentiam Conſtitutionis nulla fuerit ex dicto contractu obligatio nata. Alexand. in l.ſi ſertem ff.de condit.indeb.Surd.deciſ. 268.num.9.

24 Secundò, quia † in poſſeſſorio admittitur exceptio reſpiciens petitorium, quando offertur incontinenti probatio. Caſſan.conſ 68 numer.15.16. & 41.Surd.conſ.252.nu.6.& 28. Gabr. de reſtit.ſpol.concl.1.num.49.Menoc. de adipiſc.poſſ rem.4.num.731.Farin. de oppoſ.cont perſ.teſt.quæſt.62. numer. 358.Et in Saluiano, vide Put.dec. 233.par.3.Natt.conſi.502. num.6. & in exceptione nullitatis, vide Menoch.de adipiſc.poſſ rem.4.nu.729.

Cæterùm dicta nullitas nedùm fuit propoſita incontinenti probanda, ſed imò fuit incontinenti probata. cum id † incontinenti dicatur probatum, 25 quod in eadem inſtãtia probatur. Beccar.conſilio 89.num 19. Caſſan.conſil. 68.numer.49.Contard.in d.l.1.lim.12. num.8. vbi reddit rationem, quia non ponitur in dilatione negotium principale. Turret.conſil.67.num.3.cum ſeq. vol.1. fuit enim dicta nullitas probata non ſolùm in eadem inſtantia ſed etiam in eodem termino, in quo pars probauit capitulata per ipſam.

Et facit, nam, quando † dicatur quid 26 incontinenti fieri, ſeu probari, eſt arbitrarium iudici. Becc. conſil.89.num. 19. Menoch. de adipiſcen. poſſ. rem.4. num. 730.& 772 Contard.d.l.1.lim.12. num.7.cum ſeq.vide Surd. conſil. 252. num.12 & Natt. conſilio 502.nume.9. vbi dicit, eſſe terminum duorum menſium. Farin.d.quæſt. 62. num.358. Et articulus ratificationis per lapſum tẽporis, licèt videatur requirere altiorem indaginem, ſecundùm Put. deciſ. 233. par.3.Surd.conſil.252.num.10.& deciſ. 58.nu.8 Menoch.de arb.iud.qu.57.nu. 9. Tamen in præſenti cauſa apparuit clarus, ſtante dicta Conſtitutione.

Tertiò, quia tertius comparens po- 27 teſt † opponere exceptionem reſpiciẽtem petitorium in poſſeſſorio. Gabr. de reſtitut ſpol. concluſ 1. numero 53. Menoch. de recup poſſeſſ. rem.1. numero 372. ſed dictus Silla eſt tertius in cauſa, cum Saluianum interdictum fuerit intentatum contra dictum Mecotium. Accedit, etenim exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem, licèt non admittatur contra tres conformes,

tamen

tamen admittitur, ſi opponatur à tertio. Lancell. de attent. par. 2. c. 17. nu. 108.

28 Quartò, quia † pars paſſa fuit probari ſuper nullitate inſtrumenti. Gabr. de reſtit. ſpol. concl. 1. nu. 6. Menoch. de retin. poſſ. rem. 3 nu. 682. & de recup. poſſ. remed. 1. num. 167. Lancell. de attent. par. 3. cap 24. quæſt. 31. num. 2. Caſſan. conſil. 68. num. 41. & in puncto Turret. conſil. 18. num. 25. cum ſeq. volum. 1. Quinimò produxit etiam capitula ad excludendam nullitatem probatam, & ſuper eis plures examinati fuerunt teſtes, Afflict. deciſ. 33. num. 7. Caſſan. d. conſ. 68. numero 25.

Quintò, & vltimò fuit replicatum,
29 hic conſtitiſſe † de bono iure rei, & malo ipſius actoris. Lancell. de attent. par. 3. c. 24. quæſt. 51. nu. 3. Turret. cõſ. 18. num. 26. volum. 1. Et ad doctrinam Natt. in allegato conſil. 532. num. 4. vltra ſupradictas reſponſiones, poteſt etiam applicari talis reſponſio, nempè, quòd ipſe loquatur de defectu pignoris, & ſic extrinſeca nullitate, ſed hic agitur de nullitate intrinſeca inhærente oſſibus inſtrumẽti, quæ ſemper poteſt opponi, cum ex eodem fonte oriatur petitio, & exceptio. Felin. in c. ex parte, num. 9. verſ. decimò fallit. de off. iud. deleg.

ARGVMENTVM.

An à laudo detur appellatio.

SVMMARIVM

1 *Appellatio an detur à cauſa mercedis.*
2 *Item, an à laudo. Et num. 9.*
3 *Appellatio in dubio cenſetur permiſſa.*
4 *Merces vt debeatur, quid probandum ſit. Et numero 5.*
6 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
7 *Subſcribens folium album non cenſetur probare ea, quæ poſtea in eo ſcripta ſunt.*
8 *Arbitratoris dictum an probet.*
10 *Appellatio datur ab exceſſu.*
11 *Poſitiones habendæ ſunt pro creditis, & confeſſatis, ſi pars nolit reſpondere.*
12 *Poſitionibus tenetur reſpõdere reus.*
13 *Appellatio nõ datur à decreto, quòd poſitiones habeantur pro confeſſatis.*

RESOLVTIO IV.

IN vna Mediolanenſis mercedis fuit datũ infraſcriptum motiuum. Proponebatur per R. Guelpham, captionem pignorum non fuiſſe attentatam, quinimò fore procedendum ad vlteriora in executione, ex tribus.

Primò, cum ageretur de mercede, cuius † cauſa non recipit appellatio- 1
nem, ſaltem ſuſpenſiuam. vulg. iuribus, & doctrinis.

Secundò, quia agebatur de laudo † 2
lato per D. Vicarium, à quo non datur appellatio, ſecundùm Marant. in Specul. aur. verſ. & quandoque appellatur. numero 261. cum ſeq. par. 6. Præſertim quando illud eſſet acceptatum, & emologatum à partibus, vt hic. Marant. in d. verſ. & quandoque appellatur. num. 317.

Tertiò, nam dicta executio fuit facta vigore ſententiæ de exequendo latæ per D. Monetam Delegatum, à

qua ſententia, ſecundùm veriorem & magis communem opinionem, nō datur appellatio. Marant. d. verſ. & quandoq; appellatur. nume. 260. & poſt alios Gabr. de appell. concluſ. 4. Lancel. de attent par. 2. c. 12. lim. 53. num. 8. Eò maximè, cum in literis Apoſtolicis eſſet appoſita clauſula; ſine præiudicio legitimæ executionis; & ſic talis conditio erat prius adimplenda, vt aliàs dictum eſt.

Cæterùm contrarium videbatur reſoluendum, ex quo in dubio ✝ appellatio cenſetur de iure permiſſa. Soc. Sen. conſ. 39. nu. 1. vol. 4. Surd. deciſ. 27. nu. 4. Quod præſertim verum eſt in foro Eccleſiaſtico, in quo attenditur ius Canonicum, ſecundùm quod datur appellatio ab omni ſententia, & grauamine quoad vtrumque effectū. Contard. in l. 1. lim. 3. nu. 1. cum ſeq. C. ſi de mom poſſ.

Et, primum obiectum tolli poſſe videtur.

Primò, negando hic agi de mercede, nam, de ea nullo modo conſtitiſſe in actis, dicebatur, cum nō fuerit pro-
4 batum ✝ ſeruitium præſtitum, quod erat probandum, vti fundamentum intentionis. vulg. iurib. Nec minus
5 fuerit doctum ✝ de promiſſione, & conuentione mercedis. Dec. conſilio 132. num. 2. Bonacoſ. de ſeru. vel fam. quæſt. 7. Put. deciſ. 43. par. 2.

Secundò, quia dicto R. Guelphæ non videbatur competere actio ad pecuniam, ſed ad domum, iuxta conuenta.

Secundùm pariter videtur poſſe infringi.

Primò, quia non eſt verum, hic agi de laudo, cum in perſona Domini Vicarij nullum eſſet factum cōpromiſſum; Quinimò verè compromiſſarij non protulerūt tale laudum, nec ſubſcripſerunt folium, non ✝ entis autē 6
nullæ ſunt qualitates. c. bonæ, de Cleric. c. ad diſſoluendum. de deſp. impub. Surd. conſ. 61. nu. 57. vol. 1.

Secundò, eſt animaduertendā pro veritate, quòd partes ſubſcripſerunt ſchedulam vacuam, ſiue folium albū, vnde ſuccedit illa receptiſſima Doctorum concluſio, quòd ſubſcribens
✝ tale folium non cenſeatur approba- 7
re ea, quæ poſtea in ea ſcripta ſunt. Bald. in l. fin. C. plus valere, quod agitur. Innoc. in c. 2. nu. 3. cum ſeq. de fid. inſtrum. & ibidem Felin. nu. 37. teſtatur de communi Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. § Chriſogonus num. 13. ff. de verb. oblig. Gabr. de præſumpt. concl. 3. num. 27. Maſcar. de probat. vol. 3. concl. 1341. nu. 16. vnde tollitur id, quod poſſet dici, nempè, quòd valeret in vim pacti, & promiſſionis, ſecundum Afflict. deciſ. 117. nu. 2 & de ſubſcriptione dicti folij albi atteſtatur apertè D. Redebuſtus vnus ex Compromiſſarijs, qui dicitur ✝ eſſe inte- 8
ger teſtis, cum deponat de geſtis coram ſe, & quæ per alium non poſſunt commodè probari, Felin in c. cum à nobis. num. 12. de teſtib. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 124. nu. 11. & 44. cum ſeq. Et ad abundantiorem cautelam R. Vicecomes petijt, ſibi dari iuramentum ſuppletorium, quod cōcedendum eſt, iuxta dicta per Doct. in l. admonēdi. ff. de iureiur. Maſcard. concl. 954. vol. 2. de probat. Nullaq; habita fuit ratio aſſertæ atteſtationis D. Gibelli, vti extraiudicialis, & non recognitæ, atque patientis diuerſas exceptiones.

Tertiò, quia ✝ à laudo datur recla- 9
matio, & reductio, qua pendente, nil eſt innouandum, vt latè per Lancel. de attent. par. 2. c. 16. nu. 16. cum ſeq. vbi teſtatur de communi.

Ad vlti-

Ad vltimum ſimiliter reſpondetur primò,ſecundùm magis receptam Doctor.opinionem,à ſententia confirmatoria laudi dari appellationem. latè Benintend.deciſ.15.

Secundò, quia tum à ſententia de exequendo non datur appellatio,quando eſſet lata ſuper materia non recipiente appellationem, ſecus ſi reciperet appellationem:Et ratio eſt,ne ſit in poteſtate iudicis facere ſententias inappellabiles, vt aliàs dictum eſt: Hic autem agitur de materia appellabili.

10 Tertiò, quia hic allegabatur † exceſſus,qui facit ſententiam de exequẽdo appellabilem. Menoch. de adipiſc. poſſ.rem.4.num.821.Turret.conſi.26. num.27. Lancell.de attent. par.2.c.12. lim.53. nu.22. & 30.cum ſeq.Contard. in d.l 1.lim.19.

Tandem fuit reſolutum ad fauorem D.Vicecomitis, ex quo fuerunt factæ poſitiones pro habenda veritate folij ſubſcripti,quibus cum R.Guelpha no-
11 luiſſet † reſpondere, fuerunt habitæ pro creditis.& confeſſatis, iuxta cap 2. & ibi Doct.de confeſſ.in 6. Bal. in l.ſi filius. ff.de interrog.act. & in l.1.num.2. C.de pœn.iudic. qui malè iudi.Fab. Turret.in conſ.41.num.6.vol.1.

Et licèt dictus Guelpha appellaſſet à poſitionibus intimatis, nihilominus fuit reiecta appellatio vti friuola:Tum quia dictæ poſitiones reſpiciebant attentata, ſuper quibus petebatur pronunciari in primis, nec non reſpiciebant legitimitatem executionis: Tum
12 quia reus † tenetur de iure reſpondere poſitionibus. gloſ. in clem. ſæpè. de verbor.ſignific. Benintend. deciſione 24. in fin. alioquin iudex poteſt eum cogere ad reſpondendum.Afflict. deciſ.177.numer.1. Turret.in d.conſ.41. num.5.

Fuit etiam reiecta † appellatio in- 13
terpoſita per eundem Guelpham à decreto, quòd poſitiones haberentur pro confeſſatis, prout, reiici debere,in terminis dicit Dec.conſil.34.numer.1. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Interdictum Saluianum quando præſcribatur.

Item, A quo ſit probanda negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum præſcribitur ſpatio decem annorum.*

2 *Maximè ſtante ſtatuto Maceratenſi.*

3 *Præſentia præſumitur.*

4 *Præſcriptio cœpta contra defunctum an currat contra minorem.*

5 *Pro cenſu in ſpecie conſtituto an poſſit agi contra tertium poſſeſſorem. Et num.14.*

6 *Exceptio præſcriptionis reſpicit petitorium, & ideo non admittitur in poſſeſſorio. Et num.7.*

8 *Præſcriptiones tot an requirantur, quot anni pro fructibus decurſis. Et num.9.*

10 *Remedium legis fin. C.de acqu.poſſ. quando competat. Et num.11.12. & 13.*

15 *Negatiua ſolutionis à quo probanda. Et nu.16.17.18. & 19.*

RESOLVTIO V.

IN vna Maceratenſi Saluiani interdicti intẽtati per D. Ioannẽ Baptiſtã Pellicanũ contra D. Petrum Thomã.

Compagnonum pro fructibus decurſis, & non ſolutis, ex cauſa inſtrumenti cenſus, allegabantur duo principaliter ex parte dicti Petri Thomæ ad excludendum actorem.

Primò, quòd ipſe, vti poſſeſſor cū titulo, & bona fide per annos quindecim, foret tutus præſcriptione, cum abſolutum ſit in iure, remedium prædictum † Saluiani præſcribi, ſpatio decem annorum, ſicut hypothecariam actionem, vt per Gabr. de præſcript. concl. 7. num. 8. Pariſ. conſ. 50. num. 2. volum. 1. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 14 num. 70. & conſ. 365. nu. 27. vol. 4. Neguſ. de pign. memb. 2. par. 6. Balb. de præſcrip. 4. par. 4. par. princ. quæſt. 3. Roland. conſ. 79. num. 7. & 17. vol. 1. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 10. num. 11. Cuman. conſ. 9. Alexan. conſ. 220. num. 10. volum. 6. Socin. iun. conſ. 17. volum. 2. Crau. conſ. 148. num. 6. Afflict. deciſ. 139. & ibi Vrſil. in addit. Odd. conſ. 82. Grat. conſ. 41. volum. 2. Carroc. de excuſ. bona par. 3. quæſt. 12. qui omnes reprobant opinionem Alexandri in conſ. 58. circa fin. vol. 5.

1

Et hæc cōcluſio vera dicitur in pręſenti caſu, cum ex ſtatuto † Ciuitatis Maceratæ libr. 2. rubrica. 81. caueatur, quòd habens aliquam actionem realem, & perſonalem, & non agens per annos quindecim cadat ab omni iure, & actione, & contractus intelligatur per veram ſolutionem ſublatus.

2

Et ponderatur primò dictio illa, [aliqua] quæ cum ſit vniuerſalis, comprehendit omnia. Doct. in c paſtoralis de offic. deleg. Rip. in l. ſi vnquàm numero 15. vbi etiam Tiraqu. in ver. aliqui. C. de reuocand. donat. Becc. conſ. 32. numero 5. Surd. conſ. 33. numero 4.

Ponderantur ſecundò illa verba [cadat ab omni iure, & actione, &c.] quæ important ipſo iure. Salic. in l. 2. C. de iu. emph. Tiraq. in d. l. ſi vnquàm in ver. reuertatur.

Ponderantur tertio illa verba,] intelligatur per veram ſolutionem ſublatus, &c.] ex quibus inducitur validitas ſtatuti ob præſumptam ſolutionem. Non. conſ. 78. numero 28. Rim. iun. conſ. 198. col. 1. vol. 3.

Nec eſt ambigendum, quin dictum ſtatutum habeat locum etiam contra debitum iuratum. Gabr. conſ. 127. numero 24. vol. 1. præſertim cum eius verba ſint directa in creditorem negligentem. Galleſ. de oblig. cam. par. 4. quæſt. 4. num. 11.

Neque dictus Agens iuuari poſſe dicebatur ex abſentia, qua attenta requirebatur curſus annorum xxx.

Quia dicta abſentia erat ab allegante probanda, præſertim cum de iure præſumatur † præſentia. Bald. in l. emptor. numero 2. C. de præſcript. long. temp. Balb. de præſcript. 2. par. princ. quæſt. 3. per totum. Put. deciſ. 385. par. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 84. numero 13 & lib. 6. præſ. 18. & 19. Surd. deciſ. 115. num. 1. cum ſeq. Tiraqu. de præſcript. §. 1. gloſ. 6. fol. 87. Quod maximè verum eſſe in præſenti caſu dicitur, cum & actor, & reus eſſent de eadem Ciuitate. Balb. d. par. 2. quæſt. 4. numero 1. & quæſt. 3. numero 4. Socin. ſen. conſ. 121. numero 1. vol. 1. Becc. conſ. 6. numero 10. 3

Neque iuuari poſſe, addebatur, ex eo, quòd præſcriptio non ſit decurſa contra ipſum minorem, niſi per annos octo.

Quia licèt præſcriptio † ſtatutaria cœpta contra defunctum non currat contra minorem hæredem, ſecundùm Balb. de præſcript. par. vltima numero 43. 4

ro 43.fol.512 cũ præſcriptio xxx.annorum, cuius loco ſucceſſit ſtatutaria. neque currat contra hæredem minorem, ſi eſt cœpta contra defunctum. Balb.ibidem numero 34. fol. 506. Tamen præſcriptio legalis x. annorum currit contra minorem, ſi iam eſt cœpta contra defunctum.Balb.in d. vltima parte. numero 33. verſ. ſecunda principalis concluſio. Iaſ. conſ. 226. vol. 2. Benè verum eſt, quod minor poſſet reſtitui aduerſus dictam præſcriptionem. l. 1. C. ſi aduerſ. vſucap. Balb. ibidem. numero 33. fol. 506. Theſaur.deciſ.103.

Secundò, nam dictus Ioannes Ba-
5 ptiſta poterat † agere contra poſſeſſorem rei, ſuper qua in ſpecie fuerat conſtitutus cenſus.Surd. deciſ.32. numero 15. & deciſ. 44. numero 1. cum ſeq. Put. deciſ.38.par.1.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum, ex quo dictus Ioannes Baptiſta probauerat extrema neceſſaria pro dicto Saluiano, iuxta tradita per Doctores.

Et primum obiectum diluebatur
6 primò, ex eo, quòd † exceptio præſcriptionis reſpiciat petitorium, & propterea non veniat admittenda in hoc poſſeſſorio adipiſcendi. Contard. in l. 1. lim 2.§.4. numero 14. C.ſi de mom. poſſeſ. Caſtr.conſil.105. nume. 3. vol. 1. Dec. conſ. 56. numero 4. in fine, Alexan. conſ. 92. numero 28 vol.5. Crau.conſ.124.numero 14.vol. 1. Roland. conſ. 6.numero 48. vol 3. Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed.4. numero 770. cum ſeq. Præſertim,
7 cum † talis exceptio eſſet illiquida.vt infra dicetur. Contard. d.§ 4. nume. 19. Menoch. d. remed. 4.nume. 771. cum ſeq.

Secundò diluebatur dicendo, non eſſe elapſum tempus decem annorũ,

Nam dictus actor egit pro fructibus decurſis à decem annis citra, & ſic † 8
requirebantur tot præſcriptiones, quot anni. l. cum notiſſimi. §. in his. C. de præſcrip. xxx. annor. de cõmuni Alexan. in l. de pupillo. §.ſi in pluribus num 4. cum ſeq. ff. de op. nou. nunc. Boccac.de cenſ. num.67.

Verùm hæc reſponſio non videbatur tuta; tum quia vnica † eſt ſtipu- 9
latio, & obligatio,vnde vnica ſufficit præſcriptio pro annis etiam ſequentibus. Balb. de præſcript. 4. par. 4. prin.quæſt. 4. num.2. verſ. prima cõcluſio. Quod maximè verum eſt in tertio poſſeſſore. Balb. ibidem q. 5. num. 2. fol. 251. Henr. Boic. in c. vigilanti. de præſcrip. per l. Pomponius.ff. quib. mod. vſufr.amit. Balb. conſ. 9. verſ.& quamquàm.vol.3.Tũ, quia apud Citramontanos verior eſt opinio, quòd ſufficiat vnica præſcriptio. Alex. in d. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. num 6. Iaſ.num.4. Bald. in d.l. cum notiſſimi. §. in his. Put. deciſ.259. par.1.

Tertiò tollebatur ex eo, quòd ſaltẽ potuerit obtinere dictus actor ex remedio.legis fin. C. de acq. poſſ quod competit creditoribus,& eſt † reme- 10
dium longè conſultius hypothecaria actione. Pract. Papien. inform.lib.in act.hypoth.in verſ.ex memoratis.col. 3. Roſ. d.conſ.79. num.32.cum duret dictum remedium per xxx. annos. Rol.d.conſ.79. num. 19. Menoch. de recuper. poſſeſ.remed. 14.num.70.

Verùm hæc reſponſio non placebat. Tum quia poſſeſſio † conſtituta- 11
ria fuit interrupta morte conſtituentis, qui deceſſerat de anno 1586. Angel.& alij in l. quamuis.§.1.ff. de acquir poſſeſſ.Rom.conſ. 189. in fi. Iaſ. n . item ſi quis. num. 77. inſtit. de ... Balb. in l. Celſus. ver. nunc ve-

nio ad ſecundam partem. num. 19. ff. de vſucap. Corn. conſ. 190. colum. 1. volum. 1. Rip. lib. 3. reſp. de donat. reuoc. reſp. fin. in fi. Signor. conſ. 217. colum. 6. Dec. conſ. 400. colum. penult. Crauet. conſ. 437. num. 6. Tiraqu. de iur. conſtit. lim. 21. num. 9. ampl. 3. num. 6. cum ſequen. & ampl. 13. num. 1.

Tum quia, cum reus conuentus emerit bona iuſto titulo, & bona fide, &, quod plus eſt, poſſeſſio vera, & actualis fuerit in eum tranſlata, ceſſat
12 diſpoſitio dictæ legis fin. quæ † non datur contra recipientem rem mediante vera traditione, & iuſto titulo. de communi Grat. conſ 69. num. 2. vol. 1. conſ. 75. nume. 19. & conſ. 110. num. 24. vol. 2. Crau conſ. 892.

13 Tum demùm quia dicta † poſſeſſio conſtitutaria fuit amiſſa per decennium. Tiraq. d. ampl. 13. num. 7. & lim. 21. num. 12. Affl. deciſ. 40. nu. 16. Ruin. conſ. 127. num. 18. vol. 5.

Ad ſecundum fuit reſponſum, po-
14 tuiſſe † agi etiam ad bona generaliter hypothecata, cum adſit in contractu clauſula; ita tamen quòd generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra, &c. Put. d. deciſ. 38. Surd. d. deciſ. 32.

Fuit in dicta cauſa ſuſcitatum pulchrum motiuum, videlicèt, Cùm dictus Petrus Thòmas prætenderet ſe tutum ex præſcriptione, ex eo, quod fuiſſet ceſſatum à ſolutione cenſus à die conſtitutionis ipſius per plures annos, qui teneretur probare ceſſationem, vel ſolutionem.

Et videbatur prima fronte dicendum, dictum onus ſpectare ad Petrum
15 Thomam; Nam quando † negatiua ſolutionis proponitur à tertio, prout eſt dictus Petrus Thomas. ille tertius debet dictam negatiuã probare. Bart. in l. in illa ſtipulatione. num. 7. ff. de verb. oblig. Io. Andr. in cap. ſuper his. verſ. ſed qualiter. de accuſat. Lap. alleg. 94. num. 4. & ibi addit. Gabr. de probat cõcl 6. num. 14. & 22. Maſcard. de probat. concl. 1318. nume. 4. vol. 3.

Verùm contraria reſolutio placuit, ex pluribus.

Primò per tex. in l. Pomponius. ff. quib. mod. vſufr. amit. & l. 4. ff. de alien. iud. mut. ca. fac.

Secundò, nam, quando opponitur præſcriptio, opponens † non tenetur 26
aliter probare negatiuam, ſcilicèt, nõ ſolutionem, cum ſolutio dicatur ſatis probata ex ſolo temporis curſu. Natt. conſ. 446. num. 14. & conſ. 643. nu. 4. cum ſeq. Crau. conſ. 111 nume. 11. Corn. conſ. 142. num. 11. lib. 3. Surd. conſ. 234. nume. 35. vol. 2. Menoch. conſ. 75. num. 8. vol. 1. Quicquid dicat Hercul. de probat. neg. nume. 26. verſ. ſecundò infertur.

Tertiò, quia allegatio ſolutionis dicitur interruptio præſcriptionis, & fundans † ſe in interruptione tenetur 17
illam probare. cap. illud. in fine. de præſcript. Barb. conſil. 9. circa finem, volum. 3.

Et ad allegata in contrarium reſpondebatur.

Primò d. Petrum Thomam non eſſe tertium, & quatenus talis eſſet, tamen fungitur vice principalis debitoris, cum cauſam habeat ab eo. Bald. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. Caſtr. in l. fin. num. 2 C. de ſer fug.

Secundò, quòd doctrinæ † allega- 19
tæ veræ ſint, quando quis nititur ex contractu, ſecus ſi ex beneficio legis, prout nitebatur dictus Petrus Thomas, videlicèt, ex legis præſcriptione. Bald. in l. cum mulier. num. 3. ver. & ex hoc concludo. ff. ſoluto matrim. Io. Andr. in

Andr. in d.c.ſuper his.ver.ſed generaliter.

ARGVMENTVM.

Teſtificatio famuli quãdo probet.

In expenſis non poteſt fieri cõdemnatio,ſi eſt delatum iuramentum ſuppletorium.

SVMMARIVM.

1 *In ore duorum teſtium ſtat omne verbum.*
2 *Famulus ſalariatus non eſt idoneus teſtis.*
3 *Et quando.Et num.*4.30.*&* 32.
5 *Teſtis deponẽs ad ſui exonerationem non probat.*
6 *Et quando.Et num.*7.
8 *Teſtis vnicus an plenè probet in cauſa parua, & ſummaria.*
9 *Amicus quando ſit idoneus teſtis.Et num.*10.*&* 11.
12 *Teſtium dicta quando ſint coniungenda.Et num.*13.
14 *Iuramento creditoris an probetur creditum.*
15 *Liber quando probet.Et num.*16.25. *&* 26.
17 *Iuramentum ſuppletorium quando excuſet ab expenſis.Et num.* 18.19. 20.21.*&* 22.
23 *Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis.*
24 *Fideiuſſio quando dicatur promiſſio pro alio.*
27 *Iuramentum ſuppletorium quomodo, & quando ſit deferendum.*
28 *Confeſſio generica quomodo intelligenda ſit.*
29 *Super confeſſione impugnata non poteſt ſe fundare impugnans.*
30 *Teſtes domeſtici quando probent ea, quæ ſunt in domo. Et numero* 32.
31 *Negociorum geſtor non probat.*

RESOLVTIO VI.

In vna Mediolanenſi pecuniaria fuerunt data duo motiua,& primum fuit tenoris ſequentis.

Videtur, ex actis plenè conſtare, quòd R.Brughora dederit in commiſſis Gaſparo Boſſio Aromathario, vt præberet omnia medicinalia neceſſaria pro ſeruitio ſui fratris, & D.Blanchæ,illáque ſcriberet ad eius partitam.

Nam primò extant depoſitiones Dominici de Pace,& Iuſti de Iuſtis: in ore ✝ autem duorum,vel trium ſtat o- 1
mne verbum. c.licèt. c.veniens de teſtibus,cum aliis vulg.

Nec obſtare dicitur, dictos teſtes ✝ 2
eſſe famulos, & ſalariatos d. Gaſparis, vnde non probent. Maſcard.de probat. volum.3.concluſ.1358.numer.14.Surd. deciſ.219.num.4.Anchar.famil.quæſt. par.1.quæſt.26.num.10. de communi. Farin. de oppoſ. contra teſt. quæſt. 55. num.135.

Tum quia ✝ in his, quæ domi fiunt, 3
& de quibus veriſimiliter ſunt magis tales informati,quam alij, admittũtur in teſtes,& probant Bald. conſilio 50. numer.1.volum.2. Gabr.de teſt.concl. 10.numero 7.cum ſeq.Farin.in d.quęſtion.55.numero 35.cum ſequen.& numero 163.

Tum quia in ſimilibus ✝ negotiis A- 4
romathariæ de conſuetudine non ſolent adhiberi alij teſtes, & ſic ceſſat omnis culpa dicti Gaſparis. Farinac. in d.quæſt.55.numero 64.& quæſtio. 62. numero 62.

Et dum obiiceretur, dictos teſtes

6 Et dum obiiceretur, dictos teſtes † non probare, ex quo deponere videantur pro eorum exoneratione. Maſcard. de probat. concluſ. 1357. numer. 1. vol. 3. Surd. conſ. 61. num. 26. Turret. conſ. 24. nu. 4. vol. 1. Becc. conſ. 85. num. 8. Farinac. in d. q. 55. num. 136. & q. 69. numero 23.

7 Fuit replicatum, non † poſſe hic conſiderari aliquam moleſtiam dictorum teſtium, ſeu incommodum, cum d. Gaſpar approbet eorum factum Farinac. in d. quæſt. 60. numer. 25. Præterea in † negociis Aromathariæ non ſolent niſi ſimiles, teſtes interuenire, prout notorium eſt, & firmat idem Farinac. in d. quæſt. 60. num. 61. Gabr. de teſt. concluſ. 6. Non. conſ. 111. num. 24. Turret. conſ. 23. num. 16. vol. 1.

Secundò legitur confeſſio extraiudicialis d. R. Brughoræ, de qua deponit

8 Io. Baptiſta Laimus, qui, licèt ſit † vnicus, tamen videtur plenè probare, cum agatur de cauſa paruæ quantitatis, & ſummaria. Farin. d. q. 62. num. 193. & q. 63. num. 30. ſiue ſaltem ſemiplenè, ſecundùm eundem Farinac. in d. qu. 63. num. 52.

Et cum opponeretur, dictum teſtem

9 † non probare dictam confeſſionem, vti amicum dicti Gaſparis. l. 3. ff. de teſt. Io. de Amic. conſil. 119. numer. 14. Gabr. de teſtib. concl. 11. Non. d. conſil. 111. num. 3. Soc. iun. conſ. 146. num. 15. vol. 1. Farin. in d. qu. 55. numer. 232. cum ſeq.

10 Fuit reſponſum, amicitiam † eſſe leuem, vnde non obſtare. de communi Farin. in d. qu. 55. num. 238. vbi amplius dicit, quòd pars aduerſa teneretur probare, amicitiam eſſe magnam, & num. 242. teſtatur, ita practicari, & num. 255. ponit caſum in teſte dicente, ſe eſſe amicum ſimpliciter.

11 Præterea dictus Laimus dixit, † ſe eſſe etiam amicum d. Brughoræ, vnde dicitur idoneus teſtis Farinac. in d. quæſt. 55. num. 250. Qui teſtes † poſ- 12
ſunt coniungi, cum vnus alteri † non 13
aduerſetur, ſed adminiculetur. Gabr. de teſt. concl. 2. num. 65. Crauet. conſ. 267. num. 5. Non. conſ. 86. nu. 13. Gabr. conſ. 40. num. 20. vol. 2. Farinac. in d. quæſtione 64. numero 114. 121. & 134.

Tertiò concurrit iuramentum dicti Gaſparis præſtitum ad formam ſtatutorum, & ordinum, &c. cui † iura- 14
mento videtur ſtandum abſque alia probatione. Oſaſch. deciſione 61. numer. 8.

Quartò fuit exhibitus liber eiuſdem Gaſparis, qui † ex forma ſtatutorum 15
loci, & de conſuetudine probat. latè Maſcard. de probat. concluſ. 973. nu. 16. & 21. vbi dicit, probare etiam in foro Eccleſiaſtico; Et ſuper hoc fuit exhibita quædam atteſtatio fori Eccleſiaſtici Mediolani, vide Turret. conſil. 47. nu. 3. volum. 2.

Accedit, cum † ageretur de parua 16
ſumma. Dec. in l. 1. num. 4. C. de eden. Bald. in l. id, quod. num. 40. C. de epiſc. & cleric. Maſcard. d. concluſ. 973. numero 58.

Fuit ſecundum motiuum. Videtur, R. Brughoram non fuiſſe legitimè condemnatum in expenſis.

Primò, quia dicto Boſſio fuit delatum iuramentum † ſuppletorium, quo 17
ſtante, nunquàm debet condemnari pars in expenſis: nam in vno grauatus debet in alio releuari. Alex. conſil. 183. numero decimoquinto. volumine ſexto. Aſin. in praxi. iudic. §. 32. limit. 14.

Nec facit, quòd dictum † iuramen- 18
tum fuerit delatum ad abundantiorem cautelam, cum de credito plenè conſtaret ex deductis in proceſſu. Ne-

uiz

uiz conſ. 94. num. 10.

Tum quia dictum iuramentum fuit neceſſarium, ex quo ex actis non conſtabat de plena probatione ad fauorē dicti Boſſij, vt infra dicetur.

Tum quia ad abundantiorem cautelam debet reſeruari iuramentum ſuppletorium, non autem deferri, niſi ſit
19 illo opus, & in dubio, † ſi eſt delatum. præſumitur neceſſarium, ne actus talis importantiæ, & præiudicij cenſeatur fruſtratorius. Et Neuiz. in d. conſ. 94. nu. 10. non fundat benè ſuam opinionem, neque allegat pro ea auctoritatem aliquam.

20 Neque pariter facit, quòd adhuc † appellans eſt condemnandus in expenſis, ex quo pro eo non aderat aliqua præſumptio, vel coniectura. Bal. in authen. generaliter. num. 8. verſ. aut nulla eſt coniectura. C. de epiſc. & cleric. Neuiz. in d. conſ. 94. num. 9.

Tum quia, dictam doctrinam Baldi, licèt diſtinguentis, non puto veram, cum ex ea deſtrueretur communis cōcluſio ſupra firmata, & vlterius, quan-
21 do reus habet pro ſe † aliquam præſumptionem, non poſſit actori deferri iuramentum prædictum. Bart. in l. 1. C. qui, & ad quos, &c. nu. 1. Addit. ad Bald. in d. num. 8.

Tum quia dicta diſtinctio Baldi nō
22 † obſeruatur in practica, prout teſtatur Theſau. in deciſ. 286. qui tandem nititur ſuſtinere dictum Baldi in caſu, quo pluſquam ſemiplenè eſſet probatum.

Tum quia Baldus loquitur in temerè litigante in facto proprio, quæ ceſſant in præſenti caſu.

Secundò, quia videtur, dictum Brug-
23 horam † habuiſſe iuſtam cauſam litigandi: Nam in libro præfato non poteſt fieri fundamentum, licèt de parua ſumma agatur.

Tum quia dicebatur, eſſe diſpoſitum per ſtatutum, quòd libro credatur ſolùm vſque ad libras quinquaginta.

Tum quia in omnem euentum hîc agitur de † fideiuſſione, & promiſſio- 24
ne pro alio, ſecundum dicta per Gabr. de fideiuſſ. lib. 3. concl. 2. nume. 2. quod cum † non ſit de pertinentibus ad ar- 25
tem, non creditur dicto libro. l. ſi quis. §. rationem. ff. de eden. Iaſ. cōſ. 103. nu. 5. vol. 1. Alban. conſ. 95. nu. 14. & conſ. 577. num. 9.

Tum quia non fuit doctum de requiſitis † neceſſariis ad probationem 26
libri Aromathariæ. Guido Papa quæſtion. 441. Becc. conſ. 47. numer. duodecimo.

Similiter non poteſt fieri fundamētum in iuramento ſuppletorio: Tum quia de illo non conſtat in proceſſu: Tum quia, quatenus conſtaret, id non fuit præſtitum citata parte, & ſeruatis de iure ſeruandis, vnde nulliter; Item ab eo fuerat appellatum.

Neque pariter in confeſſione extraiudiciali.

Tum quia illa fuit probata per vnicum teſtem tantùm. l. iuſiurandum. C. de teſtib. Surd. conſ. 12. num. 4.

Tum quia illa eſt confeſſio incerta, & nimis generica, quæ potius eſt † re- 28
ferenda ad promiſſionem ſoluendi debitum ſuum, non autem alterius. arg. l. & magis. ff. de ſolut. ſed probatio dubia non releuat. c. in præſentia. de probat.

Tum quia dicebatur, dictam † con- 29
feſſionem, non fuiſſe à parte acceptatam, ſed impugnatam. Gabr. conſ. 57. vol. 2. Eugen. conſ. 97. num. 43.

Licèt hæc reſponſio videatur periculoſa ob præſentiam partis. facit l. ſi filiusfamilias. ff. ad Macedon.

Neque tandem videtur poſſe fieri fundamentum in duobus teſtibus domeſticis.

30 Primò, quia dicti teſtes † non probant, ex quo in actis non fuit probata illa qualitas, quòd factum non poſſet per alios probari. Gabr. de teſtib. concluſ.7.num.15.lib.1. Alexand.conſ.64. num.31.volum.1.Roland.conſ.3. num. 45.vol.3. Et hæc promiſſio de ſui natura poterat ſciri per alios. Gabr. ibidem. num.8.

Secundò, quia dicti teſtes patiuntur plures exceptiones: ſunt enim ſingulares, cùm non deponant de menſe, nec de die, ſed ſolùm de anno, licèt fuiſſent ſuper his interrogati. Farin. in d. quæſt.64.num.109. Item tractant de ſe exonerando; Quod fundamentum non fuit ſublatum; Item ſunt domeſtici ſalariati commenſales, & vnus ex eis
31 † eſt negotiorum geſtor. Farinac. in d. quæſt.55.num.13.& 19.& quæſt.60. nu. 262.

Tertiò, nam dato, quòd dicti teſtes probarent, ex rationibus deductis in
32 primo motiuo: Tamen adhuc † non probarent plenè, ſecundùm Farinac. quæſt.37.num.63.quæſt.55. num.62. & quæſt.58.num.34.

ARGVMENTVM.

Teſtes quando probent, & quando coniungantur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus de veritate facti, & alter de confeſſione quando iunguntur. Et num.2.& 11.*

3 *Teſtes, vt probent, debent eſſe ſaltem duo, & conteſtes.*

4 *Teſtis vnicus probat contra partem producentem.*

5 *Fideiuſſor an poſſit condemnari, non facta prius excuſſione principalis. Et num.7.8.9.& 10.*

6 *Exceptio excuſſionis poteſt quandocumque opponi.*

12 *Iuramentum ſuppletorium quando deferendum.*

13 *Teſtis non interrogatus ſuper quæſtionibus contrarius non habetur pro examinato.*

14 *Teſtis quando poſſit interrogari poſt concluſum in cauſa. Et numero 15.*

RESOLVTIO VII.

PRAETENDEBAT D. Franciſcus Criminalis libras 300. Imper. à R. Paulo Antonio de Placentinis, ſub prętextu, quòd promiſerit dictus R. illas ſoluere, vbi Bartholomæus debitor dicti Franciſci nõ ſoluiſſet. Et de dicta promiſſione videbatur ſatis conſtare ex depoſitione Iacobi Antonij, qui dicit, ſe fuiſſe præſentem dictæ promiſſioni, iuncta alia depoſitione I. C. Medę dicentis, ſe ſic audiuiſſe à dicto R. de Pla-
centinis: Teſtis enim † vnicus de veri- 1
tate facti, & alter de confeſſione extraiudiciali iunguntur ad faciendam plenam probationem, cum vnus alteri adminiculetur. Crau. conſ. 267. num.5. Surd.conſ.12.num.57. & deciſ. 12. nu. 4 Roias ſing.203.num.6.Gabr.de probat.lib.1.concluſ.1. num.6. & 47. latè Proſper Farinac.quæſt.64.num.114. & 118.

Quæ concluſio vera dicitur in præ-
ſenti caſu, cum † dicti teſtes tendant 2
ad eundem finem, nempè ad probandam dictam promiſſionem. Farin. in d. quæſtione ſexageſimaquarta. numero 147.

Ad fauorem tamen dicti Reuerendi, quòd eſſet abſoluendus à petitis, adducebatur.

Primò,

Primò, nam ad aliquod probandum
3 † requiruntur ſaltem duo teſtes conteſtes.cap.licèt.de teſtib.latiſſimè Farin. quæſt.63.num.232.Afflict.deciſ.72.numero 6.

Secundò, quia Hieronymus Tortus vnus ex teſtibus dicti Franciſci deponit,fuiſſe dictatum inſtrumentum dictæ obligationis, & promiſſionis, ſed non fuiſſe ſtipulatum; Cæterùm vnico
4 † teſti inducto à parte plenè creditur contra partem. Pariſ.conſ.88. num.11. cum ſeq. vol.3. Crau.conſ.69. colum.1. de communi teſtatur Gabr.de teſtibus lib.1.concl.1.num.13 cum ſeq. vbi ampliat, etiamſi deponeret de credulitate.

Tertiò,etenim,ſuppoſita dicta promiſſione, non poſſet dictus R. † con-
5 demnari ad ſolutionem dictæ pecuniæ, niſi prius conſtaret de excuſſione facta contra d.Bartholomæum principalem. Petr.Duen.reg.336.Rol.conſ.6.nume. 45.volum.1.Gabr.de fideiuſ.lib 3.concluſ.1.numer.1.cum ſeq. Aſin. in praxi iud.§.31.numero 2. Et hæc exceptio
6 † excuſſionis poteſt quandocunque opponi.idem Gabr.in d.concluſ.1.numero 10.

Nec obſtare dicebatur, quòd dictus
7 Bartholomæus † eſſet notoriè nõ ſoluendo, cum fuiſſet carceratus pro dicto debito, & propterea non requireretur dicta excuſſio,poſt alios Gabr.in d.concluſ.1.num.53. Grat. conſ.37.nu. 22.vol.1.
8 Quia ſuper hoc † requirebatur ſententia declaratoria. Roman. conſ.211. Gabr.in d.concl.1.num.54. cum ſequ. Præterea ſimplex carceratio non probat aliquem eſſe notoriè non ſoluendo.

Sed contra hoc tertium fundamentum duo poſſent replicari vrgentia.

Primum eſt,quòd dictus R.negauerit † promiſſionem,vnde amiſerit be- 9
neficium excuſſionis.Grat.in conſ.63. num.44.vol.2. Gabr.in d.concl.1.numero 79.

Secundum eſt,quòd de iure † Cano- 10
nico, quod ſeruatur in foro Eccleſiaſtico non poteſt opponi dicta exceptio excuſſionis.Grat.in d.conſ.37.numero 24.cum ſeq.& conſ.87.num.25 volum. primo. Gabr. in d. concluſ.1. numero 106.

Ad id autem, quod dicebatur ad fauorem dicti Franciſci, nempè, quòd dicti teſtes iungerentur ad probandũ, Reſpondebatur primò, non habere locum in præſenti caſu,cum † confeſ- 11
ſio aſſerta extraiudicialis,de qua deponit d.Meda, non fuerit facta præſente dicto Franciſco. Gabr.in d.concluſ 1. num.7.Franc.Becc conſ.47.nu.3.Hieron.Gab.conſ.40.num.53. vol.2.Surd. in d.deciſ.12.nume.3.& 8.cum ſeq.vbi ampliat. Farin.in d.q.64.numero 138. & 141.

Benè verum eſt,quòd ex dictis depoſitionibus induceretur ſemiplena probatio,qua ſtante, poſſet † deferri iura- 12
mentum ſuppletorium dicto Franciſco.Farin.in d.quæſt.64.num.130.

Secundò reſpondebatur, non poſſe fieri fundamentum in depoſitione dicti Medæ,cum † habeatur pro non e- 13
xaminato, ex quo non fuit interrogatus ſuper quæſtionibus contrariis.Bero.conſ.59. numero 14.volum. tertio. Burſat.conſ.357.numero 11 cum ſequ. volumin.4.

In eadem cauſa contigit dubitari,An dictus I.C. Meda poſſit † hodie inter- 14
rogari ſuper quæſtionibus contrariis, cum ſit iam concluſum in cauſa.

Et,benè viſis,ac ponderatis omnibus hinc inde allegatis per Dominos Aduocatos,fuit reſolutum affirmatiuè.

Pro qua reſolutione vrget primò

aureus, in c. per tuas, de teſtibus, in illis verbis, [vel negligenter fuerit prætermiſſum] non fuit enim interrogatus dictus Meda ob negligentiã ipſiuſmet, qui interrogari noluit, prout Notarius cauſæ atteſtatus fuit.

Secundò, nam hoc expreſsè tenuerunt Bart. in auth. qui ſemel. num. 36. C. de probat, vbi reddit rationem, quia non eſt, quòd imputetur parti. Pract. Papien. in forma iuramenti teſtium, in ver. citati. & ibi Addit. Surd. conſil. 8. numero. 26. Farin. de oppoſ. contra exam. teſt. quæſt. 75. num. 202. & melius in quæſt. 66. nume. 280. & 284. cum ſequen.

Accedit, etenim in dubio præſumitur id iudicis negligentia factum. Doct. in d. c. per tuas. Farin. in d. q. 66. nu. 282.

15 Tertiò facit, nam † iudex poſt publicationem poteſt ex officio interrogare. gloſ. in §. quia verò. auth. de teſtibus. Felin. in d. cap. 2. nume. 5. vbi reddit rationem, quia intereſt iuris publici, ne veritas occultetur. Et quãuis Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 51. nu. 19. cum ſeq teneat contrarium; Tamen ipſe loquitur quoad interrogandam partem, non autem teſtes. Quæ concluſio præſertim vera eſt in iudicio ſummario, ſecundùm Menoch. in d. caſ. 51. nu. 40.

Et confirmantur omnia ſuperius dicta, cum reſolutio ſit ſemper faciẽda contra illum, qui teſtes produxit. cap. in præſentia, de probat. glo. in capit. clamor, de teſtibus in verbo, ita depoſuere.

ARGVMENTVM.

Quando, cõmiſſa cauſa appellationis à grauamine, cenſeatur etiam cõmiſſa cauſa principalis.

Item, Quando Inuentarium confectum ab hærede ſit nullum.

Item, Quando ſententia ſit nulla.

Item, Quando ſit denegandum beneficium reſtitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſa cauſa appellationis à grauamine, dicitur etiam commiſſa cognitio negotij principalis.*

2 *Et quando. Et num. 3.*

4 *Exceptio declinatoria debet opponi a te litem conteſtatam.*

5 *Exceptio declinatoria non poteſt opponi ſi iam eſt præſtitus conſenſus.*

6 *Procurator, mortuo Domino, poteſt agere ſi iam erat dans litis effectus.*

7 *Hæredes cum beneficio legis, & Inuentarij non tenentur vltra vires. Et quando nu. 23. & 24.*

8 *Paria ſunt non fieri, vel minus rectè fieri.*

9 *Inuentarium nullum ſine præſentia Iudicis.*

10 *Idem, ſi ſine citatione creditorum. Et num. 13.*

11 *Notario quando credatur.*

12 *Relatum eſt attendendum.*

14 *Item, eſt nullum ſi ſine ſubſcriptione hæredis.*

15 *Idem, ſi res non fuerint oblatæ in præſentia teſtium.*

16 *Idem, ſi loco creditorum non fuerint adhibiti viri.*

17 *Idem, ſi non fuerint ſcripta omnia bona per põdus, numerũ, & mẽſurã, & iura.*

& iura. Et num. 24. & 25.
18 *Idem, ſi non fuerit inceptum, & perfectum tempore debito.*
19 *Solemnia quando præſumantur ex decreto Iudicis. Et numer. 20. 21. & 22.*
26 *Proteſtatio quando proſit. Et numer. 27.*
28 *Hæredes tenentur pro portione hæreditaria. Et num. 29. & 34.*
30 *Dictio, inſolidum, quid importet.*
31 *Tutor tenetur inſolidum ſi fuerit in dolo.*
32 *Procuratoris perſona an ſit nominanda in ſententia.*
33 *Tutor quando dicatur eſſe in dolo.*
35 *Pupillus reſtituitur aduerſus non confectum Inuentarium.*
36 *Sententia an nulla, ſi fuerit ſententiatum ſuper reconuentione. Et num. 37. & 38.*
39 *Nullitas proueniens ex iure poſitiuo tollitur per Principem.*
40 *Sententia nulla an poſſit confirmari, conſtito de bono iure.*
41 *Exceptio dilatoria, vel peremptoria quo tempore ſit opponenda. Et numer. 42.*
43 *Reſtitutio in integrum an dicatur petita per clauſulam: ius, & iuſtitiam, &c. Et num. 44.*
45 *Reſtitutio in integrum eſt remedium extraordinarium.*
46 *Clauſula: ius: & iuſtitiam, &c. non operatur circa non narrata.*
47 *Vel contraria.*
48 *Vel quæ non poteſt de iure competere.*
49 *Exceptio oppoſita quando cenſeatur tacitè reiecta per proceſſum ad vlteriora.*
50 *Sententia condemnatoria in plus, quàm debeatur, quando ſit nulla. Et num. 51. 52. 53. 54. & 55.*
56 *Reſtitutio in integrum, vt concedatur, requirit probationem læſionis. Et num. 57.*
58 *Priuilegiatus an vtatur priuilegio contra priuilegiatum in reſtitutione. Et nu. 59.*
60 *Magis fauendum eſt ei, qui tractat de damno.*
61 *Minor non venit reſtituendus, ſi eſt ei conſultum contra tutorem, vel ſit in dolo. Et nu. 62. Vel niſi prius refectis expenſis. nu. 64.*
63 *Qui potuerit concedere dictam reſtitutionem.*

RESOLVTIO VIII.

CVM fuiſſet lata ſententia ad fauorem Dominorum de Mancinis de Ripatranſona contra Dominos de Berardis per Multùm R. D. Vicarium Epiſcopalem dicti loci, fuit appellatum ad Sacræ Rotæ Maceratenſis Auditorium: Coràm quo per dictos Dominos de Berardis opponebatur iniuſtitia, & nullitas dictæ ſententiæ, ex pluribus capitibus.

Primùm erat, quòd dicta ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, ex quo dictus iudex pronunciauerat ſuper negotio principali ſibi non commiſſo.

Verùm primò reſponſum fuit, commiſſa † cauſa appellationis à grauamine, cenſeri etiam commiſſam cognitionem negotij principalis. Bellamer. deciſ. 619. de magis communi Abb. in c. vt debitus, num. 34. de appellat. Pariſ. conſ. 15 num. 1. volum. 4. Gabr. de iud. concluſ. 4. num. 18. cum ſeq. Surd. dec. 175. num. 9. Turret. conſ. 75. num. 21. & 24. volum. 1. 1

Quæ reſponſio confirmabatur.

Tum quia in dicta commiſſione ad

2 erat clauſula † illa; quam, & quas, &c. cuius vigore, totum negotium principale commiſſum cenſeri ex communi obſeruantia, teſtatur Mandoſ. in praxi com. form 17 quæſt. 2. Honded. conſil. 27. num. 44. cum ſeq. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſio. 684. numero 3. parte 3. lib. 3.

Tum quia in dicta commiſſione cõ-
3 tinebatur illa † clauſula: cum incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, &c. Negotium enim principale dicitur de dependentibus, & connexis. Bellam. d. deciſ. 619. in fin. quem ſecuti ſunt Pariſ. in d. conſil. 15. num 2. Caſſad. de cau. poſſ. & prop. deciſ. 9. numer. 13 Gabr. d. concl. 4 nu. 19. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 187. nu. 6 par 2.

Secundò reſponſum fuit, iſtam exce-
4 ptionem † non fuiſſe à parte in actis oppoſitam. Put. deciſ. 150. par. 1. quę tamen, cum eſſet declinatoria, debuerat opponi ante litem conteſtatam. Vant. de nullit. in rubr. fin. num. 57.

Tertiò, & vltimò fuit reſponſum, dictam exceptionem † non poſſe hodie
5 opponi, ex quo ipſa pars conſenſit in iudicem, litem conteſtando in negotio principali, & alios actus faciendo. Felin. in cap. 1. num. 10. de iud. Pariſ. d. conſ. 15. num. 2. Vant in d. rubr. fin. nu. 36. 76 & 80.

Secundò principaliter opponebatur nullitas dictæ ſententiæ ex eo, quòd non conſtaret de inſtrumento procuræ DD. de Mancinis in perſona dicti Gabrielis.

Sed fuit reſponſum, Aut pars dicit, non conſtare in actis de dicto mandato filiorum, & hæredum Cicchi Mancini in perſona dicti Gabrielis: Et vana eſt oppoſitio, nam illud non require-
6 batur, ex quo dictus Gabriel ante † mortem dicti Cicchi fuerat Dominus litis effectus. Vant. de nullit. in rubr. ex defec. mand. num. 170. Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 5. num. 8. Surd. deciſ. 89. num. 6. Et per ſolam litis conteſtationem procurator efficitur Dominus litis. Veſtr. d. cap. 5 num. 8. Rot. Rom. deciſ. 122. in nou. Fulg. conſ. 182. num. 1. Surd. d. deciſ. 89. num. 17. Aut dicis non conſtare de mandato dicti Cicchi: Et pariter vana eſt prætenſio, cùm in actis plenè conſtet de eo.

Tertiò allegabatur iniuſtitia dictæ ſententiæ: Nam dicti Domini de Berardis fuerunt condemnati vltra vires hæreditarias, & tamen ipſi, cum eſſent hæredes † cum beneficio legis, & in- 7
uentarij, non tenebantur vltra vires hæreditarias. l. ſcimus §. & ſi. C. de iur. delib. Hercul. de prob. neg. numer. 96. Roland. de inuent. par. 4. §. 1. Surd. conſil. 7. numero 31. deciſio. 132. numero 6. deciſio. 205. numer. 12. & deciſione 316.

Atqui reſpondebatur primò, dictos hæredes non confeciſſe inuentarium: etenim paria † ſunt aliquid non fieri, 8
vel fieri, ſed nulliter, & minus legitime. Io. de Amic. conſ. 80. num. 5. Natt. conſ. 214. num. 16. Roland. conſ. 73. numer. 28. volum. 2. Surd. conſ. 3. num. 12. & conſ. 45. num. 42. vol. 1. & deciſ. 122. nu. 6. Cæterùm aſſertum inuentarium erat nullum, ex pluribus.

Et prima erat nullitas, quia † non 9
adfuit præſentia iudicis in illius confectione. Rol. de inuent. par. 3. verſic. præſentia iudicis. & d. conſ. 73. num. 36. Soc. iun. conſi. 19. numer. 14. vol. 3. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſio. 72. num. 32. par. 2.

Secunda erat, nam in illius † confe- 10
ctione non ſolùm non interuenit citatio creditorum continens diem, locum, & horam, quæ requirebantur, ſecundùm Dec. conſil. 633. num. 8. Rol. d. par. 3. verſ. citandi. fol. 50. ſed neq; vlla legi-

legitur citatio,cuius defectus omninò annullat inuentariū Rol.d.par.3. verſ. citandi denique.numer.50.& verſ.fin. num.2. Caualc de tut.& curat. nu.76. Crau.conſ.89. num.6. & conſ.225. nu. 1.Abb.conſil.73 num.6.vol.2. Et hæc nullitas non poteſt ſanari per illa verba appoſita in inuentario,nempè, [citatis aſſertis creditoribus,] Tum quia
11 notario † talia aſſerenti non creditur. Afflict.deciſ.48.num.2.Boer.deci.281. num.3 Surd.deciſ 231.num.14. & conſ. 7.num.45. Tum quia ibi dicitur,prout in actis Curiæ &c. & referenti non
12 creditur, niſi conſtet de relato, † quod attendendum eſt.l.aſſe toto. ff.de hæred.inſtit.authen.ſi quis. C. de edend. Surd.conſil 5.num.57.vol.1. Tum etiam quia per illa verba non ſpecificantur creditores, qui nominatim † erant
13 citandi, cum certi eſſent, vt colligitur ex proteſtatione quadam.Crau.conſil. 225.num.1.

14 Tertia erat nullitas, carentia † ſubſcriptionis hæredis,vel ſaltem alterius notarij loco eius.l.fin. §.ſin autem. C. de iur.delib. Rol. d.par.3. verſ.requiruntur. Rot Rom. in d.deciſ.72. num. 7.par.2.

15 Quarta erat, quia † teſtibus, qui præſentes erant, non fuerunt oblatæ in præſentia res hæreditariæ. Rolan d. par.3.verſ.in ipſo. Natt.conſil.214.nu. 14.Dec.conſil. 633.numer.14. Turret. conſ.47 num 56.vol 1.

16 Quinta erat nullitas, quia † non fuerunt adhibiti loco creditorum abſentium tres boni viri eiuſdem loci. Rol. d.par.3. verſ quid faciendum fol. 54.& d.conſ.73 num.24.Dec.d.conſil. 633.num.15.Natt.d.conſ.575.nume.30. Abb.d.conſ.73.num.6.

17 Sexta erat, quia † in eo non fuerunt deſcripta omnia bona defuncti, ſaltem per pondus, numerum, & menſuram, qualitatem,& quantitatem.Rol d par. 3.verſic. item requiritur.fol.62. Natt. conſ.574.num.2.& conſ.575. numer.2. cum ſeq.Phan.d par.3.num.30.Blot.in l.ſi quando.num.238.C.vnde vi.Turr. d.conſil.47.num.11. Surd. deciſio.222. num.3.

Et licèt aliqui teneant. quòd hæres teneatur ad duplum, non autem inuētarium ſit nullum,vt Surd d deciſ.222. num.10.Rot.Gen.deciſ.35.Put.deciſio. 267 num.7.par.3.Caualc.de tut.& curat. numero 107. Tamen verior, & communior eſt opinio, quòd imò inuentarium ſit nullum,vt latè per Turret.d.conſ 47.num.82.cum ſeq. vbi enumerat Doctores: Et maximè cū hic deficiant omnia fere ſolemnia. Turr. d.conſ.47.numero octuageſimoquarto.Natt.d.conſ.574. numero decimotertio.

Septima erat nullitas dicti inuentarij, quia † non fuit inceptum infra 18
menſem à die aditæ hæreditatis, & perfectum infra alios duos menſes. Rol.d.par.3.verſi infra quantum.folio 43.& verſ.fin.num.3.fol.75.Caualc de tut.& curat.nu.79.& 81.Dec.conſ 633. num.2.& 9:Grat.conſ.15 num.17.vol. 2. Pariſ.conſ.65.num.55.volum 3.Soci. iun.conſil 19.numer.3.& 16. volum.3. Guidop.deciſ.571 Corn.conſ.250. numero 2.volum.4.Caſtr. conſ.292. nu. 4.volum.2.

Quæ nullitates non potuerunt infringi ex eo, quòd, cum fuerit factum inuentarium prædictum penes acta,&
cum decreto † iudicis,præſumitur le- 19
gitimum,& omnia ſolemnia intercesſiſſe Bald.conſ.147.volu.4.Nat.conſi. 575.numer.13 Rol.de inuent. verſicul. quid autem. fol. 66. Natt. conſil.162. num.19.

Tum quia ex decreto † non præſu- 21
muntur ſolemnitates,ſi in eo non fue-

Secundò, quòd dicta dictio, inſolidum, referatur in dicta ſententia ad dictos hæredes, & ad tutorem ſimul, qui, † cum fuerit in dolo, tenetur inſolidum, vt per tex. in l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei, &c. Bartol. in l. ſi dolo. ff. ſi quis omiſſa cau. teſtam.

Quinta opponebatur nullitas, ſiue iniuſtitia dictæ ſententiæ, cum in ea fuerit condemnatus Pompeus tutor, qui non tenetur de proprio, ſed tutorio nomine, & in caſu non benè confecti inuentarij tenetur minoribus, non autem creditoribus minorum.

Cæterùm reſpondebatur. Primò, dictum Pompeum non fuiſſe condēnatum de proprio, ſed fuiſſe nominatum in ſententia, cum comparuerit in lite vti tutor, & procurator, eiuſ-
32 que † perſona erat omninò nominā-da, vt valeret ſentētia. l. 1. & ibi Bald. num. 8. C. de ſent. & in auth. qua in Prouincia. num. 17. C. vbi de crim. ag. op. Bart. in l. 1. §. 1. numero 8. ff. de admin. tut.

33 Secundò, quòd tutor † non conficiendo inuentarium dicitur eſſe in dolo. gloſ. in l. fin. C. arb. tut. Bart. in l. tutor, qui. nume. 7. ff. de adm. tut. & in l. 1. §. item ſolent. ff. de off. præf. vrb. Grat. conſil. 25. numero 6. volum. 2. Abb. conſ. 73. num. 7. volum. 2. Afflict. deciſ. 13. numero 17. & deciſ. 44. numero 33 Rot. Gen. deciſ. 35. numero 2.

Idemque ſi illud fecerit, ſed aliquid omiſerit in eo deſcribere, ſecundùm Surd. deciſ. 216. num. 1. & 20. Et ratio communis eſt, nam præſumitur ſubtraxiſſe. Non conſ. 16. numero 28. Vn-
34 de, ſtante † dicto dolo in dicto Pompeo, qui non confecit inuentarium, vel, ſi confecit, omnia non deſcripſit, tenebatur etiam de proprio, & de proprio potuit condemnari inſolidū. d. l. 1. §. hoc edicto. Bart. in d. l. ſi dolo, vbi pulchrè diſtinguit. Et poteſt adduci illa probabilis ratio; aliàs enim interueniret omnimodo fraus creditorum, cum † pupilli poſſent re- 35
ſtitui aduerſus non confectum inuentarium. Bartol. in l. cum hæreditate. num. 7. ff. de acquir. hæred.

Tertiò, nam tutor cauſam iniuſtam, ſiue calumnioſam ſuſtinens ipſe eſt condemnandus. l. non eſt ignotum. C. de adm. tut. Bartol. in l. 1. §. ſi procurator. numero 7. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & in l. qui ſolidum. §. etiam, num. 3. ff. de leg. 2. Addit. ad Cap. Tholoſ. quæſt. 40. & cum ſuccubuerit in lite præſumitur calumnia. Abb. in cap. calumniam. num. 2. de pen. Couar. pract. q. c. 27. num. 3. Caualc. de tut. & curat. num. 50.

Sexta opponebatur † nullitas dictæ 36
ſententiæ ex eo, quòd in proceſſu cauſæ motæ per Dominos de Mancinis Pompeus tutor reconuenerit eos pro extinctione cuiuſdam cenſus, & tamē ſuper dicta reconuentione non fuerit ſententiatum, prout pronunciari debebat. l. de qua re. ff. de iud.

Sed reſponſum fuit primò, de dicta 37
† reconuentione non fuiſſe neceſſariam mentionem in ſententia, ex quo fuit propoſita tantùm in inſtantia appellationis, in qua non poterat de iure proponi. Bal. in l. per hanc. C. de tēp. appel. & Abb. in c. 1. de mut. petit.

Secundò, quia d. l. de qua re, non procedit † in reconuentione, vt in- 38
puncto firmat Vant de nullit. in rub. ex def. ſent. num. 99. Felin. in c. 1. nu. 1. de mut. petit. Abb. in c. 2. de ord. cog. Quod ſuadetur, nam d. l. de qua re. loquitur in exceptionibus incidentibus, vel emergentibus concernentibus proceſſum, ſeu merita cauſæ, ſecundùm Doct. in d. l. de qua re,

Bart.in l.1.num.7.C.de ord.iud. dicta autem reconuentio non erat exceptio incidens, nec emergens, neque reſpiciebat proceſſum. Vant. in d. rub. ex def.ſent. num.100.

Tertiò, iſtam nullitatem non eſſe conſiderabilem hodie ob Bullam Sāctiſſimi Domini noſtri Clementis VIII. fælicis recordationis, qui ſanciuit, tres tantùm nullitates admittendas eſſe aduerſus ſententias videlicet, iuriſdictionis, citationis, & mandati; Sed non eſt ambigendum, Sanctiſſi-
39 mum Dominum Noſtrum † poſſe tollere nullitates prouenientes ex iure poſitiuo, prout eſt iſta. Vant. de nullit.in rubr. fin. num. 23. cum ſeq. Turret. conſ.44. num.4. vol.1.

Quartò, etenim in omnem euen-
40 tum, quando † conſtat de bono iure, ſententia nulla poteſt confirmari. Vant. in d. rubr. fin. num. 125.& 129. Turret.conſ.42. nu.2.vol. 1. Put. deciſ. 60. par. 3. & de bono iure ſatis conſtabat ex deductis.

Quintò, quia ſapradicta nullitas nō
41 fuit oppoſita † ante litem conteſtatā, neque poſt in hac ſecunda inſtantia, prout debebat opponi. Felin. & alij in c. exceptionem, de except. Præſer-
42 tim quòd † fuerat iam aſſignatus parti terminus ad opponendum. Felin. in c.paſtoralis num. 22. de except. Bald. in l. 2.num. 33. C. ſent. reſcind. non poſſe, &c. Rot.Rom. deciſ.53 in nou.

Septima opponebatur nullitas, quia
43 fuerat in proceſſu petita † reſtitutio in integrā per clauſulam; ius, & iuſtitiam, &c. ſecundùm Gozad. conſ. 28. num.31. illaq; fuerit denegata per proceſſum ad vlteriora.

Verùm fuit reſponſum primò, Ex dicta clauſula; ius, & iuſtitiam, &c. non dici petitam dictam reſtitutionem; Quicquid teneat Gozad. qui ſine lege, ratione, & auctoritate loquitur.

Tum quia dicta clauſula fuit † ap- 44
poſita in exceptionibus tantùm. Gabr. de act. concl. 1. nu. 18.

Tum quia dicta clauſula non operatur circa remedia extraordinaria, ſed tantùm circa ordinaria: Reſtitu-
tio † autem in integrum eſt remediū 4
extraordinarium. Crau. conſ. 7. nu. 2. Caualc. de tut. & curat. numero 77.

Tum quia dicta clauſula † non o- 46
peratur circa non narrata. Crau. conſ. 151. num. 4. Corn. conſ. 91. nume.3. volum.4. Pariſ. conſ. 7. num.22. vol. 1. Put. deciſ. 184. num. 6. par. 2. vbi iudex cenſetur ſe aſtrinxiſſe ad ius deductum, & ſpecificatum tantùm; ſed de dicta reſtitutione in proceſſu nullum fuit factum verbum, Quinimò dictum fuit per partem, inuentarium
eſſe validum, Vnde daretur † repu- 47
gnantia narratis, contra doctrinam Alex. conſ.121. nu.10. vol.1. & Pariſ. d. conſ. 7. num. 21.

Poſtremò, quia dicta clauſula † non 48
operatur circa ea, quæ non poſſunt competere de iure. Pariſ. conſ. 7. nu. 23. volum. 1. & dicta reſtitutio, licèt petita, non veniret de iure concedenda, vt infra dicetur.

Reſpōſum fuit ſecundò, ita demùm
per † proceſſum ad vlteriora cenſeri 49
tacitè reiectam exceptionem oppoſitam, quando de ea fuerit cognitum & diſcuſſum. Gabr. de except. concl. 1. num. 15. & 20. Put. deciſ. 388. nu. 3. par. 3. ſed de tali exceptione nedùm non fuit diſcuſſum, ſed neque oppoſitum in actis.

Reſponſum fuit tertiò, ad inducēdam nullitatem ſententiæ requiri appellationem à dicta tacita reiectione, vt in puncto firmat Vant. de nullit. in rubr. quot

rubr. quot,& quibus modis,&c.num. 16. cum ſeq. quæ appellatio non fuit hic interpoſita, quinimò præſumitur potius præſtitus conſenſus. Put.d.deciſ 388.num.3.

50 Octaua erat nullitas † dictæ ſentētiæ,& apprimè ſubſtantialis,Nam iudex condemnauerat dictos Dominos de Berardis ad reſtituendum ſcutos centum ſolutos per Dominos de Mācinis, & tamen in proceſſu conſtabat de ſolutione ſcutorum ſeptuaginta tā-

51 tùm: Sententia † autem in parte nulla,& iniuſta,eſt nulla, & iniuſta in totum, vti indiuiſibilis. Surd.deciſ.74. num.9. Put.deciſ.323.par. 1.

52 Cæterùm reſpondebatur primò,ſētentiam † continere plura capita diuerſa; Vnde quoad caput reſtitutionis ſcutorum cētum, ad nil aliud poſſet deueniri, niſi ad reformationem ſententiæ, vt in puncto firmat Caputaq.deciſ.138. par 2.

53 Secundò, ſuppoſito, ſententiam † eſſe indiuiſibilem, quamuis id non ſit ſimpliciter verum, ob tex. clarum in l. diem proferre. §. ſi plures, & ibi gloſ.ff.de recept.arb. Tamen dicebatur, dictam concluſionem recipere duas declarationes.

54 Prima erat,illam † veram eſſe,quādo petitio fuiſſet facta per dictosDD. de Mancinis in ſcutis centum, nam tunc ex voluntate petentis, quæ attēdi debet,fit indiuiduum.Iaſ. in l.1.§.ſi ſtipulanti.num.8. verſ. ſecundò limita.ff. de verb.oblig.& innuit Put.deciſ. 323. num.7.par.1. ſed dicti Domini de Berardis petierunt ſolùm fructus decurſos,& ſolutos per ipſos,iuxta receputa producta;vnde cum ceſſet voluntas,ceſſare debet etiam diſpoſitio. vulg.l. adigere. §. quamuis. ff. de iurep.

55 Secunda erat declaratio, dictam † concluſionem procedere in capitibus indiuiſibilibus, & connexis, ſecus in diuiſibilibus, & ſeparatis, ſecundùm Bart. in l. fin. num.3. ff. de iuriſdict. omn.iud. Turret.conſ.38. num. 10 & conſ. 55. num.8. volum.1. ſed hic ſunt diuerſæ ſummæ, diuerſis temporibus debitæ,& ſolutæ;vnde cenſeri debent etiam tot ſententiæ.l.ſcire.ff.de verb. oblig.Felin.in c.1. nu.1.de mut.petit. Surd.deciſ.176.num.8.

Confugerunt Domini prædicti de Berardis ad implorandū beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus malè confectum inuentarium.

Cæterùm non fuerunt auditi.

Primò, quia ad obtinendum † dictum beneficium requirebatur probatio læſionis, ſecundùm Guidop.deciſ.141. & ſeq.Odd.de reſtit.in integ. quæſt. 89. art.7 num.58. Alex. conſ. 21. nu. 6. vol.1. Rolan de inuent.par. 1 verſ. quintò quæro. Marc. deciſ. Delph. 249. num.3. par.1. Rota Romana,in nouiſs.deciſ.34. num. 1. par. 2. Benintend.deciſ. 85. num.7. Turret.conſ.54. num. 12. volum. 1. Bero. conſ. 68. nu. 82. lib. 1. Quinimò addebatur, quòd in præſenti cauſa tantùm diceretur probata læſio,ſi in actis conſtaret,quòd hæreditas paterna eſſet damnoſa, ſecundùm Natt.conſ. 214. num. 9. cum ſeq. de quo tamen nihil conſtitit ex actis. 56

Nec facit, quòd † de conſuetudine non ſit probanda læſio per minorem ad obtinēdam reſtitutionem. Ludou. in ſuis concl.c. 49. 57

Tum quia talis conſuetudo, cum ſit quid facti, veniebat probanda. Maſcard. de probat. concl. 426 nu. 24. volum. 1.imò Doctori atteſtanti de ea non creditur,niſi in loco,in quo verſatur. vulg. iuribus, & doctrinis.

Tum quia talis conſuetudo non valeret, vti iniuſta.c.2.de conſuetud.

58 Secundo, Nam † priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. Bart.in auth. quas actiones. num.14. C. de ſacroſ.eccl.Rip.in l.priuilegia.num.20 ff.de priuil.cred.Odd. de reſtit.in integ.quæſt.18.art.4. num. 31.& art.5. Turret.conſ.80.num.21.volum.1. ſed hic tàm actores, quàm rei ſunt minores.

59 Tertiò, quia, cum dicti † rei tractarent de lucro captando, & actores de damno vitando, nullo modo venirent reſtituendi dicti rei.Bald.in l.5 num.5. C.de repud.hæredit. Odd. de reſtit in integ.quæſt 4 art.4.& quæſt.18.art.5. dictique actores fauorabilius tractandi ſunt.Alex.conſ.55.num.18.volum.5. Odd.d.quæſt.18.art.4.num.33.& art.5. Rom.conſ.179.num.17.Soc.iun. conſ. 127.num.8. lib.1. Grat. conſ.67.num. 21.volum.1.Turret.conſ.54.num.11.& conſ.80 numer.21.volum.1.Boccac.ſuper Conſti. Prou.Marc. gl.5.num.27. Put.deciſ.63.num 10. par.1. & , quòd

60 † in d. bio pronunciandum ſit ad fauorem tractantis de damno, voluerunt Becc. conſil.90. num.24. Menoch. de præſumpt.lib.2. præſumpt.72. num.7. Quod autem dicti actores tractarent de damno vitando, ſatis conſtabat ex inſtrumento receptæ pecuniæ per partem dictorum reorum cum obligatione reſtitutionis.

61 Quartò, quia † minoribus non conceditur reſtitutio, quando eis eſt conſultum in bonis tutoris, ſiue curatoris, prout erat conſultum dictis reis. Alciat conſil.1.num 37. cùm ſeq.tom. 1 lib.5 Roland conſil.10.num.20. cum ſeq volum.2.Turret.conſ.54.num.14. volum.1 Theſau.deciſ.103.n.9.Caualc. de tut.& curat.nu.100.Ludouic.deciſ. 55.num.23. Quicquid in contrarium teneant Odd.de reſtit.in integ quæſt. 89.art.7.& Pariſ.conſil.100. nume.65. libro 1.

Quintò, quia, cum † dicti Domini de Berardis fuerint in aperto dolo, non apponendo omnia in inuentario, nullatenus veniunt reſtituendi.Bald.in l. 5.num.6.C.de repud.hæred.Natt.conſil.17.num 3.Surd. deciſ. 216. numero 12.& 22. 62

Sextò, nam, quando læſio non eſt probata ad effectum obtinendi dictam reſtitutionem, reſtitutio † in integrũ non poteſt concedi ab Auditoribus Rotæ Maceratenſis, qui iudices medij dicuntur, ſecundùm Odd. de reſtit.in integ.q.32 art.1.nu.9. ſed tantùm poteſt concedi à Principe Innoc.in cap. ex literis.in fine.de reſtitut. in integr. quem ſequitur Odd.ibidem.q.32. art. 3.num.38. 63

Septimò, & vltimò, quatenus † eſſet concedendum prædictis Dominis de Berardis dictum beneficium, non eſſent tamen audiendi, niſi refectis prius expenſis factis hactenus per dictos actores in lite, ſecundùm Natt.in dicto conſil.17.num.7.& Afflict.deciſio.70. num.2. 64

ARGVMENTVM.

Quando admittenda ſit appellatio in poſſeſſorio ob complicationem cauſarum.

SVMMARIVM.

1 *Executio dicitur attentata, ſi eſt facta pendente appellatione, videlicèt, admiſſa cum clauſula: Niſi ſi, & in quantum.*

2 *Item*

2 *Item dicitur attentata, ſi eſt facta poſt inhibitionem.*
3 *Appellatio quando detur à ſententia lata i poſſeſſorio.*
4 *Et quid ſi eſt cauſa complicata. Et num.5.6. 7.8.10.14.& 22.*
9 *Appellatio datur à quocumq. è grauamine.*
11 *Inſpici debet, quod principaliter agitur.*
12 *Exceptio deſertionis non concernit negocium principale, ſed proceſſum.*
13 *Exceptio incidēs, & emergens quomodo differant inter ſe.*
15 *Sententia ſuper deſertione an ſit interlocutoria. Et num.18.*
16 *Appellatio an detur ab interlocutoria. Et nu.19.*
17 *Inſtantia nunquàm deſeritur de iure Canonico.*
20 *Complicatio non datur in cauſis ſeparatis.*
21 *Et quare. Et num.24.*
23 *Capitula connexa quæ dicantur.*

RESOLVTIO IX.

IN vna attentatorum Sancti Marcelli fuit reſolutum, executionem factam contra Lutium Florium fuiſſe attentatam, & conſequenter reuocandam. l. 1. & ibi Bart. ff nil no. appel. pend. c. non ſolùm de appel. in 6. cum vulg.

Attentatum autem deducebatur, Primò, nam, cum pro parte dicti Lutij fuiſſet appellatum, iudex à quo appellationem admiſit cum clauſula; niſi ſi, & in quantum, &c. quo caſu appellatio cenſetur admiſſa quoad v-
1 trūq; effectū, & ꝓpterea † ſuperſedēda erat in executione. Contard. in l. 1. lim.13. num.22. cum ſeq C. ſi de mom. poſſ. qui teſtatur, ſic fuiſſe reſolutum in Rota Romana, & num. 24. dicit, magis communiter Doctores ſequi hanc ſententiam, quam tenuit Bald. conſ. 428. circa fin. vol. 1.

Secundò, cum dicta † executio fue- 2
rit facta poſt inhibitionem. ad tradita per Lancellot. de attent. par. 2. c. 20. num. 226. cum ſeq.

Tertiò, quia Angelus, & Conſortes egerunt contra dictum Lutium, vti fideicommiſſarij, & Lutius negauit, eos eſſe tales; ſuper hoc autem, cū fuerit plenè cognitum, fatendum eſt dari † omninò appellationem à dicta 3
ſententia, licèt lata in poſſeſſorio, iuxta dicta per Menoch. de adipiſcen. poſſ. rem.4. nu.188.

Quartò, nam in dicta ſententia fuit complicata † cauſa deſertionis, à qua 4
datur appellatio, vt per Franc in c. ex ratione. colum.23. verſ. circa nouam. de appellat. Marant. in Specul. aureo par.6. verſ. & quandoq; appellatur. n. 190. Contard. in d. l. 1. limit. 2. num. 3. & lim.5. nu. 1. & 7 Sed quando ſunt duæ cauſæ ſimul † complicatæ, quarū 5
vna admittit appellationem, & alia non. & ſententia eſt lata ſuper vtraq; cauſa, ab vtraq; poteſt appellari, prout tradit Contard. in d. l. 1. limit. 24. per tot. Et ratio vera huius fundamenti eſt, etenim ratione dictæ cauſæ complicatæ poſſeſſorium non eſt amplius nudum, & merum, ſed dicitur veſtitum, & mixtum, ſecundùm eundem. Contard. in d. lim. 24. nume. 15. cum ſeq.

Quæ ratio coadiuuatur. Tum quia
† ratione adiuncti conceditur alicui 6
id, quod alias non concederetur. l. præcipimus. C. de appellat. l. ſi communem. ff. quemad. ſer. am. Contard.

in d l.1.limit.2.§.3. num.4.

7 Tum quia † in caſibus mixtis attendi debet, quod eſt conforme iuri communi. Abb. in c. ſuper quæſtionē. §.ſi verò, de off.deleg.not. vlt. Contard.in d.l.1.lim.2.in princ.numer.27. ſed de iure Canonico, quod obſeruatur in terris eccleſiæ etiam inter laicos Abb.in ca.ſi duobus num.6. de appel. Felin. in cap. quod ſuper de maior. & obed. Alexand.conſ.175. column.1.vo-
8 lumin.2.datur † appellatio à ſententia ſuper poſſeſſorio lata. Contard. in d.l. 1.limit.3.Bero.quæſt.44.num.3.& qu.
9 52.nume.3. & ab † alio,& quocumque grauamine. Abb.in rubrica, de appell. num.9.

Et licèt in dicta ſententia fuiſſet etiam reſeruata actio D. Lutio contra ſuos auctores, tamen non fundabatur complicatio in dicta reſeruatione, cum hæc eſſet fauorabilis dicto Lutio.

Et dum diceretur per procuratorem dictæ Angelæ, quòd, quando iudex principaliter pronunciat ſuper poſſeſſorio, & ſecundario ſuper aliquo incidenti ad remouendum obſtaculum, quo impediebatur pronunciatio, tunc
10 † complicatio talis incidentis, non reddit ſententiam appellabilem. Abb. in c.1.n.11.in fi.de ord cog.Bero.q.91. num.7.cum ſeq.Contard.in d.l.1. lim. 24.num 32.38.& 75.& lim.2. §.1.num. 18. & §.8.num.13.Lancellot.de attent.
11 par.3.cap.8.num.36. & 119. quia † inſpici debet,quod principaliter agitur. Caſſad.vt lit. pend.deciſ.4.num.3. Bellam. deciſio. 507. Put. deciſione 278. par.2.

Fuit replicatum: Primò, quòd Abb. in d. cap.1. num.11. firmat, valere ſententiam, ſi ſuper incidenti pronuncietur,non autem dicit,quòd non poſſit appellari, quæ differunt inter ſe, & vnum poteſt ſtare ſine alio.

Secundò,doctrinam Doctorum ſupra allegatorum procedere in pronūciatione facta ſuper incidenti, & acceſſorio, ſed in caſu, de quo agitur, verſamur in emergenti,cum † excep- 12
tio deſertionis inſtantiæ non concernat negocium principale. ſed proceſſum. Contard.in d.l.1. lim.5. nume.7. & oriatur poſt inchoatum iudicium. Abb. in d. c.1. num.12. Bald.in l. 1.nu. 10. C. de ord. iud.Contard. in d. l. 1. lim.2.§. 1. num 28.

Maxima † autem eſt differentia in- 13
ter exceptionem incidētem, & emergentem.

Prima eſt, quia ſuper emergenti eſt pronunciandum, ſed non ſuper incidenti. Abb. in d. cap.1.numero ij. Et proinde ſi pronunciatur ſuper incidenti non redditur cauſa appellabilis, quia expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt.nihil operatur, & per ſententiā latam in principali, ſunt etiam terminati omnes incidentes. Abb. in d c.1. num.11. ſed ſecus ſi ſuper emergenti, quia cum illud ſit quid ſeparatum, ſeorſum à negocio principali examinatur iuſtitia eius. Contard. in d. l. 1. lim.2.§. 1.numero 28. & lim.5.numero 7.

Secunda eſt differentia, quòd damnum illatum in incidenti eſt reparabile in alio iudicio,ſecus in emergenti. Bald. in d.l. 1. numero 10. Contard. in d. l. 1. lim. 2. §. 8. numero 19.

Tertiò fuit replicatum, dictam † 14
doctrinam procedere, quando ſuper incidenti eſt incidenter pronunciatum, puta,per dictionem,quia,ſecundùm Contard.d.l.1.lim.24. nume. 7. 32. 36.38.& 45.& d. lim.2.§.1. nu.27. cum ſeq ſecus ſi eſt pronunciatum principaliter ſuper incidenti, vt hic. idem

idem Contard.in d.l.1.lim.24. num.ij. 39. & 43. & ratio differentiæ eſt, quia damnum incidenter illatum eſt reparabile in alio iudicio. Contard. d.limit.2.§.8.num.19. ſecus ſi principaliter, tunc enim obſtaret exceptio rei iudicatæ in alio iudicio.Contard.d.§.8. numer.19. & limit.24 numero 41.47. & 49.

Præterea dum diceretur per eoſdem,
15 ſententiam † ſuper non deſertione eſſe merè interlocutoriam.Rot.Rom.in nouiſ.deciſ.3.de dol.& contum. Contard.in d.l.1. limit.26.num.2. Felin.in cap.examinata.num.17. de iud. & cap. quærenti.num.9.de off.deleg. Benintend.deciſio.79.num.7. Guidop.deciſ. 220. Rot. Florent. deciſ 55. numero 1. Vant.de nullit in rubr quot, & quib.
16 mod.null.prop.num..26. Cæterùm † à mera interlocutoria non datur appellatio, ſaltem vt ſuſpendatur iuriſdictio iudicis à quo. c.non ſolum.de appellat.in 6. Maſcard. de probat. concl. 148.num 29.lib.1. Lancell. de attent. appel.pend.cap.12.par.2. lim.1. num.2. Menoch.de adipiſc.poſſeſ. rem.4. numer.820.

Præſertim quòd cauſa erat in pri-
17 ma † inſtantia, quæ de iure Canonico nunquàm deſeritur. c. venerabilis. cap.fin.de iud.& ibi Doct.Mar.n. de ordin. iud. par. 5. verſic. & omnia fiant durante inſtantia.num.14.

18 Fuit reſponſum primò, quòd † pronunciatio ſuper deſertione, licèt de ſui natura ſit interlocutoria mera, tamen, quando complicatur cum diffinitiua, vt hic, habet vim diffinitiuæ, prout eſt doctrina aurea. Marant. de ord.iud.par.6. de ſententia. numero 37.Idem autem iudicatur de diffinitiua, quod de habente vim diffinitiuę. Marant. d.parte ſexta de ſent.numero 46. & de appel. parte ſexta. numero 157.Contard.in d.l.1.lim.2.in prin.numero 39.

Secundò replicatum fuit, à ſententia 19
† qualibet interlocutoria dari appellationem quoad vtrumque effectum de iure Canonico. Contard. in d. l. 1. lim.1.num.4.lim.5.num.5.& 7. & lim. 26.n.7.cum ſeq.

Poſtremò, dũ diceretur per eoſdem,
complicationem † non dari in cauſis 20
ſeparatis. Contard. in d.l.1. limit. 1. nu.31.Boccac.ſuper Ægid. annot.9.nu. 9.Rim.ſen.conſ.99.num.7.vol.1. Soc. iun.conſ.18.nu.14.vol.1.Pariſ.conſ.66.
num.4.vol.1. Nam † de iure tot in eis 21
intelliguntur eſſe ſententiæ,quot capitula.l.etiam. §.ex cauſa, vbi Bald ff.de min.l.quædam.ff.fam.herciſ. gloſ.in l. in hoc iudicio. ff.eodem. cauſæ autem hic erant ſeparatæ.

Quod coadiuuatur, etenim, quando
in ſententia † eſt cõplicata cauſa poſ- 22
ſeſſorij, & condemnatio, vel abſolutio expenſarum,ſeu fructuum,non datur appellatio,niſi ab expenſis,ſeu fructibus de iure communi. Contard. in d.l.1.limit.1. num.33. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem.4. num.863. licèt aliter ſit ſecundùm Conſtit Prouin. March.

Fuit replicatum.Primò,capitula non eſſe ſeparata in dicta ſententia, quin-
imò connexa: ea † enim connexa di- 23
cuntur, ſi ſententia lata in vno pariat exceptionem rei iudicatæ in altero iudicio. Contard.ſuper Ægid. quęſt. 11. num 5.Dec.in l.1.nu.3. C. de bon.poſſ. ſecundùm tabul. ſed ſententia lata ſuper deſertione perimeret ius in poſſeſſorio,& è contra.

Secundò dictum fuit, etiam † in ſe- 24
paratis capitulis contentis in eadem ſententia dari complicationem. Contard.in d.l.1.lim.24. numer.20. & ſeq. vbi teſtatur, ſic fuiſſe iudicatum in Rot. Roman. in vna Terracen. &

nu.52.Bald.in l.incerti.nu.75 C.de interd.Rip.de ſent. & re iud. reſp.1. numero 5.

Doctrinæ autem allegatæ ex aduerſo poſſent conciliari hac diſtinctione, nempè.

Aut ſumus in ſeparatis, ita, & taliter, quòd poſſet ſuper vno capite pronunciari, & ſuper alio non, & appellari ad diuerſos iudices, vt exemplificat Contard.in d.l.1.lim.1.nu.34.Et tunc procederet opinio Doctorum ex aduerſo allegatorum, videlicet, quòd nõ daretur tunc complicatio, cum enim capita omninò ſint ſeparata, tot cenſentur eſſe ſententiæ, quot capitula.

Aut ſumus in ſeparatis.ſed ita, & taliter, quòd debeat ſuper vtroque pronunciari, & ad eundem iudicem appellari; Et tunc vera eſt opinio Contardi, quòd detur complicatio ob quandam connexitatem.cap.ſuper eo.de appell. Contard.ſuper Ægid. dict.quæſtio.11. num.5.

ARGVMENTVM.

A ſpolio attentato an detur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an detur à ſpolio attentato.Et num.3.& 6.*
2 *Appellatio an detur à ſpolio.*
4 *Attentatum cum ſpolio quando dicatur.Et num.5.& 7.*
8 *Inhibitio obtenta ſine citatione partis non dicitur canonicè obtenta. Et num.9.*
10 *Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda.Et num.11.*
12 *Inhibens debet eſſe ſuperior ei, cui inhibetur.*
13 *Delegatus Papæ quando quis dicatur.*
14 *Delegatus Papæ eſt maior Ordinario.*
15 *Appellare debet quis à Delegato ad Delegantem.*
16 *Sequeſtrum quando eſſet concedendum in fructibus pendente lite. Et num.17.*
18 *Vel ſaltem deſcriptio fructuum.*

RESOLVTIO X.

CVm lata fuiſſet ſententia, ſubeſſe attentata, Dicebatur per dictum Lutium, mandatum in ea de exequendo ad eius fauorem relaxatum eſſe ſubſignandum per iudicem, nõ obſtante quacumque partis appellatione.

Primò, quia † à ſpolio attentato, ſi- 1
ue attentato cum ſpolio non datur appellatio.Contard.in l.1.in ampli.num. 37.cum ſeq.C.ſi de mom.poſ. Lancel. de attent.par.3.cap.28.numer.49.cum ſeq.vbi firmat, hanc veriorem eſſe opinionem, quæ ſuadetur, Nam in ſim-
plici † ſpolio non datur appellatio. 2
Contard.in d.l.1.lim.4.Velir.in praxi libro 8.capit.4.num. 22. ergo mul-
tò minus † dari debet in ſpolio atten- 3
tato, quod eſt execrabilius. Rip. in l. naturaliter.§.nihil commune.numero 67.ff.de acquirend. poſſeſſ. prout arguit Lancell.in d.par.3.cap.28. numero 86.

Hic autem agitur † de ſpolio atten- 4
tato, ex quo iudex proceſſit ad vlteriorem executionem poſt appellationem interpoſitam. cap. ex inſinuatione de procurat.l.meminerint. Cod.vnde vi. Gabr.de reſtit.ſpol.conclu.1. lim.14. ſublim.2.Felin.in c.ſi quando. num.3. Dec.num.5.& in c.cum cauſa. num.4. de offic.

de off.deleg.& conſi.199.numer.1. &, quod magis eſt, per iudicem à quo fuit appellatio admiſſa, Contard. in d. l. 1. lim.13.num.23.cum ſeq.

Secundò, etenim pars admittebat,
5 dictum † Lutium fuiſſe ſpoliatum quantum ad partem colonicam. l. colonus. ff.de vi, & vi arm.& ibi gloſ. in ver. propter iuſtam. Bald. in l. fin. C. commod.

Cæterùm non fuit ſubſignatum mandatum.

6 Primò, quia † à ſpolio attentato, ſecundùm communem opinionem, à qua in dubio non eſt recedendum, datur appellatio. Lancel.d.c.28.num.44. Quod magis verum eſt hic, cum fuerit pronunciatum, executionem fuiſſe attentatam, nam melius fuiſſet forſan pronunciare, Lutium ſpoliatum per viam attentatorum fore, & eſſe reſtituendum, & reintegrandum, ſecundùm quendam Aduocatum practicum. Verùm hæc potius videbatur differentia verbalis, quam ſubſtantialis.

7 Secundò, quia † fuerant à parte iam obtentæ literæ inhibitoriales, & præſentatæ, vnde non potuiſſet mandatum ſubſignari ſine vitio attentatorum. Lancel. de attent. par.2. cap.20. numer. 226. cum ſeq. in præfat. etiam quoad iudicem ipſum, vt in ampl.9.

8 Et dum diceretur, inhibitionem † non eſſe timendam, ex quo non fuit canonicè obtenta ob defectum citationis partis, ſecundùm Veſtr. in prax. lib.8.c.4.nu.11.& 38.Contard.in d.l.1. quæſt. 5. numero nono. & 15. Alex. in l.Titia.ff.ſolut.matrim.Lancell.d.parte 2. cap.20. num.205. cum ſequent. in præfat.

Fuit replicatum, obiectionem friuolam eſſe, quandoquidem hodie †
9 contrarium ſeruatur, tam in Vrbe, quàm alibi. Mandoſ.de inhibit. qu.18. num.2.& refert Lancel.in d.c.20. nu. 85.& 207. in præfat.& in ampliat.8.

Vlterius dum diceretur, inhibitionem † poſſe ſperni, ex quo fuit inhibi- 10
tum in caſu, à quo non licuit appellare. Veſtr.in d.c.4.num.11. Contard. in d.l.1.quæſt.5.num.14.

Fuit replicatum primò, caſum eſſe appellabilem, vt ſupra dictum eſt.

Secundò, inhibitionem † cauſare at- 11
tentata, etiam ſi eſſet in caſu non appellabili, vt per Lancel. in d.par.2.cap. 20.ampl.1.num.18.cum ſeq.& ampl.11. num.10.

Demùm, dum diceretur, quòd, qui † 12
inhibet debet eſſe ſuperior illi, cui inhibet. Bald.in l.1. C. quom.& quand. iud.Contard.in d.l.1.q.5.num.4 & latè per Lancel. in d.par.2. c.20. in præfat. num.34.cum ſeq.& nu.71. ſed iudex à
quo eſt delegatus † Papæ, ob illa verba 13
poſita in reſcripto, videlicèt, [auctoritate noſtra, &c.] c.cum aliquibus, & ibi Doct.de reſcript. in 6. Felin.in cap.licèt in corrigendis.num.3. & 11. de off.
ordin. & maior † eſt quocũque Ordi- 14
nario.cap.ſanè, & cap.paſtoralis.§.1.de off.deleg.Lancell.d.par.2.c.20. in præ-
fat.num.21.cum ſeq & ſic † erat deuo- 15
luta appellatio ad Papam.l.1. & l.2.ff.ſi quis, & à quo appel.l.1. C. qui pro ſua iuriſdict. Caſtr.in l.1.§.qui opus.num. 2.ff.de nou.op.nunciat. Felin.in c.quoniam Abbas.num.14.de off.deleg. vbi etiam Dec.num.9.

Fuit replicatum, Rotam Maceratenſem eſſe iudicem competentem, & poſſe inhibere vigore priuilegiorum ipſius Rotæ, prout ſic obſeruari vidi indiſtinctè.

Stantibus ſupradictis difficultatibus Dominus Lutius inſtetit ſaltem pro
conceſſione † ſequeſtri. Quod vi- 16
debatur omninò concedendum, ſecundùm Curt.Sen.de ſequeſtr.num.7.

Ang. de ſequeſtr.num.7. Veſtr.lib.7. c.2.num.1.cum ſeq.

17 Præſertim cum † negocium principale reciperet difficultatē,vt per Lancell.de attent. par.3.c.29. num.144. & attentatum eſſet ſuper totali poſſeſſione. Lancel.ibidem.numer.147.cum ſeq.

Cæterùm fuit conceſſa tantùm fru-
18 ctuum † deſcriptio, iuxta tradita per Lancel.d. par.2.cap.12.lim.12. num.25. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur quem eſſe hæredem.

Item, Inſtrumentum emptionis, & venditionis ex quibus probetur eſſe verum, vel ſimulatum.

Item, Quomodo confeſſio procuratoris noceat Domino.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*
2 *Aditio hæreditatis indicitur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum.*
3 *Et quando.*
4 *Item, ex fructuum perceptione.*
5 *Item, ſi in iudicio dixit, ſe eſſe hæredem. Et num.23.*
6 *Item, ſi dedit inſolutum bona hæreditaria.*
7 *Item, ſi exegit credita.*
8 *Proteſtatio procuratoris quando proſit.*
9 *Proteſtatio tollitur per actum contrarium.*
10 *Paria ſunt non fieri, vel nulliter fieri.*
11 *Inuentarium eſt conficiendum coram iudice.*
12 *Subſtitui non poteſt alius, quando eſt electa induſtria perſonæ.*
13 *Statuti vna pars declarat aliam.*
14 *Notario non creditur de ſubſtitutione facta ſibi.*
15 *Inuentarium bonorum nullum, ſi non fuerunt citati creditores. Vel non deſcripta omnia bona, num.18.*
16 *Omiſſum relinquitur ſub diſpoſitione iuris communis.*
17 *Statutum non poteſt tollere ſolemnitates iuris naturalis pro inuentario.*
19 *Inuentarij ſolemnia ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandi. Et numero 20.*
21 *Ignorantia quando excuſet. Et numero 22.*
24 *Adire non poteſt mulier, niſi cum ſolemnitatibus Conſtitutionum. Et num.25.*
26 *Nullitatem allegans mulier non auditur, niſi prius recepta reſtituat.*
27 *Mulier non reſtituitur aduerſus aditionem hæreditatis.*
28 *Reſtitutio non conceditur, niſi conſtet de læſione.*
29 *Inſtrumentum præſumitur verum.*
30 *Ampliatur.*
31 *Simulatio inſtrumenti tollitur, ſi conſtat de numeratione pretij.*
32 *Confeſſio probat numerationem. Et num.33. & 34.*
35 *Perſona extrinſecus non ſubintelligitur.*
36 *Simulatio excluditur ex iuramentis.*
37 *Venditor quando ſit teſtis idoneus.*
38 *Periurus non eſt idoneus teſtis.*
39 *Obliuio inducitur ſpatio decem annorum.*

40 *Per in-*

40 *Periurus non dicitur iurans per errorem.*
41 *Periurium requirit dolum.*
42 *Teſtis de auditu quando plenè probet. Et num. 43. & 44.*
45 *Articulans fatetur, & non. Et num. 46. 47. & 48.*
49 *Libellans fatetur.*
50 *Confeſſio procuratoris, quando noceat Domino. Et num. 51. 52. 53. & 54.*
55 *Confiteri quando quis dicatur.*
56 *Laudum emologatum non poteſt impugnari.*
57 *Verba enunciatiua quando probent. Et num. 58. & 59.*
60 *Simulatio probatur per coniecturas. Et num. 61. 76. & 77.*
62 *Simulationis coniectura. Et nu. 63. 64. 66. 67. & 84.*
65 *Voluntas deducitur magis facto, quàm verbis. Et num. 89.*
68 *Simulatus cõtractus vt dicatur, quæ ſint probanda. Et numero 69. & 70.*
71 *Simulatus contractus per ſuppoſitionem perſonæ eſt validus.*
72 *Et quæ ſint in eo probanda. Et non eſt verè ſimulatus, num. 78.*
73 *Paria ſunt non allegare caſum, vel allegare, ſed minus verum.*
74 *Simulatio ceſſat, ceſſante cauſa ſimulationis.*
75 *Simulationem allegans quando ſit audiendus.*
79 *Poſſidere iure familiaritatis quando quis dicatur. Et num. 80. 81. 82. & 83.*
85 *Depoſitio teſtis nulla non eſt attendenda.*
86 *Teſtes quando nulliter deponant. Et nu. 87. & 88.*
90 *Emptio transfert iura. Et numero 91.*
92 *Dominium non probatur ex venditionis inſtrumento. Et numero 93. & 94.*
95 *Conſtitutum probat traditionem, & transfert veram poſſeſſionem. Et num. 96.*

RESOLVTIO XI.

IN cauſa Lutij cum Angela, & Conſortibus circa petitorium plura fuerunt propoſita fundamenta ad oſtendendum, dictam Angelam non potuiſſe contrauenire venditioni factæ dicto Lutio per quondam Petrum Franciſcum fratrem ipſius Angelæ de quibuſdam terris.

Et primum fundamentum potiſſimum erat, quia † hæres non poteſt 1
contrauenire facto defuncti. Natt. cõſ. 214. num. 3. & conſ. 448. num. 9. Alcia. conſ. 2. num. 37. lib. 8. tom. 3. Duran. de art. teſt. in rub. de acqu. hæred. caut. 8. nu. 5. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. glo. 9. num. 47. Gabr. de reg. iur. concl. 11. vbi latè.

Dictam autem Angelam eſſe hæredem dicti Petri Franciſci deducebatur.

Primò, quia, ſecundùm depoſitionẽ
plurium teſtium, res † eius hæredita- 2
rias poſſedit. Alex. conſ. 32. nu. 1. vol. 3. Pariſ. conſ. 16. nu. 40. vol. 2. latè Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 10. nu. 16. & Maſcard. de probat. concl. 45. num. 1. vol. 1.

Et dum replicaretur, dictam Angelam poſſediſſe dicta bona, non vtì hæreditaria dicti Petri Franciſci, ſed vtì ſubiecta fideicommiſſo.

Fuit reſponſum, ipſam Angelam de-
claraſſe † in actis, ſe vtì hæredem dicti 3
Petri Franciſci poſſediſſe dicta bona, & in aditione hæreditatis inſpicitur

animus, ex quo ſolo aditio abſoluitur. l.gerit & l.pro hærede. ff. de acq.hær. Maſcar.d.vol.1.concl.40 nu.7.

Et quatenus extarent aliqua bona fideicommiſſaria,tamen quoad bona dicti Petri Franciſci propria fuit inducta aditio. Crau.conſ.33.n.14. Maſcard. d.vol.1.concl.45.n 38. Mant.d.libr.12. tit.12.nu.8.

4 Præſertim cum † ex dictis bonis ſic poſſeſſis dicta Angela fructus percepiſſet. Natt.d.conſ.448. nu.11. Duran. d.rub.de acq.hær.caut.5.n.1. Maſcar. d. vol.1.concl.44.num.16.Mant.d.lib.12. tit.11.num.17.

5 Secundò, quia † in iudicio tum agēdo, tum excipiendo dixit,ſe eſſe hæredem Petri Franciſci.Maſcard. d.vol.1. concl. 41.n.1.& 10. & concl.42. per tot Mant.d.lib.12.tit.9. num.12. & 14. tit. 10.num.13.tit.11. num.4. & 9. & tit.12. num.13.

6 Tertiò, ex quo † dedit inſolutum dicta bona hæreditaria eius viro pro ſua dote.l.pro hærede,§.Papinianus.ff. de acq.hæred. Bart. in l.non ſolùm. §. morte.num.18.ff.de op.no.nunc.Ruin. conſ.157.num.2.vol.3. Crau.conſ.200. num.2.Maſcard.d.vol.1. concl.44. nu. 14.Soc.iun.conſ.107.num.2.vol.1.

7 Et inſuper † credita hæreditaria exegit.Anch conſil.324.n.1.Duran. d.rub. de acq.hæred. caut.5.num.1. Mant. in d.lib.12. tit.12. num.14.

Nec dicta Angela poſſe iuuari, dicebatur, ex quadam proteſtatione facta per eius procuratorem, nempè, quod non intenderetur vnquàm ex prędictis fuiſſe inductam aditionē hæreditatis.

8 Primò, quia † per procuratorem non potuit fieri dicta proteſtatio. l. Paulus.ff.de acq. hæredit. Bart. in d.l. non ſolùm.§.morte.numer.15. Rip. in c.cum M.Ferrarienſis.nu 136.de cōſtit.

9 Secundò, nam per actum † contrarium proteſtationi tollitur ius proteſtationis.Pariſ.conſ.112 num.57. vol.1. Dec.in d.c.cum M.num.22 Quod maximè verum eſt, quando actus proteſtationi contrarius geritur cum alio. Bart.in d.l.non ſolùm. §.morte. num. 17.& 18.Iaſ.num.14.Duran.in d.rubr. de acq.hæredit.caut.5.num.3. Ruin. d. conſ.157.num.2. Soc.iun. d.conſil.107. num.4.

Vlterius non profuit dictæ Angelæ dicere, ſe eſſe hæredem cum beneficio legis, & inuentarij; Nam paria † 10 ſunt non fieri, vel fieri, ſed nulliter. Natt.conſil.214.num.16.Alciat.conſil. 2.num.40.lib.8 tom.3.& conſ.65.num. 4.lib.6.tom.2.

Sed aſſertum inuentarium fuerat nullum.

Primò, quia † non fuit confectum 11 coram Domino Poteſtate Exij, vel eius Vicario, prout requirebatur, tàm ſecundùm formam ſtatutorum dictæ Ciuitatis ſub rubric.74.lib.2.quàm de conſuetudine generali, de qua teſtatur Corn.in l.fin.nu.38.C.de iu.delib.Rolan.de inuent.par.3.nu.3.fol.mihi 70.

Et aſſerta deputatio, ſiue ſubſtitutio facta per dictum Poteſtatem in perſona eiuſdem Notarij, qui rogatus fuerat de dicto inuentario,fuit nulla.

Tum quia iudex † non potuit de iure alium deputare, & in locum ſuum ſubrogare,ex quo per dictum ſtatutum erat electa induſtriæ perſonæ. Bal.in l. 1.§.ne autem.numer.1. C.de cad.toll. & in l.repetita.nume.36. C.de epiſc.& cler.Felin.in c.fin. de off.deleg. Corn. conſilio 257. numero ſeptimo. volumine quarto. Quod autem eſſet electa perſona iudicis, apertè oſtenditur per idem ſtatutum ſub rubrica 46. in illis verbis, [& iudex Poteſtatis teneatur ire ad locum, &c.] ponderando dictionem, teneatur. 12

neatur.

neatur, quæ importat neceſſitatem; Et
13 abſolutum eſt in iure, † vnam partem ſtatuti declarare aliam. l. vtrùm. ff. de pet.hæred.l.ſi ſeruus.§.fi.ff.de leg.1.Alex.conſ.32.vol.7.Curt.iun.conſ.7.nu.3.Cioſ.conſ.10.num.28.vol.1.

Tum etiam, quia non conſtat de tali ſubrogatione, niſi per rogitum eiuſdem Notarij, cui fuit facta ſubſtitutio,
14 ſed † notario non creditur de ſubſtitutione ſibi facta. Dec.conſ. 159.numero ſexto.Curt. iun.conſ.166.numero 3.Maſcar.de prob.concl.1096.num. 16. vol.2. vbi teſtatur de magis communi.

15 Secundò nullum dicebatur † fuiſſe inuentarium, quia non fuerunt citati creditores, & legatarij pro die aſſignata ad videndum confici inuentarium. Petr.de Anchar.in clem.1.numer.9.de for.compet.Natt.conſ.214.nu.16.Bar.conſ.154.num.3.& 5.Fel.in c.2.numer.19.de conſtit.Rol.de inuent.par.3. fol. 50.Alciat.conſ.43.nu.7.libr.6. tom.2.
16 Et iſta ſolemnitas, licèt non fuerit † expreſſa in dicto ſtatuto, tamẽ dicitur relicta potius ſub diſpoſitione iuris communis.l.ſi extraneus. ff.de cõd.ob cauſ.l.commodiſſimè.ff.de lib. & poſthum.Corn.conſ.105.num. 2.vol.1.Soc. Sen.conſ.9 num.4.vol.1.quàm cenſeri debeat ſublata, cũ citatio, vtì reſpiciens defenſionem, ſit de iure naturæ. Vant. de nullit.in rub.ex defec. citat. num.1.
17 Neque ſtatutum poſſit † tollere in inuentario ſolemnitates inductas à iure naturali. Rol. de inuent. par.3. fol. 72. numero 1.Ruin.conſ.81.numer.4.volum.3.

Tertiò dicti inuentarij nullitas de-
18 ducitur, ex quo † in ea non fuerũt deſcripta omnia bona mobilia per pondus, numerum, & menſuram, iuxta l.fi. §.ſin autem. C de iu. delib. Durant.d. rubr.de adq.hæred.caut.8.verſ.tertiò. Dec.conſ. 633.n.10.Rol.d.par.3.fol.60. num.1. Vnde, ſtantibus dictis nullitatibus, vel vna ſaltem earum, non poteſt haberi vlla conſideratio dicti inuentarij, in quo, qui cadit à ſyllaba, cadit à toto, cum † tendat ad rigorem iuris 19 conſeruandum.Bal.in authen.ſed cum teſtator, numero octauo. C.ad legem Falcid.

Et ſi dicta Angela petiiſſet reſtitutionem aduerſus non benè confectum inuentarium, vtique non foret audienda, cum † ſolemnia inuentarij ſint in- 20 ducta ad rigorem iuris conſeruandi. Fel.in c.quoniam.nu 5.de ſimon.Bart. conſ.154.num.2.lib.1.Alciat.conſ.139. num.7.lib.9.tom.3.Natt.conſ.140. & conſ.214.Pariſ.conſ.61. num.43.vol.3. Durant.rub.de acq.hæred.cau.8.nu.4. Rolan.de inuent.fol.48.Rot. Gen.deciſ.35.num.9.

Et multa de nullitatibus inuentarij diximus ſupra hoc eodem 2.lib.in Reſol.8.nu.9.cum ſeq.

Inſuper dum dicta Angela niteretur ſe defendere ex eo, quod ſupradicti actus, licèt non poſſint fieri citra ius, & nomen heredis, tamen non induxerint aditionem quoad ipſam, cum † vtì 21 mulier præſumatur ignorare iura. Alexan.in l.is, qui putat. n.7.ff.de acq. hæred.Natt.conſ.140.num.11. Maſcar.de prob.concl.47.nu.4.vol.1.

Primò fuit reſponſum, dictam Angelam non † eſſe excuſabilem in præ- 22 ſenti caſu, cum potuiſſet conſulere peritiores.Felin.in cap.quoniam, num.5. verſ tertiò fallit.de ſimon. Dyn in ca. ignorantia.nu.10.de reg.iur. in 6.Syl. nup.libro 2.num.52.lim.5 Gabr.de ſecund.nupt.lib.3.concluſ.9 numero 11. Præſertim, cum eſſemus in re habente originem à lucro.l.ſi duo.ff.de acquirend.hæred.Dyn. in d.cap.ignorantia. num.11.

Secundò,quia in claris non eſt opus coniecturis, ſed dicta Angela agendo,& excipiendo † dixit, ſe hæredem, vt ſupra.Natt.conſil.140.numer.10.in fine.
23

Item, dum dicta Angela replicaret, mulierem † non poſſe adire hæreditatem, niſi cum ſolemnitatibus requiſitis per Conſtitutiones Prouinciæ Marchiæ, & ſtatutum Exij. Bart. in l. more,num.1.ff.de acq.hæred.Iaſ.in l.ſi vnus §.pactus.num.28.ff.de pact. & in auth.ſacramenta puberum.num.73 C. ſi aduerſ.vendit. Rom. conſ.194. nu.2. & ibi Mandoſ.
24

25 Primò fuit reſponſum,neque †Conſtitutionem præfatam,neque ſtatutum habere locum in aditione hæreditatis, ex quo iſte actus tendit principaliter ad acquirendum. Bart.in l.apud Iulianum. §.fin.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eat. Addit.ad Bart.in d.l.more.& de magis communi teſtantur Alex. in l.mutum. num.8.& 13. ff. de acq.hæred. Gomeſ. in §.omnium. num. 27. inſtit. de act. Soc.Sen.conſ.80.numer.25. volum.4. Ruin.conſ.161.num.3. vol. 3. vbi ampliat, etiamſi ſtatutum loqueretur per verbum obligationis.

Secundò, nam quando dicta Angela dedit bona in dotem viro ſuo interuenerunt ſolemnia requiſita.Maſcard. de probat. concl. 1255. num.43. vol. 3. Corn. conſil.165. numero 54.volumine 2.

Tertiò,ſuppoſito aditionem hereditatis fore nullam, tamen dicta Angela adhuc † non videtur audienda, niſi prius reſtituat, quod accepit, ſicut dicitur in minore petente annullari contractum per ipſum factum, qui non auditur, niſi prius accepta reſtituerit. Crau.conſil.7. num.14. volum.1. Rolan.conſil.59.num.7. volum.1. Gram. deciſ.66.num.22. Caualc.de tut.& curat.num.150. Boccac. ſuper cap.vt minorum gloſ.8.num.208.Gabr.de tranſact.concl.1.num 50.
26

Demùm † non potuiſſet audiri dicta Angela, ſi petiiſſet reſtitutionem aduerſus dictam aditionem. 27

Primò,quia,quicquid ſit in minore, aliud eſt tamen in muliere, quæ non reſtituitur,vt per Bartol. d.conſil.154. num.2.

Secundò, quia in proceſſu non conſtat, hæreditatem eſſe damnoſam, ſed potius præſumitur opulenta, & reſtitutio † in integrum non conceditur, 28
niſi conſtet de læſione. Natt.conſ.140. & conſil.214. num.9. vt diximus ſupra hoc eodem 2.libro in Reſolutione viij. num.56.

Secundum erat fundamentum dicti Lutij, etenim tertia pars dictorum bonorum fuerat empta à R. Permario Ciccolino, & ſic non ſubiecta dicto fideicommiſſo.

Cæterùm pro veritate dicti fundamenti contigit dubitari;An dictum inſtrumentum emptionis eſſet verum, vel ſimulatum.

Et fui voti,fuiſſe verum,ex pluribus.

Primò, quia † inſtrumentum in dubio præſumitur verum, & non ſimulatum. Io.de Amic. conſil.13.num.1. Soc. Sen.conſ.12.num.23 vol.1 Crau. conſ. 145. nu.2. vol.1. & conſil.665 num.6. vol.4.Ruin.conſ.119. num.1.lib.1. Put. deciſ.385.par.2. Maſcard.de prob.concluſ.905.vol.1.in prin. Gabr.de maleſ. concl.2.nu.21.Surd.conſ.6.nu.ij.vol.1. Becc.conſ.47.num.26.& conſ.52.nu.1. cum ſeq.Turret.conſ.24.n.13. Menoc. de præſumpt.lib 2.præſumpt.44. 29

Quod verum eſt,etiam † ſi opponeretur contra inſtrumentum aliquid, quod non apparens videretur, nam id plenè eſſet probandum, aliàs facillimũ cuiquàm eſſet omnia inſtrumenta ſimulata 30

mulata redarguere, vt dicit Soc iun. conſ.95.in princip.vol.2.& Becc.conſ. 52.num.91.cum ſeq.Io.de Amic.conſ. 44.num 9.

Secundò, quia ex dicto inſtrumento
31 apparet † de vera pretij numeratione, vnde tollitur omnis ſuſpicio ſimulationis.Crau.conſ.145.num.7.& conſil. 943.num.8.

Et licèt dictum inſtrumentum ſit
32 confeſſionatum, vnde † non probetur ex eo vera,& actualis numeratio,iuxta not.per Doc.in l.per diuerſas.C mād. Tamen dictum fuit, id verum eſſe
33 † in contractibus de iure ſuſpectis,ſecus in non ſuſpect s. Roland. conſ.47. nu.30.volu.4.Rim iun.conſ.83.nu.13 vol.1.Tiraqu de retract. conſang.§.1. gl.18.n.83.Maſcar.de prob. concl.1115. nu.14.cum ſeq.vol.2. Quinimò,etiam
34 in materia ſuſpecta † confeſſionē probare numerationem de conſuetudine, teſtantur Bal. in l.1. C. ne lic. potent. Caſtr.in d.l.per diuerſas.in fin.& Fulgoſ.conſ.205.col 1.

Et cum replicaretur,ex dicta confeſſione non probari numerationem, ex quo venditor confitetur recepiſſe pretium,ſed non dicit à quo.

Fuit reſponſum, dicta verba referri ad dictum Permarium emptorem, cū alius emptor non ſit nominatus in in-
35 ſtrumento,& perſona †extrinſecus nō ſubintelligatur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus.ff.de verb obl. faciūt not. per Docto in l.cum §.item ſi mihi ff. de conſt. pec. niſi ex coniecturis aliud colligeretur Salic.in l.patruus, vbi etiam.Bal.C com.vtr.iud.

Tertiò, nam in dicto inſtrumento venditionis adſunt plura iuramenta,
36 ex quibus † omnis ſuſpicio ſimulationis tollitur.Doct.in l.nemo poteſt ff. de leg.1.Curt.iun.conſ.108.numer.13. Menoc.de arb.iud.lib.2 cent.1.caſ.39. num.8. Turret.conſil.1.numero 26. & conſ.19.num 15.volum.1. Becc. conſil. 52. num.106. Seraph. de priuil. iuram. priu.59.num.29.

Quartò coadiuuatur veritas dicti inſtrumenti ex depoſitione ipſiuſmet venditoris,qui examinatus deponit, ſe vendidiſſe dicto Permario, & non alteri ſed † depoſitio dicti venditoris 37
valida dicitur,ex quo de nullo eius cōmodo, vel incōmodo agitur. Fel. in c. inſuper.n.20.de teſtib.Io.de Amic.cōſ. 145. nu.16. vbi teſtatur de magis communi Maſcard.de probat.concluſ.1357. num. 12. volum. 2.

Et dum pars opponeret, depoſitionem dicti venditoris non † eſſe atten- 38
tendendam, cum eſſet periurus: depoſuerat enim, inſtrumentum venditionis fuiſſe confectum à certo notario, qui vere non fuerat rogatus de eo. Farin.de opp.cont.perſ.teſt. queſt.56 art. 5.num.1.cum ſeq.

Fuit replicatum, quòd à die celebrati dicti inſtrumenti vſque ad diem depoſitionis ſint elapſi vltra quadraginta anni, vnde non eſt mirum ſi dictus venditor errauit in nomine Notarij, cum † obliuio de iure præſumatur ſpa- 39
tio decem annorum. Bero. q.73. num. 5.Maſcard.de probat. concl 1122. vol.3. Menoch.de præſumpt. libr 6. præſ.32. Dec.conſ 440 num.1.Socin.Sen conſ. 38.num.17.volum 1 Becc.conſ.111. nu. 16.Benintend.deciſ.10. numer 3. Surd. conſ 67.nu.50 & deciſ.179.num.28.

Cæterùm per † errorem iurans non 40
dicitur periurus. Bald. in auth. niſi rogati.col.4.C.ad Trebell. Becc. conſil. 102.num.21.Surd.conſ.37 nu 5. Periurium † etenim requirit dolum. l. qui 41
iuraſſe. ff. de iureiur. Alex in l.fin. ff. qui ſatiſdare cog. Gabr. de tranſact. concluſ.1.num.54. Surd. conſ.25. num. 24.Farinac.de oppoſit.cont.teſt.queſt.

56.art.5.num.202.

Quintò concurrebat depoſitio Dominici Baldaſſini teſtis inducti à parte dicentis, dictam venditionem fuiſſe factam Permario.

Et licèt dictus teſtis deponat de auditu,& non dicat ante litem motam; Tamē in præſenti caſu plenè probat.

Tum quia † fuit inductus à parte.
42 Soc.iun.conſ. 69. num. 11 lib.1. Cæphal.conſ.63. nu.55. lib.1. Pariſ. conſ. 23.nu.1.lib.4.Non.conſ.24.num.22.

43 Tum quia teſtis † non interrogatus de tempore, ſi ſimpliciter deponat, præſumitur id intellexiſſe ante litem, vt traditur per Maſcard. de probat. concl.749.num.31. volum. 2. vbi teſtatur, ſic fuiſſe decisum in Rota Romana coram Domino de Rubeis de anno 1563. in cauſa Toletana. Farin. de opp.cont.perſ. teſt.quæſt.69.cap. 1. num.96.cum ſeq.

Et vlterius teſtes † de auditu faciūt
44 adminiculum, & præſumptionem. Alex.conſ.77.num.4. volum.1. Dec. conſ.17.num.3. Pariſ.conſ.7. num.21. lib.4. Put.decif. 13. par.2. Farinac.de opp.con.perſ. teſt.quæſt.69. c. 1.numero 32.

Sextò adducebatur, Nam dicta Angela, ſiue eius procurator confeſſus fuit in articulis, partem bonorum, de quibus eſt controuerſia, ſpectaſſe ad dictum Permarium; ſed † ex articulis
45 inducitur confeſſio. l. cum præcum,& ibi Bald.num.1.C.de lib. cau.l.rura.C. de omn.ag. deſert.l.2. C. de inſtit. & ſubſtit.cap.examinata.& ibi Abb. nu. 3.Felin.num.4.Bald.in princ. de iud. Pract. Pap. in forma cap. act.in gloſ. coram vobis, nume. 4. Io. de Amic. conſ. 101 numero 2. Addit.ad Alex. conſ.172. num. 1. in lit. A. volum. 6. Rot Rom. deciſ. 260. in nou. Pariſ. conſ.104.num.27.vol.1.

Quæ opinio veriſſima dicitur in præſenti caſu; Tum quia † dicti articuli ſunt vallati iuramento.Io. Andr. 46
in c. fi. in princ.de iureiurand. in 6. Fel.in cap. 1.num 30. vt lite non cōteſtata. Rota Romana, deciſ. 260. in nou. quod † iuramentum habet vim 47
confeſſionis.Iaſ.in l.2.nu.6.ff. de iureiur.

Tum quia, cum omnis cauſa ſit ſūmaria,ſecundùm Conſtitutiones Prouinciæ Marchiæ, articuli † ſuccedunt 48
loco libelli. Marant. de ord.iud.par. 6. verſ. procurator,articuli,&c. nu.4. Rota Romana, deciſ.76. in antiq. ſed † libellans fatetur omnia contenta in 49
libello. Rom. conſ.13. nume.1. Abb. conſ.73. num.1. volum. 1. Felin. in c. cum venerabilis,num.14.de except.

Et dum pars replicaret, illam fuiſſe confeſſionem procuratoris, quæ non nocet Domino, niſi habeat ad id ſpeciale mandatum.

Primò fuit reſponſum, confeſſionem † procuratoris non nocere Do- 50
mino in voluntaria iuriſdictionem, ſed ſecus in contentioſa, vt hic. Abb. & Felin. in cap.1. vt lite non conteſt. Bellam.deciſ. 694. & 695.Rot Rom. deciſ.260. in nou.& deciſ.374.in antiq.Maſcard. de probat. concluſ. 369. num.15.volum.1.

Secundò fuit reſponſum, quòd † in 51
quolibet mandato ad lites ſolet apponi clauſula illa, promittens ratum habere,&c. qua clauſula ſtante confeſſio procuratoris nocet Domino. Caſtr. conſil.409.num.2.volum.1.Maſcard. d.concluſ.369.num.12.

Tertiò fuit dictum, quòd quando † Dominus ſciuit, procuratorem ali- 52
quid confeſſum fuiſſe,& tacuit,prout fecit dicta Angela, cenſetur id ratificaſſe, quæ tacita ratificatio ſufficit. Veſtr.in prax.lib.5. cap.16.

Et licèt

Et licèt dicta confeſſio procuratoris ſit facta in alio iudicio, & inter diuerſas perſonas; Tamen adhuc nocet dictæ Angelæ in præſenti iudicio.

53 Tum quia † dicitur ratificata. Felin. in d. cap. 1. numero 32. Guidop. deciſ. 254. Veſtr. in d. cap. 16. numero. 4.

54 Tum quia † facit ſaltem præſumptionem. Felin. in d. c. 1. num. 33. Dec. conſ. 271. nume. 3. Aret. conſil. 82. in prin. Put. deciſ. 133 num. 3. par. 1.

Tum demùm quia, cum dicta Angela vigore dictæ ſuæ confeſſionis, &
55 laudi ſuperinde ſubſecuti, retineat † etiam hodie dicta bona Permarij, videtur in præſenti iudicio cõfiteri. Put. deciſ. 396. num. 3 par. 3.

Septimò allegabatur pro veritate dicti inſtrumenti confeſſio Ioannis Ludouici Conſortis in lite dictæ Angelæ facta in quodam laudo, vbi dicitur, dictum Permarium emiſſe dicta
56 bona, quod laudum † fuit emologatum à partibus, vnde non poteſt hodie impugnari. Gabr. de ſent. concluſ 6. num 12. Magon deciſ. Flor. 10. numero 38.

Et dum replicaretur per dictam Angelam, & Cõſortes, illa verba lau-
57 di eſſe † enunciatiua, quæ non probant, maximè quando contingit de enunciato principaliter diſputari. Alexand. conſil 136. num. 11. volum. 1. Dec. conſil. 118. num 5. Crauet. conſil. 29 num. 1. Gabr. de confeſſ. concluſ. 6. num. 3. Maſcard. de probat. cõcluſ. 621. num. 19. volum 2.

Primò fuit reſponſum, dicta verba
58 † fuiſſe prolata in laudo ad dictum finem, vnde probant, vt benè explicat Iaſ. in l. ex his ſcripturis, in princ. C. de milit. teſtam. Corn. conſil. 269. numero 4. volum. 3.

59 Secundò fuit reſponſum, verba † enunciatiua, etiam incidenter emiſſa propter aliud, facere præſumptionem ad fauorem tertij abſentis. Aym. de antiq. temp. par. 1. num. 30. & 49. Alex. conſil. 21. volum. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. Soc. iun. conſ. 65. num. 7. vol. 1. Ruin conſil. 141 num. 5 vol. 5. Maſcard. de probat. concl. 368. num. 11. vol. 1. & concl. 621. vol 2.

Cæterùm pro parte dictæ Angelæ, & Conſortum dicebatur, dictum inſtrumentum fuiſſe ſimulatum, ex pluribus fundamentis, licet † ſimulatio 60
valeat probari per ſolas coniecturas. Caſtr. conſil. 58. numer. 5. & conſ 74. num. 5. lib. 2. Becc. conſ. 52. numer. 46. cum ſeq. Pariſ. conſ. 54. num. 8. & 60. lib 1. Rota Genuen. deciſ. 184. num. 22; Afflict. in c. 1. numer. 52. de feud. dat. in vit 156. Gram. deciſ. 76. numer. 3. de communi Burſat. conſil. 399. num. 12. lib. 4. Etiamſi † leues ſint, & debiles. 61
Crau. conſil. 156. num. 7. Natt. conſil. 1 .8. num. 16.

Et primum erat fundamentum, ſeu præſumptio, & coniectura; Nam dictus Permarius emptor † nunquam 62
poſſedit bona prædicta, ſed Antonius Franciſcus, ipſo Permario vidente, & patiente. Dec. conſil. 543. num. 18. Burſat conſil. 399. numer. 15. volum. 4. Bologn. conſil. 25. numer. 1. Ruin. conſil. 170. numer 4. volum. 1 Bero. conſil. 166. num. 10. volum. 1. Capol. de ſimulat. cõtract. pręſump. 24 n. 66.

Secunda, quia dictus Permarius nõ
† erat inſolitus bona immobilia e- 63
mere, & ex ſolitis, & inſolitis arguitur ſimulatio. Dec. conſ. 94 nu. 2. Pariſ. conſ. 54. num. 39. & conſ. 55. num. 51. vol. 1. Burſat. conſ. 399. nu. 16. lib. 4.

Tertia, quia plures teſtes examinati depoſuerunt, audiuiſſe dici, quòd Antonius Franciſcus emerit, non

autem dictus Permarius. Et nulli du-
64 bium eſt, talem teſtium † aſſertionē inducere coniecturam ſimulationis, Ruin. conſil. 141. numero 6. volum.6.

Quarta, quia dictus Permarius fuit tutor filiorum Ioannis Franciſci, & dimittendo tutelam, dimiſit etiam dictis filijs dicta bona, Vnde elicitur, quòd ipſe non poſſiderit dicta bona
65 iure proprio, cum † ex facto magis, quàm verbis declaretur voluntas. l. Paulus. ff. rem. rat. hab. l. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. l. pro herede. ff. de acquir. hæredit. Curt. iun. conſil. 303. num. 37. Rimin. in conſil. 207. num. 3. volum. 2. Decian. conſil. 84. num. 4. volum. 1. Menoch conſilio. 5. num. 16. volum. 1.

Quinta eſt coniectura, quia dictus
66 Permarius donando † dicta bona filijs Ioannis Franciſci non ceſſit bona, ſed ius, quod habebat in dictis bonis, Vnde ius ſuum dubium præſumebatur. Caſtr. in l. ſi ſic. §. ſi mihi. ff. de leg. 1. Boer. conſ. 2. num. 16. Menoch. conſ. 178. num. 23. vol. 2.

67 Sexta eſt, quia dicta † bona ſũt poſita in Cataſtro ad partitam filiorum dicti Ioannis Franciſci, non autem Permarij. Bal. in l. multùm intereſt. C. ſi quis alteri, &c. Anchar. q. 80. par. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 125. num. 8.

Verùm his omnibus, & generaliter, & in indiuiduo fuit reſponſum.

Primò etenim fuit dictum, ad probandum contractum ſimulatum requiri plura.

68 Primò, quòd † allegetur certa ſpecies ſimulationis.

Secundò, quòd declaretur cauſa, ex qua colligi poſſit ipſa ſimulatio, ſiue iudicium huiuſmodi fictionis. Bart. conſ. 65. nu. 4. lib. 1. Anch. conſ. 227. nu. 2. Aret. conſ. 159. n. 12. Alex. conſ. 28. nu. 12. volum. 5. Aym. conſ. 491. num. 4. Natt. conſ. 537. nu. 33. & conſ. 549. num. 3. Ruin. conſ. 119. num. 1. & 8. vol. 1. Rot. Rom. deciſ. 484. in nou.

Tertiò, quod † dicta cauſa legitimè 69
probetur in actis. Crau. d. conſ. 491. numero 4. & conſ. 786. numero 16. Pariſ. conſ. 54. nu. 7. vol. 1. Burſ. conſ. 65. nu. 4. vol. 1.

Quod verùm eſt, ſiue † dicta cauſa 70
allegetur agendo, ſiue excipiendo. l. 1. ff. de eden. l. Pomponius. ff. de rei vẽdi. l. eum. ff. de neg. geſt. c. in præſentia. de probat. Bart. d. conſ. 65 num. 4. Anch. d. conſ. 227. num. 2. Caſtr. conſ. 59. in princ. vol. 2. Alb. conſ. 9. num. 3. Becc. conſ. 52. n. 26. Maſcar. de prob. concl. 1400. nu. 9. vol. 3. Alex. conſ. iij. num. 2. vol. 3. Menoch de arb. iud. lib. 1. cent. 1. caſ. 39. nu. 25. Quorum nihil hic fuit probatum.

Et dum pars replicaret, fuiſſe allegatam ſpeciem ſimulationis; nempè per ſuppoſitionem perſonæ, ſcilicet, quod Antonius Franciſcus emerit, ſolueritq; pretium de ſuo, & dictus Permarius ſuppoſuerit nudum nomen, qui † contractus, licèt validus ſit, ſe- 71
cundùm Cioſ. conſ. 19. nu. 18. lib. 1. tamen dicitur ſimulatus. l. multum, & ibi Doct. C. ſi quis alt. vel ſibi.

Fuit reſponſum, in ſpecie ſimulationis per ſuppoſitionem perſonæ eſſe probanda duo.

Primò, quod † pretium ſolutum 72
fuerit de proprijs pecunijs dicti Antonij Franciſci, non autem Permarij.

Secundò, quòd res vendita fuerit tradita dicto Antonio Frãciſco, prout voluerunt Bald. in d. l. multùm intereſt, num. 3. vbi etiam Angel num. 1. in fi. Dec. conſ. 543. nume. 18. vol. 4. Soc. ſen. conſ. 129. num. 12. lib. 4 Crau. conſ. 100. n. 6. vol. 1. Vide Alex. conſ.

III. num.

111.num.5.volum.3.Quorum neutrum nedum non fuit probatum, ſed neque allegatum in proceſſu, Vnde ſtandum eſt primo inſtrumento.glo.in l.quamuis. Cod. ſi quis alteri,&c. Ang.in d.l. multùm intereſt.num.1.in fin.

Item dum pars niteretur oſtendere cauſam ſimulationis eſſe, nempè,cùm dictus Antonius Franciſcus eſſet delinquens, ſuppoſitam eſſe perſonam dicti Permarij pro vitanda bonorum confiſcatione.

73 Fuit reſponſum,paria † eſſe non allegari cauſam, vel allegari, ſed minus veram gloſ.in l.omnes.Cod.de hæret. Bal.in l.1.num.8.ff.de oper.nou. nunciat.Alex. conſ.181. numero 5.volu.5. Maſcard.de probat. concl.345. num.5. volum.1.Allegata autem cauſa erat falſa: Tum quia dictus Antonius erat vir bonæ vitæ : Tum quia ipſe emit alia bona nomine proprio poſt dictã emptionem factam à dicto Permario. Alex. dicto conſ.111. numero 10. in fin. Tum quia iſta cauſa fraudandi fiſcum, non eſt præſumenda in dicto Permario Sacerdote.

74 Vnde cum † ceſſet aſſerta cauſa ſimulationis ceſſare quoque debet omnis ſimulatio,ſiue eius ſuſpicio.Crauet.conſilio 665.numero ſexto.&conſilio 947.numero decimoſexto.Corn. conſilio 308. numero quarto. volum. 1 Maſcard.de prob.concl.1224. numero 38.volum.3.

Secundò fuit principaliter dictum contra aſſertas coniecturas ſimulationis, quòd Antonius Franciſcus, ſi viuens eſſet, non † eſſet audiendus in 75 hoc, vti allegans ſuam turpitudinem, vnde neque Angela eius hæres Alexand.dicto conſilio 111.numer.2.Maſcard.de probat.concluſ.439. nume.3. volum.1.

Tertiò fuit dictum, quòd, cum concurrant plures præſumptiones pro validitate inſtrumenti, non † admitti- 76 tur probatio in contrarium per coniecturas, ſed requiritur probatio per alias ſcripturas.l.generaliter.C.de non num.pecun.Abb.in c.is qui.num.6. de ſponſ. Maſcard. de probat. concl.1221. num.88.vol.3.

Quartò fuit dictum, quòd † licèt a- 77 liæ ſpecies ſimulationis poſſint probari per coniecturas, quia agitur de inualidando contractu, & tollendis fraudibus.c.in diœceſi.de vſur. Crau.conſ. 156.nu.7. Maſcard.de probat. concluſ. 438.num.7.volum.1. Nihilominus in hac ſpecie ſimulationis per ſuppoſitionem perſonæ aliud eſt concludendum; Tum quia non agitur de inualiditate contractus.Cioff.conſ.19.num.18. Alb. conſ.97.num.24. Tum quia ceſſat ratio fraudis tollendæ; Tum etiam quia non † dicitur propriè ſimulatio, ſecũ- 78 dum Caſtr.conſilio 59.incip. viſo puncto ſupraſcripto.verſic. hæc etiam voluit.vol.2.

Vlterius fuit deuentum ad confutationem ſpecialem cuiuſlibet coniecturæ allegatæ ex aduerſo.

Et quoad primam fuit dictum. Primò,ex poſſeſſione dicti Antonij Franciſci nullam poſſe inſurgere præſumptionem ſimulationis,quia dictus Antonius Franciſcus non poſſidebat iure proprio,ſed iure familiaritatis.Ludou. deciſ.19.numer.15, Menoch. de arbitr. iud. d. caſu 160. numero decimotertio.

Quod ſuadebatur; Tum quia † in ę- 79 ſtimo bonorum dicti Antonij Franciſci non erant deſcripta bona prædicta, arguendo à contrariò. Soc. ſen. conſil.89.num 12.volum.1.Maſcard.de prob.concluſ.274.num.18.vol.1. Tum quia non fuit probatum, Antonium Franciſcum poſſediſſe dicta † bo- 80

na iure proprio, ſciente dicto Permario Ruin.conſ.34.n.13.& conſ.174.nu. 4.vol.1.Caſt.conſ.180.incip. in cauſa, quam &c.vol.1. Natt.conſ.502. nu.16. refert Maſcard.de prob.concl.1197.n.
81 11.vol.3. Tum quia † conſtat de titulo Permarij. Doct.in l qui iure.ff.de acq. poſſ.Soc.ſen.conſ.60.nu.4.& 7.vol.1. Menoch.de arb. iud.lib.2. caſ.160.nu. 20.Gozad.conſ.99.nu.7.Crau.cōſ.61. nu.2.Curt.iun.conſ.108.num.26.Maſcard.d.concl.1197.nu.6.

82 Secundò fuit dictum, dictam † præſumptionem veram eſſe in venditore remanente in poſſeſſionem, nō autem in tertia perſona, vt eſt dictus Antonius Franciſcus. Maſcar.de prob.cōcl. 439.nu.1. vol.1. quia in tertia perſona poſſeſſio illa præſumeretur vitioſa.

Tertiò fuit dictum, dictam concluſionem non eſſe abſolutè veram, nam
83 requiritur † cum poſſeſſione concurſus alterius cauſæ, prout ita fuiſſe deciſum in Rota Rom. teſtatur Maſcar.in d.concl.439.num.8.

Quoad ſecundam coniecturam fuit
84 replicatum. Primò, ex ſuppoſitis † in ea non argui aliquam ſimulationem. Bart.lib.1.conſ.68.nu.1.verſ.aduertendum tamen eſt.

Secundò, id verum eſſe concurrente aliqua publica voce, & fama, quæ non fuit hic probata, neque allegata. Bart. d.conſ.68.nu.1. Crau.conſ.153.nu.12.

Quoad tertiam dictum fuit, dictas
85 † depoſitiones nullas eſſe, & ſucceſſiuè non attendendas. c.ad diſſoluēdum de deſpon.impub.c.bonæ de elect. Ioan. de Amic.conſ.3.num.4.

Nullitáſq; deducebatur. Primò, cū nō aſſignēt dicti teſtes rationē ſuorū dictorū, prout debebāt, etiā nō interrogati aſſignare, ex quo agitur de reprobando inſtrumēto. Bal.in l.1.n.4. ff. de oper. no.nunc. Maſcard.de prob.cōcl. 1369.nu.43.&54.vol.3.Felin.in c.cum cauſam de teſtib.

Secundò, quia † deponunt de venditione ſine certo pretio. Alex.cōſ.128.n. 4. vol.1. Soc.ſen.conſ.208.nu.1.vol.2. Dec.conſ.57.nu.5. Affl decis.83.nu.6. 87

Tertiò, quia † nō deponūt ante initum contractū fuiſſe dictū, quòd verè emerit Antonius Franciſcus mediante perſona Permarij. Maſcard.de probat. concluſ.446.num.13.vol.1. 88

Quoad quartā coniecturā fuit dictū, ex facto † ita demum mētem declarari, quando illud factum eſt determinatū ad quid certū preſumēdum, ſecus ſi eſt indeterminatum, & indifferēs. Bart. in l.pro herede. nu.2. ff.de acq.poſſeſſ. Bald.in l.potuit.nu.21. C.de iur.delib. Maſcar.de probat cōcl.43.n.5.vol.1.ſed prætenſus actus reſtitutionis nō eſt determinatus ad præſumendum ſimulationē, cū potuiſſet Permarius relaxare bona prędicta ob donationem, permutationem, vel alienationē tractu tēporis ſubſecutam; & ſemper eſt præſumendum in meliorem partem. Maſcard. d.concluſ.43.num.7. 89

Quoad quintam fuit reſponſum. Primò, non inueniri hanc conſequentiam in iure, iſte ceſſit iura, ergo non emit, imò vera eſt potius affirmatiua, iſte ceſſit, ergo emit, cum per † contractum emptionis, & venditionis transferantur iura. l. qui tabernas. ff.de contrahen.empt. Alexand.conſil. 187.num.9.vol.2. Et vlterius vera ſit conſequentia, iſte ceſſit, ergo eſt dominus, cum dominium ſit ius quoddam.l.qui actionem.ff.de reg.iur. Bal. in l.ſi de proprietate.nu.7. C. ſi à non comp.iud. Petr. à Petr. de fideicom. prohib quæſt.13. num.2. 90

Secūdò fuit dictū, doctrinā † Caſtr.in d.§.ſi mihi.n 5.verā eſſe in iure cedētis incerto, vt declarat ibid. Iaſ.n.18. & Alex. 91

lex.n.22.ſed iusPermarij erat certum.

Quoad ſextam fuit dictum, Cataſtium allegatum fuiſſe factum poſt emptionem factam à dicto Permario, & donationem eorundem bonorum factam ab eodem filiis Ioannis Franciſci, vnde retorqueri poteſt argumẽtum.

Inſuper dum obiiceretur per dictã
92 Angelam ex † inſtrumento prædicto, quatenus vero, non remanere fundatam intentionem dicti Lutij, cum ex eo non probetur, venditorem fuiſſe Dominum. Alex.conſ. 182. numero 1. vol. 7. quæ tamen probatio requirebatur. Vide Boer. deciſ. 42. nume.25. Rot. Gen.deciſ 149.num.2. Affl.deciſ.40. nu.3. Veſtr. in prax. lib.5.cap. 14 num.38. Contard. in l. 1. oppoſ. 1. num.17.C.ſi de mom.poſſ. Maſcar.de prob.concl.537.num. 2.vol. 1.

Reſpondebatur primo, dictum Lutium venire excipiendo, nempè, vt liceret ſibi retinere, vnde dominium non erat ità plenè probandum. Boer. deciſ.42.num.35. Contard.d. l.1.opp. 1.num.22. Maſcard.de probat.concluſ. 539.num.7.

93 Secundò, ex † inſtrumento probari dominium iunctis adminiculis, quorum plura extabant. Maſcard. de probat.concl.549. num.1.vol.1.Contard.in d.l.j.oppoſ.j.num.13. Boer.deciſ.42. numero 27.

Tertiò, allegatum fundamentum,
94 procedere, quando reperitur † alius Dominus, qui dicat, ſe Dominum rei venditæ, ſecus ſi non reperitur. Maſcard.de probat.concl.537. num.14.& concl 549.num.10. vol. 1. facit l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff.de acq.poſſ.

Quartò, quia Alex in d.conſ.182.loquebatur in reo habente titulum, vt innuit num.9. ſed titulus erat hìc pro d.Permario.

Poſtremò, dum dicta Angela opponeret, non conſtitiſſe, Lutium venditorem tradidiſſe poſſeſſionem rei vẽditæ dicto Permario.

Fuit reſponſum, ſatis conſtitiſſe de traditione per † clauſulam, conſtituti, 95
appoſitam in inſtrumento venditionis. Balb. in l. Celſus.num.20.ff.de vſucap. Tiraq.de conſt.poſſ.par.j.nu.2. ampl.j.num.1.& par.2.ampl.8. Ruin. conſ.148.num.5.vol. 1. Pract. Pap. in for. poſſ. act. verſ. Item quòd præfatus.num.5. Quæ traditio † licèt ſit fa- 96
cta, tamen ex ea transfertur vera poſſeſſio. Bart in l.ſi is qui. num. 59.ff.de vſucap.Ruin. conſ. 177.nu.3. & conſ. 224.num.4.vol.1. Tiraq.d.par.2.ampl. 8.Guido Papa.deciſ.101.numero 1. Soc.ſen.conſ.ij.num.1.volum.3.

ARGVMENTVM.

A ſententia interlocutoria an detur appellatio.

Item, Hebræis permiſſum eſt fœnerari.

SVMMARIVM

1 *Sententia de ſubhaſtando eſt merè interlocutoria. Et num.*20.
2 *Vbi adeſt caſus ſtatuti, nulla cadit dubitatio.*
3 *Appellatio an detur à decreto de ſubhaſtando.*
4 *Admiſſio appellationis non nocet parti.*
5 *Appellatio an cenſeatur admiſſa cũ clauſula; ſi, & in quantum.*
6 *Aſſociationis remedium conceditur non citata parte.*
7 *Citatio generalis quando ſufficiat.*

8 *Mandatum non præſumitur.*

9 *Mandatum procuræ ſuperueniens quando retrotrahatur.*

10 *Poſſeſſio acquiritur nobis per alium ſine mandato.*

11 *Tenuta nulliter capta quando veniat confirmanda.*

12 *Vſura prohibita.*

13 *Sed non Hebrais.*

14 *Approbatum cenſetur inſtrumentum, ſi non fuerit oppoſitum.*

15 *Statutum inducens præſcriptionem non habet locum in debito iurato.*

16 *Appellationi an cenſeatur renunciatum, ſi quis non redierit pro apoſtolis. Et num.* 17.18. *&* 22.

19 *Appellatio an detur à condemnatione expenſarum. Et num.* 23. *&* 24.

21 *Appellatio quando deſeratur vigore Cōſtitutionum Prouinciæ Marchiæ.*

RESOLVTIO XII.

IN vna Angeli Aſon Hebræi de Ancona cū Ioſepho Sacco, & Conſortibus fuit dubitatum.

Primò, An inhibitio conceſſa vigore appellationis interpoſitæ per dictum Saccum eſſet reuocanda, vel ſaltem moderanda.

Secundò, An ſententia lata ad fauorem dicti Angeli per Iudicem Anconæ eſſet confirmanda.

Tertiò, An ſententia vltimo loco per Rotam Maceratenſem lata foret demandanda executioni, non obſtante appellatione interpoſita.

In primo dubio videbatur omninò reſoluendum, inhibitionem conceſſam fore reuocandam.

Primò, cum appellatum fuerit à ſē- 1
tentia † de ſubhaſtando, quæ eſt merè interlocutoria. Corn. conſ. 65. nu. 4. vol. 1. Et per ſtatutū Ciuitatis Anconæ prohibeatur expreſsè appellatio à ſententia interlocutoria, etiam habente vim diffinitiuè; Vnde cum ad-
ſit † caſus ſtatuti nulla cadit dubita- 2
tio. l. ancillæ C. de furt. cum vulg.

Secundò, quia dictum decretum de ſubhaſtando fuit factum vigore aſſociationis conceſſæ dicto Angelo in certis bonis, & cum à decreto aſſociationis non detur, ſtante Ægidiana, appellatio, ſaltem quoad effectum ſuſ-
penſiuum, minus † debet dari à decre- 3
to de ſubhaſtando dependente à dicto decreto. c. acceſſorium, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6.

Et dum opponeretur, quòd iudex à quo admiſerit appellationem.

Fuit reſponſum, admiſſionem præ-
fatam nocere iudici, ſed † non parti, 4
ex quo erat in caſu non admiſſibili. Gabr. conſ. 35. num. 5. vol. 1.

Præterea fuit dictum, appellationē
admiſſam cum clauſula, † ſi. & inquā- 5
tum, non cēſeri admiſſam, ſecundùm magis receptam opinionem. latè per Contard. in l. j. lim. 13. num. 17. & 18. C. ſi de momēt. poſſeſſ. & Benintend. deciſ. 1. Rot. Maceratenſ. deciſ. 65. numero 3.

In ſecundo dubio fuit reſolutum ad fauorem dicti Angeli, nempe, dictam ſententiam fore confirmandam, ex quo de bono iure conſtabat per inſtrumentum depoſiti, in quo cum adeſſet clauſula conſtituti, fuit ritè intentatum remediū aſſociationis, quod
† conceditur etiam non citata parte. 6
Affl. deciſ. 326. nume. 2. de communi Grat. conſ. 37. num. 41. vol. 1.

Et dum

Et dum allegaretur, in proceſſu non conſtare de mandato dicti Ioſephi in perſona D. Siluij defendentis, vnde omnia acta ſunt nulla, & ſucceſſiuè etiam ſententia ſuperinde ſecuta. vulg. iuribus.

Fuit reſponſum, Ioſephum prædictum fuiſſe citatum perſonaliter ad o-
7 mnes,& ſingulos actus; Vnde † poterat procedi ſine alia partis citatione ſpeciali ad videndum fieri cauſæ expeditionem, ſecundùm receptiorem opinionem, de qua teſtatur Vant. de nullit. in rubr. ex defect. citat. num. 108. & rubr. fin. num. iij. vbi vlterius aſſerit, alias citationes, quæ fiunt per contradictas de ſtilo Romanæ Curiæ, fieri ex vrbanitate, non autem ex neceſſitate.

Vlterius dum opponeretur, ſententiam eſſe nullam, ex quo in actis non conſtat de mandato dicti Angeli, ſaltem quoad tenutam captam vigore di-
8 ctæ aſſociationis, & mandatum † non præſumitur. Crau. de antiq. temp. par. 2. numer. 33. conſilio 507. numero tertio.

Fuit replicatum primò, ex actis con-
9 ſtare de dicto mandato, quòd, licèt † poſtea ſuperueniſſet, tamen retrotrahitur ad omnia acta prius geſta. Vant. de nullit. in rubr. ex def. mand. numer. 120. & rub fin. numer. 101. cum ſequen. Crau. conſil. 108. num. 1. Gabr. de iud. concluſ. 2. num. 16. Præſertim quòd clauſula rati cenſetur ſemper appoſita in mandato vti ſolita communiter apponi. Vant. in d. rubr. ex def. mand. nu. 120.

10 Secundò, quia † poſſeſſio, & tenuta acquiritur nobis per alium abſque mandato. l. 1. & ibi Doct. C. de acq. poſ.

11 Tertiò, quia † tenuta nulliter capta venit confirmanda, ſi denuo venit concedenda. Benintend. deciſ. 53. num. 1.

Item dum pars proponeret inſtrumentum depoſiti fore vſurarium, ex quo fuit promiſſum ſoluere decem & octo pro centenario, vſuræ † autẽ ſunt 12
prohibitæ de iure diuino. Exod. cap. 22. & ſic etiam Iudæis. Doct. in d. l. 1. C. de Summ. Trin. cap. ab illo 14. quæſtio. 4. c. mulieres. & cap. debitores de iureiur. Lup. in l. curabit. §. 4. C. de act. empt.

Fuit reſponſum, Iudæis † permiſſum eſſe petere intereſſe, videlicet, decem & octo pro centenario per Bullas Summorum Pontificum. Surd. deciſio. 80. ac per quandam tollerantiam, quæ, cũ ſit notoria ſufficit allegare. Clem. appellanti: & ibi gloſſ. de appell. Bart. in l. prima. ff. de except. Item Iudæis eſt prohibitum fœnerari, ſcilicet, ſuis, ſed non extraneis.

Præterea dicta exceptio vſurarum non fuit † oppoſita in proceſſu, vnde 14
inſtrumentum cenſetur approbatum. Crau. conſil. 1. nume. ij. Surd. conſil. 22. num. 26.

Poſtremò, dum opponeretur, creditum dicti Angeli Hebræi fore præſcriptum, tàm vigore Conſtitutionis Prouincię Marchię. cap. 23. quàm ſtatuti Anconæ, quod ſtatutum habet decretum irritans, & clauſulam, ſublata facultate &c.

Fuit replicatum, inſtrumentum depoſiti fuiſſe iuratum, & ſtatutum † in- 15
ducens præſcriptionem nõ habere locum in debito iurato. Gab. de ſtat. concluſ. ij. num. 1. cum ſeq. Turret. conſ. 19. num. 12. & conſ. 63. numer. 25. volum. 1. Surd. deciſ. 158. nu. 17.

In vltimo dubio videbatur reſoluendum, executionem fuiſſe attentatam pendente appellatione.

Primò, quia licèt poſſet dici de iure, quòd dictus Saccus renunciauerit † 16
appellationi, ex quo non rediit pro apoſtolis in termino ad redeundum

pro eis. Boer.conſ.43.Maſcard.de probat.concl.117.num.17. volum.1. Lancell.de attent.par.2.cap.12. lim.50.nu. 198.& 204.Marant.de ord.iudic. verſ. & quandoque appellatur.nu.219. Tamen ſecundùm Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ non dicitur renunciatum appellationi, cum ex dicta Con-
17 ſtitutione caueatur, quod licèt pars † non redierit pro eis, nullum tamen inferatur præiudicium parti, quod conforme eſt etiam iuri communi. Lancellot.de attentat.part.2. cap.decimotertio.num.51.

Secundò, quia iudex à quo iuriſdi-
28 ctionem amiſerat, ex quo † in termino non tradidit apoſtolos, cum perinde eſt, ac ſi denegati per eũ fuiſſent. Rot. Rom.in nouiſ. deciſ.406.verſ. maior pars.Lancell.de attent.d.cap.13.numero 51.

Tertiò, nam in dicta ſententia fuerat facta condemnatio expenſarum, à
19 qua † condemnatione datur appellatio licèt non daretur à principali negotio.Bartol in l.à Diuo Pio. colum. 2.ff.de re iudic.Felin. in c.quoad conſultationem. de ſentent. & re iudic Lancell.de attent.par.3.capit.28. numero 32.

Tamen contraria reſolutio fuit viſa verior.

Primò, Quia vigore ſtatuti Anconę, ſuper quo vide Marc. Ant. de Amatis deciſ.59.à dicta ſententia non dabatur
20 appellatio, ex quo erat lata quòd † bona ſubhaſtarentur, & plus offerenti adiudicarentur, & ſic erat interlocutoria. glo.in l. Fulcinius.§.quid ſit.ff ex quibus cauſ.in poſſ.eat. Barto.in l.2.C.de epiſc.aud. Felin.in cap.conſultationibus. de off.deleg. & in caſu prohibito appellari non cadit attentatum. Lancell.de attent.par.2.cap.12. lim.53. numero 1.& 4.& in puncto. dict. cap.13. numero 32.

Secundò, quia appellatio fuerat deſerta, ex quo non fuerunt intra xx. dies obtentæ literę inhibitoriales, & repręſentatæ, prout † requirebatur ex forma Conſtitutionum Prouinciæ Marchiæ. Marc.Ant.de Amat.deciſ.36. numero 6. 21

Et ad primum obiectum fuit reſponſum, dictam Conſtitutionem non eſſe in obſeruantia.

Ad ſecundum † dictum fuit, in fine 22 dictæ deciſionis 406. decidi contrarium, per cap.vt ſuper.de appell. in 6. & hanc opinionem tenet Boer. in dicto conſ. 43. & in puncto, quòd non dicatur attentatum, firmat Lancell. de attent.dict.pat.2.cap.decimotertio. num.51.

Ad tertium fuit replicatum primò, quòd ſicut non dabatur appellatio à negotio principali vigore ſtatuti præfati, ita † neç daretur ab expenſis, quæ 23 ſunt ſequela ſententiæ. Imol. in l.patris.verſ.item nota. ff.de vulgar.& pupil.Surd.deciſ.27. num. 2. Præſertim quòd ſententia ſuper expenſis dicitur interlocutoria.Bald.in d.l.patris.num. 7.Felin. in cap. ſignificauerunt. num. 10.de except.

Secundò, quòd † ab expenſis non 24 datur appellatio, quando agitur de executione ſententiæ interlocutoriæ, prout hic.Felin.in d.c ſignificauerunt. num. 11.

ARGVMENTVM.

Periculum, & deterioratio pecuniæ depoſitatæ ad quem ſpectet, an ad depoſitarium, vel ad deponentem.

SV Mr

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ depoſitatæ deterioratio non ſpectat ad depoſitarium.*
2 *Niſi Depoſitarius ſuſceperit in ſe periculum.*
3 *Vel niſi fuerit numerata. Et num. 4. 5. & 11.*
6 *Dominium quando transferatur ex depoſito. Et num. 7. & 8.*
9 *Depoſiti priuilegia quæ.*
10 *Depoſitum irregulare habet priuilegia veri depoſiti.*
12 *Periculum monetæ deterioratæ ad quem ſpectet.*
31 *Moneta quæ attendenda ſit in ſolutione.*
14 *Locator domus tenetur ad reparationes neceſſarias domus.*
15 *Inquilinus, ſi non reparatur domus, poteſt petere remiſsionem penſionis.*

RESOLVTIO XIII.

FVIT in vna Maceratenſi dubitatum, Nunquid deterioratio pecuniæ depoſitatæ penes Mercatorem de Finibus per D. Coſtã, quæ ſuperuenit ex cauſa baiochorum, ſpectaret ad ipſum deponentem, vel ad depoſitarium.

Et, vt in aliis caſibus inſeruire hæc reſolutio poſſit, conſtituuntur in dicta materia plures caſus.

Primus eſt, quando pecunia depoſitata penes Mercatorem non fuit numerata, ſed in ſacculo conſignata: Et tunc dicitur, quòd † ſpectet ad ipſum
1 deponentem deterioratio, quia illa deterioratio eſt caſus fortuitus, de quo non tenetur depoſitarius. l. ſi plures. §. 1. ff. depoſit. l. 1. C. eod. Gabr. de reb. cred. concl. 2. num. 4. cum ſeq. vbi id declarat pluribus modis. Et præſertim ſi † depoſitarius non ſuſcepiſſet in ſe periculum Cuman. conſ. 185. num. 2. 2

Secundus eſt caſus, quando pecunia depoſitata fuerit numerata: Et tunc dicitur † ſpectare ad ipſum Mercatorem depoſitarium. 3

Primò, quia per numerationem cenſetur tranſlatum dominium in dictum Mercatorem, & deponens remanet ſolùm creditor eiuſdem quantitatis in genere, quod genus perire non poteſt. l. in naue. ff. loc. l. Lucius. ff. depoſit. & ita in terminis caſum hunc decidit Bald. in l. incendium. C. ſi cert. pet. quem ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. Lutius. Dec. conſil. 116. col. 1. Rim. ſen. conſ. 35. num. 15. vol. 1. Curt. iun. conſil. 239. num. 38. volum. 3. Aym. conſil. 705. num. 22. vol. 4. Bero. conſil. 194. num. 39. vol. 1. Ruin. conſ. 108. in princ. vol. 1. Gabr. d. concl. 2. num. 8. & 14.

Secundò, Nam vbi pecunia † datur ad numerum, tacitè intelligitur data poteſtas vtendi, atque tacitè videtur actum, quòd pecunia per depoſitarium conſumi poſſit, vt in terminis dicit Bald. conſil. 355. volum. 3. Alex. in l. cum quid. num. 13. ſi cert. pet. Curt. iun. in d. conſ. 239. numer. 38. Gabr d. concluſ. 2. numer. 10. ſed, quando † expreſsè datur pecunia etiam non numerata Mercatori cum facultate vtendi, periculum eſt mercatoris. Gabr. d. concluſ. 2. num. 18. quia tunc dicitur potius mutuum, ergo idem concludendum eſt, quando tacitè. arg. d. l. cum quid. 4 5

Et licèt regulariter † ex depoſito nõ transferatur dominium, tamen, cum tale depoſitum dicatur irregulare, ſecundùm gloſ. in d. l. in naui. Dec. in l. certi. §. depoſiti. numero quarto. ff. ſi cert. petat. Natt. conſilio 438 numero ſeptimo. Gabr. d. concluſio ne ſecunda. numero decimotertio. quoad † tranſlationem dominij. 6 7

Idem iudicatur, quod de mutuo. Cæphal. conſ. 603. num. 41. vol. 4. Rimin. iun. conſ. 152. num. 44. vol. 2. & domi-
8 nium † transferatur hic, non ex natura contractus, ſed rei. Bero. conſ. 194. num. 39. vol. 2.

Nec facit, quòd vana videretur diſputatio Doctorum, An talis aſſignatio dicatur mutuum, vel depoſitum, ſi verum eſt, quòd ex vtroque transferatur dominium, & in vtroque caſu Mercator teneatur de damno.

Quia eſt vtile, quòd fauore creditoris deponentis præſumatur potius depoſitum irregulare, quam mutuum:
9 Tum quia † actio depoſiti eſt bonæ fidei: Tum quia depoſitum habet executionem paratam, & plura alia priuilegia quæ recenſet Rol conſ. 4. num. 2. volum. 4. & ita in propriis terminis huic obiectioni reſpondet Bald. in d. l. incendium. & Caſtr. in d. l. Lutius. De-
10 poſitum autem † irregulare habere priuilegia veri, & regularis depoſiti, firmarunt Aret. in §. præterea. inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. & Nat. d. conſ. 438. num. 7.

Et hæc concluſio vera eſt, etiamſi poſtea Mercator depoſitarius offerret pecuniam ipſi deponenti verbaliter,
11 vt ſe à periculo liberaret, quia † requirebatur oblatio realis. Iaſ. in l. ſancimus. colum. 5. q. 3. C. de iud. Neguſ. de pign. par. 3. memb. 5. in prin.

Tertius eſt caſus in quodam Salamone conductore domus, ſiue Inquilino, qui depoſuit penſionem in tot baiochis, quæ moneta fuit poſtea deteriorata, fuit dubitatum, An periculum dictæ monetæ eſſet dicti deponentis, vel Domini dicti domus.

12 Et fuit reſolutum, periculum † eſſe dicti Domini. l. acceptam. & ibi Bald. num. 1. C. de vſur. Et ratio eſt, quia depoſitum habet vim ſolutionis. l. creditor. & ibi Bart. C. de pign. Corn. conſ. 37. nu. 4. vol. 2.

Neque dubitatum fuit, dictum depoſitum in tot baiochis, & quatenus fuiſſe legitimum: Tum ex auctoritate Alexand. in conſ. 21. num. 2. volum. 2. Tum quia, quando currunt † plures 13 monetæ, eſt in electione ſoluentis in qua moneta velit facere ſolutionem. glo. in clem. 2. de decim. Tum demum quia de Conſuetudine Ciuitatis Anconæ penſio domorum ſolet ſolui in dicta moneta, prout fuit exhibita fides: Conſuetudo autem loci ſeruanda eſt in ſolutione. §. ex non ſcripto. inſt. de iur. nat. gloſſ. in d. clem. 2. & in ver. conſuetam. Rol. conſ. 69. num. 34. libr. 3. Ludou. Peruſ. in d. deciſ. 14. numero tertio.

Prout non profuit opponere, quòd dictum depoſitum non fuiſſet integrũ: Nam ſtante quod † Dominus domus 14 tenebatur ad reparationes neceſſarias. l. ſi in lege. §. colonus. l. ſi quis. §. fin. l. qui inſulam. l. dominus. §. fin. ff. locat. Pa. iſ. conſ. 40. nu. 2. vol. 1. licuit d. Salamoni retinere partem penſionis pro aliquibus reparationibus neceſſariis factis in dicta domo. Contard. in l. 1. q. 24. num. 16. C. ſi de mom. poſſ. Put. deciſ. 276. par. 3.

Ad quod facit, Nam, ſi non † fuiſ- 15 ſent factæ dictæ reparationes, dictus Salamon potuiſſet petere remiſſionem penſionis. l. habitatores. l. qui inſulam. l. cum in plures. ff. loc. Quinimò agere ad intereſſe. l. ſi in lege. §. colonus. Rom. conſ. 178. Pariſ. in dict. conſ. 40. num 3.

ARGVMENTVM.

Pendente inhibitione nihil eſt innouandum.

SK M-

SVMMARIVM.

1 *Attentata ante omnia ſunt reuocanda. Et num.9.*
2 *Appellationi eſt inhærendum infra decem dies.*
3 *Appellatus poteſt præuenire appellantem.*
4 *Inhibitione pendente nihil eſt innouandum, etiam ſi appellatio ſit nulla.*
5 *Attentata non dantur ſine litis pendentia. Et num.6.& 7.*
8 *Lis dicitur pendere, ſtante inhibitione.*

RESOLVTIO XIV.

IN cauſa attentatorum inter Scotiuolum ex vna, & Bompianum ex altera fuit reſolutum, dictum Bompianum attentaſſe pendente inhibitio
1 ne, & ſucceſſiuè † attentata per eum fore,& eſſe reuocanda.c.non ſolùm.c. Romana. §.quòd ſi obiiciatur. de appell.in 6.Dec.conſ.103.in princip.Oſaſch.deciſ.5.num.1.& latè Lancell.de attent. cap.20. par.2. numero 226.folio 408.

Et dum exaduerſo allegaretur, quòd dictus Scotiuolus obtinuerit inhibitionem vigore appellationis nullæ,
2 cùm appellationi †iam interpoſitæ nõ inhæruerit infra x.dies. Rot.Rom.deciſ.225.in nou. Bald.in auth.hodie col. 2. C.de appellat Guido Papa deciſ.13. 78.& 436. Veſtr in prax. lib.7.c.3.nu. 20.& 49.Alex. conſ. 101. numero 125. libro 2.

Fuit reſponſum primò, quòd Scoti
3 uolus abſque adhæſione † potuerit præuenire appellantem, obtinendo cauſam committi,& inhiberi.c.oblatę de appel.Rot.Rom.deciſ.104. in nou. de appell.

Secundò fuit dictum, ſtante dicta † 4
inhibitione nihil eſſe innouandum, quamuis appellatio eſſet nulla. Franc. in c.vt debitus.num.47.de appel.Lancell.de attent.par.2.c.20.ampl.1. num. 8.& ampl.17.vbi ampliat. Et ratio eſt, quia inhibitio ſiue iuſta,ſiue iniuſta timenda eſt.latè Lancel.d.c.20.ampl.11. num.1.cum ſeq.

Vlterius dum allegaretur,ſine † litis 5
pendentia non dari attentata.Lancell. de attent.par.2.c.4.nume.199. fol.64. par.3.c.24.Caſſad.deciſ.4. de reſtitut. ſpol. lis autem hic † dicebatur extin- 6
cta; Tum quia ſententia fecerat tranſitum in iudicatum. Lancell.d.par.2.ca. 4.in præfat.num.213. Tum quia dictus Scotiuolus propter † dimiſſionem do- 7
mus renunciaſſe dicebatur liti. Lancel. d.c.4.in præfat.num.249.

Fuit replicatum primò, nullam poſſe allegari rem iudicatam à dicto Bompiano attentante, ex quo ipſemet appellauit.Lancell.dict.cap.4. in præfat. num.242.

Secundò, quòd † ſtante inhibitione 8
lis adhuc dicitur pendere. Lancell. in d.cap.4.num.238.in præf.

Tertiò, quia, non obſtante renunciatione, aſſerta attentata adhuc venirent reuocanda ob priuilegia attentatorum, ſecundùm veriorem opinionem, de qua per Lancell. d. par.3. cap. vigeſimoquarto. quæſtio. ſexta. numero 9.& 15.

ARGVMENTVM.

Remedium legis 2C. .de reſcin. vendit. quando competat: Et ex quibus intentatum dignoſcatur.

SVMMARIVM.

1 *Quod remedium ſit intentatum colligitur ex narratis, & proſecutis.*
2 *Et ex concluſione libelli.*
3 *Remedium l.2.C.de reſcind.vend.vt competat, requiritur, quòd probetur læſio tempore contractus celebrati. Et num.4. & 6.*
5 *Fides non facit fidem.*
7 *Probatio non valet poſt didicita teſtificata.*
8 *Aſtimatio æſtimatorum quando valeat.*
9 *Pretium rei venditæ quomodo probetur.*
10 *Læſio probatur per adminicula.*
11 *Et quomodo.*
12 *Datio inſolutum eſt nulla, ſi res data eſt maioris valoris pratenſo credito. Et num.14.*
13 *Fundamentum ſuum quis tenetur probare.*
15 *Remedium reintegrandæ non datur ei, qui cecidit ex culpa, & facto ſuo.*
16 *Nec datur contra poſſidentem auctore Prætore.*
17 *Clauſula, ius, & iuſtitiam &c. quid operetur. Et num.18.*
19 *Agens ex vna cauſa, & ſuccumbens, non poteſt ex alia obtinere.*

RESOLVTIO XV.

IN vna Monticuli Modeſtini Catinelli cōtra Laureanum Andratium occaſione Vineæ, & harundineti venditi plus offerēti, fuit reſolutum d. Laureanum fore, & eſſe abſoluendum à petitis.

Nam, Aut Modeſtinus dicit, ſe intentaſſe remedium. l.1. C. de reſcind. vend. prout verè intentauit, cū, quod-
nam † remedium ſit intentatum, colligatur tam ex narratis, & proſecutis. 1
Alex.conſ.121.num.10. volum.1. quàm † ex concluſione libelli. Franc. Becc. 2
conſil. 21. numero 1. in petitione autem, atque articulis narratur venditio, ac læſio vltra dimidiam, & offertur reſtitutio pretij: Et perperam egiſſe dicebatur.

Primò, quia non † probauit, ſe fuiſ- 3
ſe læſum vltra dimidiam iuſti pretij, habito reſpectu ad tempus venditionis dictorum bonorum. Crau. conſilio 11. num.10. cum ſeq. Caualc. de tut. & cur. num.141. & 166. Gabr. de emp. & vend. concl.1. num.47. vbi multos congerit. Oſaſch. deciſ.41. num.5. Turret. conſ. 29. num.16. vol.1.

Accedit, nam, cùm in dicta venditione interuenerit decretum iudicis, læ-
ſio † veniebat probanda euidentiſſi- 4
mè, vt latè per Gabr. in d. concluſ. 1. num.63.

Nec fides æſtimatorum vniuerſitatis dicti loci producta per dictum Modeſtinum ad probandum valorem rerum venditarum potuit ſupplere dictum defectum probationis.

Primò, quia vulgatum eſt dictum, fi-
dem † non facere fidem, cum ſit atte- 5
ſtatio extraiudicialis. Maſcard. de probat. concluſ.1366. num.1. cum ſeq. volum.3.

Secundò, nam dicta fides non eſt re-
leuans, ex quo † non concludit de va- 6
lore rei tempore celebrati inſtrumenti venditionis: pretia autem rerum variantur ex tempore. l. pretia rerum. §. fin. & ibi Doct. ff. ad l. Falcid. in puncto Alex. in d. l. pretia. num.6. Cagnol. in l.2. C. de reſcind. vendit. num.258. & 264. Maſcard. de probat. concluſ.1396. num.26. volum.3.

Tertiò dicitur in dicta fide non poſſe fieri aliquod fundamentum, ex quo

fuit

fuit recognita ſolùm per vnum teſtem,& vox vnius vox eſt nullius. vulg. iurib.

Quartò ſuppoſito, dictam fidem eſſe concludentem, & recognitam, legitimè,
7 tamen adhuc non † probaret, vti facta poſt didicita teſtificata. Cagnol. in d.l.2.num.15.

Quintò, in omnem euentum dicta
8 æſtimatio † nõ eſſet attẽdẽda, vti nulla.

Tum quia æſtimatores non fuerunt aſſumpti à iudice de communi partium conſenſu. Doct. in d.l. pretia rerum. Cagnol. in d.l.2.num.259. Maſcar. de probat. concl.653. volum.2.

Tum quia æſtimatores non præſtiterunt iuramentum, nec alia adimpleuerunt adimplenda, de quibus per Menoch. de adipiſc. poſſ. rem.5. numero 164. cum ſequen. Cagnol. in d.l.2.num. 258. Turret. d. conſ.29. num.12.

Inſuper quia partes non fuerunt monitæ ad intereſſendum pro certa die, & hora, viſitationi. Cagn. in d.l.2. numero 261.

9 Poſtremò, quia verum pretium † rei venditæ fuit concludentius probatum per dictum Laureanum, videlicet, per ſubhaſtationem, & adiudicationem ſubſecutam. Alexand. in d.l. pretia. nu. 8. Maſcard. de probat. concluſ.655. volum. 2. & per inſtrumenta venditionum de aliis vineis exiſtentibus in eodem territorio, & contrata, contiguis. Maſcard. de probat. concluſ.657. volum.2. & d. concluſ.1396. numero 34. Cagnol. in d.l.2.nu.243.

Et dum pars replicaſſet, quòd ſaltem ex dicta fide reſultet adminiculum, læ-
10 ſio † autem probatur per adminicula. Menoch. de arbitr. iud. cent.1. caſ.74. num.4.

Fuit dictum, quòd Menoch. loquitur ibi de probatione læſionis ad effectum petendi reſtitutionem in integrum, ſed nos ſumus in læſione ad effectum obtinendi in remedio. d.l.2. in quo remedio, quomodo ſit probanda læſio, eſt certus modus traditus, vt per Doct. in d.l. pretia, & Maſcard. in ver. æſtimatio, & ver. valor. à quibus modis non eſt recedendum vti neceſſariis. Menoc. de arb. iud. q.14. num.5. cum ſeq.

Præterea etiam ad effectum obtinẽdi reſtitutionem in integrum debet læſio probari per probationes legitimas, & neceſſarias. Gabr. de min. concluſ.1. Surd. conſil. 226. numer. 4. volum.2.

Vlterius dum diceretur per dictum Modeſtinum pretium, ſiue valorem rei venditæ fuiſſe probatum per Papirium teſtem, qui deponit, rem fuiſſe venditam pro pretio ſcutorum vigintiduo.

Primò fuit reſponſum, dictam depoſitionem eſſe inſufficientem, ex quo non concludit de valore tempore venditionis factæ, nec de rei venditæ qualitate. Cagnol. in d. l. 2. numero 216.

Secundò, quod ex dicta † depoſitione adhuc non probaretur læſio vltra 11
dimidiam iuſti pretij: Nam debuerat deponi, quòd verus valor erat ſcutorum quadraginta quinque, vt in terminis firmat. Bald. in d.l.2. quæſt.17. numero 49. & de communi teſtatur Cagnol. ibidem. numer.137. licèt aliud ſit in emptore prætendente ſe læſum, ſecundùm Cagnol. ibidem. numer. quinquageſimoquinto.

Aut dictus Modeſtinus prætendit, ſe intentaſſe remedium nullitatis, ex eo, quòd dicta venditio fuerit datio inſolutum, quæ † vitiatur, ſi res data eſt ma- 12
ioris valoris credito, prout dicebatur eſſe hic. Gabr. de empt. & vendit. concluſ.1. num.65. Pariſ. conſilio 81. num. 36. volumine ſecundo. Anchar. quæſt.

fam.lib.2.quæſt.14. num.4.& 5. Bald. conſil.223.num.2.vol.2.

Et pariter perperam egiſſe firmandum eſt.

Primò, quia illa fuit verè venditio, prout clarè conſtitit ex inſtrumentis oſtenſis iudici in Camera, quibus iudex poteſt credere. Turret. conſilio quarto, numero 57. & conſil.16. num. 16. volum.1. Item, quòd fuerit datio
13 inſolutum, debebat † probari à dicto Modeſtino Afflict.deciſ.373. numer.5. quod nedùm non fuit probatum in proceſſu, ſed neque allegatum.

14 Secundò, ſuppoſito fuiſſe † dationem inſolutum tamen dictum fuit illam ſaltem valere vſque ad concurrentem quantitatem. l.ſi.§.1. C. de iure dom.imp. Bald. ibidem num.4. & in c. quoniam. § ſin autem. num. 2. vt lite non conteſt. Caſtr.& Alex. in l.ſi non ſortem.§.ſi centum, vbi etiam Iaſ. numer.2. ff.de cond. indeb. Menoch. de retin.poſſ.rem.1.num.29.Caualc.de vſufruct.mul. rel. num.208. Tiraq. de retr.conſang.§ 23. gloſ.1.num.23. cum ſeq.Caſtr.conſ 165.num.5.vol.2.

Et doctrina Gabr.in d.concl.1 num. 65. vera eſt, quando eſt error in debito,& cauſa, ſecus ſi in æſtimatione rei tantùm,vt hic: Vnde debuerat dictus Modeſtinus potius agere ad reſtitutionem rei, pro ea parte, pro qua quantitas non concurrebat, non autem ad rei totalis reſtitutionem, prout egit.

Aut demùm Modeſtinus dicit, ſe intentaſſe remedium reintegrandæ: Et multò minus videbatur audiendus.

15 Primò, quia † illud remedium non datur ei, qui cecidit ex culpa, & facto ſuo. Rip. in c.ſæpè. numer.14. de cauſ. poſ.& propr. Menoch.de recup.poſſeſ. rem.15.num.95.& rem.17.numero 14. Gabr.de reſtit.ſpol.concl.5.numer.26. Surd. conſilio 28. numero 10.& 94. & conſ.49.num.2.cum ſeq. Turret. conſil.18.num.24.& conſil.37. num.7. volum.1. Modeſtinus autem dicebatur cecidiſſe ex culpa, & facto ſuo, cum eſſet debitor dicti Laureani per publica inſtrumenta.

Secundò, quia dictum remedium † 16
reintegrandæ non datur contra poſſidentem auctore Prętore. Iaſ.in l.iuſtè. num.12. ff.de acq.poſ.Turret.conſil.4. num.16.& 49. & conſil.27. numero 2. cum ſequ. vol.1. ſed dictus Laureanus poſſidebat mediante decreto iudicis.

Tertiò, quia, quòd dictum remedium fuerit intentatum, nec ex narratis, nec ex proſecutis colligi poteſt, imò depromitur expreſsè, fuiſſe intentatum remedium d. l. 2. quod reſpicit petitorium, vt patet.

Nec obſtat † clauſula: ius, & iuſti- 17
tiam miniſtrari, &c. ex qua cenſetur intentatum omne remedium magis vtile petenti, ſecundùm Turret. conſil. 69.num.65.& conſ.74.numer.50.cum ſeq.vol.1. qui alios citat.

Primò, quia † dicta clauſula non o- 18
peratur circa non narrata. Corn. conſil.91.num.3.cum ſeq.volum.4. Crau. conſil.151.num.4 Pariſ. conſil.7.num. 22.vol.1. Pract.Pap.in for.lib.act.real. in ver.petens.

Secundò, quia aliàs induceretur repugnantia, & contrarietas narratis. Alex.conſ.121. num.10.vol.1. Pariſ. in d. conſ.7.num.21. Pract.Pap. in d.verſic. petens.

Tertiò, quia dicta clauſula non poteſt referri ad ea, quæ non poſſunt cumulari: Pract.Pap. in d.form. lib. act. real. in ver. deducend. numero ſeptimo, ſed remedium intentatum d. l. 2. reſpicit petitorium, vnde non poteſt cumulari cum poſſeſſorio, ſecundùm Doct. in l. naturaliter. §. nihil.

nihil commune.ff.de acq. poſſ. Corn. in d.conſ. 91. num. 5. in fin.

Quamobrem, cum ex ſupradictis clarè conſtet, fuiſſe intentatum remedium d.l. & non aliud, non fuiſſeque probata neceſſario probanda, iure meritò fuit dictus Laureanus abſolutus, cum † agens ex vna cauſa, & non
19 probans, ſuccumbat, licèt ex alia obtinere potuiſſet. Crau. conſ. 80. numero 17.

ARGVMENTVM.

Quando quis teneatur de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata facit de albo nigrum.*
2 *Tranſactio finem liti imponit.*
3 *Iuramentum ligat etiam hæredes.*
4 *Tranſactio non poteſt reſcindi prætextu læſionis.*
5 *Tranſactionem reſcindere volens reſtituere tenetur accepta.*
6 *Cedens non tenetur de euictione, quando non iure ſequitur impedimentum, maximè ſi ceſſit iura talia, qualia. Et num. 7.*
8 *Factum Principis dicitur caſus fortuitus.*
9 *Clauſulæ, de dato, & facto ſuo tantùm, quid importet.*
10 *Exceptio rei liberæ non traditæ quando impediat executionem inſtrumenti Cameralis.*
11 *Vendita res intelligitur liberè.*

RESOLVTIO XVI.

DICEBATVR, hæredes q. D. Nicolai Bertinelli non eſſe audiendos ſuper prætenſis contra D. M.

Primo, quia ad fauorem dicti M. extabat ſententia lata per D. Locumtenentem Illuſtriſſimi D. Auditoris Cameræ, quæ non ſolùm † tranſiuerat in iudicatum, ex quo non fuerat ab ea appellatum, ſed etiam dicebatur acceptata per d. Nicolaum, cùm viuens cæperit ſoluere, & adimplere contenta in ea. l. quædam. ff. fam. herciſc. Gabr. de appel. concl. 3 Surd. cõſ. 12. num. 52 & conſ. 43. num. 7. Menoch. de præſ. lib. 2. præſumpt. 94. 1

Secundò, Nam poſt dictam ſententiam ſubſecuta fuit inter dictos Nicolaum, & M. trãſactio, quæ † finem liti imponit. Pariſ. conſ. 1. nu. 26. & cõſ. 33. nu. 65. vol. 1. Vnde dicti hæredes poſſent dici periuri, ex quo, non obtenta prius abſolutione à iuramentis, venerunt contra dictam tranſactionẽ: abſolutum eſt autem in iure, † iuramentum ligare † hæredes. Gabr. de tranſ. concl. 1. num. 25. lib. 3. 2 3

Neque dicti hæredes iuuari poſſent prætextu læſionis.

Primò, quia dicta † tranſactio non poteſt reſcindi ex cauſa læſionis, cũ fuerit facta ob dubium litis euentum. Pariſ. conſ. 12. num. 14. lib. 2. Alciat. conſ. 71. num. 2. tom. 3. lib. 8. 4

Secundò, quia † volens reſcindere tranſactionẽ tenetur reſtituere prius accepta, etiam ſi eſſet minor, vel eccleſia. Rol. conſ. 59. num. 7. vol. 1. Abb. conſ. 62 in fi. volum. 1. Cœphal. conſ. 207. in prin. volum. 2. Crau. conſ. 83. num. 1. & conſ. 329. num. 9. Affl. deciſ. 220. num. 4. Gabr. de tranſact. concl. 1. numero. 50. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 111. par. 1. Natt. conſ. 38. numero 3.

Tertiò, in meritis cauſæ, circumſcripta dicta ſententia, & tranſactione, dictus M. dicitur ſouere bonum ius.

Aut enim prætenditur, eſſe ſecutam euictionem iurium ceſſorum per d.M. dicto Nicolao,& dictus M. non tenetur de euictione.

6 Tum quia cedens † non tenetur de euictione, quando non iure ſequitur impedimentum.l.ſi per imprudẽtiam. l ſi non iniuria.C.de euict.Corn conſil.325.num.1.volum.1. Natt. conſ.181. num.4.Ruin.conſ 171. volum.4 Rol conſ.45.in princ colum.3.Burſat.conſ. 194 num 21.volum.1.ſed impedimentum ſecutum contra exercitium Officij Regiſtri erat contra ius, nempè contra motum proprium Sixti Papæ V.fœl.record.

7 Tum quia dictus M. ceſſit † omnia iura ſua,talia,qualia, vnde non tenetur de euictione. Bald.in l.1.num.2.C. de euict.Natt.conſ.38.num.1.& 2.Rubeus Alexandrin.conſ.152.num.1.& 2. vbi diſputat an teneatur ad reſtitutionem pretij.

Tum quia promittens de euictione non tenetur de facto Principis, cum

8 factum † Principis dicatur caſus fortuitus.Alexand.conſ.97.num.4.volumin.3. vbi firmat,non teneri etiam ſi eſſet promiſſus caſus fortuitus,cum ille caſus ſit nimis inſolitus.Ruin. conſ 212.numer.10. volum.1. Put.deciſ.381. par. tertia. de quo dicetur infra Reſolut.xxvj.

Tum demum quia in dicto inſtrumento ceſſionis fuerat appoſita clau-

9 ſula:† de dato,& facto ſuo tantùm,&c. quæ excludit omnem euictionem,niſi reſpectu dati,& facti ſui. Ruin.conſil 94.numer.3.volum.1. Pract.Papien in for.libel.in ca.vend. in gl.promittens de euictione.num.9.Oſaſch deciſ.48. num.8.in fine.

10 Aut prætenditur,non eſſe † ſecutam euictionem, ſed tantùm fuiſſe motam litem ſuper iure ceſſo, quo ſtante non tenetur dictus Nicolaus ad ſoluendum reliquum pretij.l. qui rem.C.de euict. Natt.conſ.530.num. 7.Anch.quæſt.famil.quæſt.2.num.13. Burſat. conſ.194. num.10.& 39.volum 2. Rim.iun.conſ. 181.nu. 7.vol.2. Nam de iure res † in- 11
telligitur vendita libera. l. in venditione.ff.de act.empt.l.ex his.C.de euiction.& ibi Doctor. l. cum vendens. ff.de contrah.empt.

Et poſſet reſponderi primò, litem eſſe iniuſtam, vnde res dicitur liberè vendita.

Secundò, talem exceptionem non impedire executionem inſtrumenti Cameralis,præſertim hic,cum videretur requirere altiorem indaginem.

ARGVMENTVM.

Quando agens ad reſciſſionem contractus ſit obaudiendus.

SVMMARIVM.

1 *Periurus dicitur non ſoluens in termino præfixo.*
2 *Abſolutio à iuramento non prodeſt iam periuro.*
3 *Agens ad reſciſſionem contractus non auditur, niſi prius reſtituat accepta.Et num.4.5.& 10.*
6 *Dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito.*
7 *Contractus cum dolo eſt ipſo iure nullus.*
8 *Electa vna via non poteſt rediri ad aliam.*
9 *Clauſula:ius,& iuſtitiam,&c.non operatur circa non narrata.*
11 *Non obſeruanti non eſt ſeruandum. & num.13.*
12 *Agere non poteſt, qui prius non imple-*

impleuit.

14 *Exceptiones quæ reſeruentur per Conſtitutionem. Et numero* 15.16. & 17.

RESOLVTIO XVII.

IN vna reſciſsionis contractus dicebatur, ex pluribus Dominos de Siluanis actores non eſſe audiendos, quinimò repellendos à limine iudicij.

Primò, ex quo ſunt periuri, cum nõ ſoluerint ſoluenda per eos in termino præfixo, iuxta notata per Doctor. in l. qui maior. C. de tranſact, quæ diſpoſitio locum habet in quocumquè contractu, & pacto iurato, vt in terminis firmat Becc. conſ. 106. Rim. conſ. 464. numero 4. & 21. volum. 2. Periuri autem veniunt obaudiendi. Roland. conſ. 26. num. 28. vol. 3. Doct. in c. dilecti de except. Quod, verum eſſe etiam de iure Canonico, dicebatur, ſecundùm Rom. ſing. 493. Marant. de ord. iud. par. 6. verſ. aduertatur ad exceptiones oppoſitas. numero 36. vbi pro concordia tradit certam diſtinctionem Rim. d. conſ. 464. numero 1.

2 Nequè abſolutio † à iuramentis conceſſa eis prodeſt; Tum quia illa fuit impetrata longè poſt terminum ſolutioni præfixum, & ſic poſt incurſum periurium. Feder. de Sen. deciſ. 300. Rom. conſ. 326. col. 1. vbi Mandoſ. in addit. Rol. conſ. 34. col. 1. vol. 1. qui de communi. Stracch. in addit. ad Crau. conſ. 7. nu. 11. Rim. iun. cõſ. 188. col. 1. vol. 2. Cæphal. conſ. 326. nu. 44. vol. 3. Caualc. deciſ. 9. numero 23. par. 1. Tum quia dicti Domini iurauerant, omnia, & ſingula eſſe vera, & in nullo contrauenire. Gram. deciſ. 45. num. 2. Turret. conſ. 1. numero 27. & conſ. 80. num. 8. vol. 1. Caualc. d. deciſ. 9. num. 26. Quod non teneo ſimpliciter verum.

Secundò dicebatur, dictos Dominos eſſe reiiciendos, quia non poſſunt
agere ad † reſolutionem, & reſciſſio- 3
nem dicti contractus, niſi prius, & ante omnia reſtituerint quicquid ab eis perceptum eſt ex contractu. l. cum te fundum. C. de pact. inter empt. & vẽd. Anch. conſ. 34. verſ. propterea. in fi. Crau. conſ. 83. numero 1. conſ. 329. & conſ. 854. in princ. Cœphal. conſ. 207. in princ. vol. 2.

Quæ concluſio procedit † etiam v- 4
bi minores peterent reſolutionem contractus per reſtitutionem in integrum. Crau. conſ. 7. num. 14. & conſ. 957. num. 25. Rol. conſ. 59. nume. 7.
vol. 1. Et † ſimiliter ſi idem peteret 5
eccleſia. Abb conſ. 62. in fine. vol. 1. in terminis Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 111. par. 1.

Nec præmiſſis obſtare dictum fuit, quòd dicti de Siluanis fuerint, & ſint per talem contractum enormiſſimè læſi, & vbicumq; quis enormiſſimè læditur, præſumitur interueniſſe do-
lus aduerſarij re ipſa, qui † dolus 6
æquiparatur dolo ex propoſito. Soc. ſen. conſ. 48. num. 24. vol. 1. Rim iun. conſ. 203. num. 108. vol. 2 & conſ. 342. num. 109. vol. 3. Octau. Cacher. conſ.
29. num. 18. & vbi dolus † dat cauſam 7
contractui, talis contractus dicitur ipſo iure nullus. Bart. in l. eleganter. ff. de dolo. vnde, cum agatur de nullitate contractus, videtur, quod non teneantur in primis accepta reſtituere, nam dicta concluſio habet locum, vbi agitur ad reſciſſionem contractus non autẽ quando dicitur de nul-

litate, vt per Rolan. conſ.7. nume.4. vol.3. & poſt eum Rimin.iun.conſ.5 num.71. volum.1.

Quia reſponſum fuit. Primò, quòd dicti DD. de Siluanis propoſuerunt cauſam læſionis, & reſciſſionis tantùm, & nunquàm dixerunt de nullitate, Vnde nunc non poſſunt variare, & ad petitionem nullitatis conuola-
8 re:nam † viam, quam quiſquè ſibi elegit, ſequi debet. l. quòd ſi mulier. §.fin ff.quod met.cau.Dec.conſ.146. nu.6.Crau.conſ.74. col pen. Oſaſch. deciſ.164.nu.17.Præſertim poſt acceptationem,per quam dicitur ius parti quæſitum. Abb. in c. accedens. de præb. Iaſ.in l. fin. not. 1. C. de codicil. Crau. conſ. 207. num. 5. & clau-
9 ſulæ † illæ, ius, & iuſtitiam adminiſtrari &c. vel quæ melius ex præmiſſis &c.non operantur circa nullo modo narrata, & propoſita. Crau. conſ. 151. num.4.

Secundò replicatum fuit, dictam
10 concluſionem reſtitutionis † acceptorum procedere ſiuè agatur de reſolutione, & reſciſſione contractus, ſiuè de nullitate, quia in vtroquè caſu militat eadem ratio, & ſic idem ius eſſe debet. l. à Titio.ff. de verbor.oblig.

Et licèt Rol. & Rim. contrarium ſentiant, vt ſupra,tamen quia ipſi nequè legem, nequè rationem, nequè aliquam auctoritatem allegant,de ipſorum dictis non eſt curandum.l.illã. C. de collat. cap.1. vbi Abb. de poſt. præl. Præſertim cum contra eos tenuerit Rota Rom. in nouiſſ. d. deciſ. 111. vbi dicitur,quòd, etſi per læſionẽ contractus ſit nullus, tamen non probatæ læſione contractus tenet. Quod comprobatur, nam tunc,ſtante enormiſſima læſione, non eſt neceſſaria abſolutio à iuramento, quando iam dicta læſio eſſet detecta, ad quam detegendam non eſt aliquis admittendus propria auctoritate, vt per eandẽ Rotam Rom. deciſ. 102. par. 1. in nouiſſimis.

Et dum opponeretur, reos conductores non adimpleuiſſe ex parte ipſorum, & ſucceſſiuè non obſeruanti nõ
† eſſe ſeruandum. l. cum proponas 11
la 2.C. de pact. Iaſ.conſ. 216 nume.1. vol.2. cum fruſtra debitum petat,qui, quod debet,non impenderit.c.fruſtra. de regul.iur.in 6. & ibi Din. & alij.

Fuit reſponſum. Primò,quòd quã-
do † ſunt duo contrahentes, & vni- 12
cuiq; aliquid eſt implendum,prout erat in caſu iſto, is prius tenetur implere, qui prius vult agere. Alexan. conſ. 49. col.2. vol.2. quem ſequitur Crau.conſ.151. num.1.

Secundò, quòd dicti conductores adimpleuerint, vel ſi non in totum adimpleuerunt, veritas eſt, quòd tenebantur adimplere in anno proximè præterito; At ipſi locatores defece-
runt † in adimplendo promiſſa,vnde, 13
cum venerint ipſi prius contra propriam promiſſionem iuratam,conductores potuerunt poſtea impunè contrauenire, & contraueniendo non inciderunt in periurium, neq; in pœnã aliquam.d.l.ſi quis maior.Ruin.conſ. 48. num.2.vol.1. & conſ. 136. num.6. vol.5. Rol. conſ.57.nu.20.vol 1.Dec. conſ.380.colum. 1. & conſ. 452. col.2. verſ. & præterea. de communi teſtatur Alexan. in d.l. cum proponas.Cagnol. in d. l. ſi quis maior. num. 196. Bero.conſ.8. num.28.vol.3. Vnde dicit Soc.ſen.in l.qui iurat.num.5.ff.qui ſatiſd. cogan. quòd periurus dici non poteſt, qui ex cauſa non ſeruat iuramentum Becc.d.conſ.106.num. 31.& 38.

Poſtremò, dum opponeretur de

Con-

Conſtitutione Prouinciæ Marchiæ libro 5.cap.12.qua cauetur,exceptiones peremptorias,& cuiuſcumque generis non poſſe impedire, nec retardare proceſſum, ſed reſeruari debere in proceſſu cauſæ cognoſcendas, & terminandas.

Fuit reſponſum. Primò quòd dicta
14 Conſtitutio † reſeruans exceptiones in fine litis ſit intelligenda de exceptionibus conſiſtentibus in facto,quæ poſſunt retardare proceſſum, non autem de exceptionibus conſiſtentibus in iure,quia,cum ius ſit certum,de talibus exceptionibus eſt ante omnia cognoſcendum. Bald.conſ.169.volu.5. Alciat.conſ.748.ſecundùm antiq.impreſſ.Corn.conſ.78.numer.6.qui propterea infert, quòd, vbi ciuiliter agitur,ſi excipiatur de cauſa criminali,id reſeruari non debet, ſed prius de ea cognoſcendum eſt: Eò maximè ſtante dicta Conſtitutione, cum dicta exceptio conſiſtat in iure, ſicut exceptio excommunicationis, & exceptio illa, quòd ſpoliator agere non poteſt, niſi ante omnia reſtituat fructus, & damna,quæ neque reſeruanda eſt.Plot.cōſ. 78.num.7.

15 Adducebatur etiam, quòd † neque exceptio periurij reſeruanda eſt, ſecūdùm Aſin.in prax.§.13.cap.9. num.27. qui dicit,idem tenere Socin.iun.conſ. 125.volum.3.& Specul.de act column. quinta.

Quod non puto verum, ſtante dicta Conſtitutione, ob eius verba vniuerſalia,vt aliàs dictum eſt.

Secundò fuit reſponſum, quòd, vbi
16 † quis agit ſine actione repelli debet iudicis officio,etiam parte non petente. Menoch.de arbitr.iud.qu.16. Doct. in l.planè.ff.de petit.hæred. Ang. in l. quos prohibet.ff.de poſtul.quo fit, vt talis exceptio reſeruari non debeat, nam, ſi reſeruantur exceptiones per dictam Conſtitutionem,non debet tamen reſeruari officium iudicis, quod eſt quid diuerſum.

Tertiò, & vltimò fuit reſponſum, dictam † Conſtitutionem non procedere,quando exceptiones ſunt euidentes,& notoriæ,vt per Alciat.& Plot.in dictis cōſ.ſicut dicitur de capitulis impertinentibus admittendis. per Iaſ. in l.ſi duo.§.idem Iulianus. num.32. ff.de iureiur. & in talibus exceptionibus admittendis vide Pariſ.conſ.67. num. 41.vol.4.& Addit.ad pract. Veſtr.lib. 5.cap.14.num.26. 17

ARGVMENTVM.

An maior pars creditorum in præiudicium minoris partis poſſit remittere creditum,vel concedere dilationem debitori: Et quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Appellare quando poſſit minor pars creditorum à remiſſione facta per maiorem partem.*
2 *Nullitas dicitur iniuſtitia.*
3 *Actus nullus nullum præſtat impedimentum.*
4 *Dilationis conceſſio ad ſoluendum requirit citationem creditorum,& alia,vt num.5.*
6 *Paruum,& nihil æquiparantur.*

RESOLVTIO XVIII.

IN vna Dominorum de Albizis fuit dubitatum.

Primò, An appellatio interpoſita per minorē partē

creditorum dictorum de Albizis à ſententia lata ſuper remiſſione facta à nexu obligationis perſonalis per maiorem partem creditorum eſſet admittenda.

1 Et fuit reſolutum † affirmatiuè.

Quandoquidem. etſi Bart. in l.fin. num.8. ff. de appel. recip. Caſtr. in l. iuriſgentium. §. hodie. num.5. ff. de pact. Alexand. ibidem, num. 14. Iaſ. num.2. dicant, minorem partem creditorum appellare non poſſe.

Primo tamen dicebatur, quòd omnes ſupradicti Doctores in eiſdem locis concludunt, minorem partem poſſe appellare, vbi remiſſio contineret euidentem iniuſtitiam, quæ in præſenti caſu prætendebatur.

Tum quia fuit facta dicta remiſſio contra ius. l.1. §. item cum ff. quæ ſent. ſin. appel. reſcind. l. 2. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. c. 5. de ſent. & re iud. cum caſus, de quo agebatur, non eſſet caſus, in quo de iure remiſſio fieri potuerit.

Tum quia non fuit facta dicta remiſſio ſeruatis de iure ſeruandis, vnde nulla, & ſucceſſiuè iniuſta, cum
2 nulla † maior ſit iniuſtitia, quàm nullitas, Innoc. in cap. dilecto. de appell. Ægid. concl. 344. per l. qui teſtamento. vbi Bald. ff. de execut. tut. Hinc pars dicitur grauata per nullitatem, ſicut per iniuſtitiam. Bald. in l. ſi vt proponis. in fin. C. quom. & quan. iud. Vant. de null. in rub. coram quo nullitas. num. 5. Contard. in l. 1. lim. 9. C. ſi de mom. poſſ.

Secundò. quia Caſtr. in d. §. hodie, num.5. ſentit, Bartoli, & aliorum opinionem procedere de iure Ciuili, non autem de iure Canonico.

Secundò fuit dubitatum, An dilatio temporis conceſſa eiſdem à maiori parte creditorum ad ſoluendum debitum ſit valida, & præiudicet aliis creditoribus.

Et fui voti, nulliter fuiſſe conceſsã, & conſequenter nullum poſſe inferri præiudicium aliis creditoribus, quia
actus † nullus de iure nullum præſtat 3
impedimentum. cap. qui contra ius, & c. non præſtat. de reg. iur. in 6. prȩſertim quatenus concernit prȩiudiciũ tertij. Vant. de nullit. in rubrica. Quoties, & intra quod tempus, &c. numero 53.

Et prima erat nullitas, nam dicta dilatio fuit conceſſa non citatis aliis creditoribus, qui in præſenti iudicio
agebant, qui tamen † omninò erant 4
citandi. Bartol. in d. §. hodie. verſ. ideo requiritur. Agn. conſ. 213. nume. 1. Alex. conſil. 205. verſic. & conuocatis. volũ. 2. Brun. de ceſ. bon. quæſt. 4. princ. quæſt. 21. Burſ. conſ. 224. nu. 18. volum. 2. & de communi teſtantur Iaſ. in d. §. hodie. nu. 8. Strach. de decoct. par. 6. in princ. nu. 9. Iacob. Machel patrocin. 56. verſ. quia reſpondeo.

Quod ſuadetur ex vulgatiſſima illa regula, ſemper citandos eſſe illos, de quorum intereſſe agitur. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. quod maior. ff. de municip. & l. 2. C. de decur. lib. 10. per Doct. in c. cum omnes, de Conſtit. Gabr. de citat. concl. 1. lib. 2. de citatione autem nõ facta ſatis dicitur conſtare eo ipſo, quòd de ea in actis non apparet. Vant. de nullit. in rub. ex defect. citat. num. 12. qui plures auctoritates allegat.

Secunda erat nullitas, nam ad hoc
vt maior † pars creditorũ poſſit præ- 5
iudicare minori, eſt de ſubſtantia probandum, quòd tempore dilationis conceſſæ omnes creditores in vnum conuenerint, & ſimul congregati fuerint, & quòd ſic congregati præſtiterint

terint conſenſum dilationi fiendæ debitori, aliàs ſi cõſenſus creditorum præſtetur ſeparatim, non nocet cæteris creditoribus. d. §. ſed hodie. & l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Alex. conſil. 205. in princ. volum. 2. Ang. conſ. 213. num. 1. Socin. ſen. conſil. 273. colum. 2. volum. 2. Strach. de decoct. par. 6. in principio, in tit. de pact. inter decoct. & credit. num. 9. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 20. Iacob Mach. d. patrocin. 56. Rebuff. de lit. dil. an. artic. 1. gloſ. 1. num. 56. vbi dicit, quòd de iſtâ coadunatione debet apparere, & de ea fieri mentionem in proceſſu, nec ſtatur aſſertioni ipſorum. Alex. d. conſil. 205. in princ.

Tertiò allegabatur pro nullitate, quia debitum erat ſcutorum viginti mille, & dilatio fuit conceſſa cum oblatione ſoluendi quid minimũ quolibet anno, vnde videtur potius re-
6 miſſio, quàm dilatio, cum † parum, & nihil æquiparentur. Bald. in auth. præterea. C. vn. vir. & vxor. Tiraq. in conſuetud. Pictau. tit. 6. §. quinto, glo. quinta. vbi latiſſimè oſtendit, modica non eſſe in conſideratione, ſed, quando agitur de remiſſione debiti, clariſſima eſt iuris concluſio, quòd maior pars nullo modo poteſt præiudicare minori. Afflict. deciſ. 288. & Doct. omnes vbi ſupra.

ARGVMENTVM.

Liber priuatus quando probet. Item, Quando poſſit dici de nullitate rei iudicatæ.

SVMMARIVM

1 *Confeſſio eſt probatio excellentior alijs.*

2 *Liber priuatus probat inter Dominum, & Colonum. Et quando numero 4.*

3 *Socij dicuntur Dominus, & Colonus.*

5 *Nullitas non tranſit in iudicatum, ſed iniquitas ſic.*

6 *Iniquitas quando dicatur nullitas.*

7 *Notorium infringitur ex aliquali difficultate.*

8 *De nullitate an dici poſſit, appellatione deſerta, ſtante Conſtitutione.*

9 *De fideiuſſore quando idem iudicetur, & diſponatur, quod de principali. Et num. 10 11. & 12.*

13 *Lites non debent eſſe immortales.*

14 *Fideiuſſor iudicatum ſolui apud acta iudici, & extraiudicialis differunt.*

15 *De nullitate etiam notoria non poteſt dici contra tres conformes, ſi aliàs fuit diſcuſſum de ea.*

16 *Fideiuſſor quando poſſit ſe tueri ex perſona principalis.*

17 *Nullitas coram quo iudice proponenda.*

RESOLVTIO XIX.

IN vna Domini Octauij Recchij mei amantiſſimi Compatris, qui moleſtabatur à Domino Antonio Guerrerio procuratore, ſumpta cauſa, quòd ipſe D. Antonius vti fideiuſſor de ſtando, & iudicatum ſoluendo, fuerit coactus ſoluerere iudicatum, Dicebatur, d. Antonium male, & nulliter agere pro recuperatione pecuniæ ſolutæ per viam nullitatis contra d. Octauium corã D. Locũtenente Reuerẽdiſſimi Domini Gubernatoris Maceratæ.

Primò, quia ſententiæ tres conformes latæ ad fauorem D. Octauij præſumuntur iuſtæ, & validæ, de cõmuni

Imol. in c. cum in iure. colum. 2. de off. deleg. Gabr. de ſent. concl. 4. nu. 14. cum ſeq. lib. 2. qui alios citat, prę-ſertim quòd de credito d. Octauij cõtra Villicum conſtitit, tàm ex reſpon-
1 ſione † dicti Villici facta poſitionibus, ex qua inducitur vera confeſſio, quàm ex libro priuato d. Octauij; Et licèt aliàs liber priuatus non probet
2 pro ſcribente; tamen in † præſenti cauſa fuit dictum plenè probare.

Tum quia inter Colonum, & Dominum proceditur de plano, & æquo, ſicut inter ſocios, inter quos liber priuatus probat, poſt alios Maſcard. concl. 973. num. 83. cum ſeq. de probat. volum. 2. Quod magis dicitur verum hic, cum partitæ dicti libri eſſent veriſimiles. Maſcard. d. concl. 973. num. 85. & in libro prædicto eſſet datum, &
3 receptum. num. 86. Vlteriuſq; † Dominus, & Colonus partiarius dicantur ſocij reſpectu fructuum, vnde reſultat ex dicto libro plena probatio. Menoc. de præſ. lib. 3. præſumpt. 62.

4 Tum quia maior † pars partitarum dicti libri fuerat verificata, vnde aliæ veræ præſumebantur. Maſcard. d. cõcl. 973. num. 59. & 75. cum ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 63. per tot. Præſertim cum partitæ non verificatæ eſſent poſtæ minutæ. Maſcard. d. concl. 973. num. 13. Menoch. d. prę-ſumpt. 63. num. 10.

Secundò principaliter deducebatur, contra tres ſententias conformes non poſſe dici de iniquitate, ſed de nullitate tantùm notoria. Et ratio diuerſi-
5 tatis eſt, quia nullitas † non tranſit in iudicatum, ſed iniquitas ſic. Gabr. de ſent. concl. 10. num. 4. vbi alios alle-
6 gat. Et iniquitas † etiam reſultans ex eiſdem actis non dicitur nullitas, ſi ſententia non ſe referat expreſsè ad acta. Gabr. concl. 10. nu. 4. & de exec. rei iud. concluſ. 1. num. 11. Affl. deciſ. 28. num. 8. qui teſtatur de magis cõmuni. Put. deciſ. 401. nu. 1. par. 1.

Tertiò, ſuppoſito talem iniuſtitiam poſſe dici nullitatem, tamen adhuc non venit audiẽdus dictus Antonius, quia contra rem iudicatam non admittitur nullitas, niſi ſit notoria. latè Gabr. de execut. rei iud. concluſ. 1. n. 8. cum ſeq. lib. 2. Nullitas autem intentata non eſt notoria, ex quo recipit maximam difficultatem, licèt ſuffi-
ciat † aliqualis ad infringendum notorium, ſecundùm Contard. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. lim. 7. 7

Quartò, ſuppoſito extare nullitatẽ notoriam, tamen in præſenti caſu nõ
† erat locus dicendi de dicta nullitate, quia cum appellatio eſſet deſerta per lapſum anni, intra quod tempus Conſtitutio Prouinciæ Marchiæ præfigit etiam terminum ad dicendum de nullitate, dicitur præcluſa via dicendi de nullitate notoria, præſertim cum hic agatur principaliter de nullitate. Rolan. conſ. 83. num. 16. volum. 1. Anch. quæſt. 42. numero 62. lib. 3. Put. deciſ. 301. num. 5. par. 2. Contard. in l. 1. C. ſi de moment poſſeſſ. limit. 7. num. 67. Et indubitatum eſt, dictã Conſtitutionem præfigere terminum ad dicendum de nullitate ponderando tàm dictionem, debet, quæ neceſſitatem imponit, quàm alia verba ibidem contenta. 8

Nec profuit dicto Antonio dicere, dictam Conſtitutionem debere intelligi, quando principalis ipſe diceret de nullitate, ſecus in fideiuſſore iudicatum ſolui, qui dicitur tertius. Gabr. in d. concluſ. 1. numero 19. cum ſequen.

Primò, quia, quicquid ſit in mero tertio, aliud eſt dicẽdũ in fideiuſſore, de

9 de † cuius perſona idē iudicatur, quod de principali, ex quo nititur iure ipſius principalis. Surd.conſ.271. nu.23.
10 & 25. Hinc † ſicut principalis non appellat, neque fideiuſſor. Caſtr. in l. ab executore.§.alio. num. 4.ff.de appell. Surd.d.conſ.271.num.16. & 66. Item
11 ſicut † principalis ſi eſt cōiunctus poteſt petere vigore ſtatuti fieri compromiſſum, ſic & fideiuſſor, ſecundùm Gabr.conſ.34.num.5.vol.2. Licèt ego valde de hoc caſu dubitem. Item ſen-
12 tentia † lata contra principalem afficit etiam fideiuſſorem iudicatum ſolui. l.iudicatum. l. cum quærebatur ff. iud.ſol. Felin.in cap.quamuis.numero 17.de ſent.& re iud. Bald.in l. 3. §.1 numero 1.C.de vſur.rei iud. vbi dicit, rationem eſſe, etenim fideiuſſor dicitur conſentire ſententiæ, eſſéque in confeſſis. Surd.dict.conſ.271.numero 37. & 41.

Accedit, quia aliàs ſententia vnius iudicis eſſet principiū alterius, & ſuc-
14 ceſſiuè † lites efficerentur immortales Surd.d.conſ.271.numero 3.& quodammodo eluderentur iudicia. Surd.ibidem.num.6.

Et licet idem Surd. videatur firmare contrarium in dicto conſ.271. dum concludit, fideiuſſorem iudicatum ſolui poſſe appellare à ſententia lata contra principalem, Tamen, ſi rectè eius conſilium perpendatur, non infringit deciſionem noſtram: ipſe enim loquitur in fideiuſſore iudicatum ſolui in contractu, & ſic extraiudicialiter promittente, nos autem loquimur in fideiuſſore iudicatum ſolui apud acta
14 iudicij, inter † quos eſt differentia maxima, vt benè aduertit idem Surd. eodem conſil.271. numero trigeſimoſeptimo cum ſeq.

Quintò, ſuppoſito per Conſtitutionem non eſſe ſublatum remedium dicendi de nullitate notoria: tamen fuit dictum, non poſſe † hodie opponi tales nullitates, ex quo in aliis præcedentibus inſtantiis cum principali, ipſomet D. Antonio fideiuſſore procurante, fuit in Rota ſtrictè de illis diſputatum, & diſcuſſum, l.ſecunda. Cod.ſi ex falſ.inſtr.& in puncto vide Anchar.in clem.vt calumniis. numero 3. de ſent. & re iud. 15

Sextò, quia † fideiuſſor, qui fuit præſens in iudicio moto contra principalem, non poteſt ſe tueri ex perſona principalis quaſi indebitè condemnati, cum per præſentiam ſibi præiudicauerit. Bald.in l 3.§.1.num.5.C.de vſur. rei iud.vbi dicit aliud eſſe ſi fideiuſſor iudicatum ſolui tueretur ex perſona propria. Gabr.de execut. rei iud.concluſ.1.num. 20. Felin.in cap.quamuis. num.3.de re iud.vbi tenet, quòd ex ſola ſcientia grauetur: Dictus autem Antonius fuit procurator in dicta lite. 16

Septimò allegabatur incompetentia iudicis: Nam dictus Antonius debuerat proponere † tales nullitates, 17 vel coram D. Prætore Rotæ, qui fuit primus iudex cauſæ, vel coram Reuerendiſſimo Domino Auditore Cameræ, qui mandatum executiuum contra eundem vltimo loco relaxauerat. Ancharan.in d.clemen. vt calumniis.numero ſeptimo. Vant. de nullit.in rubric. coram quo poſſit, &c. numero ſeptimo.

ARGVMENTVM.

Seruitutem imponere domui vicini quando liceat.

SVMMARIVM.

1 *Domum ſuam vnicuique licet eleuare.*

vſque ad cœlum. Et quando numer. 7.

2 *Dictio, neque, quid importet.*

3 *Pœna quando tranſeat ad ſucceſſorem.*

4 *Tranſactionis verba ſunt reſtringenda ad cauſam, quæ tunc agebatur.*

5 *Seruitus ne luminibus officiatur quid importet. Et num. 6.*

8 *Ædificare in ſuo quando liceat.*

9 *Principaliter quod ſit attendendum eſt.*

10 *Tegularum appellatione quid veniat.*

RESOLVTIO XX.

SENTENTIAM latã in cauſa vertente inter Dominos de Bompianis ex vna, & illos de Ciceribus ex altera, fui voti, eſſe ſine dubio confirmandam circa illud caput, quòd dictis de Bompianis licuerit murum nouum contiguum feneſtræ domus illorum de Ciceribus construere, & extollere, cum † vnicuique permiſſum ſit domum ſuam altius eleuare, etiam quòd lumina vicini obſcurentur, & pænitus auferantur. l. altius, & l. ſi in ædibus. C. de ſeruit. l. cum eo. l. cuius, & l. Imperatores. ff. de ſeruit. vrb. præd. 1

Et dum allegaretur inſtrumentum tranſactionis, in quo promiſerant dicti Domini de Bompianis per ſe, & hæredes nulli vnquàm tempore extollere, ſeu altiare coquinam, neque aliquod præiudicium facere, quod impediat lumen dictæ feneſtræ, ex qua promiſſione facta copulatiuè, & æquè principaliter, per illam † dictionem, neque, quæ importat idem quòd, & non. Auth. de non alien. aut permut. re. eccleſ. duę ſunt promiſſæ ſeruitutes, vna altius non tollendi, altera ne luminibus officiatur, ſecundùm Paul. de Caſtr. in l. ædificia. ff. de ſer. ruſt. præd. Dec. conſil. 200. colum. 2. circa fin. Præſertim, quòd dicta promiſſio fuerit facta cum pœna, quæ † in ſeruitutibus realibus tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. Bald. in l. cum fundo. ff. de ſeruit. ruſt. præd. vbi dicit, in facto ſic conſuluiſſe. 2 3

Fuit reſponſum. Primò, tranſactionem loqui tantùm de non eleuando coquinam, & hic agi de eleuatione muri: tranſactionis † autem verba debent reſtringi ad rem, & cauſam, de qua tunc temporis agebatur. l. ſi de certa re. C. de tranſact. l. iubemus. C. ad Velleian. l. qui, cum. ff. de tranſact. l. licet. ff. de iud. l. 1. C. ſi adu. rem iud. nec debent extẽdi ad rem diuerſam. l. quicquid. ff. de verb. oblig. l. fideiuſſores. l. Aurelio. ff. de fideiuſ. imò nec ad caſum ſimilem. Alex. conſ. 76. incipi. viſis dubitationibus, volum. 5. 4

Secundò fuit dictum, non fuiſſe contrauentum alteri ſeruituti, ſcilicèt, ne luminibus officiatur, quia talis † ſeruitus importare dicitur, vt cœlum videri poſſit. l. lumen. in principio. ff. de ſeruit. vrb. præd. vnde, dummodo videatur cœlum ex feneſtra, dicitur lumen haberi vt prius, ſecundum Ang. in l. inter ſeruitutes. ff. de ſeruit. vrb. pręd. & propterea concludit Veron. in tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 36. num. 4. quòd, qui promiſit † dictam ſeruitutem, poteſt plantare arbores ante feneſtras, quæ licèt vmbram faciant propter ramos, & frondes, tamen non dicitur facere contra dictam ſeruitutem, cum cœlum videri poſſit. l. ſi arborem. ff. de ſeruit. vrb. præd. 5 6

Quinimò dictum fuit, ex dicta † muri eleuatione maius lumen reſultare in dicta feneſtra ob Solis reuerberationem ex dicto muro. d. l. ſi arborem. & 7

ibi.

ibi gloſ.in ver. præſlura. & Caſtr.numero primo.

Circa illud caput ſententiæ, in quo legitur, portam factam in muro nouo eſſe reducendam ad vſum feneſtræ, & lumen tantùm;ſui voti, eſſe infirmandam, Quippe qui vnicuique † licèt facere,& ædificare in ſuo, etiam ſi noceret vicino, dummodo non tangatur de re vicini. l. fin. §.fin. ff.de ſeruit. vrb præd.l 1.§.ſunt qui. ff.ne quid in flum. pub.Caſtr.in l.quoties,la prima.numero 4.ff.de ſeru.vrb.præd.Cæpol.de ſeruit.vrb.pręd.cap.42. & c.62. in principio.

8 (margin, beside "dam, Quippe qui vnicuique † licèt facere")

Et licèt ex dicta porta redacta in feneſtram inſpiceretur in domum illorum de Ciceribus, tamen nihil refert, cum ſit † attendendum id, quod principaliter fit Cępol.in d.cap.62. verſic. ſecundò fallit. ſed dicta porta fuit facta ad recipiendum lumen, non autem ad ęmulationem, vnde licuit. l.fluminum.§.fin.ff.de damno infect. Cępol. in d.c.62.verſ.tertiò fallit.

9 (margin, beside "cum ſit † attendendum id")

Circa vltimum caput, quo diſponitur, non licere dictis de Bompianis conſtruere plancatum tegularum ad vſum tecti, ſed tectum remanere debere in ſtatu primæuo: pariter fui voti, ſententiam eſſe infirmandam. Quia in inſtrumento dicebatur, quòd liceret apponere tegulas,ſed † tegularum appellatione venit omne id, per quod ædificium tegitur, puta incruſtatio, & plumbum. Cępol. de ſeru. vrb.pręd. cap 41.verſ.ſed poteſt dubitari, & verſic.quęro ſecūdò, per l.ſi vitem.§.pen. & l.fin.ff.de ſeruit.

10 (margin, beside "apponere tegulas,ſed † tegularum")

ARGVMENTVM.

Teſtamentum eſt nullum præteritione filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Præterita dicitur filia,ſi nihil eſt ei relictum in teſtamento. Et numer. 2. & 5.*

3 *Præteritio reddit teſtamentum nullum. Et num.6.12.13.& 14.*

4 *Statutum tollens ſolemnitatem in teſtamento valet.*

7 *Correctio iuris communis in dubio non cenſetur inducta per ſtatutum.*

8 *Statutum quando recipiat interpretationem à iure communi. Et numer.9.*

10 *Hæreditas parentum dicitur quaſi debita filiis.*

11 *In teſtamento inter liberos dicitur remiſſa ſolemnitas.*

RESOLVTIO XXI.

IN vna ſucceſſionis fuit dubitatum.

Primò. An teſtamētum Cęſaris eſſet nullum.

Secundo,ſuppoſita nullitate, An N. filia dicti Cæſaris poſſet opponere de tali nullitate,ſtante ſtatuto loci, quo cauetur,filias nō ſuccedere, ſtantibus agnatis maſculis vſque in tertium gradum de iure Canonico computandum.

In primo dubio placuit reſolutio affirmatiua, ex quo † dictus Cęſar nihil quouis titulo reliquit dictę ſuæ filię, vnde dicitur omninò pręterita. Doct. omnes in l 3.C. de lib. pręterit. & in auth.ex cauſa,vbi Bart nume 10.Curt. iun.numer.36.Cagnol in prin. Balion. numer. ſecundo.vbi amplat † etiamſi de ea fuerit facta mentio in teſtamento,eodem tit. Pręteritio † autem reddit teſtamentum nullum.§.1. Inſtit. de exhered.lib.l.inter cętera.ff.de liber.&

1 (right margin, beside "firmatiua, ex quo † dictus")
2 (right margin, beside "numer. ſecundo.vbi amplat †")
3 (right margin, beside "to,eodem tit. Pręteritio †")

poſth. l.maximum. §.ſancimus. C. de lib.præter.Ign.in d.auth.ex cauſa. numer.4. Iaſ. in auth.nouiſſima. colum. 8.C.de inoffic teſtam. Dec. in l.poſthumo.n.6.& 9.vbi etiam Curt.iun.numer.45.C.de bon.poſſ. contra tab. Socin.ſen. in l.ſi à filio.num.3 ff.de lib.& poſth.Franc.Becc conſ.103.n.15. Non. conſ.19.num.2. Dilect.de arte teſt.lib. 3.caut 1, Clar. in §.teſtamentum, quæſtione 42.

Nec facit, quòd alibi per idem ſtatutum diſponatur, valere teſtamentum manu propria teſtatoris ſcriptum, licèt ſolemnitates non habeat, neque hæredis inſtitutionem contineat, &,
4 ſtatutum † ſolemnitates tollens valere,tradunt Iaſ.in l.1.num.32.C de Sum. Trinit. Alexand. in l.ſi non ſpeciali in princ. C.de teſtam. Bald. in d.l.maximum.num.12.Caſtr.in l.fin.§.in computatione. C. de iure delib. Rim.iun. conſ.269.num.11.vol.3.

Nam etiamſi per dictum ſtatutum ſint ſublatæ ſolemnitates, & titulus honorabilis inſtitutionis, & ſic modus, & forma relinquendi, non tamen poteſt inferri, eſſe decretum, quòd filiis nihil ſit relinquendum.

Quod ſuadetur primò, etenim de
5 iure Digeſtorum, ne filij dicerentur † præteriti, erat neceſſe, quòd iure inſtitutionis ipſis aliquid relinqueretur, prout hodie quoque requiritur de iure nouiſſimo Authenticorum.

Et quamuis de iure Codicis modus, & forma relinquendi per viam inſtitutionis fuerit ſublatus, tamen neceſſe erat,vt alio titulo eis aliquid relinqueretur.alioquin † ex cauſa præteritionis teſtamentum erat nullum. l.omnimodo.& ibi Caſtr. num.2. C. de inof.teſtam.Ign.in d.auth.ex cauſa.num.3.Alex.in d.l.3. Clar.in d.§.teſtamentum. q.38.& hæc quidem.

Accedit, quòd correctio † iuris 7
communis non debet induci per ſtatutum,niſi quatenus expreſſe fiat. l.ſancimus.C.de teſtam.l.præcipimus C.de appell.l.2. C. de noxal. Ioan. de Amic. conſ.59.in fine.Rom.conſil.197. num. 2. Becc.conſ.12. num.45. Quinimò † 8
ſtatutum recipit interpretationem à iure communi Bart. in l.omnes popu-li.num.6.ff de iuſt.& iure.Becc d.conſil.12.num.39 & 52.vbi ampliat,etiamſi ſtatutum veniret ad correctionem iuris communis & conſil.96.numer.8. Curt.iun.conſil.7.num.8. Cæph. conſil.210.num.13.vol.2. Roland. de lucro dotis, quæſt.26 num.10. Præterea reſtrictio † debet fieri ſecundùm ius cõ- 9
mune, ſi aliàs indebitè quis damnum pateretur.glo in d.l.fin.§.in computatione Becc.in d.conſ.12.num.43 Crot. in d.l.omnes,num 93 Cæterùm ſi filia poſſet præteriri, indebitè damnum pateretur,cum † hæreditas parentum di- 10
catur quaſi debita filiis.l,& quia.ff pro ſocio. Iaſ.in l.3.num.4. C.de iur. & facti ignor.

Secundò ſuadetur,nam per ius ciuile
† ſunt remiſſæ in teſtamento inter li- 11
beros omnes ferè ſolemnitates. Clar. in d.§. teſtamentum. quæſt. 8. Iaſ. in d.auth.nouiſſima.num.16. Bero. quæſt. 36.Cæphal.conſ.172.num.10.volum.1. Gabr.de teſtam.concluſ. 6. Ioan.de Amic.conſil.39.num.1. Menoch.de adipiſc.poſſeſ.remed.4.nu.314.& de præſump.lib.4.præſ.7.Put.deciſ. 97.par.3.

Et tamen,† ſi in eo filius fuerit præ- 12
teritus,erit nullum.Alexan.conſil.169. num.5.volum.5.Rim.ſen.conſilio 266. nu.8.volum 2. Rim.iun. conſ 278.numer.65.volum.3. Cæphal.conſilio 431. num.20.Crau.conſilio 903. numero 2. Gabr. dict. concluſione ſexta. Clar. d. quæſtione octaua. verſicul. ſed quæro. Rot. Roman. in nouiſſim. deciſ.

deciſ.1061.lib.3. Ita dicendum eſt in præſenti caſu.Caſt.in l.ſuus,num.2.ff. de hæred.inſt.

13 In ſecundo dubio fuit reſolutum,ex quo † in teſtamento ſunt inſtituti hæredes extranei, non autem venientes ab inteſtato,quòd filia poterit contratabulare dictum teſtamentum.Clar.in d.§.teſtamentum quæſtio.42.verſ.fin. Non.conſ.19.num.5.& 27.Socin.ſen. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. num. 10.ff.de lib.& poſthum.& conſ.36.nu. 10.volum.1.Ruin.conſ.5.num.12.volumin.3.Caſtr.conſ.276. in fine. volum. 2.Dec.conſ.295.num.3.&conſ.505 numero 4.Crau. conſ.756. Vrſil.ad Affl. in deciſ 158.Et iſta eſt verior,æquior, & magis recepta ſcribentium opinio, ſecundùm Alciat.Parad.libro 3.cap.11. Tiraq.de iure primog.quæſt.53. num. 56.Craſ.in §.bonorum poſſeſſio.quæſtio.26.numero 1.Phan.de lucro dotis. quæſt.5.Brun.de ſtat.fœm. excluſ. art. duodecimo.quæſtion.6. numero centeſimotertio.

14 Quod comprobatur,cum † ceſſet ratio excluſionis fœminarum inductæ per ſtatutum,ex quo inſtituti ſunt extranei,non autem agnati.Soc.ſen.in d. l.Gallus.§.&quid ſi.num.12. vbi etiam Aret.numero 21. & Soc.iun. num.95. Tiraquel.in d.quæſtio.53. numero 35. Dec.conſ.296.numero 2.&conſil.387. num.4.

ARGVMENTVM.

Poſſidenti eſt dandum mandadatum de manutenendo.

Item, Spoliatus quando non ſit reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo eſt concedendum poſſidenti.*

2 *Poſſeſſio quomodo probetur.*

3 *Spoliatus quando veniat ante omnia reſtituendus.Et num.4.5.& 6.*

7 *Diſpoſitio qualibet eſt ita interpretanda,ne ſibi contradicat.*

RESOLVTIO XXII.

IN vna poſſeſſoria Æneæ de Marinucciis cum Admodum Reuerendo Domino P. fuit reſolutum, dictum Æneam fore, & eſſe manutenendum in poſſeſſione bonorum, de quibus agebatur, quia † 1 poſſidenti debet dari manutentio, & aduerſarius eſt conſtituendus actor in petitorio.l.1.ff.vti poſſid.Affl.deciſio. 394.Menoch.de retinen.poſſeſ.rem.3. num.18.Maſcard.de proba.concl.1190. num.4.vol.3.

De poſſeſſione † autem dicti Æneæ 2 conſtitit in proceſſu,tam ex contractu locationis bonorum prætenſorum factæ per ipſum,& fructuum perceptione, ex quibus ſimul iunctis probatur poſſeſſio. Menoch.d. rem.3. num.571. Maſcard.de probat.concluſ.1181. num. 1.& 3.& concluſ.1183.quàm ex depoſitionibus teſtium. idem Maſcard. concluſ.1201. numero primo, volumin.3. vbi latè.

Et dum ad fauorem dicti P. allegaretur,quòd ipſe fuerit de facto ſpoliatus poſſeſſione dictorum bonorum,& propterea † veniat ante omnia reſti- 3 tuendus.l. Colonus.l.cum fundus.ff.de vi,& vi arm.cap.in literis. de reſtitut. ſpol. Gabr.de reſtit.ſpol.concluſ.1.vbi latiſſimè.

Primò fuit reſponſum,ſpoliatũ † nõ 4

eſſe reſtituendum, quando conſtat de notorio non iure ſuo ex actis,& notorio bono iure ſpoliantis. Bero. quæſt. 3.num.6.Menoch. de recuper. poſſeſſ. rem.1.num.175.& 223.& in cau.fi.reſp. 1.num.74.Maſcard.de probat.conclu. 1326.num.1.Lancell.de attent. par.3.c. 24.quæſt.1.num.34.Rot.Rom.de reſt. ſpol.deciſ.16.in nou.Crau.conſil.299. colum 3.conſ.302.num.5.cum ſeq. cõſil.382.nu.7.conſil.691. & conſil.747. Burſat.conſil.129.num.4.volum.3.Gabr.d.concl.1.num.110.Oldr.conſ.227. in fin.Rubeus Alexandrin. conſil.167. colum.4.Gabr.conſil.43.num.48.volum.1.

Secundò fuit reſponſum, ſpoliatum
5 † non eſſe reſtituendum,quotieſcumque paſſus eſt fieri probationes ſuper dominio:Menoch. de recup. poſſeſſ.d. rem.1.num.161. Maſcard. conclu.1325. num.1. volumin.3. & d.concluſ. 1193. num.35.Gabr.d.conclu.1.numer.61.& ſequent.

6 Et licèt dictus ſpoliatus † contradixerit dictæ admiſſioni probationũ, Tamen dicta contradictio ei non profuit, nam debuerat etiam appellare ab admiſſione, & appellationem ipſam proſequi.Menoch.de recuper. poſſeſſ. rem.1.num.167.Contard.in l.1.lim.2. num.16.C.ſi de moment.poſſeſſ.Maſcard.de probat.d.concl. 1325. num.13. volum.3. Minus obſtare dictum fuit, quòd dictæ probationes fuerint admiſſæ per iudicem,ſaluis, & reſeruatis exceptionibus in fine litis, quæ reſeruatio ſit etiam per Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ.

Quia ſunt reſeruatæ exceptiones, ſi & quatenus aliquæ competunt, non autem intelligi debet,quòd iſta reſeruatio efficiat,vt probationes non releuent, nec cenſeantur factæ, quia hoc, quòd admiſſæ ſint, & admiſſæ non intelligantur, inuicem repugnant, ſed diſpoſitio † quælibet ſic eſt interpretanda, ne ſibi contradicat, ſi fieri poteſt.§.quibus prima Conſtit.eod.Doctor.in l.vbi repugnantia.ff.de regul. iur. Et ad hoc optimè facit, quod dicit Bald. in conſilio centeſimo, volumine primo. vbi ſi iudex pronunciat appellationem deſertam, & reſeruat exceptiones competentes appellanti, talis reſeruatio nihil operatur,quia nihil reperit,quod reſeruari poſsit, cum deſerta appellatione exceptiones amplius competere non poſsint, dictamque Baldi ſententiam ſequitur Crauet. in conſilio trigeſimoquinto, numero vigeſimo. 7

ARGVMENTVM.

Dos quibus ſit reſtituenda.

SVMMARIVM.

1 *Dos quibus ſit reſtituenda.*
2 *Hæredem ſe dicens,debet probare ſe talem.*
3 *Aditio hæreditatis conſiſtit in animo adeuntis.*
4 *Declaratur.*
5 *Statutum non confirmatum non valet.*
6 *Nullum quod eſt nihil operatur.*
7 *Relatio eſt facienda ad proxima.Et quando aduerſus omnia.num.*8.9. 15.16.*&* 18.
10 *Renunciatio ſapit donationem.*
11 *Donatio non præſumitur.*
12 *Et quando.*
13 *Renunciatio quando præſumatur. Et num.*14.

17 *Sta-*

17 *Statutum viri, an vxoris ſit attendendum in lucro dotis.*

19 *Contractus verba ſunt interpretanda contra eum, qui eis nititur.*

20 *Iuſtior ſenſus eſt accipiendus.*

21 *Clauſulæ notariorum ſolitæ apponi parum ſunt in conſideratione.*

RESOLVTIO XXIII.

EX pluribus reſolutum fuit, Dominos de Caliſtis fore, & eſſe abſoluendos à petitis per D. Liuiam, & Simonem filium.

Primò, quia, ſi ipſi vigore ſtipulationis, & promiſſionis factæ ex propria perſona prætendunt admitti ad prætenſam partem dotis, malè egerunt,
1 cum in caſu dotis reſtituendæ † non ipſis fuerit ſtipulatum dotem reſtitui, ſed Iuſtinæ, & eius filiis, & hæredibus, ac quibus de iure. l.1. §.accedit. C. de rei vxor. act. Doctor. in l.Caius. ff.ſolut. matr. vnde tanquàm agentes ſine actione ſunt excludendi, iuxta notata in l.ſi pupilli. §.videamus. ff. de neg. geſt.& in l.ſi Titius. ff.de verb. oblig. Si verò dicerent, id petiiſſe tanquàm
2 hæredes dictæ Iuſtinæ: adhuc † non poſſent obtinere, ex quo non probarunt ſe tales. Bar.in l.nō ignorat.C.qui accuſ.non poſſ.Rol.conſil.10. num.22. & cōſ.32.n.12.volum.3.Surd.deciſ.104. nu.1.Franc.Becc.conſ.75.nu.6.Turret. conſ.16.nu.1.& conſ.67.nu.7.vol.1.

Et dum diceretur, ſatis probatum fuiſſe, ipſos eſſe hæredes, ex quo agunt,
3 & hæreditatis † aditio conſiſtit in ſolo animo adeuntis. §.fin. Inſtit.de hæred. qualit.& differ.l.gerit.ff.de acq.hęred. Pariſ.conſil.19.nu.102.volum.2. Non. conſ.27.num.2.Surd.deciſ.303. numero 11.

Fuit reſponſum, quòd licèt † ſolus 4
animus ſufficiens ſit ad adeundam hæreditatem, tamen id verum eſt, quando talis animus ſit declaratus factis, aut verbis. l.pro hærede. ff. de acquir. hæred. Doct.in d.l.gerit. de qua declaratione non conſtitit hic, imò potius de contrario animo, vnde omninò ceſſat aditio. Bartol.in d.l.gerit.numero 20. Menoch. de præſumpt. libro 4. pręſ.99.num.6.

Secundò, quia ſuppoſito, quòd ſtatutum † Bodienſe, donec non fuerit cō- 5
firmatum, eſſet ipſo iure nullum. Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & diſponitur in lib.2. Conſtitut. Prouinciæ Marchiæ.cap.36. Et quòd confirmatio actus nulli non trahatur retro, ſed faciat actum valere, vt ex nūc. Curt.iun.in l.more.nu.30. ff.de iuriſd. omn.iud.Aret.conſ.128. Cæphal. conf. 194.num.8.volum.1. Et quod tempore delati lucri dotalis dictum ſtatutum non erat confirmatum, illud non debet obeſſe dictis de Caliſtis, cum quod
† nullum eſt, nullum præſtet impedi- 6
mentum, c.quod nullum.de reg.iur. in 6.cum vulg.

Tertiò, quia illa verba [ſecundùm formam iuris, & ſtatutorum Bodienſium,] non ſunt appoſita reſtitutioni dotis, ſed perſonis, quibus reſtitutio
fieri debet, cum † relatio debeat fieri 7
ad proxima.l.ſi idem.§.fin.ff.de iuriſd. omn. iud. l. talis ſcriptura. ff.de leg.1. gloſ.in l.fin.ff.de leg.præſt. Abb. conſilio 88. colum. 2. volumine ſecundo. Crauet. conſilio 147. columna ſecunda.

Et dum ex aduerſo diceretur, quòd,
† quando vnica oratione plura per co- 8
pulam coniunguntur, qualitas vnius extremi ad omnia copulata referatur. Bartol. in l. in repetendis, columna 2. ff. de leg. 3. in l. Seiæ. §.

Caio.ff.de fund.inſtruct.in l.doli. ff.de ſer.cor.in l.cui.§.erit. ff. vi bon.rapt. Rip. in cap.ex parte. num. 46. de reſcript. Signor. conſil. 69.num.17.

9 Fuit replicatum, id † non procedere, vbi aliqua ratio aſſignari poteſt, quare ad omnia præcedentia referri non debeat. Dec.in cap.ſecundò requiris. colum.2.de appell. Pariſ. conſ.53. col.fin volum 2. Crauet conſil.149.numero 8. conſil 155. num.10. & conſ.316. num. 14. ſed hic aderant multæ rationes, quę ſuadebant relationem faciendam eſſe ad perſonas.

10 Primáque allegabatur, Nam † remittere lucrum, & ius ſuum ſapit donationem. Dec.conſ.402. interpretatio autem eſt ſemper facienda, vt donatio excludatur. l.cũ de indebito. ff.de probat. Tiraquell. in l.ſi vnquàm. in ver. donatione. num.168 cum ſeq.C.de re-

11 uoc. don. & vbicumque † ſumi poteſt alia coniectura quàm donationis, nunquàm præſumitur donatio. Crau.conſ. 77.num.14.conſ.142.num.26.& conſ. 149.nu.9. Vnde Andr. de Iſern.in c.1. qui ſucceſſ.ten.colum.3. ait, eum, cum quo contractus factus eſt, probare debere, fuiſſe de donatione cogitatum,

12 quia † potius præſumitur fatuitas, quàm donatio.

13 Secunda erat ratio, Nam † in dubio quis non præſumitur renunciaſſe iuri ſuo. Cęphal.conſil.286.numero 29. vo-

14 lum.2. ſicque † vbi poteſt capi alia pręſumptio, & coniectura, nunquam præſumi debet renunciatio. Bald.in l.Labeo.§.ſed etiam ff.de pact. Tiraq.in d. l.ſi vnquàm.in præfat.nume 129. Dec. conſil.374.col.2.verſic & hoc idem, & in terminis conſ.402.

15 Tertia erat, quia clauſula † poſita in fine orationis. in dubio non refertur ad capitulum, ad quod ſi fieret relatio, induceretur iuris cõmunis correctio. Bartol. in l.talis ſcriptura. ff. de leg 1. Gabr. conſil.22.numer.12.volum.1.quæ concluſio procedit, etiamſi

† clauſula in fine poſita expreſsè refe- 16
rat ſe ad præcedentia. Aret.in l.3.§. filius, in fine. ff. de lib.& poſthum.&, ſi fieret relatio ad remiſſionem lucri dotis, induceretur iuris communis correctio, cum de iure communi in tali lu-

cro † ſit attendendum ſtatutum viri, 17
non autem vxoris ſecundùm Doctor. in l.exigere. ff. de iur. dot. & dictum fuit in hoc 2. lib. Reſol.1. numero ſecundo.

Quarta erat ratio, quia aliàs implica-

retur contradictio, & relatio † nun- 18
quàm fieri debet ad illa, ex quibus induceretur contrarietas. gloſ. in d.l.ſi idem. Bald.conſilio 357.volum.4.Alex. conſ 48 colum.4. volum.2.

Quinta erat, quia verba † contra- 19
ctus, & pacti ſunt ſemper contra eum, qui eis nititur, interpretanda, & ſunt ita reſtringenda vt minus obligent. l. qui cum.§.fin. ff. de tranſact. l.veteribus.ff.de pact. Ang.conſil.67.

Sexta, & vltima erat ratio, quia ex

multis ſenſibus ſcripturæ intellectus † 20
iuſtior ſemper eſt accipiendus. Bald. conſ 208.col.1.vol.3.

Quarto principaliter allegabatur, quòd dicta clauſula ex ſtylo notariorum indiſtinctè ſoleat apponi, ſed clau-

ſulæ ſolitę apponi non ſolent eſſe † vt 21
plurimùm in conſideratione, cum ſepiſſimè apponantur magis ex conſuetudine, quàm quòd ita partes conuenerint. Tiraquell. in d. l. ſi vnquàm. in præfat. numero centeſimouigeſiſimoſexto.

ARGVMENTVM.

Minor quando valeat ſe obli-

gare

gare ex cauſa contractus abſque ſolemnibus.

SVMMARIVM.

1 *Minor an poßit ſe obligare pro dote.*
2 *Et quando. Et num.5.6.7.10.11.12. & 13.*
3 *Verba vniuerſalia quando recipiant reſtrictionem. Et num.4.*
8 *Minor poteſt ſe obligare pro debito neceſſario. Et num.14.*
9 *Statutum excludit filiam à ſucceſſione, dummodo ſit dotata.*
15 *Iuramentum repræſentat minorem maiorem.*
16 *Abſolutio à iuramento quid operetur.*
17 *Ius tertio quæſitum non debet tolli.*
18 *Iuramentum nutritiuum peccati non eſt ſeruandum.*
19 *Minor an poſſit conuenire ratione læſionis enormißimæ.*
20 *Abſolutio à iuramento non eſt petenda, ſtante enormißima læſione.*
21 *Minor an ſit audiendus, niſi prius accepta reſtituat. Et numero 22. & 23.*
24 *Minor quando poßit ſe obligare ſine ſolemnibus.*

RESOLVTIO XXIV.

QVIDAM Iulianus minor, qui ſuſceperat pecuniam ad cenſum pro ſoluenda dote ſuæ ſororis egit pro reſciſſione contractus cenſualis ex capite minoris ætatis. Fuit diutius diſcuſſum, An eſſet audiendus.

Et per partem aduerſam dicebatur, dictum Iulianum non eſſe audiendum.

1 Primò, quia verior eſt opinio, minorem † poſſe obligari pro dote abſque aliqua ſolemnitate requiſita per ſtatutum, vel Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ. Cyn. in l.fin. C.de leg.tút. Bal.in l.1.num.3.C.de priu.dot. Cagn. in rub.C.de pact. n.31. Neguſ.de pign. par.8.memb.1.num.23. Tiraq.de retr. lign.§ 1.gl.14.nu.91. Put. deciſio.161. p.3.Caputaq.deciſio.199.par.3. Ruin. conſil.194.num.4.lib.1.Soc.iun. conſ. 8.num.23 lib.2. Rol.de lucro dotis.qu. 44.num.5 & qu.105.in fine, Gabr. de leg.& conſt.concluſ.1.num.10. Lamb. de contr.gl.21. verſicul. occaſione dotis. Caualc. de tut. & cur.numero 157. Bal.Nouell.de priuil.dot.priu.43.parte 6.

Cæterùm reſpondebatur. Primò, ſupradictam opinionem † veram eſſe, 2
quando ſtatutum, vel Conſtitutio loqueretur ſimpliciter, ac etiam per verba generalia, non autem per vniuerſalia, prout loquitur Conſtitutio præfata, in qua ob verborum vniuerſalitatem comprehenditur cauſa dotis, vt in puncto firmauit Gabr. conſ.20. nu.18. lib.2.

Et huic reſponſioni licèt quidam Aduocatus practicus replicaret, verba etiã
† vniuerſalia legis recipere reſtrictio- 3
nem, vt in terminis dicit Ruin. conſil. 195.n.2.lib.2. Becc. conſ.32.num.20.& conſ.94.n.32.

Nihilominus fuit dictum, hic † nul- 4
lam extare cauſam, ob quam eſſet facienda reſtrictio. Becc. d.conſ.31.num. 20.Preterea non eſt facienda reſtrictio vbi induceretur iniquitas, vel abſurditas ſtatuti. Crau.conſ.3.num.6. & conſ. 718.num.4.Gozad.conſ.26.n.42.

Secundò reſpondebatur, ſtatutum † 5
generaliter loquens habere locum etiã in cauſa dotis, ſi in illa materia non ſit ſpecialiter priuilegiata. Cagn. in l. 1. num.16 ff.de reg.iur.latè Gabr.de leg. & conſtit.d.concl.1.num.11. Sed, quicquid ſit in mulieris, & minoris cauſa,

non reperitur expreſsè priuilegiata
6 cauſa dotis,imò,quòd † de iure cõmu-
ni minor non poſſit obligari pro dote
non interuenientibus ſolemnitatibus,
extant plura iura,& auctoritates nem-
pè,l lex,quæ C.de adm.tut.l.1.l.3.& l.
magis puto.§.ne paſſim ff.de reb.cor.
Gabr.d.conſ.20. Rol.de lucro dot. q.
45.n.2.Caualc.de tut.& cur. num.157.
Dec.conſ.302.Lamb.de contractibus.
gl.21.vniuerſ.occaſione dotis. Et dum
dictus Aduocatus iterũ obiiceret, mi-
7 norem † poſſe ſine ſolemnibus obligari pro dote,per tex. in l.promittendo.
ff.de iure dot.ibi,conditionis,&c.

Fuit replicatum,illud verbum,cõditionis,&c. non referri ad ætatem, ſed
ad alias qualitates, nempè ſiue ſit laicus ſiue clericus,ſiue in poteſtate,ſiue
ſui iuris, prout declarat gl. in d.l.promittendo.

8 Secũdò principaliter dicebatur,quòd
minor † valeat ſe obligare pro debito
neceſſario abſque ſolemnitatibus ſtatuti.Crau conſ.213.nu.4. Caputaq.deciſ.199.p.3.Gabr.d.conſ.20.nu.13.cum
ſeq Sed dictus minor ſuſcepit pecuniã
ad cenſum pro perſoluenda dote ſuæ
ſororis & ſic pro cauſa neceſſaria,cum
eius ſoror aliàs ſuccederet in bonis pa-
9 ternis & maternis:nam † ſtatutum excludit eam,dummodo dotatam. Bald.
in l.1. numero tertio. Cod. de priu.
dot.

10 Sed reſpondebatur. Primò, quòd †
debuerat formiter probari per partẽ,
pecuniam ſuſceptam ad cẽſum per dictum minorem fuiſſe incontinẽti, vel
paulò poſt ſolutam pro dote dictæ ſuæ
ſororis. d.l.lex quæ. C. de admin.tut.
Quinimò neque de hoc verbis aſſertiuis Notarij in eodem inſtrumento
eſſet credendum. facit, quod dicitur
11 † de benemeritis aſſertis in donatione
per DD.in l.ſi vnquam.C.de reuocan
d s donat.Clar.in §.donat. quæſtion.
octaua.

Huic tamen reſponſioni replicatum
fuit,quòd,cum † debitum præcederet, 12
& poſtea reperiatur ſolutum,præſumitur de dictis pecuniis facta ſolutio.Anchar.conſ.55.Alex.conſ.139.col. fi.lib.
6.Crau.conſ 237.nu.2.Turret.conſ.8.
num.22.vol.1.Surd.deciſ.55.nu.9. vbi
declarat,id † verum eſſe,quando ſolu- 13
tio fieret incontinenti.

Reſpondebatur ſecundò, hic † non 14
conſtitiſſe de cauſa neceſſaria,iuxta dicta per Gabr.in d.conſ.20.nu.46.cum
ſeq.

Tertiò proponebatur,d.Iulianum in
dicto inſtrumento iuraſſe ſolemniter,
ſe omnia contenta in inſtrumẽto ſeruaturum,ſed iuramentum † repræſen- 15
tat minorem maiorem.Crau.conſi.7.
nu.4,& conſ.102.Pariſ.conſ.97.nu.1.
vol.1.Alex.conſ.59.nu.3.vol.1. Rolan.
conſ.59.nu.5.& 59.vol.1.Caual.de tut.
& cur.num.168.

Et licèt fuerit conceſſa abſolutio à 16
iuramentis, tamen † illa excludit periurium, non autem tollit vires iuramenti.Crau.conſ.7.num.7. Caualc.d.
tract.num.169.Et ratio eſt,quia non † 17
debet tolli ius tertio quæſitum. Crau.
d.conſ.7.n.8.cum ſeq.Tur. conſ.40.
num.10.volum.1.Becc.conſ.63.numero 1.

Sed reſponſum fuit. Primò, tale iuramentum non eſſe attendendum: Tũ
quia Conſtitutio Prouinciæ Marchiæ
annullat etiam iuramentum: Tũ quia
tale † iuramentum eſt nutritiuũ pec- 18
cati.Caualc.d.tract.nu.168.Gram.deciſ.12.num,12.cum ſeq Tum quia eadẽ
facilitate,qua minor inducitur ad cõtrahendum , inducitur ad iurandum.
Roſ.in d.conſilio 59.numero decimo-
nono.

Secundò fuit reſponſum,dictũ Iulia-
num

num iuraſſe, ſe non contrauenturum ratione minoris ætatis, non autem læſionis enormiſſimæ, quæ prætendebatur in præſenti caſu. Crau. d. conſ. 7.nu.4.cum ſeq. Rol.d.conſ.59.n. 25.

20 Qua enormiſſima † læſione attenta, non erat de neceſſitate petenda abſolutio à iuramentis.Rol.d.conſ.59.nu. 27. Soc.iun.conſ.48 nu. 29. lib.1. ſed ſolum ad bene eſſe. Caual. deciſ.9.n. 42.p.1.Gab.de arb.concl.3. nu. 48. & de iure dot.concl.1.nu.12. Non. conſ. 57.nu.24.

Quartò adducebatur, quod minor

21 † non eſt audiendus, niſi prius accepta reſtituat.l.quod, ſi minor.§.reſtitutio.l.intra vtile.ff. de min.l.cum te. C.de pact. inter empt. l.2. C. de reſcind. vend.c.cum olim de cenſ.c.1.de reſt.in integ.Abb.cõſ.42. in fine lib. 1.Crau.conſ.7.nu.14 Corn. conſ. 138. vol.2.Rol.d.conſ. 59.nu.7. Gram.deciſ.66.nu.22.Caual.d. tract.nu.150.

Cæterũ fuit reſpõſum.Primò,in ca-

22 ſu præſenti † ſufficere verbalẽ oblationem,ſecundum Gabr.conſ.36.col. pen.lib.1.cum inſtetur pro declaratione nullitatis contractus, qui eſt ipſo iure nullus l.in cauſæ. §. interdum,& §.Pomponi⁹.ff. de min.Caual. d. trac. num.162.

23 Secũdò, tunc † eſſet per minorem faciendam reſtitutionem acceptorũ,ſi fuiſſet prius probatum per partẽ, pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem dicti minoris.d.l.lex, quæ l.1. C. ſi adu. cred. & ibi Doct.Rol.d. conſ. 59. nu. 35. Gabr.d.conſ.36 Maſcard. de prob. concl.1162.num. 2.cum ſeq.vol 3.

24 Quintò allegabatur, quod † dicta bona fuerint per dictũ minorem aliàs obligata cum ſolennitatibus requiſitis per dictã Conſtitutionẽ, vnde potuerũt de nouo obligari ſine dictis ſolẽnitatib⁹ Caſt.cõſ.183.n.6.vol.1.Rui. conſ.61.vol.2. Caual.d.trac.num.161.

Cæterum reſponſum fuit,dictã cõcluſionem procedere in alienatione, non autem in obligatione. Et ratio diuerſitatis extat, nam per alienationẽ remouetur dominium à manibus minoris,ſed non per obligationẽ.&c.

Quamobrem his ſtantibus fuit reſolutum ad fauorem dicti Iuliani,qui rectè egit officio iudicis, vt declararetur contractus nullus ob non ſeruatas ſolemnitates, ſecundum Caſtr. conſ. 105.nu.2.vol.1. Caualc.d. tract. nume.150.& Bocc. in c.vt minorum. gl.10. num.34.

ARGVMENTVM.

Procurator vigore mãdati poteſt obligare mandãtem principaliter,& inſolidum.

SVMMARIVM.

1. *Procurator quæ poſſit facere vigore mandati.*
2. *Clauſula, vti principalis, ſolet apponi hodie in mandatis ad promittendum.*
3. *Mandati fines quando quis dicatur excedere.*
4. *Iuramentum an operetur obligationem vti principalem.*
5. *Fideiuſſor ſimplex, & obligatus vti principalis an differant. Et num. 6.& 7.*
8. *Expromiſſor quis dicatur.*
9. *Ratificaſſe cenſetur dominus ſciens, & non contradicens.*
10. *Clauſulæ generales in mãdato quid operentur.*
11. *Specificatum dicitur, quod virtualiter eſt.*
12. *Leg. diligenter.ff.mand.declaratio.*

13 *Vtile per inutile quando vnietur. Et num.14. & 15.*

RESOLVTIO XXV.

FVIT dubitatũ de duobus in vna fideiuſſoria.

Primò, ſtante mandato facto per Dominum N. de Franciolinis in perſona Hieronymi Bencarij, tenoris, & continentiæ prout in eo, An dictus N. potuerit obligari vti principalis, & inſolidum.

Secundò, An dicta obligatio facta per d. Hieronymum vigore dicti mãdati ſuſtineri poſſit ſaltem vti fideiuſſoria.

In primo dubio fui voti, potuiſſe obligare vti principalem, & inſolidum, ex pluribus.

1 Primò, quia procurator † poteſt ea omnia facere, quæ de conſuetudine in mandatis interuenire ſolent. l. Titianus. ff. quod cum eo, &c. Bal. in rubr. C. de exercit. act. num. 26. Curt. iun. in l. diligenter. nu. 10. ff. mand. Pariſ. conſ. 156. nu. 12. vol. 4. Duen. reg. 335. lim. 18. Gabr. de conſuetudine. concl. 1. nu. 21. & 25. lib. 6. Rom. conſ. 114. n. 4. Rot. Gen. deciſ. 174. nu. 14.

Quæ concluſio ſine difficultate tranſiret, ſi in mandato fuiſſe appoſita clauſula; illa, nempè; cum clauſulis ſolitis, & conſuetis, &c.; ſed de conſue-

2 tudine in mandatis † ad promittendũ apponi hodie ſolet illa clauſula; vti principalis, &c.; prout exhibebatur fides, & teſtatur Sfort. Odd. conſ. 41. nu. 47.

3 Secundò, quia non † dicitur excedere fines mandati, qui facit id, quod eſt vicinum, & contiguum mandato. l. fin §. fin. ff. mand. Bald. in d. rub. C. de exercitoria actione. nu. 26. Fel. in c. cum dilecta. nu. 67. de reſcr. & in c. cũ olim. nu. 10. de off. deleg. Pariſ. conſ. 61. num. 28. vol. 3. Sed dicta clauſula; vti principalis; virtualiter inerat mãdato. Tum ratione iuramenti interpoſiti, † quod operatur, promiſſionem (quæ non poteſt obligare aliquẽ vti fideiuſſorem) obligare illum vti principalem. Bart. in l. ſi quis pro eo. num. 1. ff. de fideiuſ. Alex. conſ. 29. n. 39. vol. 7. Corn. conſ. 214. nu. 11. vol. 2. 4

Tum quia nulla eſt differentia inter fideiuſſorem ſimplicem, & fideiuſſorẽ obligatum vti principalem. Non † in nomine, cum ambo dicantur fideiuſſores. l. ſi paternam, & ibi Bart. C. ad Vellei. glo. & DD. in l. in perſona. §. qui pecunia. ff. de pactis. Sfort. Odd. conſ. 41. nu. 44. 47. & 53. Put. deciſ. 512. nu. 3. p. 2. Neque † in re, quia ſicut quando fideiuſſor obligatur vti principalis non requiritur excuſſio. Alex. d. conſ. 29 nu. 36. ita etiam quando eſt ſimpliciter fideiuſſor non requiritur ſimiliter excuſſio ob vim iuramenti. Ludou. deciſ. 57. nu. 4. Duen. reg. 335. lim. 20. Natt. conſ. 426. nu. 22. Gabr. de fideiuſ. concl. 1. n. 46. Item ſicut fideiuſſor † vti principalis obligatus tenetur, licèt principalis obligatio nõ teneat, ita etiam fideiuſſor ſimplex. Pariſ. conſ. 116. nu. 13. vol. 3 Corn. conſ. 214. num. ij. vol. 2. & conſ. 249. num. 5. vol. 3. Sfor. Od. d. conſ. 41. nu. 7. 5 6 7

Tertiò, etenim in dicto mandato aderat clauſula; ad faciendum promiſſorem, &c; quæ in effectu idem importat ad obligandum, quod clauſula; vti principalis, &c, cum † expromiſſor dicatur, qui accedit vti principalis. Corn. in d. conſ. 214. num. ij. Pariſ. conſ. 100. nu. 13 vol. 1. 8

Quartò, quia dominus † ſciens procurato- 9

curatorem ſuum exceſſiſſe fines mandati, & non contradicens, cenſetur ratificaſſe.gl. in c cũ olim. & ibi Fel. nu.6. de off.deleg. Alex.in l.ſæpè nu. 94.ff.de re iud.Curt.iun.in l diligenter nu.7. ff.mand.Ruin.conſ.101. nu. 14.vol 1. Maſcar.de prob concl.1004. num.22.& 38. vol.2. vbi maximè procedere dicit, quando continetur clauſula,cum libera, &c; & concl.1255.nu. 23.vol.3.

10 Accedit † concurſus aliarum clauſularum generalium in dicto mandato,nempè; & faciendi omnia ad fauorem, &c. obligandi, & accedendi, &c; quæ comprehendunt caſus non comprehenſos ſub præcedentibus. l. ſtipulationes.§. doli. & l. doli. ff. de verb.oblig.Corn.conſ.142.nu.12.vol 2.Neq; dictæ clauſulæ reſtringuuntur ad ſpecificata quoad modum & formã obligandi; Tum quia aliàs eſſent fruſtratoriæ Corn.in d.conſ. 142.nu.12. Tum quia iſte modus obligandi po-

11 teſt † dici ſpecificatus in dicto mandato,ex quo virtualiter ineſt de conſuetudine. Ludou.d. deciſ. 117.nu. 30. Neque ſupradictæ reſolutioni aduerſatur textus in l.diligenter.ff.mandati.

Primò,quia,cum cenſeatur de conſuetudine appoſita in mandato dicta clauſula; vti principalis, &c. dicitur forma mandati ſeruata.

12 Secundò,nam † diſpoſitio dictæ legis procedit,quando procurator fecit omninò aliud. Alex in l. ſi quis mihi § ſi coram.nu.3.ff.de acq.hæred.Curt. iun.in d.l. diligenter.nu. 2. Sed dicta obligatio vti principalis, &c. non eſt omninò aliud, imò continetur in eadem ſpecie Sfort.Od.d.conſ.41.num. 44. cum ſeq.

In ſecundo fuit reſolutum affirmatiuè, per tex.in d.l.diligenter, & l. ſi mandauero tibi.ff.mandati.

Cui reſolutioni non obſtare dictũ fuit l. Græcè.§ illud.ff.de fideiuſ.vbi † vtile per inutile non vitiatur. 13

Tum quia hic non datur inutile.

Tum quia diſpoſitio.d.§.illud.non † procedit in obligatione, in qua acceſſit iuramentum, nam illud habet vim clauſulæ, omni meliori modo, &c. Ludou.deciſ.57.nu.4. Natt.conſ. 262. num.14 & conſ.453. Alex.conſ. 112. num.1.vol.3. 14

Demùm quia, in d. §. illud. vtile † per inutile vitiatur ob diuerſitatem in quantitate, quæ eſt de forma fideiuſſionis Bart in l.hi qui. nu. 8. & 15. ff. de fideiuſ. ſed ſecus ſi eſt diuerſitas in qualitate obligationis, puta ſi obligaretur efficacius, prout hic. l. Marcellus.ff. de fideiuſſ. Bart.in terminis in d.l.hi qui.num.4. & 11. 15

ARGVMENTVM.

Aſſecurator quando teneatur ex caſu fortuito.

SVMMARIVM.

1 *Factum Principis dicitur caſus fortuitus. Et nu.9. Et quando excuſet. num.13.*

2 *Mercator quando teneatur de caſu fortuito. Et num.3.4. 5.6.7.8. 11.12. 16.17.& 18.*

10 *In contractibus attenditur mens contrahentium.*

14 *Promiſſio de veniendo intelligitur facta de primo aduentu.*

15 *Diuerſitas actus quando dicatur.*

RESOLVTIO XXVI.

PROPOSITA facti ſpecie diligenter perpenſa, & non leui ſtudio conſideratis ver-

bis aſſecurationis factæ, prima facie videbatur reſoluendum, prælatos Mercatores teneri & obligatos eſſe iuxta promiſſa propter naufragium nauis ſecutum. Quia dato, quòd ex facto S. D. N. videatur naufragium factum, cum eius prohibitione nauis portum Anconę ingredi minimè potuerit, ad quē
1 iam peruenerat, & quòd factum † Principis dicatur caſus fortuitus, ſecundùm Crauet. conſilio nonageſimoquinto in princ.

Nihilominus cum ex inſtrumento conſtet, quòd ipſi Mercatores voluerint teneri etiam de caſibus fortuitis, & conuentiones, per quas quis aſſumit euentus fortuitos, valent, & tenent, iuxta notata per Doct. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. & in c. 1. extra. commod. videtur clariſſimè conſtare, ipſos teneri.

Et licèt caſus iſte ex facto Principis proueniens non ſit in dicta obligatione
2 expreſſus, nihilominus, cum † ipſi ſuſceperint in ſe pericula, & caſus fortuitos aliquibus ſpecificatis, cum clauſula, & quoſcunque alios: videtur, eos teneri non ſolùm de expreſſis, ſed etiam de aliis non expreſſis, ac etiam de inſolitis, & non cogitatis. Alex. conſil. 97. in fin. volum. 3. Iaſ. conſ. 107. verſic. tertiò principaliter. vol. 1. Ripa in tracta. de peſte. in tit. de priuil contr. nu. 108. Veniz. conſ. 66. num. 59. Soc. ſen. conſ. 123. col. fin. volu. 4. Quod in propriis terminis aſſicurationis firmat Stracch. in tract. de aſſecurat. in glo 15 num. 13 quia ſecū lum eum, cum † tot
3 tantique caſus fortuiti ſint enumerati, adiuncta illa clauſula vniuerſali, [*& in ogn'altro caſo, che ſe interueneſſe, ò voleſſe, &c.*] videtur, quòd ſub prætextu cuiuſuis caſus inſoliti, etiam in ſuperlatiuo gradu, aſſicurator tueri nō poſſit, cum de mente conſtet, quòd cuiuſcunque generis, & cuiuſuis caſus periculum ſuſcipere voluerint, & quia ipſis videtur imputandum, quòd nimis effuſo ſermone in paratū ab ipſis periculum inciderint, iuxta notata in l. tres fratres. ff. de pact. & in l. ſub prætextu. C. de tranſact.

Cæterùm, re diligentiori ſtudio examinata, contrarium verius eſſe, fui voti, nempè, dictos Mercatores omninò liberatos eſſe, & nullo modo teneri ex naufragio ſecuto.

Ad quod principaliter facit, Nā pręſupponitur, dictam nauim ad portum Anconæ ſaluam perueniſſe, atque per plures dies, nedum horas, propè portum ſecuram permanſiſſe, etſi ingredi portum non valuerit, cum per S. D. N. prohibitum fuiſſet commercium maritimum, ſed ex tali facto † Principis 4
in dicta Ciuitate nedum valde inſolito, ſed quidem inſolitiſſimo, & omninò inaudito, æquum non eſt, dictos Mercatores aſſecuratores teneri, licèt in ſe ſuſceperint omnes caſus fortuitos: Etenim in iure vera, & communis concluſio eſt, quod licet quis † ſe obli- 5
get ad caſus fortuitos, etiam inſolitos, non tamen comprehenditur caſus valde inſolitus, & non cogitatus. l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahend. emp. Doctor. in d. l. ſed etſi quis. §. quæſitū. Bartol. in l. Scio. §. me. ia. ff. de an. leg. Rip. in tract. de peſte. in tit. de priuil. contr. n. 97. Corn. conſ. 12 lib. 4. Ang. conſ. 176. Bald. conſilio 143. volum. 3. Fulg. conſ. 193. Claud. de Seyſel. in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de ac- 6
quir. poſ. quia † de talibus non eſt veriſimile fuiſſe cogitatum, quamuis dictum ſit, quod obligatio traheretur ad incogitata Alex. conſil. 28. col. 3. vol. 1. Quo ſecundum eum procedit etiam vbi iura nentū interueniſſet, quia per hoc † obligatio caſus fortuiti inſoliti 7

non

non trahitur ad caſum valde inſolitũ. extraordinarium,& incogitatum,ſub dens,hanc eſſe communem opinionẽ. de qua communi pariter teſtatur Boſ. in tit. de remiſs. merced. & eandem ſequitur Alciat. conſ. 157. num.3. vbi aſſerit, hanc eſſe magis communem. Rol.conſ.45.vol.3.Iac. Machel. conſ. 6. Alb. conſ.1. col.2. Neuiz. conſ.91. nu.5.Menoch.conſ.27. Burſ.conſ.81. nu.11. Et hæc concluſio procedit et iam ſi dictum ſit,quod quacumque de cauſa, quæ dici , & excogitari poſſit, vel ſi quæcunque verba poſita ſint, & quæ de eorum natura continere ſoleant caſus inopinatos , & maiores expreſſis.

8 Et etiamſi † expreſſi fuiſſent aliqui caſus fortuiti,adiecta illa clauſula generali , quòd teneatur de omnibus aliis caſibus, qui imaginari poſsint. Alb.d.conſ.1.Menoch.d.conſ.27.Vnde, cum talis caſus ſit inſolitiſsimus, non debent Mercatores de eo teneri. Alex.d.conſ.28.num.9.cum ſeq.

Secundò facit, quia iſta obligatio caſuum fortuitorum nullo modo in-
9 telligi debet de † caſu fortuito eueniẽte ex facto ꝓprio ipſius Principis, vt in indiuiduo tradit Bal. conſ. 395. lib.2. vbi voluit, non poſſe quemquã ſe obligare ad talem caſum ex facto Principis prouenientem,quia talis obligatio continet peccatum , & daret materiam delinquendi , quod quis ſe obligaret contra factum Principis, & in ſpecie Baldum ſequitur Crau.conſ. 95. & conſ.233.vbi dicit, quod renunciatio generalis caſuum fortuitorum non comprehendit caſus, qui ex plenitudine poteſtatis Principis pendẽt, cum illi non ſint in hominum conſideratione, nec excogitari poſsint , & idem reſpondit Rol.d.conſ.45. col.2. Menoch.d.conſ.27.numero 29.Alex. d.conſ.28.

Tertiò principaliter ad deciſionem iſtius difficultatis fuit conſideratum,
quod in † contractibus conſideranda 10
eſt mens contrahentium , & tenendũ id,quod eſt veriſimile.l.in conuentionibus.ff.de verb.ſign.& l.ſi debitor.§. veriſimile.ff.de contrahend.empt ſed tempore aſſecurationis factæ cõmercium maritimũ in Ciuitate Anconæ erat licitũ, vnde aſſecuratio facta per 24.horas,[*ſorta che ſarà la naue ea ſaluamento nel porto d'Ancona,&c.*] intelligi debet rebus ſic ſtantibus,prout erat tẽpore aſſecurationis, & ſecundũ quod vulgi opinione, & communiter conſuetum eſt percipi,non autem cõtra vtriuſq; partis contrahentis,& totius vulgi opinionẽ: quod enim prohiberetur cõmercium,de hoc nõ poteſt dici cogitatum, quinimò probabili iudicio eſt dicẽdum totũ contrarium,cũ aſſecuratio per illas 24 horas fuerit facta, [*ſorta che ſarà la naue in porto,*] ex quibus verbis videtur eſſe inter partes cogitatum pro firmo,nauim poſſe ingredi portum.

Quartò adducitur , Nam in facto præſupponitur, prælatã nauem propè portum fæliciter aduenisse , & ibi per tres, vel quatuor dies ſaluam permãſiſſe,per quod tẽpus cõmodè potuerat portũ ingredi; Quod ſi verũ eſt, perſpicuũ eſt ſtetiſſe per eos , quominus promiſſio,& aſſecuratio facta conſumaretur, vnde poſito etiã quod promiſſio,& aſſecurationis cõtractus requireret , quod nauis ſalua remaneat in portu ad effectũ lucrandi traditam pecuniã , & ne Mercatores de cætero ꝓpter pericula obligati remaneãt,tamẽ in caſu noſtro perinde habẽdũ eſt, ac ſi nauis ingreſſa fuiſſet,ſaluaq; per-
mãſiſset,ex † quo nõ ſtetit ꝑ ipſos,quo 11
minus ingrederetur. l. in executione.

§.fi.ff. de verb.oblig.l. Labeo ſcribit. ff. de contrahend. emptione. Natt. conſ.282.num.5.

Nec obſtat,ipſos cum naui portum ingredi minimè potuiſse ex dicta prohibitione Summi Pontificis.

Quia primò dicitur, hoc etiam iuuare intentionem d. Mercatorum,
12 Nam† ſi facto tertij,vel caſu non fuerint adimpleta adimplenda,neque ipſi Mercatores teneri debēt,iuxta not. per Bart.& DD. in l.teſtamento. ff.de cond.& demonſt. & in l.1 C.de inſt. & ſubſt. Corn.conſ.323. verſ.datur & tertia.vol.1.

Secundò dicitur,quod ſicut conue-
13 niens eſt, quod tale † factum Principis excuſet partem,ita æquitas ſuadere debet, quod proſit quoque ipſis Mercatoribus, quia æqualitas inter contrahentes eſt ſeruanda. vulg. iuribus.

Et ſi dicatur,inter iſtos contrahentes diuerſam eſſe rationem,quia Mercatores ſuſceperunt in ſe periculum caſuum fortuitorum,& non pars.

Replicari poteſt,quod, quicquid ſit de aliis caſibus, de hoc, quod procedit ex facto ſuperioris inſolitiſſimo,& inueriſimili,non cenſentur ſuſcepiſſe in ſe onus,vt ſupra oſtenſum fuit.

Quintò ad fauorem mercatorum ſtringit mirificè,quandoquidem cum promiſſio aſſecurationis factæ fuerit [*in venire ſi ˈal porto d'Ancona,&c.*] & ipſa nauis venerit, videtur quod ipſi Mercatores ſint omninò liberati, etiam quod inde diſceſserit animo i-
14 terum redeundi,quia† talis promiſſio intelligi debet de primo tantùm aduentu, & non de vlteriori, pro quo facit doctrina Bart.in l.1. verſ.quartò quæro.ff.ad leg.Iul.Maieſt.vbi voluit, quod,ſi cui concedatur ſecuritas veniendi ad Ciuitatem,debet hoc intelligi de primo aduentu tantùm, & nō de ſecundo.ac vlteriori;quam doctrinam elegantem eſſe dicit Soc. iun. conſ.25. col. pen. ver. pro quo facit. vol.2. Alex.conſ. 15. vol.4. Tiraq. in l. boues.§.hoc ſermone.verſ.quadrageſimoquinto.ff. de verb.ſign.

Et ſi dicatur, rediiſse ad inſulā Medidæ cauſa purgandi merces, & ſic quòd dicatur vnum viagium,licèt aliquo interuallo celebratum.

Reſpondetur, quod cum poſt purgationem iter cæperit verſus Raguſium,& non verſus Ciuitatem Anconæ, &, vt relatum eſt,cauſa aſportandi alias res,& merces,& cum noua ſo- 15
lutione penſionis nauis, & † ſic deuenerit ad extraneos actus, & nouam conuentionem ſuper aſportatione, non poteſt dici vna, & eadem nauigatio, & vnum viagium, ſed diuerſa nauigatio. & varium viagium,vt propriè in his terminis declarat Soc. ſen. conſ 33.col 3.ver.inſuper etiam.vol.1.

Præterea ex hoc etiam negari non poteſt,quin iter fuerit mutatum, & ſi hoc eſt verum, ſumus in claris, quia eis non licuit recedere mutato itinere, vnde Mercatores nullo modo tenentur,cum etiam ipſi pro parte ipſorum non adimpleuerint.

Et ad in contrarium adducta reſpō- 16
detur, quod † tametſi factum Principis dicatur caſus fortuitus, & caſum iſtam Mercatores ſuſceperint,nihilominus,cum præter omnium mentem euenerit, nec ſimilis caſus venerit à lx.annis. & vltra, non ſimpliciter dicitur caſus fortuitus, ſed inſolitus, inauditus, & inueriſimilis, vnde non debet intelligi promiſſio de tali caſu. Alex.d conſ.28.num. 10.

Similiter ad opinionem Stracchi † 17
reſpondetur.

Primò, quòd ipſe dum loquitur de clauſu-

clauſulis, ſiue verbis illis vniuerſalibus, quemcumque caſum comprehendi etiam in ſuperlatiuo gradu, eius opinio eſt contra communem opinionem, & ideo non eſt attendenda maximè in iudicando, vt per Alex. in d.conſ.28 numer.10.

18 Secundò, quòd ipſe non † loquitur de caſu, qui euenit ex facto ſuperioris, quia quis ad talem factum ſe obligare non poteſt, nec conuentio valeret. Menoch.d.conſ.27.col fin.

ARGVMENTVM.

Legitimæ ſupplemētum an poſſit peti à filia dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina excluſæ per ſtatutum, & dotatæ an poſſint petere ſupplementum legitimæ. Et numer. 2. 8. & 10.*
3 *Legitima an poſſit in totum tolli per ſtatutum. Et num.4.& 5.*
6 *Et an poſſit diminui.*
7 *Præſumitur nolitum, quod non eſt reſeruatum.*
9 *Determinatio reſpiciens plura pariformiter determinat.*
11 *Dos quomodo conſtituenda ſit.*
12 *Expenſæ factæ cauſa ſtudij an ſint conferenda.*

RESOLVTIO XXVII.

IN vna Firmana ſucceſſionis fuit primò dubitatum, Nunquid Fidia, & Contiſſa poſſint petere ſupplementum legitimæ, ſtante ſtatuto dictæ Ciuitatis ſub rubr. 49. lib. 3. quo excluduntur fœminæ ab omni ſucceſſione, & hæreditate morientis, ſtantibus maſculis, &c.

Et fui voti, dictas † mulieres nuptas, 1
& dotatas à patre, & auo reſpectiuè non benè egiſſe ad dictum ſupplementum.

Primò, quia legitima eſt portio eius, quod quis eſt habiturus ab inteſtato. l. Papinianus. §. quando autem. ff. de inoffic. teſtam. l. parentibus. C. eod. titul. cap. Raynutius. de teſtam. Becc. conſil. 107. num. 7. Burſat. conſil. 8. numer. 10.
volum. 1. Sed cum † iſtæ fœminę ab in- 2
teſtato non ſuccedant ob dictum ſtatutum, minus poſſunt legitimā petere.

Et licèt, legitimam † parentum, Do- 3
ctores communiter ſentiant, per ſtatutum in totum tolli poſſe, vt Rol. de lucro dot. quæſt.1.nu.3. Rub. Alex. conſil. 69. nume.5. cum eis legitima debeatur iure poſitiuo. Alex. conſil. 75. num. 11. lib.1.& conſil.3.numer.8.lib.7. Rip. de legibus reſp.7.lib.1. Turret. conſilio 5. nu.25. volum.1. non autem legitimam filiorum.

Nihilominus verior, & communior
opinio eſt, quòd † ſtatutum legitimam 4
etiam filiorum tollere poſſit, prout de communi teſtatur Corn. conſilio 210. col. fin. & conſil. 150. col. fin. volumin.1. conſil. 150. colum.2. volum.2. & conſil. 115. colum. fin. in fine. volum.3. Dec. conſ.19.& conſ.105. in fine. Pariſ. conſ. 93. num.12. & conſ.94. numer.23. vol 3. Soc. iun. conſil.25. colum.2. volum.2. & conſil. 62. colum. pen. volum.3. Crau. conſ.236. num.2. Alber. Brun. in tract. quòd ſtant. maſc. art.9. quæſt.1. Soc. ſen. conſ.288. volum.2. Alex. conſ.3. vol.7. Gozad. conſ. 43. num. 24. Non. conſil. 13. nu.7.& conſil.18. colum. pen. Ceph. conſil.145. vol.1. Gab. de legit. concl.1. nu.18. Ludou. deciſ.21. nu 51. Surd. deciſ.30. nume.26. Menoch. de præſumpt.

lib.4.præſ.33.num.4. Et hoc omninò indubitanter tenendum eſt tam in cõſulendo, quàm in iudicando, quando concurrit rationabilis cauſa, ſecundùm Dec.d.conſ.19. col.pen. & latè in addit.ad Alciat.in tract.de præſumpt.regul.1.præſump.8.dictum autem ſtatutum eſt factum ad conſeruandam familiam,&agnationem,vt in procemio exprimitur, qui fauor agnationis eſt cauſa rationabilis tollendi legitimam. Curt.iun.conſilio 10. columna tertia, in fine.

5 Secundò,quia in caſu † iſto legitima non tollitur in totum,cum non excludatur filia niſi dotata, & ſi non eſt dotata,mandet ſtatutum eam dotari,Vnde cum ſtatutum præſeruet eidem dotem,legitima dicitur diminui,non autem tolli, quia illa dos ſuccedit loco legitimæ.Io.de Amic.conſil. 30.num. 1.Soc.ſen.conſ.25.numer.22.volum.1. Dec.conſ.106.Soc.iun.conſ.79. num. 45.libro 3.Burſ.conſ.264.num.9.libro 3.Bece.conſ.112.num.9. Turret.conſ. 30.num.8.& conſ.92. num.50. volum. 1.Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo.ſuſceperit liberos.numero 112. C.de reuoc. donat.

6 Legitimam † autem per ſtatutum poſſe diminui, omnes Doctor.conueniunt.Corn.In conſ.115.colum.2.volu. 3.qui loquitur in puncto,& conſ.123. colum.fin.eodem volum.Crauet.dict. conſ.236.in prin.Ruin. conſ.27.num. 4.volum.3.Soc.ſen.conſ.30. nu.1. volum.1.Gabr.de legit.concluſ.1.numer. 18.Non.conſilio 13. numero ſeptimo. Turret.conſ.5. num. 20. & conſilio 31. num.33.volum.1.Surd.deciſ.30.numero 26.

Tertiò,hoc idem ſuadebatur in præſenti caſu, ponderando dictum ſtatutum in verbis ſequentibus, per quæ reſeruat legitimam quoad ſucceſſionem matris in certo caſu, ipſis fœminis excluſis, vnde apertè colligebatur, quòd in aliis caſibus noluerit ſtatutum legitimam reſeruare,quia ſi voluiſſet, vtique reſeruaſſet,&cum † non reſeruauerit præſumitur noluiſſe in aliis 7
caſibus reſeruare.c.2.de tranſl.epiſ.Alexan.conſil.29.column.2. & conſil.31. colum.1.volum.1.Crauet. conſilio 62. colum pen.

Et præſertim quia † ſtatutum excludit ab omni ſucceſſione,& per conſequens omnia excludit. l.ſi is, qui ducenta.§. vtrum.ff.de reb.dub. 8

Quartò arguebatur ex eodem ſtatuto,dum per illud excluduntur fœminæ non ſolùm à ſucceſſione patris,verùm etiam fratris,& aliorum agnatorum,& conſanguineorum:Cæterùm circa hæreditatem fraternam, & aliorum non tractatur de ſupplemento legitimæ, ergo idem erit circa hæreditatem patris,& aui, cum vna † determinatio 9
reſpiciens plura determinabilia pariformiter determinet, vulg. l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.quo argumento in ſimili ſtatuto vſus eſt. Curt.iun.cõſilio decimo,column.2. verſicul.comprobo,&c.

Quintò adducebatur,hanc † opinionem tenuiſſe Ruin.conſil.56: & conſilio 12.num.34.volum.3.Dec.conſ.303. num.9.Surd.conſ.48.num.1.& conſil. 45.num.5.& 30.Non.conſ.8.numer.5. conſilio decimoſeptimo, numer.quarto,& conſilio 44.numero nono.Becc. conſilio 103. numero vigeſimoſecundo, & conſilio 112. numero ſeptimo. Crau.conſilio 11.numero 15. & conſil. 219.num.4.Turret.d.conſ.5. nume.11. Cæphal.conſ.95.num.3.volum.1.Gab. de legitima,d. conclu.1.numero 24.& concl.8.num.18.Ludou.deciſ.21.num. 41.Socin.ſen.conſ.30.numero quinto, volum.1. 10

In ſecundo dubio, quod erat, Quanta deberet eſſe dos.

11 Fuit † reſolutum, quòd cum ſtatutum diſponat, debere fœminas dotari ad declarationem Poteſtatis, & Priorum loci competenter, attenta qualitate perſonarum, dignitate domus, atque facultatibus, arbitrium iſtorum verſari debeat circa qualitates ſupradictas, & morem Patriæ, nulla habita conſideratione, & commenſuratione ad legitimam: Nam quando cum minori dote iſta mulier excluſa à ſtatuto non inueniret maritum condecentem qualitati ſuæ, tali caſu dos debet conſtitui vſque ad legitimam, & etiam vltra legitimam, ſi verò cum minori dote, quàm eſſet legitima, poſſet habere maritum condecentem qualitati ſuæ, tunc dos eſſet conſtituenda, ita vt ſit bene, & condecenter nupta. l. ſi filiæ. ff. de leg. 3. l. quæro. ff. de iure dotium. & tradunt Dec. conſilio 26. Bald nouel. in tractat. de dote par. 6. priuil. 17. verſ. & prædicta. Ruin. conſilio 27. numero 13. & conſilio 40. column. 2. volum. 3. Crauet. conſil. 11. numero decimoquinto. Menoch. de arb. iud. libr. 2. cent. 2. caſ. 149.

Quoad tertium dubium, quod erat
12 ſuper † expenſis cauſa ſtudij factis per Iulium filium, quicquid aliter dixerint Bart. in l. 1. §. caſtrenſe. ff. de coll. bon. Alexan. & Dec. in l. ſi donatione. C. de collat. & Ripa in l. in quartam. ff. ad l. Falcid.

Fuit reſolutum, dictum filium teneri conferre aliis fratribus dictas expenſas, ſiue quæratur de expenſa ſtudij adhuc extante, puta de libris, ſiue de conſumpta.

Et fundamentum erat, quia conſtabat, tam ex teſtamento patris, quàm per teſtes, quòd non intendit pater illas donare dicto Iulio, ſed quòd alij filij tantundem haberent.

ARGVMENTVM.

Legitimatus an poſſit petere legitimæ ſupplementum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filio legitimato. Et quando. num. 6. 7. & 10.*

2 *Supplementum legitima quando poßit peti à legitimato. Et num. 3. & 8.*

4 *Supplementum legitima an petatur contra voluntatem teſtatoris. Et num. 9.*

5 *Legitimatus cum clauſula, ſine praiudicio, &c. dicitur diſpenſatus.*

RESOLVTIO XXVIII.

CVm fuiſſet legitimatus Antonius à Franciſco eius patre cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, &c. & certum quid relictum à patre in teſtamento, quod non aſcendebat ad integram legitimæ quantitatem, fuit dubitatum, An dictus Antonius poſſet petere ſupplementum legitimæ.

Et fui voti affirmatiui, quia legitima † debetur filio legitimato, ſicut legitimo. glo. in auth. ſi qua mulier. & ibi Salic. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alex. conſil. 139. col. 1. vol. 1. Fabian. in auth. nouiſſima. num. 26. vbi etiam Iaſ. nume. 14. C. de inoff. teſtam. Tiraqu. in l. ſi vnquàm. in ver. ſuſceperit. num. 79. C. de reuocan. donat. Rol. conſ. 96. numer. 40. volum. 2. Rim. iun. conſilio 156. numero trigeſimoſexto. volumine ſecundo. Surd. conſilio 75. numero ſecundo. volumine 1. 1

2 Et conſequenter debetur † ſupplementum legitimę.cum ſupplementum competat illis, quibus debetur legitima.l.omnimodò.§.ſcimus. C.de inoff. teſtam. & in ſpecie in filio legitimato tradit Pariſ.conſ.7.num.4.vol.2.Bero. 136.in princ.vol.2. Rol.d.conſ.96.numer.35.Cioff.conſ.10.num.19. Menoc. conſ.164.num.35.vol.2.

Et licèt alij ex aduerſo pugnantes allegarent,dictum legitimæ ſupplementum peti non poſſe ex tribus.

3 Primò,quia † dicta clauſula,ſine prę iudicio venientium ab inteſtato, &c. appoſita in dicta legitimatione operatur, vt poſſit capere legitimatus illud tantùm,quòd voluit teſt. ſor,& ſibi eſt relictum in teſtamento. Dec.conſ.393. in princ.& conſ.610.in princ.Alexand. conſ.51.& ibi addit.vol.2. Gabr. lib.6. de legitimat.concl.8.num.3. vbi innumeros ferè Doctores allegat: ſupple-

4 mentum † autem legitimæ dicitur peti contra voluntatem teſtatoris. Ruin. conſil.77.num.16. vol.3. Anchar.conſilio 411. Cuman.conſ.20. Crau.conſil. 193.num.12.Surd.conſil.185.nu.22.Put. deciſ.137.nu.4.par.2.

5 Corroborabatur, quia † legitimatus cum dicta clauſula dicitur potius diſpenſatus,quam legitimatus. Gabr. in d.concl.8.num.3.& 15.

6 Secundò,quia † legitimato cum dicta clauſula non debetur legitima. Gabr.conſ.24.num.1.cum ſeq vol.2.& de communi teſtatur Rot Rom.in nouiſſimis deciſ.355.num.1.7 & 9 parte 1. Et ſucceſſiuè neque debetur legitimæ ſupplementum,nam ſublato principali tollitur etiam acceſſorium. DD. in c. acceſſorium,de reg.iur.in 6. Gabr. de clauſ.concl.10.numer.3. cum ſequent. libro 6.

7 Tertiò,quia † clauſula:ſine præiudicio venientium ab inteſtato: idem operatur, quod clauſula illa: quòd amplius peti non poſſit. Dec. conſil.264. numero 3. Sed quando adeſt clauſula: quod amplius peti nō poſſit,non poteſt ſupplementum legitimæ peti,ſed bene retineri. Dec.d.conſilio 264. numer.1. Surd.d.conſ.185.numero decimo.Mantic.de coniect. vltim volunt. libro ſeptimo.titulo vndecimo.numero vndecimo.

Nihilominus adhuc perſtiti in opinione, quòd † peti poſſit ſupplementum, non obſtante dicta clauſula, vt in propriis terminis conſuluit Decia.conſil.50.numero quadrageſimotertio.volumine ſecundo. quia cum per hanc legitimationem fuerit plenè reſtitutus, licèt poſtea fuerit reſtricta poteſtas ſuccedendi, talis reſtrictio debet intelligi, modò illud, ad quod reſtringitur ſucceſſio, non ſit minus legitima, quia aliàs non poſſet dici legitimatus, neque natalibus reſtitutus, niſi ei deberetur legitima integra,& dicit quòd ex profeſſo idem tenuit Cœphal. conſil. 147. volum.1. qui concludit, quòd, non obſtante limitatione factum legitimatione,legitimatus poſſit petere legitimam, & ſupplementum eius: ad quod etiam allegat Pariſ.conſ.7. num. 15.cum ſeq.volumine 2.& Ruin.conſil. 145.vol 3. 8

Et eſt aduertendum, quòd prædicti Doctores conſuluerunt in caſu,quo in legitimatione expreſsè fuit dictum, quòd legitimatus non poſſit ſuccedere niſi ad id, quod pater ſibi relinqueret: Et tamen concludunt, quòd ſi fuerit relictum minus legitima, quòd poſſit petere ſupplementum illius.

Et ad primum obiectum ex aduerſo allegatum fuit reſponſum, quòd ſemper intelligitur legitima ſalua, vt in puncto firmat Gabr. in d.concl.8. numero 4.

Prǽſertim

8 Præſertim quia † in præſenti caſu dicitur peti ſupplementum iudicio teſtatoris, ex quo in teſtamento non adeſt clauſula, quòd plus peti non poſſit. Put. deciſ. 9. num. 2. & deciſ. 14. num. 15. par. 2.

10 Ad ſecundum fuit dictum, tali † legitimato deberi legitimam, ſecūdùm veriorem, & communiorem opinionem, Ant. Gabr. d. concl. 8. num. 11. & 12. vbi declarat quid operetur dicta clauſula, quicquid dicat Hier. Gabr. in d. conſ. 24.

Ad vltimum replicatum fuit, non idem operari, ſed eſſe diuerſas clauſulas diuerſa operantes, prout ex iam dictis colligitur.

ARGVMENTVM.

Immiſſio in poſſeſſionem quando poſſit per eundem Iudicem reuocari.

Vſusfructus vxori legatus quando reſtringatur ad alimenta tantùm.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, extante vſufructuaria, non poteſt habere niſi ciuilem poſſeſſionem.*

2 *Iudex præſumitur pronunciaſſe ſecundum leges.*

3 *Attentare non dicitur, qui continuat poſſeſſionem.*

4 *Attentare non dicitur, qui habet rem pro ſe iudicatam.*

5 *Iudex quando poſſit reuocare ſententiam ſuam.*

6 *De facto quæ fiunt de facto reuocari debent.*

7 *Actus præſumitur factus tempore licito.*

8 *Ad attentandum requiritur ſpeciale mandatum.*

9 *Procurator non poteſt conſtitui à muliere, niſi cum ſolemnitatibus, ſtante Conſtitutione.*

10 *Vſufructuaria vxor relicta quando habeat habere vſumfructum integrum, vel alimenta tantùm. Et nu. 11. 12. & 14.*

13 *Dictio, vt, eſt repetitiua præcedentiū qualitatum.*

15 *Vſufructuaria non poteſt accipere poſſeſſionem propria auctoritate.*

16 *Et quando? Et num. 17.*

18 *Vſufructuaria quando teneatur præſtare cautionem Mutianam. Et nu. 19. 20. 21. 22. & 23.*

RESOLVTIO XXIX.

IN vna prætenſorum attentatorum pro parte Corradi contra Hieronymam fuit reſolutum, nulla ſubeſſe attentata.

Primò, quia immiſſió in poſſeſſionē conceſſa dicto Corrado nō præiudicauit ipſi Hieronymæ reſpectu ſuæ poſſeſſionis, ex quo dictus Corradus petens ſe immitti in poſſeſſionem bonorum narrauit, dari dictam Hieronymam vſufructuariam, & de iure, vbi † extat vſufructuaria, hæres non debet immitti in poſſeſſionem, niſi reſpectu ciuilis, non autem naturalis poſſeſſionis, quam habet vſufructuaria, vt voluit Bero. conſ. 60. num. 8. volum. 2. & vt dicit Menoch. in tract. retin. poſſeſ. remed. 3. quæſt. 86. numero 716. hæres manuteneri debet in poſſeſſione proprietatis, & vſufructuarius in poſſeſſione percipiendi fructus; Vnde immiſſio conceſſa dicto Corrado eſt intelligenda reſpectu ciuilis poſſeſſionis, cum ſententia ſemper ſit interpre- 1

2 tanda ita, vt iudex † cenſeatur pronunciaſſe ſecundùm quod ius diſponit,& prout de iure tenebatur pronũciare.l.miles. §.decem. ff. de re iudic. Bart.in l.ſi fundus. §. in vendicatione. ff.de pign. & vt minus derogetur iuri partium.Crau.conſ.188.num.8.Et ſuc-
3 ceſſiuè dicta Hieronyma non † attentauit,cum continuauerit poſſeſſionem naturalem,in qua erat,l.naturaliter.in prin. ff.de acq.poſſ.

Secundò, quia iudex mandauit, dictam Hieronymam non moleſtari ſuper fructibus,quæ pronuncia fecit trãſitum in iudicatum, vnde cum cauſa poſſeſſionis fuerit ſinita per decretũ,
4 geſta † poſtea non poſſunt tanquam attentata reuocari.l.1.C.quando prou. non eſt neceſſ. Lancel. de attentatis. par.2.cap.4. limit.6.numer.10.vbi teſtatur,ita fuiſſe in Rota Romana concluſum.

Et dum per dictum Corradum diceretur,quòd iudex non potuerit dictam pronũciam facere in præiudicium ſuæ immiſſionis.

Fuit replicatum,id verum fore quoties dicta immiſſio fuiſſet conceſſa citata, & contradicente dicta Hieronyma,ſed ſecus ſi non fuiſſet citata dicta Hieronyma, prout verè non fuit citata, nec minus adhibita aliqua cauſæ
5 cognitio,quia † tunc potuit ab eodem iudice reuocari immiſſio,vt in puncto tradit Pariſ.conſ.54.num.42.volum.3. Zuccard.in l.fin.num.109. C.de ed.D. Adr.toll.Menoch.de adipiſc poſſeſ.remed.4.quęſt.98.num.802.Achil.perſ. de adipiſc.poſ.num.353. Lancell.de at-
6 tent.par.3.c.25.num.45. cum quæ † de facto fiunt, de facto quoque reuocari poſſint. Lancell.ibidem.numero 46. Vant.de nullit.in rubric.quid ſit null. num.16.

Tertiò, quia dictus Corradus non probauit,dictam Hieronymam attentaſſe poſt inhibitionem præſentatam: Et licèt inhibitio fuerit præſentata eadem die,qua dicta Hieronyma aperuit domum,& appoſuit ſeras nouas, tamẽ in dubio præſumitur, inhibitionem fuiſſe ſubſecutam, quia † vt actus ſu- 7
ſtineatur eſt præſumendum,quòd fuerit factus tempore licito. Lancell. de attent.par.2.cap.vigeſimo.decl.11. vbi dicit, ita fuiſſe in Rota reſolutum.

Quartò, quia Ludouicus procurator aperuit domum,& appoſuit ſeras, vnde non potuit agi contra d. Hieronymam pro purgatione attentatorum, cum † ad attentãdum requiratur ſpe- 8
ciale mandatum,vel ſpecialis ratificatio.Lancel.de attent.cap.1.de attent. à tertio.num.9.

Præſertim quòd hic ſumus in † mu- 9
liere, quæ ex forma Conſtitutionum non poteſt conſtituere procuratorem in iudicio, niſi cum ſolemnibus in eis poſitis, & quæ ſolemnia requiruntur etiam in ratificatione. Dec. conſilio quatercenteſimo trigeſimoſeptimo, num.6.

Vlterius cum dubitaretur, An legatum vſusfructus factum dictæ Hieronymæ reſtringatur ad alimenta tantùm: Fuit reſolutum, non reſtringi, ſed ipſam eſſe vſufructuariam pleno iure.

Tum ex quo ſibi fuit † relictus vſuſ- 10
fructus bonorum omnium mobilium, & immobilium,iurium, & actionum. Gozad. conſilio quadrageſimoſeptimo.verſ.quartò etiam.

Tum ſtantibus illis verbis ſubordinationis, videlicet, [& poſt mortem ipſius, vel ſi ad ſecundas nuptias tranſiuerit,inſtituit,& ſubſtituit in omnibus ſupradictis bonis filium Fabritium pleno iure,] ponderando verba

11 ba † illa, pleno iure, quę importent proprietatem, & vſumfructum. Alex. conſil.56.colum.1. volum.3. Paul. de Monte Pico in repet.§.Titia. num.63. verſ.quæro ergo. Gozad. d.conſil.47. num.10.Caualc.in tract.de vſufr. mul. relict.num.63.Felin.in cap.auditis.nu. 10. de præſcript.

Tum quia non ſolùm dicta Hieronyma fuit relicta vſufructuaria, ſed etiam proprietaria. Quod apertè oſtenditur, ex quo in teſtamento fuit dictum [& Hieronymam vſufructuariam,]& non dictum fuit, reliquit,vel eſſe voluit, & inſuper non fuit expreſ-
12 ſum de quibus bonis, vnde † neceſſe eſt dicere, quòd intelligatur repetitũ verbum præcedens cum ſuis qualitatibus. Caſtr. & Imol. in l.1.ff.de publ. qui dicunt, quòd ſi in teſtamento fuerit dictum, relinquo iure inſtitutionis hæreditatem Seio, & Sempronio centum, quòd, ex quo oratio ſequens eſt imperfecta ratione verbi, intelligitur relictum factum Sempronio etiam iure inſtitutionis: Et licèt prædicti Doctores loquantur in dictione,item, ta-
13 men idem eſt in † copula, &, quę pariter eſt dictio repetitiua præcedentium qualitatum.l.ſcire.§.Caio. & ibi. Bartol.ff.de fun.inſtruct.Iaſ.in l.1.ff.de iuſt.& iure.Sícque hic ſubaudiri debet, vſufructuariam ſcilicet hæredem inſtituit, nominauit, & eſſe voluit omnium bonorum, &c. prout in præcedenti oratione.

Secundò, quia teſtator poſt mortem d.Hieronymæ vxoris,vel illa ad ſecunda vota tranſeunte in dictis bonis ſubſtituit Fabritium filium, & ſic ſubſtituit in bonis,& non in vſufructu,vnde colligitur,quòd mens teſtatoris fuerit,
14 vxorem † eſſe vſufructuariam, & proprietariam, aliàs Fabritius fuiſſet ſubſtitutus ſibimet ipſi, quod abſurdum eſt dicere.c.fin.de inſt.

Tertio, quia vſusfructus eſt relictus iure inſtitutionis d. Hieronymæ, & eſt ſubſtitutus filius.Io. Dilec. de arte teſt. in tit.de leg.caut.39. num.2. vide l.qui fructus.ff.de vſufr.leg.

Quartò,quia Fabritius fuit ſubſtitutus ſine diminutione, & ſic ſine detractione Trebellianicæ,ſecundùm Pariſ. conſil.21.vol.3 & Crau.conſ.174. numero 2. aliàs fuiſſet fruſtra prohibita Trebellianica, & hoc argumento vtitur Cœph.conſ.472.num.60.

Tria poſtremò fuerũt oppoſita contra dictam vſufructuariam.

Primò, quòd † non potuerit accipere poſſeſſionem propria auctoritate, l. non dubium. C.de leg l.1. C. quorum legat.

Secundò,quòd non præſtiterit cautionem Mutianam.

Tertiò, quòd non dederit cautionem de benè vtendo.&c.

Cæterùm fuit replicatum primum † 16
non obſtare:Tum ex quo dicta Hieronyma erat vſufructuaria omnium bonorum.Dec.conſ.418.colum.1.& conſil.476.col.fin.Pic.in d.§.Titia.qu.45.
Tum ex quo † vſusfructus fuit reli- 17
ctus iure inſtitutionis Tiraq. in tract. Le mort Saiſit,le vif.par 2.decl.4. numer.11.Ripa in l.j.col.3. ff. quorum legat.Menoch.de adipiſc. poſſ. remed.2. num.64.& in terminis Ruin. conſ.51. num.6.verſ.& quia.volum.2.

Ad ſecundum fuit replicatum, in i-
ſto † caſu non fuiſſe locum cautioni 18
Mutianæ,nam illa habet locum, quando relictum eſt factum per conditionem, nempè, ſi vidua remanſerit: Et ratio eſt, nam, ſi vidua non remanet, tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum perceptorum. Caualc. d. tractat. numero centeſimodecimo octauo.

Ad vltimum replicatum fuit. Primò,
19 vſufructuarium † vtendo prædiis ruſticis, vel vrbanis, etiam cautione non præſtita, facere fructus ſuos. Socin. iun. conſ. 72. nume. 4. cum ſequ. volumine quarto.

20 Secundò, dictam † cautionem præſtandam eſſe, ſi petatur. Gabr. de vſuf. concl. 1. num. 49. Rim. iun. conſ. 259. n. 99. volum. 3.

21 Tertiò, dictam † vſufructuariã percepiſſe fructus abſque cautione ſciente, & patiente proprietario. Gabr. dict. concl. 1. num. 11.

Quartò, † vſufructuarium ob cau-
22 tionem non præſtitam non priuari vſufrũctu, ſed benè teneri reſtituere fructus perceptos. Caualc. d. tract. num. 13. Gabr. d. concl. 1. numer. 51. verſ. octauò limita.

ARGVMENTVM.

Decretum, & ſententia quando ſit nulla, & iniuſta.

SVMMARIVM.

1 *Decretum eſt nullum ſine proceſſu.*
2 *Vel ſine cauſæ cognitione.*
3 *Vel parte non inſtante.*
4 *Conſuetudo eſt probanda in ſpecie.*
5 *Notorium, licèt non ſit probandum, eſt tamen allegandum.*
6 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur de vno caſu ad alium.*
7 *Conſuetudo contra ius diuinum eſt nulla.*
8 *Cognitio cauſæ eſt à iure diuino.*
9 *Sententia nulla quando confirmari poſſit ex bono iure, vel non. Et nu. 10. 11. & 12.*
13 *Decretum latum ſine probationibus eſt iniuſtum.*
14 *Probationes ſunt de iure naturali.*
15 *Conſuetudo contra ius naturale eſt nulla.*
16 *Decretum eſt iniuſtum, ſi eſt latum contra Doctorum reſolutionem.*
17 *Poſſidens ex decreto iudicis non tenetur reſtituere fructus niſi perceptos à ſe.*
18 *Bona fides inducitur ex non contradictione partis citatæ.*
19 *Subhaſtari an poſſint bona capta remedio Saluiani interdicti.*
20 *Decretum eſt iniuſtum, ſi eſt latum contra rem iudicatam.*
21 *Dictio, integrè, rem perfectam ſignificat.*
22 *Decretum eſt nullum, ſi eſt latum ad fauorem eius, qui ſine actione expertus eſt.*
23 *Actio quæ competat contra vendentem rem captam vigore Saluiani interdicti. Et numero vigeſimoquarto.*
25 *Approbatum ſemel non poteſt amplius improbari.*
26 *Approbare, & conſentire præſumitur, qui citatus non contradicit. Et numero vigeſimoſeptimo.*

RESOLVTIO XXX.

CVm in publica Audientia fuiſſet factum Decretum ad fauorẽ Ludouici Matthei contra Octauiũ Cherubinum à Reuerendiſſimo Vicelegato Prouinciæ Marchiæ, & fuiſſet ab eo appellatum ad Sacrum Rotæ Maceratenſis Auditorium, proponebatur dubium, An, ſtantibus hinc inde deductis, dictum Decretum veniret confirmandum, vel infirmandum.

Requi-

Requiſitus de meo voto intrepidè aſſerebam, dictum decretum ex duplici capite, videlicet, nullitatis, & iniuſtitiæ fore infirmandum, & reuocandum.

Et nullitas deducebatur: Tùm quia
1 † dictum decretum dicebatur factum nullo confecto proceſſu. cap. quoniam contra. de probat. Vant. de nullit. in rubric. ex def. ſententiæ. num. 14. cum ſe-
2 quent. Item † nulla præcedente cauſæ cognitione. Crau. conſ. 23. num. 1. Gab. de ſent. concl. 6. num. 5. cum ſequent. Vant. in d. rubr. de def. ſent. numer. 30. cum ſequen. Ioan. de Amic. conſilio 26. num. 10.

3 Demùm † vti latum nemine inſtante, nam in dicto decreto dicitur inſtante Ioſepho, ſine cognomine, & patria, & ſic ſub nomine incerto, faciunt cumulata per Vant. de nullit. in rubr. ex def. citat. num. 49. cum ſequen. & proinde nullum. Non. conſi. 42. numer. 2. Vant. in d. rubr. ex def. ſent. nu. 98. cum ſeq.

Nec videtur poſſe fieri fundamentum, quòd de conſetudine notoria decreta facta in publica Audientia per D. Gubernatores Marchiæ valeant, & executioni mandentur, etiam ſi nullus ſit confectus proceſſus, neque ſeruata fuerint de iure ſeruanda.

Primò, quia dicta conſuetudo neque
4 fuit probata, prout † probanda erat, etiam ſuper caſu ſpeciali, de quo agebatur. Cauaic. de tut. & curat. numer. 44. Surd. conſil. 74. num. 13. Put. deciſ. 306. nu. 2. par. 1. Nec minus allegata, prout
5 † requirebatur, ſuppoſito illam eſſe in loco notoriam. Crau. conſ. 127. num. 5. Rim. iun. conſ. 296. num. 22. volum. 3. Turret. conſ. 33. num. 21. vol. 1.

Secundò, nam teſtabatur quidam magnus practicus, quòd de conſuetudine terminabatur in dicta Audientia ſolùm quædam differentiæ parui momenti, & caſus requirentes celeritatē, ſiue reſpicientes intereſſe vniuerſitatum, non autem cauſæ graues, & quæ requirebant plenam cauſæ cognitionem, vnde non eſt attendenda hic, cum conſuetudo † vti ſtricti iuris non ex- 6
tendatur de vno caſu ad alium. Natt. conſ. 46. num. 2. Surd. deciſ. 87. num. 12. & conſ. 138. num. 7. vol. 1.

Tertiò, etenim † conſuetudo con- 7
tra ius diuinum nulla eſt. Ioan. de Amic. conſ. 43. num. 9. Put. deciſ. 365. numer 2. par. 1. Sed † cauſæ cognitio de- 8
ſcendit à iure diuino; Hinc neque ſententia Principis valet ſine cauſæ cognitione, vt firmat Vant. in d. rubr. ex. def. ſent. num. 30. & in rub. an quæl bet ſententia. numero quinquageſimoquinto.

Et dum pars proponeret, decretum eſſe confirmandum, cum † ex nouiter 9
deductis conſtet de bono iure d. Ludouici. Vant. de nullit. in rubr. fin. nume. 125. cum ſeq. & nu. 129. Granut. Theorem. 17. num. 1 Turret. conſ. 42. numero 2. cum ſeq. & conſ. 90. num. 8. vol. 1. Put. deciſ. 60. & 72. par. 3.

Fuit reſponſum. Primò, id habere †. 10
locum, quando vitium eſſet in ſententia, ſecus ſi eſſet in toto proceſſu, vt hic. Alexan. conſil. 53. num. 14. volum. 1. Crau. conſ. 140. num. 8. & conſ. 270. nu. 7. Granut. d. Theorem. 17. nu. 9. Vant. in d. rubr. fin. num. 129. cum ſeq. Et ratio efficax eſt, ne † nullitas, quæ in pri- 11
ma ſententia aderat, influat in ſecundam. Alex. d. conſ. 53. nume. 14. Vant. de nullit. in rubric. ex defect. proc. numero ſeptimo. Honded. conſilio decimonono. numero trigeſimoſecundo.

Secundò, quia Octauius dixerat principaliter de nullitate, vnde † de- 12
cretum, non obſtantibus nouis actis,

adhuc veniebat infirmãdũ. Vant. de nullit. in rubr. infra quæ tẽpora. num. 11. & in rubr. quot, & quibus mod. nu. 15. Gabr conſ 28. in princ vol. 2. vbi, ſic in Curia Romana ſeruari, teſtatur. Granut. l. Theorem. 17. nu. 20. Turret conſ 42 num. 4 conſ. 44. nu. 48 & conſ 55 num. 9 vol. 1. Put. d. deciſ. 60. num. 1.

Pro iniuſtitia autem dicti decreti allegatur.

13 Primò, cum † nihil fuerit productũ, vel probatum per partem; iudex autem cui nihil conſtat, nihil decernere poteſt l. 1. C. de ſecund. tab. Gabr. de ſent. concl. 9. Vant. in d. rub. ex def. ſent. nu. 37. Put. deciſ 401. par. 1. Surd. deciſ. 36. num. 6. cum ſeq.

Quod verum eſt etiamſi decretum eſſet factum per Principem, cum †

14 probationes ſint de iure naturali, vt firmat Vant. in d. rubr. ex def. ſent. n. 38. cum ſeq. & proinde quoad hoc ca

15 put non poſſet † allegari conſuetudo in contrarium tanquàm nulla. Crau. conſ. 116. num. 2.

16 Secundò, dictum decretum † dicitur iniuſtum vti latum contra communem Doctorum reſolutionem. Latè Gabr. de ſent. concl. 7. nu. 24. cum ſeq. Etenim in decreto legebatur, quod d. Octauius ſub prætextu, quòd non potuiſſet ſubhaſtare prædium apprehenſum vigore Saluiani interdicti, ſed illud retinendum eſſet donec fuiſſet ſatisfactus de credito, teneretur reſtituere dictum prædium, compenſatis tamen cum ſorte fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt;

17 Et tamen † immiſſus in poſſeſſionem ex decreto iudicis non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, ſed ſolùm ad fructus perceptos. l. emptor. & ibi glo. ff. de rei vendicatione. in puncto Alex. conſ. 141. num. 13. vol. 5.

Quæ ſententia magis vera eſt in præſenti caſu, cum d. Octauius fuiſſet † in bona fide, ob citationem factam 18
de dicto Ludouico ad videndum fieri ſubhaſtationem, & adiudicationem rei, vt per Becc. conſ. 95. num. 9. cum ſeq.

Item quia de conſuetudine in Ciuitate Maceratæ ſubhaſtantur † bona 19
capta in vim Saluiani interdicti, prout aliàs tenuit Rota Maceratenſis in vna Recanaten. Vide Becc. d. conſ. 95 num. 21.

Tertiò, dicebatur dictum decretum † iniuſtum vti latum contra ſenten- 20
tiam tranſactam in iudicatum. Io. de Amic. conſ. 36. num. 6. Gabr. d concluſ. 7. num. 11. Felin. in c. qualiter. & quando, el 1. numero 38. de accuſat. Vant. de nullit. in d. rub. ex def. ſent. numero 125. Turret. conſ. 76. nume. 12. & conſ. 79. numero 23. volum. 1. Quandoquidem in dicto decreto mãdabatur reſtitui prædium, & ſi ſupereſſet aliquid de ſorte ſuppleretur per dictum Ludouicum in pecunia; & tamen in ſententia immiſſionis in poſſeſſionem lata prius ad fauorem dicti Octauij dicebatur; donec integrè fuerit ſatisfactus de ſuo credito; vnde non erat reſtituenda poſſeſſio, donec minimum remaneret de ſorte, ob di-
ctionem † illam, integrè, quæ rem 21
perfectam ſignificat. Abb. in ſuo dict. in verbo, integrè.

Tertiò, vti latum † ad fauorem il- 22
lius, qui ſine actione expertus eſt. Gabr. de ſent. concl. 8. Vant. in d. rub. ex def. ſent. nu. 22. Nam dictus Octauius hodie non poſſidet prædium, ſed D. Bartholomæus, cui vti plus offerenti fuerat formiter adiudicatum, vnde male fuit actum remedio reſtitutorio contra Octauium: Debebat enim † contra eum agi, vel ad intereſſe. l. 1. &

l. 4. vbi

l.4.vbi Bal.numero 4 C.ſi vend.pig.
ag. Neguſ.par.6. memb.1.num.27.&
par.7. memb. 2. numero 8. verſ. ter-
24 tiò fallit.de pign. & hypoth. vel † vt
rem venditam releuaret, & reſtitue-
ret. Neguſ.d.par.7. memb. 2. nume-
ro 13.

Quartò, & vltimò dicebatur iniu-
25 ſtum dictum decretũ, etenim † quod
ſemel approbatum eſt, non poteſt
amplius reprobari. l. Pomponius ff.
de neg. geſt.Surd.conſ.18. numero 2.
vol. 1. & deciſ. 132. numero 4. Becc.
conſ.3.nũ. 39. Menoch. de præſumpt.
lib.2. præſumpt.14. num. 14. Sed di-
ctus Ludouicus iam approbauerat di-
ctam ſubhaſtationem,& adiudicatio-
26 nem, ex quo † citatus ad videndum
fieri ſupradicta nihil oppoſuit. Crau.
conſ.1. num.2.& conſ. 150.numero 2.
&, quod magis eſt, aſſerebatur, recu-
peraſſe ab eius auctore pecuniam ſo-
27 lutam, & ſic quodammodo † videtur
conceſſiſſe licentiam vendendi. Vide
dicta per Neguſ. d. tract. d. par. 6.
memb.1. num.2.

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum minoris quã-do ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum minoris eſt nulla ſine iudicis decreto. Vel ſine cauſa, num.7. Sine vtilitate, num.9. Sine diſcuſſione, num.10.*

2 *Dictio, dummodo, an importet modum, vel conditionem. Et num.3. & 5.*

4 *Conditio nõ adimpleta habetur pro non interpoſita.*

6 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

8 *Cauſam extare non creditur aſſertioni notarij, ſed eſt probanda aliter.*

11 *Diſcuſſionem fuiſſe factam non credit. à notario, ſed eſt aliter probãda. Et num.12. & 13.*

14 *Alienatio rerum minoris nulla eſt ſine ſubhaſtatione.*

15 *Item, nulla ſine cauſæ cognitione, de qua non creditur notario aſſerenti. Et num.16.*

17 *Item, nulla ſine inſinuatione.*

18 *Inſinuatio an ſuppleatur ex iuramento. Et num. 19.*

20 *Item, an ſuppleatur ex præſentia iudicis, vel eius decreto.*

21 *Inſinuationi an poſſit renunciari. Et num. 22.*

23 *Item, nulla alienatio ſine conſenſu conſanguineorum. Et num. 24. & 25.*

26 *Solemnia interueniſſe an præſumatur ex decreto iudicis. Et num.27 28. & 29.*

30 *Remedium reintegrandæ competit ad recuperandam rem alienatam. Et num. 31.32.33. & 34.*

RESOLVTIO XXXI.

IN vna Auximana Liuiæ Bertucciæ cũ Vicarello fuit dubitatum.

Primò, An venditio prædij Ronciſcuallis facta per Nicolaum Bertuccium minorem dicto Vicarello, ſubiaceret vitio nullitatis.

Secundò, An pro recuperatione dicti prædij competeret dictæ Liuiæ remedium reintegrandæ, &c.

In primo dubio verior fuit viſa reſolutio, dictam venditionem fuiſſe nullam, ex pluribus.

Primò, cum careret decreto iudicis:

1 alienatio † autem facta per minorem ſine decreto iudicis nulla eſt omninò, Tam ex diſpoſitione iuris cõmunis. l.ob æs. C.de præd.min. l.1. ff. de rebus eorum.Pariſ. conſ.85.num.25 volum.3. Surd.conſ. 49.num. 15. volum. 1. & deciſ.77. nu.2. Afflict.deciſ 249. num.1.Capic.deciſ.103.nu.6. Caualc. de tut. & cur. num. 123. Menoch. de arb.iud. cent.2.caſ.171.numc.4. & 25. Quàm ex diſpoſitis per Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ, ac ſtatuta Ciuitatis Auximi lib.3. ſub rub. 42. ibi,[non valeant,& præſumantur doloſè extortæ obligationes.]

Nec ſuffragatur decretum iudicis. Quia illud fuit interpoſitum, cum conditione [Dummodo de pretio dictæ poſſeſſionis ſoluantur debita, & reſiduum erogetur in extinctionem tot annuorum cenſuum.]

Ex quibus verbis, Vel dicendum eſt importari conditionem : Nam licèt
2 dictio, dummodo, † de ſui natura ſit modalis, non autem conditionalis.l. cum.ab eo. ff. de contrahend. empt. Bart.in l.quibus diebus. §.Termilius. num.4. ff. de cond. & demon. Bero. quæſt.99.num.3. Non. conſ. 62.Becc. conſ. 41. num.8. Surd.deciſ.38. num.
3 7. Tamen in præſenti caſu, dicitur † importare conditionem; Tum per illa verba, videlicet [in extinctionem cenſuum,] ponderando dictionem, in, quæ, cum reſpiciat futurum euentum, importat conditionem. Becc.d. conſ. 41. num. 26. Tum quia per illa verba imponitur extinctio cenſuum explicanda per emptorem.l. Senatus. §.1.ff. de donat. cau. mort. Bart. in d.
4 §. Termilius. num.2. Vnde cum † nõ fuerit adimpleta dicta conditio, decretum habetur pro non interpoſito. Bart. in l. demonſtratio. §. quod autem.numero 18.ff.de cond.& demon. cum conditio nihil ponat in eſſe. vulg.iuribus,& doctrinis.

Vel dicendum eſt, ex † illis verbis 5
importari cauſam finalẽ, iuxta notata per Bart. in d. l. demonſtratio. §. quod autem.num.6.9.& 20.quæ cum ſit de futuro eatenus dicitur vigere decretum,quatenus viget cauſa.Bart. in d. §.quod autem.num. 18.Sed cauſa non viget,cum non conſtet ex pretio dictæ poſſeſſionis fuiſſe ſolutum aliquid debitum, vel extinctum cenſum,vnde † nec decretum vigere eſt 6
dicendum. vulg. l. adigere. §. quamuis.ff. de iurepatr. Bart. in d.§. quod autem.num.18.

Secundò dicitur nulla † dicta venditio,cum fuerit facta à dicto minore 7
nulla vrgentẽ cauſa.d.l.ob æs.Affl.deciſ.249. num.1. Capic.deciſ.113.nu 6. Non.conſ.57. num.1. Surd.conſ. 3.n. 9.& conſ. 49. num. 15. volum.1.Menoch.d.caſ.171.num.4. & 23. Caualc. de tut.& cur. num. 129. Boccac. ſuper Conſtit. March. in c. vt minorũ gloſ. 1.nu.19. & gloſ.4. num. 7. & 11. Quæ cauſa † eſt aliter probanda, quàm per 8
aſſertionem notarij in dicto inſtrumento, ſecundùm Menoch. in d.caſ. 171.num.8. & 23. Pariſ.conſ.85.num. 29. volum.3. Non.d. conſ. 57. numero 2.

Tertiò deducitur nullitas, cum nõ
† conſtet in proceſſu, pretium dicti 9
prædij venditi fuiſſe verſum in vtilitatem dicti minoris, vel ſaltem erogatum in cauſam expreſſam in inſtrumento. Gabr.de probat.concl. 7. nu. 18. Caualc.d. tract.num.122.cum ſeq. Bocc.in d c. vt minorum. glo. 8. numero 52. Gabr. conſ. 33. numero 10. vol.1.

Quartò, cũ † non fuerit facta prius 10
diſcuſſio diligẽs, an extarent aliæ res minores, quæ cum minori diſpendio alienari

alienari poſſent. l.ſi prædium. Cod.de præd.min.Affl.deciſ.249.num.1.Pariſ. d.conſ.85.num.21.Non.conſ 53. num. 3.Menoch.d.caſ.171.num.11. & 20.Gabr.d.conſ.33.num.5.

Nec obſtat, quòd in instrumento vẽditionis, aſſeratur, illam rem venditam eſſe minus damnoſam.

11 Tum quia † nec notario, nec contrahẽtibus creditur ſuper hoc, eò maximè, quòd talis diſcuſſio non potuit interuenire tempore celebrati contractus, cum requireret tempus plurium dierum, Non.d.conſ. 57. num 3. verſ. neque etiam.

Tum quia, ad hoc vt dicatur diſcuſſio legitimè facta, debet conſtare. Primò, quòd † fuerit facta de illa ſeparata
12 ta ſcriptura, quæ præcedat instrumentum ipſum venditionis. Rolan conſ.15. num.11.volum.1.Non.d.conſ.57. numer.5.Pariſ.conſ.98.num.9.vol.1.Menoch.d.caſ.171. nu.26. Secundò quòd † ſuper ea ſubſequatur interlocutoria
13 iudicis, non extare alia minus damnoſa. Non.d.conſ.57.num.4.Pariſ.d.cõſ. 98.num.5.Caualc.d.tract. numer.129. Maſacrd.de probat.concluſ.219.volumine 1.

Quintò, quia † non præceſſerũt ſub
14 haſtationes. Socin.ſen.conſ.15. num.6. conſ.29.num.6.vol.1.Non.d conſi.57. num. 6.Surd.d.conſi.49.num.15.&20. Affl.deciſ.249. num.2. Menoch.d.caſ. 171.numero 27.Caualc.d.tract. numero 130. Hercul.de prob. neg. numero centeſimo.

Sextò, cum † non interuenerit cau-
15 ſæ cognitio. Affl. d.deciſ.249. num.2. Menoch.d.caſ.171.numero 8. Caualc. d.tract. numero 128. Pariſ. d.conſil.85. numero 25.volumin.3.Boccac.d.gloſſ. 4.num.7.cum ſequ.

16 Neque † creditur iudici, vel notario aſſerenti, illam interueniſſe. Bocc.dict. glo. 4 num.7.cum ſequ.Gabr.de ſent. concl.5.num.34.Hier.Gabr.d.conſilio 33.num.4.

Septimò, quia † non fuit facta inſi- 17
nuatio requiſita tam per Constitutionem Prouinciæ Marchiæ, quàm per d. ſtatutum Auximi in contractibus minorum. Rom.conſ.12.num.3.Non cõſ. 108.num.6. Boccac.ibidem glo.5.nu.1. cum ſeq.

Neque talis defectus inſinuationis potuit ſuppleri ex iuramento interpoſito in d.venditione.

Tum quia † per dictam Constitu- 18
tionem, & ſtatutum non ſolùm requiritur iuramentum, ſed etiam inſinuatio, vt latè per Non.conſil.108.num.8. Curt.iun.conſ.141.col.fi. Turret. cõſ. 86.num.2 vol.1.

Tum quia † dicta inſinuatio eſt de- 19
forma, ob clauſulam irritantem, ſecũdùm Caſſad.deciſ.10.num.7, de reſcriptis.Bocc.d.glo.8.num.37. & proinde non poteſt adimpleri per æquipollẽs. in puncto Bocc. conſilio 62. numero 42. & 45. vbi affert aliam declarationem.

Prout † neque potuit ſuppleri d.de- 20
fectus inſinuationis ex præſentia vel decreto iudicis, ſecundùm Bocc in dicto cap.vt minorum.gloſſ.5 numer.11. Præſertim cum dicta inſinuatio ſit de forma, atque inducta ad tollẽdas fraudes, idem Bocc. d.conſil.62.numer.42. cum ſeq.

Poſtremò, dum diceretur per clauſulam, renuncians omni, &c. dici † re- 21
nunciatum inſinuationi. Turret.conſ. 46.num.14.vol.1.

Fuit replicatũ, dictæ † inſinuationi 22
non poſſe renunciari idem Turret. d. conſ.97.nu.42.cum ſeq. ex quo eſt introducta pro forma reſpiciente ius publicum. Bocc. d.gl.8 nu.4. & 37. Bocc. conſ.12.num.20.cum ſeq.

Octauò pro nullitate dictæ vendi-
23 tionis allegabatur, quòd † non interuenerit conſenſus conſanguineorum, qui de iure, & ſecundùm formam ſtatutorum requirebatur. Non. d. conſilio 108. num. 9. Caualc. de tut. & cur. num. 130. Bocc. in d. cap. vt minorum. glo. 3. num. 5 cum ſeq. Rota Rom. deciſio. 18. in nouiſſ.

Et licèt duo probi viri fuerint ſubrogati loco conſanguineorum abſentium ad petitionem dicti minoris, qui etiam iurauit, conſanguineos eſſe abſentes, iuxta formam dicti ſtatuti.

Nihilominus dictum fuit, dictam ſubrogationem non eſſe attendendam,
24 vtì nullam; Tum quia † tempore venditionis prædictæ aderant in loco conſanguinei, prout probatum fuit per plures teſtes. Turret. conſil. 25. num. 7.
25 & num. 23. volum. 1. Tum quia, quòd † non adeſſent tunc conſanguinei, non eſt ſtandum ſimplici iuramento minoris, cum ſtatutum hoc non dicat; Et præterea ſicut dictus minor fuit dolo inductus ad vendendum, ſic etiam ad iurandum. Boccac. in d. glo. 8. num. 54. & 70. Caualc. d. tract. numero 168. & 299.

26 Et dum replicaretur, ex decreto † iudicis præſumi omnia ſolemnia interueniſſe. Non. d. conſilio 57. numero 1. conſ. 88. num. 17. Gabr. conſil. 33. num. 4. volum. 1. Maſcard. de prob. concluſ. 489. volum. 1.

27 Fuit reſponſum. Primò, id † verum eſſe, quando in decreto fuiſſent enunciatæ ſolemnitates prædictæ. Non. d. conſ. 57. num. 8. Rot. Rom. in nouiſſim. deciſ. 73. nume. 34. par. 2. Gabr. d. conſi. 33. num. 4.

28 Secundò, dicta ſolemnia † hic non poſſe præſumi, licèt fuiſſent enunciatę; Tum quia tempore actus non potuerunt interuenire. Menoch. de pręſump. lib. 3. præſ. 133. num. 33. & 95. Gram. deciſ. 79. num. 17. Præſertim cum decretum nimis properè fuerit interpoſitum. Gabr. de ſenten. concluſ. 5. numer. 34. Becc. conſil. 52. num. 112. Menoch. dicta præſumpt. 133. numer. 79. Tum quia, cum dictæ † ſolemnitates eſſent 29
de forma non potuerunt adimpleri per æquipollens. Non. d. conſil. 57. num. 10. Pariſ. conſ. 12. num. 50. vol. 2.

In ſecundo dubio fui voti, dictæ Liuiæ † competiiſſe remedium reinte- 30
grandæ, ex pluribus grauium Doctorum auctoritatibus, nempè, Menoch. de recuper. poſ. remed. 2. num. 3. & remed. 15. nu. 105. Caualc. d. tract nu. 150. & deciſ. 28. num. 1. par. 1. Surd. conſilio 28. numero 91. & conſil. 49. numer. 17. Non. conſil. 58. num. 16. Bocc. d. gloſ. 8. num. 40. & 310. Rot. Rom. in nouiſſimis deciſ. 277. par. 2. Alexand. conſil. 1. num. 21. volum. 4. Natt. conſil. 162. nu. 34. Bero. conſil. 48. numer. 14. libro 3. Neuiz. conſil. 85. num. 13. Roland. conſil. 41. num. 35. volum. 73. & conſilio 60. num. 21. volum. 4. Socin. ſen. in l. rem, quæ nobis num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Plot. in l. ſi quando. num. 205. C. vnde vi. Contard. in l. 1. limit. 24. num. 4. C. ſi de moment. poſſeſſ. Crauet. conſi. 248. colum. penult.

Et huic concluſioni non obſtant dicta per Put. deciſ. 277. par. 3. Gabr. conſil. 33. num. 1. cum ſequen. volu. 1. Ruin. conſ. 137. num. 11. volum. 1. Non. conſil. 5. num. 9. cum ſeq.

Quia ex dicta venditione non poteſt colligi aliquis conſenſus † minoris 31
ad transferendam poſſeſſionem in emptorem, ex quo fuit nulla ipſo iure, vt per Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. numero centeſimo quadrageſimoprimo. Maſcard. de probat. concluſione 1255. numero decimooctauo. volum. 3. Pręſertim † ſtante 32
decreto

decreto irritante. Surd. dicta deciſ. 268.nume. 9. Becc.conſ.12.nume.19. Boccac. d.glo. 8. nume.37.cum ſeq. Turret. conſil. 86. numero 54. volum.1.

Præterea ſtatutum, & conſtitutio præſumunt dolum, ſed dolus exclu-
33 dit † omnē conſenſum,& ſucceſſiuè tranſlationem poſſeſſionis. Bart.in l. eleganter. numero 5. ff. de dolo. Io. de Amiç.conſil. 1. nume. 69. Benintend.deciſ.84 num.4. Turret.conſil. 70. num.5. cum ſeq. volum.1.Et licèt dolus iſte ſit præſumptus à lege; ta-
34 men † idem operatur, quod verus. Bocc. d.gloſ.8.num.38. & 289. Gabr. conſ.13.num.14.volum.1.

ARGVMENTVM.

Attentatum quando dicatur. Et quando reuocandum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à quacunque ſententia.*
2 *Appellatio qualibus cenſeatur permiſſa.*
3 *Attentata dicantur facta pendente termino decem dierum ad appellandum. Et num.7.*
4 *Attentans non eſt audiendus donec non purget attentata.*
5 *Audientiam denegare quid importet.*
6 *Dictio, nullatenus, quid importet.*
8 *In appellatione quando ſit inſerendus tenor ſententiæ.*
9 *Appellatio non datur à ſententia de exequendo.*
10 *Et quando hoc ſit verum. Et num. 11.12. 13 14.& 15.*
16 *Executio non eſt retardanda ſtante obligatione Camerali. Et quādo num.19.*
17 *Præceptum, & confeſſio non egreditur perſonam obligati. Et nu.18.*
20 *Notorietas quando offuſcetur.*
21 *Attentata an ſint reuocanda, ſi conſtet de bono iure attentantis.*
22 *Clauſula, conſtituti, quando operetur poſſeſſionem. Et num.23.*

RESOLVTIO XXXII.

IN vna attentatorum, quorum iudicium prius eſt expediendum, quàm cauſa negotij principalis. cap. non ſolùm. de appel.in 6. Afflict.deciſ.98. & deciſ.131. Veſtr.in pract.lib. 8. c.penult.nu. 4. Lancell. de attent. par.2. c.30.nu.153. dicebatur per Dominos de Menſa, executionem factam ſuper coriis ad inſtantiam creditorum cum omnibus inde ſecutis, fore omninò reuocandam, vti attentatam. Et pro maiori rei veritate, & iuſtitia cōſtituebantur aliquæ concluſiones.

Prima erat, quòd à ſententia D.Locumtenentis daretur appellatio, cum
regulariter à † quacunque ſententia 1
poſſit appellari. l. litigatoribus, & l. quod maioribus. C.de appel. c. ſuper eo, el. 2. de appell. Et quælibet † ap- 2
pellatio cenſeatur permiſſa, niſi expreſsè reperiatur prohibita. glo. in l. qui reſtituere. & ibi DD. ff. de re iud. Bal. in c. paſtoralis. col. 1. de appell. Iaſ. conſil. 187. numero 12. volum.2. Oſaſch. deciſ. 60. numero 6. Cœph. conſil. 185. numero 1. volum. 1. Rimin.iun. conſil. 83. numero 31. volum. 1. & conſil. 595. numero 5. vo-

lum.5. Menoch.de recuper.poſſeſ.remed.9.num.317. Contard.in l.1.lim. 3.C ſi de moment.poſſeſ.

3 Secunda erat concluſio,quòd † omnia geſta pendente termino decem dierum ad appellandum dicuntur attentata, & ſucceſſiuè reuocanda veniunt.d.c.non ſolùm. gloſ. in l.ex iudiciorum.ff. de accuſ. Bald.conſ. 366. num.4.volum.3. Rol. conſ. 77.num. 40. volum.2.Contard.in d.l.1.quæſt. 4. num.27. Lancell. de attent. par. 2. cap. 11 de attent. pend. temp. ad appellandum.

Tertia fuit, quòd attentans non ſit audiendus exceptionibus ſuis ad impediendam petitam reuocationem, cum per Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ lib.6 cap. 32. expreſsè, & cũ clauſula irritãte diſponatur, quòd at-
4 tentans † nullatenus audiatur, niſi prius attentata fuerint reuocata,DD. in l.1.§.ſublata.ff.ad Trebell.Quæ de-
5 negatæ exceptio † audientiæ eſt adeò efficax vt non poſſit agi, neque excipi etiam in iudicio quantumcunque fauorabili. Ruin.conſ.49.num.7. volum.4. Magon.deciſ.Luc.80. num.1. Calcan.conſil.74.Quod verum eſt etiam parte non opponente. Dec.conſ. 274. Rim.iun.conſ.74. num.28.vol. 1. Addit.ad Magon.deciſ.Luc. 67.vbi de communi.

Accedit, nam dicta Conſtitutio nõ
6 ſimpliciter denegat audientiam, ſed vtitur † dictione,nullatenus,quæ importat,vt nec in caſibus aliàs permiſſis audiri debeat. Iaſ.in d.l 1.§.ſublata nu. 6. Neque id mirum videri debet, quia non dicitur perſona ſtare in iudicio,ſi ei per legem audientia denegetur. Lancell.de attent.par.2.cap. 12. limit.50. num.16.

Et dum ex aduerſo diceretur,appellationem interpoſitam fuiſſe nullam, cum in ea non cõtineretur tenor ſententiæ,nec foret expreſſa cauſa; at vbi
† appellatio eſt nulla, & inualida,geſta ea pendente non dicuntur attentata. Lancell.de attent.par.2.d.cap 12. lim. 50. in prin. Contard. in d. l.1. quæſt.9. num.11. Achil. perſ.in tract. adipiſc. poſſeſ.num.375. 7

Fuit reſpõſum,in appellatione fuiſſe inſertum tenorem ſententiæ,iuxta, l.1. §. libelli, & ibi DD. ff. de appell.
Et cauſæ † expreſſionem requiri in ſententia interlocutoria, non autem in diffinitiua,in qua ſufficit in genere appellare.l.2. C. de appell. Doct.in d. l.1.§.libelli. Marant. in ſpec aur. par. 6. verſ.& quandoque appellatur. nu. 141. 8

Inſuper dum proponeretur, à ſen-
tentia † de exequendo non dari appellationem. Alex. conſil. 95.volum. 2. Crauet.conſ.274. colum.2. in fine. Roland.conſil.43. volum.1. Gabr. de appel.concl.4.Contard.in d.l.1.limit. 19.numero 31. Magon.deciſ. Luc.18. Cioſ conſ.87. & propterea fruſtra ageretur de reuocatione attentatorũ. Marant. in dicto verſ. & quandoque appell.num.172.Veſtr.in d.pract. lib. 8.c 4. Rimin.iun. conſ. 193. num. 18. vol.5. 9

Fuit replicatum, dictam † concluſionem procedere in illis tantùm caſibus,in quibus à iure executio conceditur, & permittitur, nam tunc, cũ iure permittente fiat executio, non eſt locus renunciationi attẽtatorum; at in caſibus, in quibus eſt locus appellationi, & iudex tenetur ei deferre, ſecus eſt concludendum. 10

Quod † manifeſtum reddebatur. 11
Primò, per tex. in cap. non ſolùm de appell. in 6. ibi,exceptis caſibus,&c.

Secundò,auctoritate Doctorum loquentium in caſibus expreſsè prohibitis

bitis appellari, vt Marant. d.num.172. Contard.in d.l.1.q.4.Lancel.de attent. par.2.cap.12. lim.53.

Tertiò,ex doctrina Caſtr. in l. ab executore,in prin.ff.de appell. vbi reddendo rationem quare ab executore non appelletur,dicit, id eſſe, quia executio venit in neceſſariam conſequentiam ſententiæ.

12 Quartò, quia,vbi † in parte exceditur modus exequendi,poteſt appellari, ergo multò fortius vbi relaxatur executor in caſu non relaxabili:tunc enim datur exceſſus in toto.Bald.in l.ab executione.num.3.C.quorum appell. non recip.

Quintò adducebatur deciſio Cæph. conſ.610.num.15.volum.4. vbi conſuluit in caſu, in quo iudex pronũciauit, cauſam eſſe deſertam, & in ſententia relaxauit executionem.

Sextò efficaciter oſtendebatur argumento ab abſurdo remouendo, quod eſt optimum,& concludens. l.nam abſurdum.ff.de op.lib. Iaſ. in l.diuortio. not.5.ff.ſolut matrim.Nam ſi indiſtin
13 ctè † vera eſſet dicta concluſio eſſet in poteſtate iudicis facere ſententiam appellabilem,& inappellabilem,quod aſſerere abſurdum eſt, & ab omni intellectu alienum,cum hoc modo appellatio à lege permiſſa redderetur facto iudicis fruſtratoria, quod eſſe non debet. l.hæc ſtipulatio. §.Diuus. ff. vt leg.no. cau.gloſ.in clem.1.de ſum.Trinit.& fi-
14 de Cath.Item ſequeretur,quòd † quilibet iudex inferior poſſet per indirectum tollere appellationem à ſententia,& tamen præter Principem non recognoſcentem ſuperiorem nullus inferior poteſt appellationem tollere à diffinitiua ſententia. Bart. in l.1. §.interdum. ff. à quibus appel. non lic.de communi Abb.in cap.paſtoralis. num. 4. de appell. Quinimò neque legatus de latere poteſt tollere appellationem in caſibus à iure permiſſis, niſi hoc haberet ex ſpeciali commiſſione Papæ. Franc.in d.cap.paſtoralis.col.7. verſic. ſecundò quæritur.

Et nihil obeſt,quòd iudex non admiſerit appellationem : Quia ſatis eſt, quòd † de iure teneat appellatio , ex 15
quo ſumus in caſu permiſſo.Caſtr.in l. 3.C.de appellat.& dicitur tunc inhibitum à iure. Iaſ. conſ.187.num.27.vol. 2.Rol.conſ.77.num.5.volum.2. Contard.in d.l.1.qu.4.in princ. Achil. perſ. de adip.poſſ.num.359.in fine.

Vlterius dum diceretur , executionem fuiſſe factam vigore inſtrumentorum cum obligatione Camerali, vnde † non erat retardãda executio. Gal- 16
leſ.ad for.Cam.cap.fin.num.8. & conſequenter ceſſat reuocatio attentatorum.Soc.iun.conſ.138.volum.3.Lancel. de attent.d.par.2.c.12.lim.53.in fine.

Primò fuit replicatum,id verum eſſe quando inſtrumentum eſſet productũ contra perſonam obligatam, & contra bona debitoris, quia † præceptum, & 17
confeſſio non egreditur perſonam obligatam. Doct. in l.1. §.ſi hęres. ff.ad Trebell.neque eius bona.l.cum res.C. ſi aliæ res pig &c.ſed Domini de Menſa non ſunt obligati, neque nominati in inſtrumento : vnde † contra eos vti 18
tertios non poterat agi via executiua vigore dictorum inſtrumẽtorum.Galleſ.ad for.Cam.qu.2.

Secundò, quia hic non fuit actum e- 19
xecutiuè, ſed via ordinaria,cum inſtrumenta fuerint producta ad probandum creditum , vnde datur appellatio. Contard. in d. l. j. limit. 15. numero quinto.

Et licèt inſtrumenta ex forma Conſtitutionis Prouinc. March. habeant executionem paratam,& ſic appellatio non detur,ſecundùm Magon. deciſio.

Luc.80 numero quarto. Tamen id verum eſt, vbi via executiua fuerit actũ, atque ſeruatus fuerit modus traditus per dictam Conſtitutionem, qui modus cum non fuerit hic ſeruatus, ceſſat diſpoſitio ipſius Conſtitutionis. Bart. in l.1.ff.de condict. ex leg. Alex. conſilio 88. volumine 4. Dec. conſilio 434. numero 3 Crau. conſil. 313. in prin. Plot. in l. ſi quando. numero 355. C. vnde vi.

Item dum obiiceretur, conſtare notoriè de non iure petentium reuocari attentata ſuper negotio principali, & ſucceſſiuè attentata non eſſe reuocanda.

Fuit reſponſum, hic fuiſſe oppoſitum contra inſtrumenta producta, vn-
20 de † redditur obumbrata, & offuſcata allegata notorietas. Abb. in c. cum ſpeciali. §. porrò. vbi etiam Dec. num. 39. de appellat. idem Dec. in cap. licet cauſam. numero 24. de probat. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poſſeſſ. Contard. in dict. l. 1. limit. 9. numero 34. Accedit, nam ad fauorem Dominorum de Menſa fuerat lata prima ſententia. Contard. d. numero 34. Feli. in cap. inter cæteras. num. 18 de re iud.

Præterea reſponſum fuit, concluſio-
21 nem † eſſe veram in beneficialibus, non autem in profanis, ſecundùm receptiorem ſententiam, de qua per Addit. ad Alexan. conſ. 95. in lit. C. volu. 5. Lancel. de attent. par. 3 cap. 24. num. 6. cum ſeq.

Poſtremò dum pars diceret, ipſam continuaſſe poſſeſſionem, non autem
22 attentaſſe, cum vigore † conſtituti appoſiti in dictis inſtrumentis diceretur poſſidere. Becc. conſilio 88. & continuans non attentet Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. amplia. 1. numero primo. cum ſeq.

Fuit replicatum, quòd † licèt ad fa- 23
uorem creditorum Domini de Georgiis conſtituerint ſe poſſidere, tamen conſtituerunt poſſidere bona ſua, ſed non aliena. Bartol. in l. quintus. §. argento. & l. cum teſtamento. ff. de auro, & argento leg. Socin. ſen. conſilio nonageſimoſecundo. columna ſecunda, volumine primo. Quinimò ſi aliena obligaſſent, obligatio non valuiſſet. l.1. C. ſi aliena res pig. &c.

Præterea ſatis eſt, quòd tunc penderet lis, an eſſent dicta bona obligata. Cotta in recoll. numero centeſimo ſexageſimooctauo. Lancell. de attent. d. par. 2. cap. 4. limit. 1. numero decimoquarto.

ARGVMENTVM.

Statutum loquens in genere habet locum in quauis eius ſpecie, etiamſi in vna ſpecie maior ſit ratio, quàm in alia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in genere habet locum in qualibet ſpecie.*
2 *Genus comprehendit omnes ſpecies. Et num. 3.*
4 *Vrium diuiditur in nouum, & vetus. Et num. 5.*
6 *Statuti vna pars declarat aliam.*
7 *In ſtatuto omnes caſus an comprehendantur. Et num. 8.*
9 *Statutũ eſt ita interpretandum, ne aliquod contineat iniquum, vel abſurdum.*
10 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
11 *Similitudo indicatur ab effectu.*
12 *Statutum non debet eſſe eluſorium.*

RESO-

RESOLVTIO XXXIII.

VIT in vna Maceratenſi dubitatum, An ſtatutum de ſoluenda gabella ab ementibus, & reuendentibus vinum obliget ementes muſtum, & reuendentes illud clarificatum: Et in hoc dubio fui voti affirmatiui, ex pluribus.

Primò, quia † ſtatutum loquens in genere habet locum in qualibet ſpecie. l. de pretio. ff. de public. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſt. Soc. iun. conſilio 128. num. 183. vol. 1. cum † genus pro-
2 priè comprehendat omnes ſpecies, quę ſub ſe continet. l. ſemper. ff. de regul. iur. Bart. in rubr. ff. ſol. matr. numer. 12. Socin. ſen. in l. 2. not. 3. ff. de except. Iaſ. conſil. 24. colum. 6. vol. 1. Crau. conſil. 785. num. 20. volum. 5. Bald. conſil. 191. & conſ. 305. vol. 1.

3 Quod verum eſt, etiamſi † in vna ſpecie maior ſit ratio, quàm in alia. l. 1. §. quod autem. ff. de aleæ luſu, & aleat. l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de teſt. mil. Soc. in l. 2. §. ex his in princ. ff. de verb. oblig. Dec. in rubr. de iud. col. 7. & in c. 1. col. 3. de probat. ſed vinum nouum
4 eſt ſpecies vini, cum † vinum vt genus diuidatur in vetus & nouum, ſecundùm Doctor. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. per l. ſi quis vinum. ff. de trit. vin.
5 & ol. leg. & † muſtum propriè dicitur vinum nouum. d. l. cum quid. & ibi Bart. num. 4. Caſtr. num. 3. Dec. numer. 6. prout etiam nuncupatur per dictum ſtatutum lib. 6. de offic. gabel. rubr. 16.
6 & regula eſt, quòd † vna pars ſtatuti declaret aliam. l. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. & ibi Doct.

7 Secundò, quia ſtatuta † odioſa comprehendunt omnes caſus, qui veniunt ſub verbi ſignificatione, etiam lato ſumpto vocabulo. l. filium. ff. ad Macedon. l. cum lege. ff. de teſtam. cap. ſi quade ſent. excomm. gloſ. in cap. contra. de hæret. in 6. Calder. conſil. 1. de conſang. & affin. Crau. conſilio centeſimovigeſimooctauo. numero duodecimo. Quæ conclusio magis vera eſt; vbicumque † 8
concurrit identitas rationis. Soc. ſen. in rubr. ff. ſolut. matrim. col. 1. in fi. Dec. in capit. primo. columna 10. verſicul. ſecunda concluſio. in capitul. cum acceſſiſſent. columna 7. de conſtit. & c. in ordinem colum. 2. de reſcript. Cald. conſ. 24. de præb. Sed in caſu iſto concurrit eadem, vel maior ratio, cum maius lucrum percipiant ementes muſtum ex illius reuenditione, quàm ementes, & reuendentes vinum vetus, aliàs grauarentur qui minus lucrantur, & ſic ſtatutum eſſet iniquum, & irrationabile, quod eſſe non debet, cap. erit autem. diſtinct. 4. & ſtatutum † eſt ita- 9
interpretandum, ne contineat aliquod iniquum, vel abſurdum. gloſ. in l. damni. §. ſi is qui. ff. de damn. infect. Bald. in l. quicumque. col. antepenul. C. de ſeru. fug. & ne à ſapiente reprehendi poſſit. Socin. iun. conſilio 63. colum. j. volumine 1.

Tertiò, quia frequentius & communiter magis contingit, homines emere muſtum, quàm vinum vetus cauſa reuendendi ob maius lucrum, vt experientia ipſa docet, † quæ eſt rerum ma- 10
giſtra. §. penult. inſtit. de ſatiſdat. cap. quam ſit. de elect. in 6. Becc. conſilio quadrageſimoquarto. numero ſexto. Surd. conſilio ſexageſimoprimo. numero 36.

Vnde dicendum eſt, ſtatuentes voluiſſe potius comprehendere vinum nouum, & ſic muſtum, quàm vetus, quia leges adaptantur ad ea, quę frequentius accidunt. l. nam ad ea. ff. de legib.

Quartò, quia in dicto ſtatuto rubric.

19.de off.gabel.lib.6. diſponitur, quòd de omnibus, & ſingulis rebus, &c. vendens, emens, vel quomodolibet contrahens ſoluat, & ſoluere teneatur gabellam omnimodò de ſimilibus ad ſimilia: Sed inter muſtum, & vinum vetus quantum ad præſens negotium
11 eſt ſimilitudo,cum illa † ab effectu iudicetur in eo,quod agitur,quamuis in verbis diuerſitas appareat.l qui liberis. & ibi Doct.ff.de vulg.& pup.ſimiléque dicatur id,in quo ratio eadem,maioruè ineſt Doct.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de lib.& poſth. Iaſ.conſil.148. colum.3.verſ.primò moueor.volum.2. Dec.conſ.329 colum.2.

Quintò,quia aliàs redderetur eluſo-
12 rium † ſtatutum. quod non eſt dicendum. Dec.conſil.5.in fi.conſ.196.col.1. conſ.277.col.2.& conſ.398.in fi. facit in ſimili, quod dicitur de ſtatuto puniente exportantem frumentum, nam comprehendit,etiam exportantem farinam. Clar.§.fin. quæſt.82.ſtat.7.verſ. præterea quæro.Azor.inſtit.mor.lib.5 cap.26.quæſtione ſecunda.& de ſtatuto puniente portantem vinum, quod habeat locum etiam contra exportantem vuas, vide Rip. in tract.de pæſt.de remed.ad conſeru.vber. numero 60.Iaſ. in l. non dubium. numero 46. C. de legib.

ARGVMENTVM.

Venditio cum pacto redimendi. an ſit contractus vſurarius.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
2 *Poſſeſſio transfertur per conſtitutum.*
3 *Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum.*
4 *Vſurarius an dicatur contractus ſtante modicitate pretij, & pacto de retrouendendo. Et numer. 13. & 14.*
5 *Et quòd ſi venditor remanſit in poſſeſſione vti conductor.*
6 *Teſtis non probat,ſi deponit per verbum,iudico.*
7 *Teſtis non probat,ſi deponit per verbum,poterat.*
8 *Probatio debet concludere per neceſſe.*
9 *Valor quomodo probandus. Et nu. 10.11.& 12.*
15 *Teſtis pauper non probat.*
16 *Teſtis non iuratus non probat.*
17 *Teſtis ſingularis non probat.*
18 *Confeſſio extraiudicialis tutoris non præiudicat pupillis.*

RESOLVTIO XXXIV.

IN vna Sancti Marcelli vertente inter Ambroſium, & Gentilem, fuit reſolutum ad fauorem dicti Ambroſij,quia eius intentio erat fundata per publicum inſtrumentum, quod dicitur probatio † 1
probata. Alex.conſ.37.colum.4.volum. 2. Dec conſilio 36.colum.1.Cúmque in eo eſſet appoſita clauſula † conſtituti, 2
& conſtaret, venditorem tempore contractus rem venditam poſſediſſe,in dictum Ambroſium emptorem fuit tráſlata omnis poſſeſſio. Doctor.in l. quod meo.& l interdum.ff.de acquir poſſeſſ. Maſcard. de probat volumine tertio. concluſione 1185. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. numero 587. Surd. conſilio vigeſimotertio. numero quadrageſimoquarto. Turret. conſil.quadrageſimoſexto.num.vigeſimoquarto.

Non.

Non.conſil.56 num.17. De cuius poſ-
3 ſeſſione † cõſtitit etiam ex perceptione fructuum dictæ rei emptæ pro parte dominica. l.Titia, & ibi Doct. ff.de ſolut.l.litibus. C.de agr.& cenſ.lib.11. not.in l.qui vniuerſas. §.quod per Colonum,& l.quàmuis.§.ſi conductor. ff. de acqu. poſſeſſ. Maſcard. de probat. vol.3.concl.1183.num.1. cum ſeq. Ferret. conſil.2.numer.9.Turret.conſil.4. num 13. volum.1. Menoch. de retin. poſſeſ.remed.3.num.564.

Et dum opponeretur per Gentilem,
4 inſtrumentum † eſſe vſurarium, ſtantè modicitate pretij, pacto de retrouendendo, & præſertim cum poſtmodùm venditor remanſerit in poſſeſſione.

Primò fuit replicatum,inter Doctores eſſe maximè controuerſum, Nunquid tertium requirebatur, nempè, quòd emens ſit ſolitus fęnerari, ita vt vix diſcerni poſſit quænam ſit magis communis opinio,ſecundùm Modern. in l.2.quæſtio.6.C.de pact.inter empt. Maſcard.de probat. vol.1.concluſ.441. numero 2.

5 Secundò, quia † venditor remanſit in poſſeſſione vti conductor, prout vti talis ſingulis annis de fructibus emptori reſpondit. Bar. in l.ſicut.§.ſuperuacuum. colum.2.ff.quib.mod.pig.ſol. Dec.conſ.648.& conſil.463. nume.20. Corn.conſ.203.num.7.vol.3. Maſcard. in d.concl.441.num.21.

Tertiò,quia hic non concurrit aſſerta modicitas pretij, ex quo teſtes examinati non concludunt de valore rei venditæ.

6 Tum quia † aliqui ex eis deponunt per verba illa, iudicio meo. Angel. in l.ſciendum.ff de verb.oblig. Curt.iun. conſilio 165.col.pen. Alex. conſil.74. colum.3.volum.1. Pariſ.conſi.67.num. 66.vol 3.Dec.conſil.256.num.5. Farin. quæſtione ſexageſimaoctaua. numero trigeſimoſecundo.

Tum quia aliqui vtuntur verbo † illo, poterat. Bartol. in l.1.ff.de iniuſt. rupt. 7
& probatio † debet concludere per neceſſe, non autem per poſſibile. Bald.in l.Gallus in princ. ff.de liber.& poſth. 8

Tum quia aliqui deponunt, quòd † tanti ipſi emiſſent, & ſic depoſuerunt de ſingulari affectione, non de communi.Doct.in l.2.vbi Cagn.num.240. C.de reſcind.vend. & in l.pretia. ff. ad leg.Falcid.Socin.ſen.conſil.57.col.fin. vol.4.

Tum quia † non fuit probata paruitas pretij tempore celebrati contractus,quod tempus conſideratur,ſecundùm Doct.in cap.ad noſtram.de empt. & vendit.& in d.l.2. Et licèt deponant à xij.annis citra:tamen nihil facit,quia 10
† illa verba poſſunt verificari in anno præterito, & vna die quandocumque. Bartol.in l.1.§.quod autem. ff.de acqu. quot.& æſtiu.& in l.Celſus. ff.de vſucap.Alex.conſil.145.colum.2.& conſil. 198.colum.penult.volum.2.Corn.conſil.241.colum.2.volum.1.Farin.d.quęſt. 68.num.10. 11

Tum demùm quia hic agitur de venditione cum pacto de retrouendendo, & teſtes deponunt de venditione ſimplici, vnde † non probant iuſtum pretium, cum res vendita cum tali pacto dicatur minoris æſtimationis. Abb. in c.aliquibus not.2.de decim.Iaſ. & Rip. in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebell. Iaſ.conſil.151.volum.4.Ruin.conſil.66. vol.4. Soc.ſen.conſ.248.col.fin.vol.2.& conſil.57.col.penul.vol.4.Dec.conſil.308. colum.1. 12

Quartò, quia prædictus contractus fuit † factus ab Angela tutrice, in qua ceſſat omnis ſuſpicio doli, & eius ſimplicitas omnem illiciti contractus pręſumptionem excludit. Cagn. in d.l.2. 13

num.52.Iaſ.in l.ſi quis.not.7. ff. de iuriſd.om.iud. & in l.iuris. colum.1. C. qui adm.

14 Quintò, quia † an talis contractus eſſet vſurarius relinquitur arbitrio iudicis. Bald. conſil.311. col.2.lib.5. Corn. conſil.346. col.penul. vol.1. Maſcard. d.concl.441.num.9.

Vlterius dum diceretur, quòd plures teſtes deponant, dictam Angelam tutricem dicti Ambroſij, quæ eius nomine emit, confeſſam fuiſſe, ſe mutuaſſe pecuniam ſub nomine emptionis.

Primò fuit replicatum, dictos teſtes
15 non probare: Tum † quia ſunt pauperes Doct.in cap.ſi qui.de teſtib. Alex. conſilio 15. volum.3. Pariſ. conſilio 53. colum.2.volum.4.Soc.ſen.conſilio 17.
16 col.fin.volum.1.Tum quia † non iurati depoſuerunt. cap.ſuper,& ibi Doct. de teſtib.Fel.in cap.conſtitutus de reſcript.Pariſ. conſ.63.num.34. volumine
17 1. Tum demùm, quia † ſingulares, c.licèt, de probat.Alex.conſil.72. conſ.78. col.penult.volum.1.& conſ.64.volum. 2.Pariſ.conſ.60.num.44. volum.4. & conſ.112.num.16. volum.1. Iaſ. in l. admonendi.num.218.ff.de iureiur.

18 Secundò fuit dictum, quòd † confeſſio extraiudicialis tutoris non præiudicet pupillis. Bart. in l.1. colum.fin. C.de confeſſ. in l.Lutius. la ſeconda, §. tutelæ.ff.de adm tut. Alex. conſilio 50. col.4.vol.5.Soc.ſen.conſ.3 verſ. ſeptimò probatur.volum.1. Cagn. in d.l.2. quæſt.36.Maſcar.de probat.vol.1. concluſ.370.

ARGVMENTVM.

Vxor vſufructuaria quãdo, ſtantibus filiis, habeat plenum, & integrum vſumfructum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta vſufructuaria, ſtantibus filiis, habet ſolum alimenta.*

2 *Et quando hoc ſit verum. Et num.3. & 7.*

4 *Dictio, vnà, importat coniunctionem ſimultaneam.*

5 *Vnionis natura eſt, vt vnita reducantur ad vnam ſubſtantiam.*

6. *Dictio, cum, contingit, ſicut copula, &c.*

8 *Ratione ceſſante, ceſſat quoque diſpoſitio.*

9 *Geminatio demonſtrat enixam voluntatem.*

10 *Teſtamenti vna pars declarat aliam.*

RESOLVTIO XXXV.

IN vna legati vſusfructus facti per Camillum Lucretiæ ſuæ vxori, licèt pro parte filiorum, & hæredum allegaretur, dictam Lucretiam alimentã
† tantùm conſequi poſſe per notiſſimã 1
conſuetudinem Bulgari vbique approbatam. Pariſ.conſ.21.colum.1.volum.2. Alexan.conſ.87.in principio, volum.3. Iaſ.conſil.90.volum.1.Gabr.conſi.97. & conſ.128.volum.2. Gabr. de vſufr. concluſ.2.Burſat.conſ.15.nume.28.vol. 1. Mant. de coniect. vlt. volunt.lib.9. tit.7.Maſcard. de probat. concl. 1419. num.18.volum.3.Menoch.de præſump. lib.4.præſumpt.140.& ſeq. Cauale.de vſufr.mulier. nu.17. Felin. in proœm. decret.num.18. Non.conſil.29.numer. 15.& conſilio 107. numero 7. M.Ant. de Amatis deciſione octuageſimaquarta.

Nihilominus fuit reſolutum, dictæ Lucretię deberi plenum vſumfructum, quia † voluntas teſtatoris eſt 2
atten-

attendenda.l.ex facto.ff.de hæred.inſt. Gabr.d.concluſ. 2.,num.37. Mantic.d. lib.9.tit.7.nume.20.Benintend.deciſ. 98.Dec.conſ.418.num.1. Pariſ. conſilio 97.colum.fi.volum.2. Rimin.iun. conſ.330.num.4.volum.3. ſed teſtator ita voluiſſe dicebatur,
3 † ex quo eam reliquit vſufructuariam vnà cum filiis ſuis,vt in puncto firmant Dec.conſil. 454.num.4. Alexand.conſil. 56. nu. 2. volum.3. Caualc.d.tract. nu. 54. Ruin. conſ.39.num.3.volum.2.& Menoch.de præſumpt.lib.4.d.præſumpt. 140. nu. 21.verſic.ſextus eſt caſus. Gabr.d.conclu.2.num.31.Mantic.d.lib.9.tit.7.numero 31.

Quæ reſolutio coadiuuabatur ex pluribus.

4 Primò ponderando dictionem † illam,vnà,quæ denotat coniunctionem ſimultaneam.Pariſ.conſ.79.numer.21. volum.3. Menoch. in dicta præſumpt. 140.nume.22.
5 natura † autem vnionis eſt,vt vnita reducantur ad vnam ſubſtantiam,& determinationem.l.excuſantur.§.fin. ff. de excuſ.tut. l.in rem. §.item quoque.ff.de rei vend. l.ſed ſi. §.filio.ff.de vulg.& pup.Ruin.conſilio 113.in fin.volum.1.

6 Secundò ponderando † dictionem, cum,quæ coniungit,ſicut copula, &.l. Titiæ.§.nihil.ff.de leg.1.quinimò cõiungit magis,ſecundùm Iaſ. in l.ſi ancilla.ff.de leg.1. Ruin.conſ.190. num. 7.vol.1.Rimin.iun. conſilio 128. num. 40.volum.2.

7 Tertiò, quia † videtur non poſſe aſſignari veram differentiam, quare dicatur legatus vſusfructus plenus,quãdo eſt dictum, exiſtentibus filiis meis. Menoch.d.præſump.140. numero 48. in præſenti autem caſu dicatur vſuſfructus reſtrictus ad alimenta tantùm.

Quartò, nam ceſſat hic ratio dictæ conſuetudinis, cum filij poſſint ex alia parte fructuum viuere; Vnde † debet ceſſare eius diſpoſitio. Bald. in rubric. ext.de conſuetud.colum.fin. Tiraq.in tract.ceſſ.cau.in ver.conſuetudo. 8

Quintò, etenim dicta verba pluries fuerunt repetita in eodem teſtamento, vnde concludendum videtur, dictum teſtatorem ſenſiſſe de vero, & proprio vſufructu, cum ex † geminatione magis præciſa demonſtretur voluntas diſponentis. vulg.l.Baliſta.ff.ad Trebel.Dec.conſ.23.nume.4.Crauet. conſilio 54. numero 7. Becc. conſilio 21.num.24. 9

Et † vna pars teſtamenti aliam coadiuuet.l.qui filiabus.ff.de leg.1. Bart. in l.Centurio.num.vigeſimoſeptimo. Rip.num.centeſimo vigeſimoquarto. ff.de vulg.& pup. 10

ARGVMENTVM.

Artentatum non dicitur aliquid factum,ſi appellans appellationi renunciauerit, vel ſi appellatio friuola fuerit.

Item, quæ exceptiones non admittantur quando agitur ex contractu celebrato in forma Cameræ Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi dicitur renunciatum, ſi redeat appellans ad eundem iudicem.*

2 *Appellationi an poſſit renunciare procurator. Et num.3.*

4 *Appellatio non datur à mandato de reſpondendo præciſè.*

5 *Attentata non dicuntur ſtante appellatione friuola.*
6 *Iudex non attentat, niſi ſit inhibitus.*
7 *Appellatio ab interlocutoria dicitur ſublata per appellationem à diffinitiua.*
8 *Attentata non ſunt reuocanda, ſi conſtet de notorio non iure petentis.*
9 *Emens pro pretio non ſoluto tenetur ad vſuras.*
10 *Exceptio ſolutionis quando admittatur ad impediendam executionem inſtrumenti Cameralis. Et numer.* 11.
12 *Item, an exceptio compenſationis.*
13 *Item, an exceptio reconuentionis.*
14 *Reconuentio non habet locum in ſummariis.*

RESOLVTIO XXXVI.

IN cauſa vertente inter D. Petrum Ferrettum ex vna, & pauperrimam Fœlicem Bartholomæi ex altera fuit dubitatum.

Primò, An benè opponeret dictus Petrus de attentatis, eò quia, non obſtante appellatione per ipſum interpoſita à decreto de præcisè reſpondendo, Dominus iudex proceſſerit inſtante dicta Fœlice ad vlteriora, & tandem ad ſententiam.

Secundò, An dicta ſententia lata ad fauorem dictæ Fœlicis vigore inſtrumenti Cameralis veniat confirmanda, & exequenda.

In primo dubio fuit reſolutum, nulla extare attentata.

1 Primò, quia dictus Petrus, † poſt interpoſitã appellationẽ à dicto decreto rediit ad eũdem iudicem plures comparitiones in cauſa faciendo, &, quod magis eſt, inſtando pro expeditione cauſæ, vnde dicitur renunciaſſe dictæ appellationi. c. ſollicitudinẽ. de appell. Anch. conſ. 6. n. 3. Gabr. de appel. cõcl. 2. & de iud. concl. 5. num. 4. Rot. Rom. decif. 475. in nou.

Nec obſtat, quòd procurator fuerit, qui rediit ad eundem iudicem, procurator † autem non poteſt renunciare appellationi. Bal. in l. fi. §. fi. num. 4. C. de appel.

Quia verum eſt, procuratorem † non poſſe renunciare appellationi expreſsè, tacitè autem poteſt, quãdo eſt effectus Dominus litis. l. ab executore. §. ſi procurator. ff. de appel. c. 1. & ibi Abb. num. 19 & 25. vt lite non conteſt. 2

Secũdò, nam appellatio prædicta fuerat friuola: Tum quia ex mandato præfato non inferebatur grauamen. Surd. conſ. 106. num. 11. Tum quia † à mandato de reſpondendo præcisè non admittitur appellatio, niſi in appellatione inſeratur cauſa legitima. Dec. conſ. 34 num. 2. Contard. in l. 1. lim. 5. num. 9. C. ſi de moment. poſſeſ. & quæſt. 1. nu. 1. fol. 491. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 1. num. 31. Appellatio † autem friuola non facit attentata. Lancell. de attent. d. c. 12. lim. 6. n. 1. & lim. 50. & 53. 3 4

Tertiò, etenim † iudex non attentat procedendo ad vlteriora, niſi ſit inhibitus. Lancel. d. par. 2. c. 11. lim. 1. Præcipuè cum dictum decretum de præcisè reſpondendo ſit ſententia merè interlocutoria. Butrig. conſ. 6. Lancell. d. ca. 12. lim. 53. 5

Quartò, quia † ſententia ſubſecuta poſt dictam appellationem eſt diffinitiua negotij principalis, & ab ea Petrus appellauit. Vide Lancell. d. par. 2. c. 12. lim. 1. num. 107. 6

Quintò, quia † attentata non veniũt reuocanda ad inſtantiam illius, de 7

cuius

cuius non iure notorie conſtat. Rot. Rom.deciſ.14 & 55 in nou. Lancell. de attent.par.3. cap.30. nume. 201. & cap 24. nu.21.& 51. Et de non iure dicti Petri notoriè conſtabat ex actis.

In ſecundo dubio fuit pariter reſolutum ad fauorem dictæ Fœlicis, ex quo inſtrumentum venditionis domus factæ dicto Petro per dictam Fęlicem erat clarum,& in forma Cameræ, & cum iudici ad quem conſtaret, dictum Petrum retinere rem, & pre-
9 tium, condemnare † eum volebat etiam ad vſuras pretij non ſoluti, iuxta dicta per Gabr. de empt.& vend. concl.4 lib 3.

10 Et dum dictus Petrus allegaret † exceptionem ſolutionis, quæ admittitur contra inſtrumentum Camerale ad retardandam executionem.

11 Fuit reſponſum. exceptionem † ſolutionis non admitti ad impediendam executionem inſtrumenti Cameralis,quando illa requirit altiorem indaginem.& venit probanda per extrinſeca, vt hic. Rom. conſ. 76. circa fin.Afflict.deciſ.351. Caualc.deciſ. 28. num.22.par. 1.Gallaſ.ad for.Cam.fol. mihi 69. num.17.cum ſeq.

Poſtremò,dum idem Petrus allega-
12 ret † exceptionem compenſationis, Fuit replicatum,dictam exceptionem non admitti contra inſtrumentum in forma Cameræ. Galleſ. ad for. Cam. fol. mihi. 72.nume. 6. Put.deciſ.452. par.2. Prout neque fuit auditus in ex-
13 ceptione † reconuentionis ſtante dicta obligatione in forma Cameræ. Soc. ſen.conſi.41. nume.6. volum.1. Menoch.de adipiſc.poſſeſ. rem.4.nu.
14 649. Et præterea cum † in ſummariis non ſit locus reconuentioni. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 194. ff. de acq.poſſ. omnis autem cauſa ſecundùm Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ eſt ſummaria.

ARGVMENTVM.

In libello quando dicatur intentatum poſſeſſorium, & petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à ſententia lata in poſſeſſorio.*
2 *Quid ſi in libello adeſſet mixtura.*
3 *Mixtura quando dicatur in libello.*
4 *Pertinere verbum, pertinet etiam ad poſſeſſionem, maximè ſtante clauſula illa, ius,& iuſtitiam,&c. Et num.5.*
6 *Libellus non debet attendi, ſed proſecuta.*
7. *Sententia eſt attendenda, non libellus.*
8 *Sententia in poſſeſſorio an continere dicatur mixturam, ſi in ea dicatur, tanquàm heredem ſcriptum. Et num. 9.& 10.*
11 *Super poſſeſſorio an poſſit pronunciari, non ſuſpenſo petitorio. Et num.12.13.& 14.*
15 *Nullitas contra teſtamentum debet allegari in ſpecie, & debet eſſe viſibilis. Et num.16.*
17 *Sententia lata ſine cauſa cognitione in poſſeſſorio ſummariiſſimo valet. Et num.18.*

RESOLVTIO XXXVII.

QVIDAM Dominicus Pelliccionus de Sancto Elpidio exhibito in actis teſtamento Dorothei Pelliccioni,non caſſo, non cancellato, nec in aliqua ſui

parte vitioſo, ſeu ſuſpecto, coram Prætore dicti loci petiit per dictum Prætorem pronunciari, dictum Dominicum tanquàm hæredem ſcriptum eſſe immittendum in actualem, & corporalem poſſeſſionem omnium bonorum dicti Dorothei, prout fuit immiſſus.

Fuit apprimè diſputatum, An à dicta ſententia daretur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum.

1 Et fui voti, non dari appellationem ad dictum effectum ſtante Ægidiana in Statu Eccleſiaſtico. Turret. conſ. 55. nume. 1. volum. 1. Contard. in l. 1. folio 71. num. 11. & lim. 3. num. 18. C. ſi de moment. poſſ. & ſuper d. Ægidiana. quæſt. 1. cum ſeq. Menoc. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 807.

Et dum pars replicaret, à dicta ſententia dari appellationem quoad di-
2 ctum effectum, ex quo † in libello aderat mixtura petitorij. Turret. conſilio 26. numero 29. volum. 1. Contard. in
3 d. l. 1. limit. 2. Petiit enim † dictus Dominicus in libello ob imperitiam ſui Aduocati, ſe declarari hæredem, & dictam hæreditatem ad ſe pertinere, & ſucceſſiuè forè immittendum. Cõtard. in d. l. 1. limit. 2. §. 2. num. 3. 4. & quæſt. 13. n. 24. 36. & 37. Innoc. in cap. cum eccleſia, in princ. de cauſa poſſ. & prop. Pract. Pap. in for. libel. in cauſ. ſpol. poſſeſſ. in ver. pleno iure. num. 2.

4 Fuit reſponſum. Primò, verbum, † pertinere, adaptari etiam ad poſſeſſorium Alexan. conſ. 118. volum. 2. & conſil. 98. volum. 5. Addit. ad Pract. Pap. in d. ver. pleno iure. in lit. B. latè Contard. in d. l. 1. quæſt. 13. num. 36. & 39. Quod ſine dubio verum dicitur in præſenti
5 caſu ob clauſulas † illas appoſitas in libello, peto ius, & iuſtitiam, &c. omni meliori modo, &c. deducens, &c. Contard. d. quæſtione decimatertia numer. quadrageſimoſexto. & 51. Iaſ. in §. omnium. num. 147. Inſtit. de act. Bald. & Ang. in l. fin. C. de ann. except. Rip. in l. 1. §. ſi quis ita, numero octauo. ff. de verbor. obligat. Roland. conſilio quadrageſimoprimo. numero 27. volum. 3. Rimin. iun. conſilio 42. numero 43. volum. 1. & conſilio 375. volumine ſeptimo.

Secundò, quia † non debet attendi libellus, ſed proſecuta. Rol. conſilio 41. num. 24. volum. 3. Pariſ. conſ. 86. num. 12. & conſilio 113. volumine primo. Contard. in d. l. 1. lim. 2. §. 3. nume. 9. 16. & 17. Menoch. de recuper. poſſeſſ. rem. 1. numero 178. ſuper petitorio autem nihil fuit probatum, nec minus in actis aliquid deductum. Contard. in d. l. 1. limit. 2. §. 5. num. 27. & 30. 6

Tertiò, quia ſententia fuit lata ſuper mero poſſeſſorio, ſententia autem † eſt 7
attendenda, & non libellus. Contard. in d. l. 1. limit. 2. §. 3. num. 16. & §. 5. nu. 13. 19. & 27.

Vlterius dum allegaretur, quòd † 8
ſententia contineret mixturam, ob illa verba, tanquàm hæredem, &c. Contard. in d. l. 1. q. 13. num. 24.

Fuit reſponſum. Primò, illa † verba 9
eſſe enunciatiua, vndè non nocere. Contard. in d. l. 1. lim. 2. §. 5 num. 19.

Secundò, quòd cum fuerit additum
in ſententia illud † verbum, ſcriptum, 10
tollitur omninò obiectum. Bald. in rubric. de cauſ. poſſ. & propr. colum. fin. verſic. ideò in dicto ſtatuto. Contard. in d. l. 1. lim. 2. §. 2. num. 8.

Inſuper dum pars diceret, quòd † 11
non potuerat ferri ſententia ſuper poſſeſſorio tantùm, niſi prius fuiſſet ſuſpenſum petitorium intentatum in libello. Rip. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. numero 191. ff. de acquir. poſſeſſ. Oſaſch. deciſ. 47. n. 3. Contard. in d. l. 1. lim. 2. § 5. nu. 14. & 24. Corn. conſ. 107. num. 27. lib. 1.

Fuit

12 Fuit replicatum. Primò, iudicem † poſse ex officio ſuſpendere. Rip. in d.l.naturaliter.§. nihil commune.numero 171.

13 Secundò, quòd † talis ſuſpenſio expreſsè non eſt facienda, nam aliàs foret magna intricatio, ſecundùm Rip. in d.§.nihil commune.nu. 191.Abb. in c.paſtoralis.num.32. de cau.poſs.& prop. Oſaſch.d.deciſ.47.num.5 Contard.in d.l.1.lim.2. §.5. num. 24. Ac-

14 cedit, cum † hic liqueret ſolùm de poſſeſſorio. Abb.in c.ſuborta.num.7. de re iud. Contard.in d. l.1.lim.2.§.5. num.25 Menoch.de retin. poſs. rem. 3.num. 810.

Item, dum proponeretur nullitas teſtamenti, Fuit reſponſum.

15 Primò, quòd † dicta nullitas debuerat allegari in ſpecie. Bald.in l.fin. colum.6. verſ.& tota hic. C.de edict. Di. Adrian. toll. Vant. de nullit. in rubr. fin.num.25.

16 Secundò quòd nullitas † deberet eſſe viſibilis. Rol. conſ. 2. nume. 42. volum.3 & conſ.98. nu.41. vol. eod. Rim.iun.conſ.69. numero 29. vol.1. Menoch.de adipiſc.poſs.rem. 4.num. 726.

Poſtremò dum opponeretur de
17 nullitate † ſententiæ vti late feſtinãter, & abſque cauſæ cognitione, Iaſ. in l.nec.quicquam.numero 69. ff. de off.Proconſul. Vant.de null.in rub.ex defect.ſent.

18 Fuit replicatum, in remedio † d. leg. fi. non requiri cauſæ cognitionem, præcipuè ſi non daretur legitimus contradictor, prout non dabatur hic. Dec. conſ.439. num 3. conſ.683. numero 82. Socin. ſen. conſ. 89. volum.3. cum ſit ſummariiſſimum poſſeſſorium. Rip. in rub. ff. quor. bon. num. 4. Bero.conſ. 56. num.8. vol.2. Roland.d.conſ.2.nu.39.

ARGVMENTVM.

Appellatio alternatiuè aut copulatiuè interpoſita quando dicatur deſerta.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio alternatiua dicitur deſerta, ſi infra decem dies non fiat declaratio. Et num.* 11.

2 *Idem in appellatione interpoſita copulatiuè. Et num.* 3. *&* 4.

5 *Lex non vſu recepta non eſt attendenda.*

6 *Lex quando tollatur per non vſum.*

7 *Conſuetudo notoria eſt ſolummodò alleganda, maximè ſi vigeat in loco iudicij; Et idem in ſtatuto. Et num.* 8.

9 *Iudex debet ſequi conſuetudinem notoriam, & generalem in decidendo.*

10 *Appellatio omiſſo medio quando valeat.*

12 *Stylus Romanæ Curiæ eſt attendendus.*

13 *Argumentum non valet ab auctoritate Rotæ.*

14 *Sententia lata contra Rotam valet. Et num.*17.

15 *A communi opinione non eſt recedendum.*

16 *Opinio, pro qua eſt conſuetudo, ſemper præualet.*

RESOLVTIO XXXVIII.

CVM pro parte D. Marſiliæ fuerit à ſẽtẽtia cõtra eã lata ad Sanctiſſimũ Dominũ Noſtrũ appellatũ, necnon

ad Illuſtriſſimum D. Legatum, ſiue Vicelegatum, nec infra decem dies fuerit facta declaratio ad quem voluerit appellare, fuit dictum, de iure dictam appellationem eſſe deſertam, vt
1 † in appellatione alternatiuè interpoſita tenet gloſ. in c. ſi is cui. in ver. durante de off. deleg. in 6. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de appell. §. nũc hactenus, ver. ſed pone aliquis, & in reg. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Bellam. in c. ſi duobus, num. 17. de appell. Card. Alex. in rubr. de appell. nu. 31. & in cap. dilecti. nu. 2. vbi ponit reg. cum ampl. & lim. de appell. Henric. Boich. in cap. conſuluit. §. ſuper eo in fin eod. tit. Peruſ. in d. reg. in alternatiuis. num. 8. Felin. in cap. 2. num. 6. & ibi Dec. num. 25. eod. tit. Ang. in l. 1. §. ſi quis. nu. 4. & ibi Imol. nume. 11. ff. de appellat. Aret. in l. qui Romæ. §. Seia. num. 19. ff. de verbor. oblig. & ibi Alciat. nu. 17. Bald. conſ. 320. volum. 4. Aret. conſ. 336. Alex. conſil. 101. num. 2. & conſ. 167. volum. 2. & de communi teſtatur conſ. 76. n. 6. volum. 7. Corn. de communi conſ. 58. num. 2. volum. 2. Socin. in reg. 36. Iafr. deciſ. 449. Abb. in pract. in for. app. ab interlocutoria. num. 15. Purpur. conſ. 6. num. 9. Afflict. in Conſtit. Reg. lib. 2. in tit. de appell. num. 14. Rebuff. ſuper Conſtit. Gall. in tit. de appell. glo. vnica. num. 10. tom. 3. eſt deciſ. Tholoſ. 474. & ibi addit. Et
2 quod † idem ſit in appellatione interpoſita copulatiuè, vbi infra decem dies non fuerit facta declaratio, tenet Ang. in d. §. ſi quis. num. 4. & d. cõſ. 336. num. 2. Peruſ. in d. reg. in alternatiuis. nume. 8. Alex. d. conſ. 164. & d. conſil. 79. vbi de communi. Apoſtil. ad Card. in d. rubr. de appell. nu. 31. Purpur. d. conſ. 6. num. 8. in fine.

Quinimò ſi dicta ſententia procedit in appellatione alternatiuè interpoſita, multò † quoque fortius procedere debet vbi copulatiuè fuerit appellatum. Simon. de Boſſ. inter conſil. Bald. d. conſil. 320. 3

Nec præmiſſæ concluſioni obſtat, dum primò obiicitur de Conſtitutione Prouinciæ lib. 6. c. 5. quæ videtur velle, ſolùm debere appellari ad immediatum iudicem, & ſic ad Legatũ, vnde videtur, quòd dicta appellatio valeat. quia vbi ad vnum tantùm iudicem poteſt, & debet appellari, eo caſu † appellatio alternatiuè, ſiue copulatiuè concepta valet. Alex. conſ. 164. 4 volum. 2. Felin. in c. inter cætera. nu. 4. lim. 3. de appell. Iaſ. in l. qui Romæ. §. Seia. num. 11. ff. de verbor. oblig. Alex. d. conſ. 12. num. 11. Card. Alexãd. in d. cap. dilecti lim. 4. Gem. in d. c. ſi is cui. num. 5. Alex. in d. c. 2. in fin. Ang. in d. conſ 336. num. 2. Claud. in l. ſi Stichum. num. 4. ff. de verb. oblig.

Quia Conſtitutio prædicta nunquã moribus vtenſium comprobata fuit, & ſic ſuper ea † tanquã vſu non recepta nullum poteſt fieri fundamentũ. 5 Soc. iun. conſ 32. num. 44. vol. 3. Roland. conſ. 90. num. 54. vol. 1. & conſ. 99. num. 5. vol. 2. vbi de communi teſtatur.

Et licèt dici ſoleat, quòd † lex non 6 tollatur per non vſum, niſi non vſus habeat in ſe contrarium vſum. Abb. & alij in cap. fin. colum. 14. de conſuetud. Felin. in c. cum acceſſiſſent. colum. 6. de Conſt. Crau. conſil. 171. num. 14. & conſ. 197. num. 11. Aldobran. in §. ex non ſcripto. num. 10. Inſtit. de iur. nat. gent. &c.

Tamen dicitur, Curiales omnes ſcire conſuetudinem notoriam eſſe in hac Curia, appellationes interponi abſque medio ad S. D. N. Quæ conſuetudo contraria præmiſſæ Conſtitutioni,

7 tutioni,cum † ſit generalis,& notoria probatione non indiget. Bald in l.filiusfamiliàs. §.veterem. ff. de procur. in l.iubemus.C.de iud.& in l.ſi fugiti-
8 ui.colum 1.C.de fugit.Imò,cum † vigeat in hoc foro,& loco iudicij,minus eſt neceſſaria eius allegatio, ſicut etiã non eſt neceſſe allegare ſtatutũ, quod eſt in loco iudicij. Bald. in l. omnes. col.pen ff.de iuſt.& iure.Bal.conſ.238. col.1.vol.1.Crau conſ.137.num.5.& ſatis eſt, quòd iudex ex officio de eo inquirat,& informationem capiat.Alex. in l. 1.num. 3.& ſeq. C.vt quæ deſ.aduoc.& conſil. 14.in princ. vol 5. Dec. in cap cum M.num.7 de Conſtit.conſil. 148.num.4.& conſ.360.num.4 ſicque ſtante tali conſuetudine tam vni-
9 uerſali, & notoria , iudex † eam ſequi debet in decidendo,& iudicãdo. Dec. in c.ex literis.colum. fin.de conſtit & in ca.inter cæteras col pen.de reſcrip. Rimin iun.conſ.296. num.22. volum.
10 2. Quia vbi extat † conſuetudo appellandi , omiſſo medio , valet appellatio auctoritate conſuetudinis.c.Romana §.1.de appel.in 6.Marant.in pract.par. 6. verſ. & quandoque appellatur. numero 363.

Minus quoque obſtat, Dominos de Rota ſequi contrariam ſententiam ,
11 nempè quòd † appellatio alternatiuè concepta valeat,vt in deciſ. 30. in no. aliàs dec.409.vbi etiam dicitur, quòd Curia indiſtinctè admittit talem ap-
12 pellationem,& Stylus † Curiæ Romanæ eſt ab omnibus ſequendus.Card.in Clem.quamuis,in princip.de appellat. quam ſententiam Rotæ ſequitur Mil. in ver.appellatio alternatiua. Ang. in l.cum proponas.num.2. C.de bo auct. iud.poſſid.Alexand.conſil 12. numero decimoquinto , volumin. 6. Franciſc. Marc.deciſ.270.par.1.& Bellam.deciſion.479.

Nam reſpondetur,quòd licèt prædicti Doctores de dicta deciſione Rotæ mentionem faciant, tamen, ea reprobata.communem conſtituunt ſententiam in contrarium,nimirum,appellationem alternatiuè, & copulatiue cõceptam non valere, tanquàm de dicta deciſione minime ſit curandum. cum non † valeat argumentum ab aucto- 13
ritate Rotæ.ſecundùm Gemin.in cap. duobus.colum.11.de reſcrip.in 6.& in ca.neque.diſt.8 quem refert,& ſequitur Ripa in l.1.nu.64. ff.ſi certum petatur.qui etiam dicit,quòd non tenemur ſequi deciſiones Rotæ,niſi quatenus lege,vel ratione nitantur.Gemin. conſ.94.colum.2.in fin. Et quòd propterea † ſententia lata contra Rotam 14
mero iure val t. Felin.in cap paſtoralis.de fide inſtr vbi etiam Card.quia, vt dicit Vant.in titul.de nullit.ex def. proceſ.num.121. Domini præfati poteſtatem legis condendæ non habent, nec eorum deciſiones,quamuis magiſtrales,vim legis obtineant. Domini igitur de Rota contra receptam Doctorum ſententiam tenuerunt;à † cõ- 15
muni autem in iudicando non eſt recedendum, iuxta not. per Bartol. & alios in l.2. Cod.dè pœn iud. qui malè iud.Felin.Dec.& alij in cap.1. de conſtit.Pariſ.conſi.64.numero vigeſimoſeptimo.volum.3.

Concurrit,quia Aret reprobata ſententia Rotæ, dicit , quòd hæc ſententia,vt.prædicta appellatio non valeat, eſt conſuetudine approbata , & † opi- 16
nio, pro qua eſt conſuetudo , ſemper præualet. cap.cum dilecti. de conſuet. Bero. conſil. 87. numero vigeſimoquinto.volum.3.

Neque pariter obeſt , dùm Domini de Rota aſſerunt , Curiam ita obſeruare. Quia dicere ſimpliciter non debemus, ita ſeruat Curia, niſi à Papa

per modum declarationis, vel conſtitutionis procedat, vt ſtrictè explicat Alber. in dictionario in ver. Curia, quem refert, & ſequitur Felin. in cap. ex parte. num. 18. verſ. & non eſt neceſſarium. de reſcript. & in cap. Rodulphus. num. 43. eod. titu. Stylus enim Curiæ dicitur mutabilis ad mutationem Summorum Pontificum, Auditorum, & Aduocatorum.

ARGVMENTVM.

Quæ poſſit extendere notarius ſub clauſula; & cætera.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſub clauſula; & cætera; quæ poſſit extendere. Et num. 4. 7. 10. 11. 12. & 13.*
2 *Pactum quando dicatur accidentale, & quæ dicantur accidentalia in iudicio. Et num. 3.*
5 *Contrahentium æqualis debet eſſe conditio.*
6 *Promittens de rato, facta diligentia non tenetur ad pœnam.*
8 *Notarius ſemper præſumitur rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas. Et num. 9.*

RESOLVTIO XXXIX.

IN aſſerta promiſſione de rato facta per Thomam ex pluribus dictũ fuit, notarium ſub illa dictione; & cætera; non poſſe extẽdere clauſulam, aliàs de ſuo proprio teneri voluit, &c.

1 Primò, quia eſto quòd † notarius virtute illius dictionis; & cætera; poſſit addere, & extendere, quæ ſunt de ſubſtantia, & natura actus, non tamen ea addere, & extendere poteſt, quæ ſunt accidentalia ipſius actus. Bartol. Imol. & alij, in l. Gallus. §. idem credendum. ff de lib. & poſthum. Felin. in c. cum P. tabellio. de fide inſtr. Ceph. conſ. 88. vol. 1.

Sed clauſula iſta; aliàs de ſuo proprio; reſpectu promiſſionis de rato omninò accidentalis eſt, quia quandoque apponi, quandoque non apponi conſueuit, & ſic ſine ea promiſſio rati ſtare poteſt, & ſecundùm Dialecticos, quod poteſt eſſe, & abeſſe ab aliquo ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, accidens eſt, vt tradit Porphyrius in prædicabilibus, cap. de Accidente, & ſcribit Surd. conſ. 179. 2. nu. 7. vnde ſecundùm Legiſtas † omne pactum, quod apponitur in actu, 2
ſine quo poteſt actus ſtare, dicitur accidentale. Bald. in l. vendentis. col. fin. C. de contrahend. empt. ſicut † omnia, quæ emergunt in iudicio præter 3
formam, & ſubſtantiam iudicij, dicũtur accidentalia. Maran. in Spec. aur. in 2. par. princ. num. 30.

Secundò, negari non poteſt, quin mos varius, & conſuetudo difformis ſit apponendi talem clauſulam, videlicet, vt nunc ea clauſula apponatur in inſtrumentis, & non apponatur. Vnde, cum non ſit vniformis huius rei conſuetudo, verum eſt dicere, notarium ſub illa dictione extendere minimè poſſe dictam clauſulam. Tiraqu. in tract. de iure conſt. poſſ. in vlt. lim. num. 15. Vbi propterea concludit, quòd † quando mos eſt, vt clauſula conſtituti modo apponatur in contractu, & modo non apponatur, non poteſt notarius ſub illa dictione, & cætera, id ipſum adſcribere.

Tertiò, in præſenti caſu eſt conſiderandum, quod in eodem inſtrumẽto abſquè aliquo mandato Georgius ad præmiſſum effectum promiſit pro D. Portia ex aduerſo principali, in cuius obligatione non eſt appoſita aliqua obligatio de ſuo proprio, Vnde iuſtè credendum eſt, non fuiſſe appo-
5 ſitam reſpectu Thomę, cum † contrahentium æqualis debeat eſſe conditio. l. ſi id, quod. §. fin. ff. de reſcind. vend. l. pen. in fin. C. comm. diuid. & pares debeant eſſe contrahentiũ qualitates l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arb. Rom. conſil. 295. verſ. quartò principaliter.

Quartò hoc idem comprobatur ef-
6 ficaci ratione, nam cum † de rato promittens teneatur tantùm facere diligentiam, & ea facta non teneatur ad aliquam pœnam, vel intereſſe. Afflict. deciſ. 295. Pariſ. conſ. 110. volum. 1. negari non poteſt, quin promittens ad plus ſit obligatus ſi addatur clauſula; aliàs de ſuo proprio, &c. Pariſ. d. con-
7 ſil. 110. num. 10. ſed † notarius ſub dictione; & cætera, non poteſt addere aliquid, per quod plus ſit in obligatione, & ſic augere ſubſtantiam obligationis. Grat. conſ. 111. numero 7. vol. 1.

Quibus ſtantibus non obſtat, quòd
8 † notarius ſemper intelligatur rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas. l. fin. C. de fideiuſs. Abb. Felin. & alij, in c. cum M. de Conſtit. Corn. conſ. 225. in fin. vol. 3. Dec. conſil. 449. Alex. conſ. 27. volum. 2. Gabr. de conſuetud. concluſ. 3. Non. conſ. 20. num. 6. Turret. conſ. 98. numero 21. volum. 1. Surd. deciſ. 213. nu. 6. & deciſ. 223. nu. 5. cum ſeq. vbi tradit plura exempla.

Primò, quia licèt alicubi mos regionis ſit, vt in locationibus conductores periculum ſterilitatis recipiãt, vel conſuetum ſit apponere clauſulas renunciationis Epiſtolæ, &c. vel diſcuſſionis in contractu fideiuſſionis, tamen ſi hæc non fuerint expreſſa, notarius non poteſt apponere virtute clauſulæ, ſiue dictionis, & cætera. Alexand. d. conſ. 27. & vide Surd. deciſ. 159. num. 2. & d. deciſ. 223. num. 1.

Secundò, quia id verum eſt, ſi † dictæ clauſulæ ſunt ſolitæ apponi ſemper, & eo modo, ſecus ſi ſolent aliquando apponi, aliquando non, & ſic diuerſimodè. Alex. conſ. 5. & conſ. 28. ver. aut volumus. volum. 5. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres num. 49. ff. de verb. oblig. Tiraqu. in d. tract de iure conſt. poſſ. lim. fin. num. 25. Gabr. d. concluſ. 3. num. 32. & faciunt dicta per eundem ibidem, num. 19. 9

Minus obſtat, notarium † poſſe extendere dictam clauſulam, & alias ſecundùm ſuam conſuetudinem. Bart. & Alex. & alij in l. argentarius, in princ. ff. de eden. 10

Quia in caſu iſto non fuit probata aliqua conſuetudo ſpecialis notarij, qui rogatus fuit de tali contractu, quod conſueuerit apponere dictam clauſulam, vbi in protocollo nõ eſt extenſa.

Præterea, eſt animaduertendum, quòd in pluribus inſtrumentis exiſtẽtibus in protocollo adeſt illa clauſula, aliàs de ſuo proprio voluit teneri, & in aliquibus non, ex quo facilè colligi poteſt, quòd idem feciſſet in ſcriptura, ſuper qua contenditur, vbi eam clauſulam publicaſſet, & publicando coram teſtibus recitaſſet, Vnde dicit Alexand. conſ. 127. in fin. volum. 1. quòd vbi † notarius in aliquibus in- 11
ſtrumentis appoſuit aliquas clauſulas, ſi reperiantur aliqua inſtrumenta ſine illis, ſtandum eſt iuri communi, & in his terminis de clauſula codicillari tradit Anguſſ. conſilio. 224.

lib. 3. qui dicit, quòd ſi in inſtrumentis aliquibus repertis in filza adeſt extenſa clauſula codicillaris, & in aliquibus non, extendi non poterit vbi extenſa non reperitur, ſed ſtādum eſt iuri communi.

12 Neque facit, quòd, † vbi de ſtylo notarij apparere non poteſt, fit extenſio ſecundùm conſuetudinem generalem aliorum notariorum. Alex. conſilio 163. columna finali, volumine 7. & d. conſil. 28.

Quia reſpondetur primò, hic conſtare de conſuetudine notarij, quæ eſt, quòd vbi dicta clauſula fuit ſtipulata extenditur in protocollo, vbi autem non eſt ſtipulata, non ponitur.

Secundò dicitur, quòd de tali ſtylo, & conſuetudine aliorum notariorum exiſtentium in loco non conſtat, &, vt creditur, impoſſibile erit probari, vt ſemper talis clauſula apponi conſueta ſit; Et ſi difformis erit conſuetudo, nullius erit momenti. Natt. conſilio 106. numero decimo. Non. conſilio. 48. numero 14. Becc. conſilio 7. numero 27. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 31. numero 8.

Neque auctoritas Collegij notariorum Curiæ quicquam poteſt operari ad ſuſtinendam additionem eiuſdem clauſulæ.

Quia, quicquid ſit in fideiuſſionibus de non offendendo, in contra-
13 ctibus non creditur, notarios † teſtificaturos talem clauſulam ſemper apponi ſolere.

Præterea dicitur, extra dictam Curiam nullam fidem facere per ea, quæ tradit in his terminis Anguſſ. in dicto conſilio 22. numero decimonono; Et dictum inſtrumentum non eſt factum in Curia.

ARGVMENTVM.

Facultas liberè conceſſa faciē-di aliquid intelligitur in tempore habili.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuerſalia de tempore intelliguntur de quocumquè tempore. Et num. 7. 8. 14. 15. & 16.*

2 *Dictio; quandocunquè; omne tempus comprehendit.*

3 *Verbum; placuerit; importat liberā voluntatem. Et num. 20.*

4 *Geminatio magis operatur.*

5 *Diſpoſitio generalis quando ſit reſtringenda ad terminos habiles. Et num. 6.*

9 *Notorium non eget probatione, ſed ſufficit illud allegare.*

10 *Conuentio eſt regulanda à conſuetudine loci, vbi facta fuit.*

11 *Verba vniuerſalia reſtringuntur, ne abſurdi, iniqui, vel indebiti quicquàm ſequatur. Et numero 12. 18. & 19.*

13 *Veriſimile habetur pro diſpoſito.*

17 *Dolus præſumitur in reo non proponente exceptiones tempore debito.*

RESOLVTIO XL.

DICEBATVR, quòd Reuerēdiſſimus D. Epiſcopus, cui eſt data facultas, & conceſſa authoritas quandocumque ei placuerit affictandi terras Communitatis poſſit dictum afficum, & locationem facere omni tempore, & ad ſuam voluntatem.

Primò, quia † verba vniuerſalia de 1

tempo-

tempore intelliguntur de quocumque tempore. Bald. conſil. 56. volu. 4. Crauet. conſ. 84. num. 13. Becc. conſilio 14. num. 13.

2 Secundò, quia hoc demonſtrat † dictio, quandocunque, quę omne tempus comprehendit. Bartol. in l. 1. ff. quemad. vſ. am. & in l. Centurio. nu. 22. ff. de vulga. & pup. & ad omne tempus applicatur. Pariſ. conſ. 66. num. 29. vol. 3. Decian. conſ. 34. numero 45. volumine 3. Socin. ſen. conſilio ſexageſimoquinto. in fin. vol. 1.

3 Tertiò, ponderatum fuit dictum † verbum, placuerit: per quod verbum ampla, & libera poteſtas videtur fuiſſe conceſſa ipſi Epiſcopo affictandi, cum tale verbum importet liberam voluntatem. l. cum quidam. ff. de leg. 2. Alexand. conſ. 62. num. 4. volumin. 7. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſtio. 8. num. 11. cum ſeq. Surd. conſ. 10. numero 50. cum ſeq.

Eò maximè, quia in caſu iſto verba ſunt geminata, cum dictũ fuerit, quã-
4 docunque voluerit, quæ † geminatio operatur, vt omninò videatur conceſſa libera poteſtas. Pariſ. conſ. 71. numero 16. cum ſeq. volum. 3. & conſ. 26. volum. 4.

5 Et quamuis diſpoſitio † generalis prolata à ſtatuto, vel lege debeat reſtringi ad terminos habiles. Iaſ. in l. 2. §. prætor ait. ff. qui ſatiſd. cog. Menoc. de adip. poſſ. remed. 4. numer. 755. & de retin. poſ. remed. 1. numero 58. Gozad.
6 conſ. 25. numero 10. Tamen † ſecus videtur in contractibus, vbi verba generalia, & vniuerſalia prolata ab homine nullam patiuntur habilitatis reſtrictionem. Rolan. conſ. 96. in fi. volum. 1. qui dicit, hanc eſſe communem ſententiam.

Quibus tamen non obſtantibus, fui voti, quòd etſi expreſsè dictum fuerit, quòd quandocunque ei placuerit potuerit affictare, id tamen † intelligendum eſt, dummodo id fiat tempore habili, 7

Primò, quia licèt inter contrahentes actum ſit, quòd poſſit conueniri, vel exigi vbique, id tamen intelligitur de omni loco, ſcilicet idoneo. l. qui certo loco. iuncta gloſſ. ff. de cond. indebit. & l. 1. & ibi Iaſ. ff. de eo, quod certo loco. Quod etiam tradit Bald. conſilio 77. volumine quinto. Sic idem dicere debemus, quando dictum eſt de omni tempore, vt intelligatur, 8
omni tempore, ſcilicet idoneo, cum † de loco ad tempus, & è contra, validum ſit argumentum. l. virum, & ibi Bart. & Doct. ff. ſi cert. petat. & in l. fin. ff. de trib. act.

Secundò ſuadetur, quia non ſolùm in Ciuitate N. ſed vbique in Prouincia obſeruatur, quòd locationes fiant 9
temporibus habilibus, quæ † conſuetudo, cum ſit generalis, & notoria, aliqua probatione non eget, ſed ſufficit eam allegare. Bald. in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procur. Crauet. conſilio 127. numero quinto. Rimin. iun. conſilio 296. numero 22. volumine 5. 10
Vnde huiuſcemodi conuentio † debet regulari à cõſuetudine regionis, & loci, vbi facta fuit. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagn. & idem Cagn. in l. ſi quis maior. numero 72. C. de tranſact. Quandoquidem ſi aliter diceretur, Epiſcopi pro tempore videntes recollectionem fructuum eſſe malam, & infructuoſam facto, & culpa ipſorum, vel alia cauſa, poſſent dicere, loco vobis terras, ex quo Communitas poſſet pati damnum intolerabile, quod videtur valde abſurdum, & iniquum.

Et ratio etiam ſuadet, quòd intelligatur diſpoſitio de tempore habili, cũ

11 verba † vniuerſalia ſemper reſtringantur, ne abſurdi, aut iniqui quicquam ſequatur. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mun. & hon. Bar. in l. prima. colum. prima. ff. de leg. 1 Crauet. conſilio 718 numero 16. volum. 4. Becc. conſilio 51. numero 17. & 20. & vniuerſalia † verba reſtringuntur ad id, quod eſt æquũ. & ne quis indebitè damnum pati valeat. Crauet. conſ. 3. nu. 16.
12

Tertiò coadiuuatur, quia tametſi hoc non ſit expreſſum de tempore habili, tamen debet haberi pro expreſſo inter dictas partes, cum veriſimile ſit, id inter eos fuiſſe cogitatum: habetur enim pro † diſpoſito quod veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi contrahens de hoc fuiſſet interrogatus. l. tale pactum. §. finali. ff. de pact. Quod procedit, ſecundùm Bald. Paul. & Iaſ. ibidem, ſiue quid ſtatuatur per modum legis, ſiue per modum conuentionis, & contractus.
13

Nec obſtat primum argumentum, quia † vbi de tempore nihil ſtatuitur, intelligi id debet iudicis arbitrio, & boni viri. Bart. in l. in venditione. §. ſi quis fructus. ff. de bon. auct. iud. poſſid.
14

15 Præterea licèt verba † generalia de tempore de quocunque tempore intelligi debeant, tamen ſemper debet in tempore actus fieri, & explicari, vt conſtet quòd dolus abſit. d. l. in venditione. §. de tempore. & ſic vt ſuo debito tempore fiat, alioquin † dolo malo dicitur fieri, quod tempore non ſuo fit. Crauet. conſilio 969. numero quinto.
16

17 Et in ſimili videmus, quòd † in reo dolus præſumitur ſemper quòd tempore debito, & congruo exceptiones non proponit. Ancharan. conſilio ducenteſimo trigeſimoquarto. Caſt. conſilio 281. in cauſa iſta volumine primo. Nam ſi extra omne debitum tempus locatio fiat, cui dubium, quòd fiet ſemper ad damnum Communitatis: Et licèt † verba ſint generalia, & vniuerſalia, tamen intelliguntur, & reſtringuntur etiam contra propriam ſignificationem, ne ſequatur abſurditas. Rui. conſil 188. numero 10. cum ſequen. volum. 2. Oſaſch. deciſ. 169. nu. 14. & generalis † diſpoſitio non extenditur ad caſum, in quo poſſet eſſe captio, ſeu læſio, & quando aliàs ſine reſtrictione quis indebitè læderetur, vel ad alterum lucrum perueniret indebitè cum iactura alterius. Rimin. iun. conſ. 33. nu. 25. volum 1. qui alios allegat. 18 19

Minus obſtat † verbum, placuerit quia boni viri arbitrium, non abſolutum importat. Menoch. d. quæſt. 8. numero 7. 20

ARGVMENTVM.

Legatum creditoribus factum valet.
Item, quis dicatur creditor.
Item, Banniti quæ retineant.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum creditoribus valet.*
2 *Legatum factum incertis perſonis nõ valet, niſi ſint perſonæ de certis. Et num. 3.*
4 *Teſtes duo probant.*
5 *Depoſitum dicitur quando aliquid datur ad cuſtodiendum.*
6 *Vel commendatur.*
7 *Depoſitarius tenetur ad reſtitutionem depoſiti. Et numero octauo & nono.*
10 *Mandatum quando dicatur gratia mandantis.*

11 *Man-*

11 *Mandatarius quando teneatur ad intereſſe, ſi non impleuit mandatum.*

12 *Condictio legis ſi me, & Titium.ff.ſi certum petatur. quando competat.*

13 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura.*

14 *Creditores qui dicantur.*

15 *Actus legitimi qui dicantur. Et numero 16.*

17 *Depoſitarius, & mandatarius de quibus teneantur.*

18 *Fundans ſe in dolo, vel culpa probare tenetur.*

19 *Mors à quo probanda, Vel rem perditam eſſe. Et num.20.*

21 *Banniti ſunt priuati omni beneficio.*

22 *Sed non ſunt priuati beneficiis, quæ ſunt de iure gentium. Et numer.23. & 24.*

RESOLVTIO XLI.

IN cauſa D.Amici,& nepotum de Ciuitate N. cum D.Barbara, fuit reſolutum in fauorem Domini Amici,& pro veritate ſubiicio plures in iure claras concluſiones.

Prima itaque erit concluſio, legatum per D.Geneuram in ſuo teſtamẽto factum ſub vulgari modo,[*che ſiano pagati, e ſodisfatti li veri, & legitimi creditori del Capitano Federico ſuo figliuolo,*] de iure validum dici, ita vt ex eo creditores agere poſſint contra D. Barbaram hæredem: Nam vbi teſta-
1 tor legat † creditoribus Titij, quod ei Titius debet, legatum valet, & creditores tanquàm legatarij agere poſſunt. l. quarta. §. conſequenter. ff.de liber. legat. Iaſo. in leg.ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg.1. Rui.n. conſilio 26.numero 1.volum.2.dicens, hoc procedere etiam quòd debitor ipſe ſit ſoluendo, quia, cum interſit ipſius creditoris reos duos habere, vtile dicitur legatum. d. §. conſequenter.

Secunda erit concluſio, quòd tale legatum factum ſimpliciter veris, & legitimis creditoribus Capitanei Federici non expreſſis nominibus, licèt vi-
deatur nullum † tanquàm factum per- 2
ſonis incertis, cum incertitudo circa legatarium faciat nullum legatum, ita quod hæres nõ teneatur ad illius præſtationem. Bartol.in l.ſi ita. ff. de reb. cor.&c. de communi Gomeſ. var. reſol.tom.2.num.8.

Tamen in hoc caſu debet dici vali-
dum, quia, † vbi legatum ſit perſonæ 3
incertæ de certis, puta, ſi ex futuro euentu veniant perſonæ certificandæ, tunc legatum valet. de communi Socin. in l.quidam relegatus. num.12. ff. de reb.dub.Mich. Craſ. in §.legatum. quæſt.64.

Tertia eſt concluſio, quòd, cum in proceſſu conſtet, Capitaneum Federicum recepiſſe, & penes ſe retinuiſſe dictos duos equos tranſmiſſos per Capitaneum Hectorem, non tantùm per
duos † teſtes, ſed per plures,& ſic ſuf- 4
ficienter.cap.licèt, de teſt.l.vbi numerus. ff. de teſt. ipſe tenebatur ad illorum reſtitutionem, vel ſi non extant, ad æſtimationem, & intereſſe: Et hoc demonſtratur arguendo à ſufficienti partium enumeratione, quòd licet. l. patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.

Aut etenim volumus dicere, quòd Capitaneus Hector dictos equos trãſmiſerit per Capitaneum Federicum cuſtodiendos, quo caſu inducitur
depoſitum, quod † datur, & ſit ad 5

cuſtodiendum. l.1. in princ. ff. depoſ. Rimin. iun. conſilio 83. in princ. volumin. 1. vel quòd illos ei commendauerit, quod † etiam eſt depoſitum, cum
6 commendare ſit deponere. l. commendare. ff. de verbor. ſignif. l. Lucius. ff. depoſit. Rom. conſilio 250. in princip. & conſilio 400. in princ. Et tunc dico, quòd Capitaneus Federicus fuit obligatus † ad reſtitutionem actione depoſiti. l. 1. §. ſi te rogauero. ff. depoſ. §. præterea. Inſtit. quib. mod. re. con. oblig. l. ſi is. C. depoſ. Quinimò depoſitarius † infamiæ notam ſubit, ſi depoſitum non reſtituit. l. qui depoſitum. C. depoſit. Port. conſilio 132. Roland. conſil. 4. volum. 4. & mortuo † deponente hæredibus reſtitutio fieri debet. l. 1. §. ſi pecuniam, & l. ſi plures. ff. depoſ.
7
8
9

Aut volumus dicere, quòd Capitaneus Hector equos tranſmiſerit ad Capitaneum Federicum, vt illos venderet; Et iſto caſu, quia † illos recepit, inducitur mandatum factum gratia mandantis. l. 2. in princ. ff. mand. §. 1. inſtit. eod. tit. & ad reſtitutionem tenetur actioné mandati. l. ex mandato. l. ſi mandauero. §. ſi tibi. ff. mand. nec non † ad intereſſe obligatus fuit, cum mandatum ſuſceperit, & non impleuerit. l. ad comparandas. C. mand.
10
11

Aut volumus dicere, dictum negotium eſſe citra depoſitum, & mandatum; Et tunc dico, ex quo ſufficienter probatum eſt, equos Capitanei Hectoris perueniſſe ad manus Capitanei Federici, dato quòd nullus contractus præceſſerit, tamen quia æquum eſt, vt ipſi reſtituantur, & nulla ſubeſt cauſa quare apud eum remanere debeant, ipſe ad reſtitutionem tenetur † condictione legis ſi me, & Titium. ff. ſi certum petatur, quoniam iure naturæ æquum eſt, neminem † cum alterius iactura fieri locupletiorem. l. iure naturæ ff. de regul. iur. Iaſ. Dec. & alij in d. l. ſi me. Rimin. iun. conſilio 325. num. 5. vol. 3. Menoch. de recuper. poſſ. rem. 4. Vnde, quocumque pars aduerſa ſe vertat, clariſſimè conſtat, Capitaneum Federicum efficaciter ad reſtitutionem equorum fuiſſe obligatum.
12
13

Quarta eſt concluſio, quòd Capitaneus Federicus, ſiue obligatus fuerit Capitaneo Hectori actione depoſiti, ſiue mandati, ſiue condictione legis ſi me, & Titium, Capitaneus Hector dicitur verus ipſius creditor, quia † creditores non tantùm ij dicuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes, quibus ex aliqua cauſa debetur, & quacúnque actione. l. creditores. l. creditorum. l. creditor autem. ff de verborum ſignification. Doctor. in l. 1. ff. ſi certum petatur: nec non dicitur legitimus creditor, quia, vt † dicit Cagn. in l. actus legitimi. numero ſecundo. verſic. nota ergo. ff. de regul. iuris, qui alios allegat, mandatum, depoſitum, & cæteri contractus dicuntur actus legitimi, cum ſecundùm Alexan. conſilio 75. columna 2. volum. 1. illi dicantur actus legitimi, qui ſunt inducti aliqua iuris parte, & dicit etiam Dec. in d. l. actus legitimi. nu. 2. quòd actus legitimi dicuntur omnes inuenti, vel probati à lege, & quacunque parte iuris ſcripti. 14 15

Item vlterius eſt conſiderandum, quòd dum teſtator diſpoſuit, [*che ſi ſodisfaccino li legitimi creditori,*] noluit intelligere de creditoribus ex obligatione ciuili, vel iuriſgẽtiũ, ſed de creditorib. ex iuſta cauſa, nã † legitimũ id dicitur, qđ ex iuſta cauſa fit. c factũ legitimè, vbi gl. de reg. iur. in 6. Salic. in l. 1. in prin. C. quan. nõ pet. par. idq; etiã ſuadetur ex verbis ſubſequẽtib. teſtamẽti, talem fuiſſe mẽtem teſtatoris. 16

Nec

Nec obſtat, D. Amicum, & nepotem obtinere non poſſe in præſenti iudicio. Quia ſi ipſi prætendunt pretium equorum conſequi, tanquàm illi fuerint venditi à Capitaneo Federico: Et tunc non poſſunt obtinere, quia non fuit deductum, nec probatum in actis, equos fuiſſe ab ipſo Capitaneo Federico venditos. Si verò prætendant illud conſequi actione mandati, vel depoſiti: Et minus poſſe obtinere videtur, quia probandum erat, quòd dicti equi fuiſſent mortui, aut dolo, aut cul-
17 pa Capitanei Federici, cum † depoſitarius non teneatur niſi de dolo, & lata culpa, & mandatarius de dolo, lata culpa, & leui. Dec. & Cagn. in l. contractus. ff. de regul. iur. Sed pro parte actorum non fuit probatum, quòd dicti equi perierint dolo, vel aliqua culpa Capitanei Federici, meritò viden-
18 tur reiiciendi, quia fundans † ſe in dolo, vel culpa probare illam tenetur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Quinimò probari debet culpa clara, & certa, vt per Crauet. conſilio 8. numero 20.

Nam pro reſolutione difficultatis eſt animaduertendum, quòd per teſtes legitimè, & ſufficienter probatum fuit, equos perueniſſe ad manus Capitanei Federici: & ſiue peruenerint ad cuſtodiã, & ſic ex cauſa depoſiti: ſiue ad vendendum, & ſic ex cauſa mandati, vel alia cauſa: clariſſimum eſt, quòd ipſe, & eius hæredes tenentur, & obligati ſunt ad reſtitutionem, vt ſupra deductum eſt. Vnde ſi pars aduerſa prætendit, reſtitutioni locum non eſſe, quia ſint mortui, dico, quòd allegare, & probare debet, dictos equos mor-
19 tuos fuiſſe, & tale † onus ſibi incumbebat, Nam vt dicit Angel. in l. fin. ff. de rei vendit. vbi probatum fuerit, rem meam perueniſſe ad manus tuas, onus ad te pertinet oſtendere quomodo deſiiſti illam poſſidere, & habere. Et quòd tale onus ſpectet non ad Amicum, & nepotes, ſed ad Barbaram, quæ mortem equorum allegat, eſt in terminis doctrina Brrtol. in l. ſi quis ex argentariis. §. an & hæredi. ff. de eden. dicens, quòd vbi quis obligatus eſt iure actionis rem reſtituere, ſi dicat, fuiſſe peremptam, vel amiſſam, debet hoc probare manifeſtis probationibus, per quam doctrinam Abbas in cap. fin. num. 8. extra depoſit. in ſpecie tradit, quòd in depoſito, commodato, vel mandato, ex quo quis tenetur rem reſtituere iure actionis, ſi aſſerit † rem perdidiſſe, debeat hoc proba- 20
re, aliàs condemnabitur, & de communi teſtatur. Alexand. in d. §. ſed an hæredi, quem legit ſub l. prætor ait. ff. de leg. 2. dicens, quòd obligatus ad ſpeciem tenetur probare mortem; & idem tenet Alexand. conſilio 158. numero tertio, volumine ſecundo, & Dec. in l. quod te, columna prima, ff. ſi certum petatur, & vt dicit Bald. in d. §. ſpecies, poſtquàm probatus eſt caſus, & eſt probata mors ſpeciei, vel amiſſio rei, tunc eſt videndum, an caſus euenerit dolo, vel culpa, & quis dolum, vel culpam probare debeat: etenim non indiſtinctè procedit regula, quòd dolus, ſiue culpa probari debeat per allegantem, ſed hoc dependet à qualitate mortis, & amiſſionis rerum, vt explicat Bartol. in dicto §. ſed an hæredi, & Abb. in dicto capitulo fin. Adeò quòd, cum pars non probauerit mortem equorum, clariſſimum eſt, teneri ad reſtitutionem, & ſi non reſtituat, tenetur ad pretium, & æſtimationem, ac ad intereſſe, iuxta not. in l. vinum. ff. ſi certum petatur.

Neque obſtat, quòd dictus Capita-

neus Federicus tempore contracti debiti, & facti teſtamenti eſſet bannitus, & propterea obligatio fuerit nulla, &
21 nullius momenti, cum † banniti ſint incapaces, & tanquàm hoſtes videantur priuati omni beneficio legitimo. Imol. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. Caſtr. & alij in l. I. C. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 75. volum. I. Burſ. conſil. 54. volum. I.

22 Primò, quia banniti † non perdunt ea, quæ ſunt de iuregentium, & ſic poſſunt emere, & alios contractus facere. l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. mand. Iaſ. conſil. 167. num. 6. volum. 2. Bartol. in l. ex hoc iure. numero 13. ff. de iuſt. & iu. vbi dicit, quòd deportati contrahunt, eiſque actio quæritur, & licèt actio ſit de iure ciuili, tamen quia ipſis permittitur contrahere, permittitur & actio in conſequentiam, quod etiam firmat in prima quæſt. Luc. Ciuit. ſtat. numero octauo. vbi dicit, quòd bannitus eſt capax omnis obligationis, quæ deſcendit à iure communi, & certè magis communis
23 Doctorum ſententia eſt, quòd tales † banniti non perdant beneficia iuris communis etiam in Ciuitate, & Prouincia, à qua exulant. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 20. & de magis communi Mich. Craſſ. in §. legatum. quæſtione octaua. Neuiz. conſil. 73. Burſat. d. conſilio 54. numero vigeſimoquarto.

Præterea dato, quòd eſſemus in caſu, quo banniti perderent iura communia, quia ſint banniti Principis. Rip. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſtione ſeptima. Tamen dico, hoc eſſe verum, vbi ex contractibus ipſi banniti, acquirere volunt, & intendunt: At vbi tractatur, quòd ipſi ex contractibus teneantur, prout in caſu iſto contingit, clariſſimum eſt, ipſos teneri, & ab eis tanquàm debitoribus exigi poſſe: Nam banniti etiamſi perdunt iura Ciuitatis Romanæ, & ſic iura cõmunia: Tamen hoc eſt verum in quantum reſpiciunt eorum commodum, ſed in quantum reſpiciunt ipſorum incommodum † iura ciuilia, & communia eos ligant, vt tradit Bartol. in 24
d. quæſt. prima. Luc. Ciuit. ſtat. numero ſexto. gloſſ. in l. filius. ff. de capt. & poſtlimin reuer. Nell. in tract. de bannit. parte I. 2. temp. quæſtione tertia. Socin. ſen. conſilio quinquageſimoquarto. colum. fin. volumine primo. vbi de communi teſtatur. Vnde dicit Bald. in l. I. numero vigeſimonono. C. de hæredit. inſtitut. quòd banniti habentur pro mortuis in fauoribus ſuis, & non in aliis, quem ſequitur Iaſ. conſilio 166. numero ſexto. volum. 2. & dicit etiam idem Bald. in l. I. in fine. C. de hæred. inſtitut. quòd banniti licèt amittant iura actiua, tamen retinent iura paſſiua, & ſic cum in propoſito habeamus deciſiones in terminis illis eſt ſtandum, quia vt dicit Clar. in §. fin. quæſtione 71. colum. penult. vbicúmque contingit aliquem allegare in cauſa banniti, iudex debet ſtare deciſionibus Doctorum in terminis loquentium, & non quærere fundamenta alia; Et confert, nam hæretici non poſſunt teſtari, nec ſuccedere, nec contrahere quoquomodo. Carrer. de hæret. numero 151. Royas. ſingul. 185. numero ſecundo. vbi ampliat, etiamſi ad fidem conuertantur, & tamen hoc intelligitur ad ipſorum commodum: Vnde ſi contrahunt, benè poſſunt conueniri. l. creditores. C. de hæret. cum hoc eorum incommodum reſpiciat, vt dicit Carrer. vbi ſupra.

Et eò magis tale legatum debetur, quia adeſt fauor animæ Federici, cum non

non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: Et ſic cum hoc in caſu videatur legatum factum. prout Bart. dicit. l.1.numero 36. C. de ſacroſanct. eccleſ. iudex ſummoperè curare debet, vt illud adimpleatur.

ARGVMENTVM.

Quibus modis quis efficiatur ciuis.

SVMMARIVM.

1 *Concilium poteſt omnia, quæ poteſt totus populus.*

2 *Ciuis quis efficitur ex decreto, vel priuilegio Communitatis, ſicut origine, & dicitur verè ciuis, & propriè. Et numero tertio. 4. & 5.*

6 *Verba illa: habeatur pro admiſſo, important veram admiſſionem. Et numer. 7.*

8 *Maximè ſi adſit verbum, ſit.*

9 *Ciuilitas contracta per creationem tranſit ad filios, etiam ſi eſſent nati antequàm pater eſſet effectus ciuis. Et num. 10.*

11 *Verbum, ſit: importat ipſo iure.*

12 *Inducta ad fauorem non debent contrarium operari.*

13 *Conceſſio eſt intelligenda ſecundùm petitionem. Et numero decimoquarto.*

15 *Electo acquiritur ius ex electione, & acceptatione.*

16 *Factum patris non nocet filiis in honoribus.*

17 *Iudex in dubio debet iudicare pro ciuilitate.*

RESOLVTIO XLII.

IOANNEM Auguſtinum de Caſtro Sancti Marcelli prætendentem admitti ad Magiſtratum in Ciuitate N. fui voti, veritatem, & iuſtitiam ſatis apertam fouere, præſupponendo, quòd Perſantes pater dicti Ioannis Auguſtini verè fuerit admiſſus, & propriè fuerit effectus ciuis ex forma decreti, & priuilegij conceſſi à Generali Concilio habente poteſtatem id cōcedendi: quod
Concilium † videtur poſſe omnia, 1
quæ poteſt totus populus. Bartol. in l. ſi qui, & ibi Alex. in addit. ff. de iur. imm. quia repræſentat totam Ciuitatem, & Comitatum, iuxta trad. per Imol. & cæteros Doctor. in cap. cum omnes, de conſtitut. Pariſ. conſilio ſeptuageſimoprimo. colum. fin. volum.
1. & clariſſimū eſt etiam, quòd † quis 2
efficiatur ciuis per creationem ex decreto, vel priuilegio Communitatis, ſicut origine. Bartol. in l.1. colum. pen. ver. ſecundò nota, & in l. aſſūptio. §. filius. ff. ad munic. Luc. de Pen. in l. ciues. colum. 3. C. de incol. l. b. 10. Bald. in l. ſi non ſpeciale. C. de teſtam. mil. Ruin. conſil. 227. colum 1. volumin. 1. Pariſ. conſ. 71. volum. 1. Rolan. conſilio
79. volu. 3. Et ciuis † per creationem 3
effectus dicitur verè, & propriè ciuis. Bart. in l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. de
adult. vbi dicit, quòd † vera ciuilitas 4
introducitur per ſtatutū, ſiue per priuilegium, ſiue per originem, & dixit Bal. in l. ſi in vrbe. ff. de ſtat hom. quòd ciues effecti ex Conſtitutione habent
ius ciuium ex origine, quia † vera ci- 5
uilitas introducitur per priuilegium, ſicut per originem, quod etiam tradit idem Bald. in l.1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. Pariſ. conſil. 62. volumin. 1. Aret. in l.2. colum. penultim. ff. de verbor. obli. Iaſ. in l. ſi is, qui pro

& ſequitur Lancell. Corrad. in libr. de decur. num. 108.

Et hoc quidem percipitur ex alio, quia quando verbo, habeatur, iungitur
11 verbum, † ſit, videlicet, habeatur, & ſit pro admiſſo, vt in caſu iſto, tunc intelligitur admiſſio facta ipſo iure, & talia verba ſunt latæ ſententiæ. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in ver. reuertatur. numer. 220. quando autem quid ipſo iure cōceditur, tunc conceſſio actiua ad hæredes tranſit. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam, in ver. reuertatur. num. 330.

Minus obſtat, quòd dicta admiſſio Perſantis ad Magiſtratum fuerit facta in primo loco vacante, vt in decreto Concilij præfati exprimitur.

Quia eſt animaduertendum, quòd intentio Perſantis fuit ſimpliciter admitti ad Magiſtratum, ſed vt citius Magiſtratus officium, & adminiſtrationem conſequi poſſet, etiam durante illo moderno buſſulo, & ne cogeretur expectare confectionem noui buſſuli, petiit quoque, quod plus eſt, admitti in primo loco vacante ad effectum, vt durante illo buſſulo Magiſtratus officio potiri poſſet, ſi forſan caſus eueniret, quòd aliquis locus vacaret, & clarè ipſe explicat in eius petitione porrecta. Cum igitur Concilium admiſſionem conceſſerit, licèt dictum fuerit in decreto: in primo loco vacante, hoc cenſeri debet pariter appoſitum ad maiorem ipſius Perſantis fauorem, ad effectum, vt ſi poſſibile fuiſſet admitteretur, & adminiſtrationem acciperet, etiam durante illo buſſulo, & abſque eo quòd expectaret cō-
12 fectionem noui buſſuli, cum † inducta ad fauorem non debeant contrarium operari, ſcilicet, damnum, & diminutionem. l. legatum. ff. de admen. leg. l. quod fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam. de regul. iur. in 6. Et cum talis fuerit mēs ipſius Perſantis petitionem porrigentis, pariter conceſſio † debet 13
dici facta reſpectu illius exiſtētis buſſuli, & ſic ad maiorem fauorem ipſius: conceſſio enim debet referri, & ſecundùm petitionem intelligi. §. præterea. Inſtit. de inut. ſtipul. l. ſi defenſor. § interrogatus. ff. de interrog. act. Et tantò
† magis, quia ex verbis decreti perci- 14
pitur, quod Concilium intēdebat velle petitioni Perſantis in omnibus ſuis partibus ſatisfacere. Ruin. conſilio 43. numero 8. & conſilio 154. numero 7. volum. 1.

Nec de ſubſtantia requiritur, quòd adminiſtrationem Magiſtratus accipiat, quia, vt ius acquiratur, electio, ſiue creatio, & admiſſio tantùm ſufficit cum acceptatione: à die enim † ele- 15
ctionis, & creationis, ac acceptationis dignitatis, & officij ius acquiritur: quantum ad effectum, ne caſſari, & reuocari valeat: Et quòd ius acquiſitum auferri non poſſit, voluerunt Bartol. & Caſtr. in l. abſente. ff. de donat. Dec. in d. l. diem functo. numer. 20. & ibi Cag. num. 201.

Quinimò dicitur, quòd quando conceditur priuilegium patri, vt poſſit eſſe de Concilio, ſtatim etiam dicitur ius acquiſitum filiis, intantum quòd ſi poſtea adimatur priuilegium patri, nō
videtur à filiis ademptum; quia † fa- 16
ctum patris in dignitatibus, & honoribus non obeſt filiis, cum non à patre immediatè tales honores proueniant, ſed ab alio, & ſic à concedente, licèt propter patrem conceſſum fuerit priuilegium, vt in terminis tradit Salycet in l. non plures. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.

Et eò magis ita reſoluendū eſſe dicebatur, nam iudex in dubio pro ciuilitate, & admiſſione debet iudicare. Calcan. conſilio centeſimo. column. 3.

Grat.d.conſ.61.num.55. Ruin.d.conſ. 227.col.2. cum tale priuilegium non tendat ad præiudicium alicuius, ſed ad fauorem Reipublicæ, cuius intereſt, vt numerus ciuium augeatur, vt dicunt Doctores præallegati.

ARGVMENTVM.

Ex quibus dos conſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *In contractibus inſpicitur, quod actum eſt.*
2 *Actum intelligitur etiam tacitè.*
3 *Ex proœmio colligitur mens diſponentium.*
4 *Securus quando quis dicatur.*
5 *Dictio, ipſe, eſt perſonaliſſima, & impedit extenſionem. Et numero ſexto.*
7 *De eſſentia dotis eſt, quòd marito tradatur.*
8 *Communiter quod fieri ſolet, præſumitur eſſe factum.*
9 *Tutrix repræſentat perſonam pupilli.*
10 *Diſtinctio eſſe debet inter conſtituentem dotem, & cui conſtituitur.*
11 *Interpretatio eſt ſumenda contra ſe fundantem in verbis.*
12 *Inſtrumentum reddit rem manifeſtam.*
13 *In claris nulla cadit dubitatio.*
14 *Actus quando dicatur factus nomine proprio. Et numero 15. & 17.*
16 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
18 *Relatum eſt conſiderandum, non referens.*
19 *Liber æſtimi quando probet.*
20 *Filius ſuccedit cum Matre.*
21 *Experiri quis non poteſt pro iure alterius.*

RESOLVTIO XLIII.

CVM duobus modis dos conſtituatur, promiſſione ſcilicet, & datione. l. de diuiſione. iuncta gloſſa. ff. ſol. matr. Ruin. conſ. 151. num. 5. vol. 5. pro parte R. Lucæ dicitur, de dote ſibi conſtituta conſtare vtroque modo, & per promiſſionem, & per dationem, ſiue conſignationem.

Et de promiſſione quidem concluditur euidenter conſtare per inſtrumentum celebratum de anno 1574. cui non repugnat dum dicitur, quòd in tali inſtrumento non legatur expreſsè cui facta fuerit talis promiſſio dotis, quia cum † in contractibus po- 1
tius inſpiciatur quod actum, quàm quod dictum eſt. l. 1. l. 3. Cod. plus val. quod agit. & actum † intelligatur non 2
ſolùm expreſsè, verùm etiam tacitè, vt per Cagnol. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. Ex pluribus oſtenditur, dictam promiſſionem fuiſſe factam ad gratiam ipſius Lucæ.

Primò quidem colligitur ex proœmio eiuſdem inſtrumenti, ibi [volentes rem gratam facere ipſi Lucæ] ex quo proœmio † mens, & voluntas di- 3
ſponentium maximè colligitur. l. item quia. §. fin. ff. de pact. l. cum hi. in princip. ff. de tranſact. Alex. conſ. 17. col. 2. vol. 2. Rom. conſ. 16. col. 1. vbi dicit, ex præfatione diſpoſitionem reſtringi, extendi, & declarari.

Secundò colligitur ex illis verbis [& ipſum cautum, & tutum reddere, &c.] non enim dici poſſet † ſecurus, 4
ſi dicta promiſſio ad ſui fauorem facta minimè foret, iuxta tradita per Ang.

Ang. & Iaſ. in l.1. ff. qui ſatiſd. cog. quia ſecurus ille dicitur, qui habet efficacem, & inexpugnabilem ſecuritatẽ. Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ. ſolu. in fi.

Tertiò ſuadetur ex illo verbo ipſi; dũ dicitur, [rem gratã facere ipſi Lucæ, &c. Et tutum reddere ipſum Lucam]
5 quod verbum; † ipſe; eſt perſonaliſſimum. Bald. conſ. 304. vol. 5. Alexan. conſ. 173. vol. 5. Grat. conſ. 19. lib. 2.
6 & † operatur, quòd diſpoſitio extendi non poſſit ad aliàs perſonas, quæ in inſtrumento legi non poſſunt, & ſic ad vxorem d. Lucæ. Rip. in l. filius familias. §. Diui. nume. 211 ff. de leg. 1. Rol. conſ. 69. vol. 3. Tiraq. in tract. conuent. §. 1 glo. 6. num 23.

Quartò hoc idem ſuadetur efficaci ratione, Nam à communiter accidentibus promiſſiones dotium fiunt maritis, & non vxoribus, imò de ipſius †
7 dotis eſſentia eſt, quòd marito tradatur., cum ſecundùm Bart. in rubr. ff. ſolut. matrim. dos ſit ius in ſe continens, quod à filia, vel patre marito traditur, quem ſequitur Alex. Iaſ. & communiter ſcribentes; quòd † autẽ
8 communiter fieri ſolet, præſumitur factum eſſe. c. 1. de cler. non reſid. l. ideoque vbi glo. ff. de leg. Bart. Salyc. & Doct. in l. neque natales. C. de probat.

Quintò ad idem cõcludendum mirificè ſtringit, quia D. Ioanna Antonia dotem conſtituit tamquam tutrix. & curatrix D. Filalteriæ vxoris, quod apparet ex illis verbis, videlicet, [D. Ioanna Antonia in primis, & ante omnia vti mater, & tutrix, & curatrix, &c.] & ibi [D. Coroneus, & D. Ioanna Antonia mater, tutrix, &c.] & ſic talis conſtitutio dotis perinde eſt, ac ſi fuiſſet facta ab ipſa Filalteria,
9 quia † tutrix, & curatrix repreſentat perſonam pupillæ. Bald. in l. etiam. C. de fideic. ergo rationabiliter dici nõ poteſt, quòd fuerit facta ad gratiam ipſius Filalteriæ, quia hoc modo à ſe ipſa ſibi ipſi diceretur dos conſtituta, quod dici non debet: nam † inter cõ- 10
ſtituentem dotem, & perſonam, cui conſtituitur, diſtinctio perſonalis eſſe debet. cap fin. de inſtit. cum ſimil. vnde ex prædictis aperto iure concludendum eſt, dictam promiſſionem dotis fuiſſe factam ad ipſius Lucæ fauorem, & vtilitatem, non autem ad gratiam Filalteriæ, prout pars aduerſa prætendit.

Nec obſtat dum in inſtrumento dicitur [pro dote, & dotis nomine dictæ Filalteriæ] quia, cum dicta verba ad genitiuum, & datiuum referri poſſint, interpretatio † ſumi debet con- 11
tra partem aduerſam, quæ ſe fundat in dictis verbis, iuxta notata in l. veteribus. ff. de pact.

Quantum verò attinet ad conſignationem, & traditionem dotis, pariter fuit reſolutum, quòd facta fuerit ipſi Lucæ, quia de ea conſtat publico, & authentico inſtrumento celebrato de anno 1575. quod † inſtrumentũ rẽ 12
reddit manifeſtam. Alex. conſ. 27. col. 4. vol. 2. Dec conſ. 36. col. 1. & conſtat ex pluribus locis dicti inſtrumenti, cõſignationem rerum dotalium fuiſſe factam ipſi Lucæ, vt dum, dicitur [*fà la diuiſione, &c. dà, & concede al' detto Luca preſente, &c. & M. Luca promette, & ſi contenta eſſere ſodisfatto, &c.*] & ibi [promittens etiam dicta D. Ioanna Antonia eidem Lucæ, &c.] Cum igitur conſignatio facta fuerit ipſi Lucæ per verba † clara, 13
nulla cadit dubitatio. l. continuus. §. cum ità. ff de verb. oblig. l. ille, aut illo. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.

Redditur quoquè clara res iſta ad fauorem Lucæ, quia ex prædictis

conſtat, quòd ſe, & perſonam ſuam
14 obligauerit, quo caſu † quis dicitur gerere actum proprio, & non adminiſtratorio nomine, iuxta doctrinam Bart. & Bal. in l. procurator, qui. in fine, ff. de procurat. & de communi. Soc. ſen. conſ. 154. col. 2. verſ. ſecundus caſus. vol. 2. Crau. conſ. 77. numero 3.

Rurſus quia obligauit etiam ſuos hæredes, & bona, Nam ex quo hæredum mentionem fecit eos obligãdo. eiſque acquirendo, inſurgit præſum-
15 ptio, quòd † non adminiſtratorio, ſed proprio nomine actum explicauerit. l. cuius. §. 1. ff. de curat. fur. Bal. & Salyc. in l. cum, qui. C. ſi cert. pet.

Præterea, quia ex eodem inſtrumẽto conſtat, quòd in quietatione facta per vxorem ipſe conſenſum præſtitit tanquàm adminiſtrator, conſenſus igitur cum illa qualitate fuit limitatè
16 præſtitus ad illum actum, ſed † limitata cauſa limitatum producit effectũ. l. in agris. de acq. rer. domin. cũ vulg.

Et, ſi idem voluiſſet quoad alia, expreſſiſſet, et, cum hoc non expreſſerit,
17 præſumitur † noluiſſe, adminiſtratorio nomine conſignationem ſibi fieri. c. 1. de transl. Epiſc. Alex. conſ. 19. col. 2. & conſ. 31. col. 1. vol. 3.

Nec obſtat, quòd in verbis dicti inſtrumenti narratiui dicatur, promiſſionem fuiſſe factam Filalteriæ. Quia in dictis verbis contrahentes ſe referunt ad tenorem primi inſtrumenti, in quo hoc non apparet, & contrarium in eo continetur, vt ſupra fuit oſtenſum, Vnde attendi debet tenor dicti inſtrumenti, ad quod partes
18 ſe referunt, cum † conſiderandum ſit relatum, non referens. l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt. auth. ſi quis in aliquo. & ibi Doct. omnes. C. de eden.

Non eſt quoquè omittendum, quòd ad fauorem eiuſdem Lucæ plurimùm facit liber æſtimi communis Terræ Mõtis noui, in quo apparet bona prædicta poſita fuiſſe ad partitam Lucæ, & non Filalteriæ, qui † liber probat, 19
ſtante ſcientia, & patientia partis. Alex. conſ. 10. num. 4. volum. 4.

Et inſuper videtur, Lucam omninò abſoluendum eſſe à peritis: Nam cum ſuperſit Coroneus frater carnalis dictæ Filalteriæ, cui pariter ipſe † ſuccedit cum Ioanna Antonia matre. Auth. defuncto. C. ad Tertull. & ipſa mater Ioanna Antonia egerit pro integra hæreditate, & ad ſolidum, prout in petitione de hoc expreſsè apparet, in totum ſuccumbere debet, quia pro
† iure alterius experiri non poterat. 21
Crau. conſ. 144. in fi. Nam ſuccumbit in totum pars obtinens ius in parte, ſi egerit in totum, cum aliis ſupereſſent in pari gradu. Crau. conſ. 76. num. 6.

(20 in margin beside "dictæ Filalteriæ, cui pariter ipſe † ſuccedit")

ARGVMENTVM.

Dominium rei transfertur & per aſſignationem, & per legatum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium transfertur per aſſignationem.*
2 *Ad dominij translationem requiritur cauſa habilis.*
3 *Fructus dominum ſequuntur.*
4 *Genus legatum ſub certa demonſtratione indicatur, vt de ſpecie certa.*
5 *Dominium quando tranſeat in legatarium ipſo iure, Et num. 6.*

7 *Fructus*

7 *Fructus rei legatæ à quo tempore debeantur legatario. Et num.8.*
9 *Mora quando committitur ſine interpellatione.*
10 *Fructus percipiendi debentur à tẽpore moræ per hæredem. Et nu.11.*

RESOLVTIO XLIIII.

PROPONITVR in facto, quòd quidam Patricius cõdiderit teſtamentum, & in eo inter cætera ſic diſpoſuerit [Item reliquit Corinthiæ infanti vnam Vaccam iam ei conſignatam pro mancia tẽpore ſuæ natiuitatis.] Mortuo dicto Patricio, & dicta Corinthia Vaccam cum fructibus petente, quærebatur, Nunquid Vacca cum fructibus deberetur.

Caſus iſte, ſi iuris communis regula attendatur, probabili dubitatione carere videtur. Nam aut debetur Corinthiæ dicta Vacca iure conceſſionis, & aſſignationis inter viuos; Et tunc reſpondendum eſt, quod poſſit non tantùm dictam Vaccam petere, ſed etiam fœtus, & fructus omnes, quos
1 ex ea percipere potuit, quia per ✝ aſſignationem dominium transfertur. l. ita ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euict. Corn. conſ. 128. col. 3. vol. 4. Grat. conſilio. 7. col. 3. vol 2.

Et eò magis procedit in caſu iſto, cũ aſſignatio fuerit facta pro mancia, & ſic cauſa muneris, quo ſtante, aperto iure dicitur in Corinthiam tranſlatũ
2 dominium, cum ✝ ad dominij tranſlationem cauſa habilis, ſcilicèt donationis præcedat. Bart. in l. ſi conſtante. num. 93. ff. ſol. matr. & in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. 2. Grat. d. conſ. 7. col. 3. & de communi Pariſ. conſ. 33. col. 4. verſ. ſeptimò iſtud probatur. vol. 3. ex quo ſequitur, ad ipſam Corinthiam non tantùm Vaccam, ſed etiam fructus omnes ex ea pertinere tãquàm de re ſua perceptos, quia hoc in iure eſt regulare, quod ✝ fructus 3
dominium ſequantur. l. fructus. l. ex diuerſo, vbi Bart. & Doct. ff. de rei vend. l. de eo. §. ſi quis. ff. ad exhiben.

Et hoc quidem intelligendum eſt de omnibus fructibus, quos petens percipere potuit, vt infra concluditur.

Circa ſecundum caput, ſi dicatur, dictam Vaccam Corinthiæ deberi iure legati in teſtamento facti; pariter idem fuit concluſum.

Ad quod demonſtrandum, Primò præſupponitur, quòd prædictum legatum fuerit factum de re certa, & per conſequens dicitur legatum particulare, cum non generaliter Vacca fuerit legata, ſed ſub certa demonſtratione: Nam teſtator dixit [Vaccam iam pro mancia aſſignatam tempore natiuitatis.] & quando ✝ genus, 4
quod legatur, reponitur ſub certa demonſtratione, iudicatur vt de ſpecie certa. Bart. in l. Mæuius. §. duobus de leg. 2. Crot. in l. 1. num. 63. de leg. 1. facit l. ſi certus. ff. de leg. 1.

Secundò præſupponitur, quòd dicta Vacca eſſet ipſius teſtatoris, & de hoc non eſt dubitandum.

Quibus ſtantibus facio veram, & in iure ſolidam concluſionẽ, quod omnes fructus, qui percepti fuerunt, & percipi potuerunt ex dicta Vacca legata, pertineant ad dictam Corinthiã,
quia ✝ adita hæreditate abſquè aliqua 5
traditione dominium rei legatæ ipſo iure tranſit in legatarium. l. à Titio. ff. de furt. Bart. & cæteri in l. 1. ff. de leg. 1. vnde conſequenter fit, quod fructus ad eam pertinere debeant, tanquàm Dominam regulariter, & poſt

aditam hæreditatem fructus, ſi res legata erat teſtatoris, pertinent ad legatarium, in quem † ipſo iure dominium dicitur tranſlatum. Caſtr. in l. grege legato. ff. de leg. 1. & in l. ſi quis bonorum. ff eod. titul. Iaſ. in l. res. col. 2 eod titul. eſt tex in l. Hærennius. vbi Doct. poſt glo. ff. de vſur. Bartol Salyc. & Doct. in l. fin. C de vſu. & fruct. leg. Corn. conſ. 200 penul. vol. 4. Crot. in l j. num. 61. de leg. 1. & tex. in terminis in l. æquis, iuncta gloſſ. ff. de vſur. Eò magis, quòd hæres fuit in mora, quia legatum Corinthiæ minori debebatur.

Nec prædictæ concluſioni obſtat l. 1. l. fin. & tot. tit. C. de vſur. & fruct. leg. & d. l. æquis. in quibus iuribus concludi videtur, quòd fructus legatario debeantur à die interpellationis, vel litis conteſtatæ, vel à mora hæredis.

7 Quoniam reſpondetur, procedere † omnia illa iura, quando eſſet legata res, quæ non erat ipſius teſtatoris, prout ita prædicta iura intelligũt plures gloſſæ, ſcilicet, in d. l. æquis, la ſeconda, & in d. l. fin. & l. Hærennius. Vel intelliguntur illa iura, quando hęres † eſſet in bona fide, & iuſtè ignoraret legatum factum. gl. in d. l fin. & in d. l. Hærennius. Soc. iun. conſil. 182. colum. 4. verſ. de alia ratione quæritur. volum. 2.

Sed vltra prædictas reſponſiones aliud in caſu iſto concurrit: Nam legatum fuit factum Corinthiæ infanti, quæ in præſentiarum quoque minor eſt x x. annorum. Vnde hæres fuit in mora conſtitutus non tradendo legatum etiam abſque interpellatione, cũ mora re ipſa † abſque alia interpellatione committatur in eo, qui obligatus eſt minori. l. in minore, vbi Bartol. Bald. & omnes. C. in quib. cauſ. in int. reſt. non eſt neceſſ. Alex. in l. quod te. col. 4. ff. ſi cert. pet. Et hoc verum eſt, etiamſi dicatur, quòd hæres † de fructibus, quos percipit teneatur ab adita hæreditate, ſed de percipiendo ſolùm teneatur à tempore moræ, ſi res quoque ſit teſtatoris. Salyc. in d. l. fin. col. 2. C. de vſur. & fruct. leg. Iaſ. in l. cum res. colum. 2. ff. de leg. 1. Quia ſtante minori ætate Corinthiæ abſque aliqua interpellatione fuit in mora hęres conſtitutus. 10

Et hoc, quod dictum eſt, fructus deberi, intelligendum eſt, non ſolùm perceptos, ſed etiam qui percipi † potuiſſent, aut à poſſeſſore, aut ab eo, cui ſunt reſtituendi. gl. Abb. & alij in l. ſi fundum. C. de rei vend. Bart. Bal. & alij in l. domum. C eod. tit. & in d. l. fructus. Et in terminis noſtris Bart. Caſtr. & alij, in l. 2. C. de vſur. & fruct. leg. Rom conſ. 454 col. fi. verſ. quoad tertiam. Qua mala fide hæredis ſtante, & minori ætate d. Corinthiæ, impeditur quoque omnis præſcriptio. cap. fin. de præſcript. cum vulgar. 11

ARGVMENTVM.

An priuato liceat facere aliquod opus: in ripa fluminis pro diuertẽda innundatione.

SVMMARIVM.

1 *Ripa dicitur id, quod flumen continet naturalẽ rigorẽ curſus ſui te‑ẽs.*
2 *Ripa dicitur fluminis, litus maris.*
3 *Innundationes non conſtituunt alueum, neque ripas mutant.*
4 *Ripæ vſus an ſit publicus.*
5 *Et cuius proprietas.*
6 *In re ſua quilibet poteſt facere, quod ſibi placet, licet cum damno alterius.*

7 *Et*

7 *Et quando valeat munitionem facere pro tuitione ſui agri. Et nu. 8.9. 10.11. 12.13.& 14.*

15 *Deciſio legis vbi adeſt, non eſt dubitandum.*

RESOLVTIO XLV.

IN vna conſtructionis operis tres fuerunt propoſitæ difficultates, quæ tamen ad duas in effectu reducebantur.

Prima eſt, An opus factum à D. Pompeo cauſa tuendi ſuos agros verè dicatur factum in ripa fluminis.

Altera, An liceat dicto Pompeo tale opus facere, & conſtruere, non obſtante aſſerto allegato damno per hómines Sancti Iuſti.

Et circa primam, cum pateat euidẽter dictum opus fieri in extremitate terræ aquæ vicinæ, & ſic in ſolo intermedio inter agros ipſius D. Pompei, & ipſum flumen Cluentis, fui voti, illud verè fieri in ripa fluminis. cum ripa
1 † dicatur id, quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui tenens l.1.§.ripam autem.ff. de flum. l. pen. ff. eod.tit.Bero.conſ. 178.nu. 19. volum.3. Decian. conſ. 58. nume. 5. volum.1. Rip.in l.quominus. num.2. ff. de flum. Cæp. de ſer. ruſt. præd.c. de ripis, in pr.nc.vbi vult, quòd confinia ripæ ſint à loco, à quo primùm à plano vergere incip.t vſque ad aquam.

Nec obſtat, quòd dicatur litus; Quia
2 † litus dicitur propriè maris, ripa verò fluminis. Alciat. in l.litus, la prima.ff de verbor.ſign.Arct.in §.litus. inſt. de rer diuiſ.

Minus obſtat, dictam terram eſſe fluminis alueum, cum, quando flumen pluuiis, vel imbribus recipit incremẽtum, per eam excurrat.

Quia reſpondetur, hoc non eſſe uerum, nam † inundationes non conſtituunt alueum, neque ripas mutant. 3
d. l.1.§ ripa. Cæpol. d. c. de ripis. nu. 3. Decian.d.conſ.58. num.6.

Circa ſecundam pariter fui voti, de iure licere ipſi D. Pompeo tale opus facere & conſtruere in dicta ripa, quia
dictæ † ripæ vſus licet publicus ſit 4
quoad quædam. Bald. in rubr. ff. de
rer. diuiſ. tamen † proprietas ipſius 5
ripæ eſt D. Pompei, qui habet prædia proxima. l. ſi parum. ff. de rer. diuiſ. §, ſi parum. inſtit. eod. tit. Bart. Iaſ. Rip. & cæteri in d l. quominus. Corn. conſ.99. num. 11. volum. 2. Vnde in
re ſua † cuilibet eſt licitum facere id, 6
quod ſibi prodeſt, etiam ſi alteri noceret, dummodo non immittat in alienum. l. in re mandata. C. mand. cũ ſimil. Pariſ.conſ. 105. num.5. cum ſeq. & num.16. vol.1.

Et hoc præſertim ei licere concludendum eſt, quia dictum flumen ſolitum eſt grãde damnum dare, & prędia eius depopulari, quod ex inſpectione clariſſimè conſtitit, quo caſu
vnicuique licitum eſt † munitionem 7
adhibere pro tuitione ſui agri.l. 1. §. ſed ſi aliqua vtilitas. §. ne quid in flu.pub.l.1.§.ſed ſi nõ ripæ ff. de flum.

Accedit etiam, quia, vt conſtat ex
dicto opere, non † immutatur natu- 8
ralis curſus aquæ, quinimò ab ipſo flumine diſtat, vnde licet ſibi id facere ad muniendam ripã aduerſus rapidi fluminis impetũ. l. 1. C. de alluuiõ.

Nec obſtat, prædicta † procedere, 9
ſi id, quod fit, non tendit ad vicinorum damnum, quod in caſu iſto ſecus eſt, cum ex tali opere videatur inferri damnum hominibus de Sancto Iuſto. l. 1. §. pleroſque. ff. ne quid in flum. publ Pariſ.d.conſ.105 nu.1. cum ſeq. Bero.conſ.139.vol.3.

Nã huic obiectioni, in quã pars ad-

9 *De iocalibus idem iudicatur, quod de dote. Et num.* 10.

11 *Expenſum pro maleficio eſt imputandum fratri, qui commiſit illud.*

12 *Hæres fratris præmortui tenetur reddere rationem adminiſtrationis factæ. Et num.* 13. 14. *&* 16.

15 *Frater ſi non reddit rationem ſuæ adminiſtrationis alteri fratri, poteſt contra eum iurari in litem.*

RESOLVTIO XLVI.

INTER duos fratres exorta fuit ardua lis, in qua fuit dubitatum de pluribus.

Primò, An, ſtante tacita ſocietate vniuerſali omnium bonorum inter ipſos, dos data filiæ per vnũ fratrem, de communi dicatur data, an verò in eius partem debeat imputari.

Negari non poteſt, quin profunda, & alta ſit quæſtio, in qua Doctor. non ſolùm alij aliis. ſed ſibi ipſis contrarij fuerunt. Vnde Bero. conſ. 190. in prin. vol. 1. dicit, quòd Doct. antiqui, & moderni ita variarũt, vt vix diſcerni poſſit, quænam ſit magis communis opinio. Et Feder. Scot. li. 3. reſp. 9. inquit, quòd plures in hac re ſunt ſententiæ, quàm capita, adeò quòd Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. par. 6. q. 9. poſtquàm latè vtrinque diſputauit, attenta magna difficultate, dixit, vtramuis opinionẽ ſine peccato teneri poſſe, licèt in add. ad Alexan. conſilio 154. volum. 2. hoc Petri dictum damnetur. & nouiſſimè Turret. conſilio decimoſeptimo. volu. ſecundo. cumulat hinc inde Doctores.

1 Primam enim partem, quòd talis † dos data filiæ per fratrem ſocium de communi dari debeat, & in eius partem non debeat imputari, tenuerunt Butrig. conſ. 7. primum dubium. in fi. Alex. conſ. 70. vol. 5. Bal. in l. ſi ſocietatem vniuerſorum. in l. cum duobus. §. ſi duo fratres, ff. pro ſocio. in leg. ſi patruus. col. 4. C. com. vtr. iud. Ang. in l. ex duobus. ff. de neg. geſt. & in conſilio 59. Soc. ſén. conſ. 291. vol. 2. & conſ. 4. in 2. dubio. volu. 4. Nell. de S. Gem. & Io. Baptiſta de Saxoferato, vt refert Soc. d. cõſ. 291. Dec. in auth. quod locum. col. fin. C. de colla. & conſ. 66. vbi de communi. Mar. Laud. & Iac. Put. vt refert Iaſ in d. auth. quod locum. Ruin. conſi. 101. & conſ. 104. vol. 1. Caſtr. conſ. 304. & conſ. 358. vol. 2. Hier. Zan. inter conſil. Soc. conſ. 60. volu. 4. Ant. de Roſel. prout refert Soc. ſen. d. cõſ. 4. Bertran. conſ. 39. vol. 2. Rol. conſ. 91. vol. 1. vbi de communi. Cag. in l. ſi emancipati. nu. 202. C. de colla. vbi de magis communi. Non. conſ. 64. vbi etiam de magis communi. háncque eſſe magis receptã teſtatur Menoch. de arb. iud. lib. 2. cẽt. 2. caſu 127.

Alteram verò, & contrariam partẽ, quòd imò talis dos † debeat in portione ſocij dotantis imputari, firmãt Specul. in tit. de iud. 4. par. §. fin. ver. quòd ſi vnus ex fratribus. Bald. in l. fin. C. de dot. promiſ. & in auth. ex teſtamento. C. de collat. & conſ. 195. vol. 5. Practic. Pap. in for. lib. in cauſa ſocietatis. verſ. vndecumque quæſita. Rom. conſ. 145. & conſ. 413. Petrus de Vbald. in d. q. 9. Anch. conſ. 302. circa finem, verſi. tertium dubium. Alex. conſ. 77. & conſil. 154. volum. 4. Saluſt. apud Alex. conſil. 76. volumn. 4. Alber. in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoc. vbi etiam Fulg. Caſtr. conſ. 96. ſi dicta Cornelia. & conſ. 366. Omnipotentis Dei. volum. 2. Soc. ſen. conſ. 46. colum. 5. ver. circa aliam dubitationem. & conſ. 192. verſicul. circa 2

circa quartam.volum.2.Iaſ.in authen. quod ſecum.col.4. C.de collat.conſil. 291.vol.1.& in §.fuerat. num. 111.inſtit.de act.Corn.conſ.124.col.fin. vol. 1.conſ.52.vol.3.conſ.58.vol.4.Crot.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrim. Neuiz. in Syl.nupt.lib.2.num.83.Bertran.cōſil.336.col.fin.vol.3. Bero. conſil.190. vol.1.Pariſ.conſ.85.nu.18.volum.1.Feder.Scot.d.reſp.9. Mandoſ. in add.ad Rom.conſ.145.qui referentes opinionem vltimam videntur illam approbare.Inter quos teſtantur de communi Iaſ.d.conſ.291.& in d.auth.quod locum.Crotus in d.l.ſi conſtante.Neuiz. d.num.83. & de magis communi Soc. ſen.d.conſ.46.Bero.d.conſ.190. Mād. in addit. d.conſilio 145. & in addit. ad Alex.d.conſ.154. & veriorem eſſe traditur in addit. ad Dec. in d. conſilio 66.

Quid igitur tenendum?

3 Mihi placet opinio, vt talis † dos in partem ſocij dotantis imputari debeat.

Primò, omiſſis iuribus, & rationibus, de quibus per Doct. id tenentes, moueor, quia Corn. d.conſil.286. col. fin.vol.1.conſ.52.vol.3. & conſ.58. col. pen.vol.4.dicit, opiniones ſic eſſe cōcordandas, vz, vt quandiu duret ſocietas, dos ſit danda, & ſoluenda de communi, & in hoc ſocius dotans vtilitatem percipiet; ſed ſocietate ſoluta debeat imputari in partem dotantis; Quam diſtinctionem ſequitur Add.ad Alex.conſ.154.volum.2. & iſte modus mihi ſatis arridet, quoniam, vt inquit Salyc.in l.filię cuius.in ver.& prædict. C.famil.herciſc. Doctori diſtinguenti cæteris paribus eſt ſtandum, quia magis appropinquat veritati: pro quo dicto faciunt plura iura, quæ allegant Mod. Taurinēſes in rub.de iud.col.4.

4 Secundò, quia in † ſocietatibus, ante oculos hoc ſemper eſt habendum, vt æqualitas ſeruetur, & quòd ſocietates ad iniuſtum non trahantur. l. pen. in fine.C.com.diuid.l.fin.C.com.vtr. iud. l.quod enim.§.1. l.in propoſita.l. ſi ſocietatem mecum. ff. pro ſoc. quæ iniuſtitia, ſi attenderetur contraria ſententia, facile ſequeretur. Nam niſi talis dos imputaretur in portionem dotantis, eſſet in facultate ſocij fraudare conſocium dotando filiam, aut filias, & poſtea diuidere, quod tenderet in maximum præiudicium conſociorum, fraudibus † autem ſemper eſt 5
obuiandum.l.in fundo. ff.de rei vend. clem.1.vbi Card.de vſur.clem.1. §.fin. vbi etiam Card.de conceſſ.præben.

Tertiò, quia vt atteſtatur Bero. d. conſ.190.num.20. Doctores, qui hanc ſententiam ſequuntur, plures ſunt numero, & grauiores ſunt auctoritate, vt apertè apparet.

Nec obſtat, quòd Non.& Rol. moderniores contrariam ſequantur ſententiam, quia pro iſta opinione adſunt etiam Moderni. Et Non. ſentiens difficultatem recurrit ad aliud caput, & firmat hanc opinionem, quia dos fuit conſtituta, & tradita de conſenſu, & voluntate conſocij.

Præterea in omnibus quæſtionibus, occurrentibus, vbi diuerſę ſunt opiniones Doctorum, potius † eſt adhærendum opinionibus antiquorum, 6
quàm modernorum, niſi reperiatur textus expreſſus in contrarium. Pract. Pap.in for.cap.quando teſt.prod.ad ætern. in fin. Euerard.in loco ab auctoritate, verſic. ad vnum tantùm aduerte.

Quartò, & vltimò plurimùm mouet, quia in diuiſione † ſocietatis, 7
quæ veniant computanda, & quæ non, attenditur conſuetudo regionis, & loci, vt dicit Salyc. in l. cum duobus. §.inter.

§.inter fratres in fine.ff.pro ſocio.Sed in terra N. vt præſupponitur, ſemper hactenus fuit obſeruatum, quòd dos in partem ſocij dotantis computata fuerit,igitur ſtandum eſt tali diutinæ conſuetudini, quæ in loco dicitur lex.l.de quibus.ff.de legib. & minimè ſunt immutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt.l.minimè.ff.de legibus.

Secundum dubium eſt reſpectu iocalium, cophani, & bonorum mobilium, ſiue accuntij, vt vulgo dicitur, quæ data fuerunt à patre filiæ tempore nuptiarum,& cauſa matrimonij ſecundùm conſuetudinem.

8 Et fuit reſolutum, deberi † in portionem dantis imputari: Quia iſta ſunt de acceſſoriis, & appenditiis i-
9 pſius dotis; vnde † de his debet iudicari, prout de ipſa dote. l. inter ſocium §.cum inter. ff.de pact.dot. l.etiam.C.de iu.dot.per quæ iura dicit Alexand. conſil.27.vol.5.quòd ſicut dos imputatur in legitimam,ita etiam debent imputari iſta iocalia.Et probatur ex dictis per Anan. conſ.36. vbi dicit, quòd ſi per ſtatutum diſponitur,filiam poſſe de dote tantùm teſtari, poterit etiam de iſtis rebus mobilibus teſtari, quod etiam plenè tangit Roland. de lucro dotis.quæſtio.50.vbi concludit,
10 quòd † ſtatutum de lucro dotis habet locum etiam in iſtis iocalibus, & bonis mobilibus, quia de eis iudicatur vt de dote.Cag.in l.cum principalis.ff.de reg.iur.

Tertium eſt dubium,An,quod vnus frater ex cauſa maleficij expendidit, totum ſit ſocietati imputandum, an verò in ſuam portionem.

11 Et fui voti, pecuniam, † quam frater ſoluit, vt ſe cauſa maleficij è carcere eximeret, ſuo proprio non vtriuſque damno cedere, quia quod ſoluit ſocius omnium bonorum ex cauſa maleficij de ſocietate non detrahit. l. cum duobus. §. per contrarium.vbi Doctor.l.adeò.§.quod in alia. ff.pro ſoc.per quæ iura ita in terminis tradit Roman.conſi.145.columna 2.Petr.de Vbald.in d.tract.de duobus frat.parte 8. quæſtione vigeſimatertia.& allegat Speculat.de Iud. in 4. par.ver.quid ſi alter.Feder.Scot. in d. reſponſio.9. Alexand.conſil 99.in fin. volumine 2.

Quartum eſt dubium, An fratris præmortui ſocij hæredes teneantur reddere rationem adminiſtrationis bonorum ſocietatis.

Et obnoxios †eſſe reſolutū fuit,quia quilibet adminiſtrator rei cōmunis ex iuris diſpoſitione tenetur de adminiſtratione facta rationē reddere.c.qualiter,& quādo.el 2.de accu l.1.§.officio. vbi Bar.& alij.ff.de tut.& rat. diſtrah. Bero.conſ.191.num.13.vol.1.Rol.conſ. 12
49.volumin.1.Et in fratre,qui † bona communia adminiſtrauit,quod rationem reddere teneatur,tradit Soc.ſen. conſ.37.volum.1. Abbas conſ.12. in 6. dub.volu.1.Rolan.d. conſ.49. colum. 1.Feder.Scot.d.9.reſp.in fin.Dec.conſil.178.colum.1.in princip. Crau.conſil.159.num.6.Rom.conſ.414.in prin. & ibi Mand.Ruin.conſ.29. nu.12.cum ſequen. volumin.5. & quòd † mortuo fratre redditio rationis adſtringat etiam hæredes,voluit Dec.conſilio 110. colum.fi.per l.3.§.hæc actio. ff.de negot.geſt.Boer.dec.59.in prin. Crauet. conſilio centeſimo quinquageſimo nono,numer.6. 13 14

Quòd ſi,vt par eſt, ratiò non reddatur, tenetur ad † intereſſe, ſi in litem ſocius iurauerit.Dec.conſ.178.colum. 1.Plot.in l.ſi quando.num.496.C.vnde vi. Caualc. de tutor.& curat.numero 202. 15

Nec obſtat, quòd vterque frater negotiationes ſocietatis adminiſtrauerit, & exercuerit, vnde videtur quòd alter alteri non teneatur ad rationem reddendam. Caſtr. conſilio 149. volumine 2.

16 Quia † quando vnus magis adminiſtrauit, & exercuit adminiſtrationem, & negotiationem, quàm alter, ille poteſt cogi ad reddendam rationem alteri, qui vel per non tantum tempus, vel aliqua leuia negotia tantùm exercuit, & vterque de adminiſtratione alteri reddere tenetur, vt copioſè in terminis conſuluit Bero. conſ. 191. volum. 1. & dicit, in indiuiduo hoc tenere Socin. ſen. conſilio vigeſimoquarto, col. duodecima. volum. primo. Ang. conſil. 285. columna ſexta, ver. & ſi interdictos.

ARGVMENTVM.

Impoſitio perpetui ſilentij facta per iudicem quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio iudicis ab inquietatione idem operatur, quod impoſitio ſilentij.*
2 *Silentium imponere eſt denegare audientiam.*
3 *Vel non reddi ius.*
4 *Denegatio audientiæ impedit litis ingreſſum, & præcludit viam, ac alia facit, & operatur. Et num. 5. 6. & 7.*
8 *Remedium leg. diffamari, habet locum in petitorio & poſſeſſorio.*
9 *Sententia debet eſſe conformis petitioni.*
10 *Sententia abſolutoria lata in petitorio obſtat agenti ſpolio.*
11 *Petitio impoſitionis ſilentij, per comparitionem reſoluitur in vim ſimplicis citationis.*
12 *Et quando. Et num. 13. & 14.*
15 *Appellatio an detur à ſententia lata ſuper remedio leg. diffamari.*
16 *Sententiæ acquieſcere dicitur, qui non vult proſequi appellationem.*

RESOLVTIO XLVII.

PRAESVPPOSITO quòd pro parte Franciſcæ, & Iſabellæ fuerit actum contra Montanum remedio leg. diffamari. C. de ing. & man. Et quòd, datis terminis, & ſeruatis de iure ſeruandis, poſt aſſignationem, & lapſum terminorum, iudex terminando cauſam impoſuerit diffamanti perpetuum ſilentium.

Dicebatur fore reſoluendum, ipſi Montano præcluſam eſſe viam agendi remedio poſſeſſorio reintegrandæ, quia † prohibitio iudicis ab inquietatione, & moleſtia, de qua in d. l. diffamari. nihil aliud eſt, quàm id, quod Canoniſtæ vocant impoſitionem ſilentij, ſecundùm Bald. & Alexand. in l. 2. C. ne fil. pro pat. quos refert, & ſequitur Cagn. in d. l. diffamari. numero primo. Silentium autem † imponere, ſecundùm Legiſtas, nihil aliud eſt, quàm audientiam denegare. cap. 1. §. ſi quis autem. de pace Conſt. & ibi pulchrè Bal. declarat. quem ſequitur Gomeſ. regul. Cancellariæ de triennali poſſ. q. 58. Contard. in d. l. diffamari. q. 4. num. 39. quod idem eſt dicere, quod † non reddatur, ius. Alexand. in l. j. §. ſublata. ff. ad Trebellia. Aret. conſ. 85. Dec. conſ. 558. Vnde † denegatio audientiæ impedit litis ingreſſum. Bart. in l.

in l.omnes.C.de fund.patr.lib.11.Soc. ſen.conſ.203.vol.2. Dec.d.conſ.558.&
5 operatur, vt † intelligatur præcluſa via iudici,& parti.Roman. conſ.214. Cal-
6 can.conſ.74.&,vt † id,quod fit ad fauorem illius, cui denegatur audientia, non valeat ipſo iure.vide Bal.in l.non dubium.C. de legib.Ancha.conſ.270.
7 Neque † valeat ſententia, nec proceſſus.idem Alexan.in d.l.1. §.ſublata.& conſilio 37.volum.2.Dec.conſilio 275 columna ſecunda.vbi de communi.

Et dum diceretur, fuiſſe interpoſitum ſilentium ſuper proprietate,non ſuper poſſeſſorio.

8 Primò fuit reſponſum,remedium † dict.l.diffamari,locum habere non ſolùm in petitorio,ſed etiam in poſſeſſorio.Aret.& Felin. in cap.in præſentia. colum.2.de probat.Cagnol.in d.l.diffamari.colum 1. verſ.ſecundò ampliatur.Ant.Gabriel.de actio.concl.6.numero 3.ver.ſecundò amplia.Et præſertim quòd hic fuerant deductæ iactationes,& moleſtationes tam ſuper poſſeſſorio,quàm ſuper petitorio,vnde & ſententia impoſitionis ſilentij reſpicit
9 vtrumque, vt † dicatur conformis petitioni,iuxta not.per Felin.in cap.Hely.de ſimon.

10 Secundò reſpōſum fuit,quòd † ſententia abſolutoria lata in petitorio obſtat ſpoliato agenti poſſeſſorio recuperandæ,ſecundùm communem opinionem Doctorum,de qua teſtatur Alexand.& Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.

Vlteriùs dum diceretur, quòd,cum compāruerit Dominus Montanus,veniat audiendus.

Fuit replicatum,quòd.

Aut reus comparet in termino aſſignato,& porrigit libellum, & ſic agit; Et tunc verum eſt,quòd debet audiri,
11 quia † petitio impoſitionis ſilentij reſoluitur in vim ſimplicis citationis.Aret.Dec.Pariſ. & alij in d. cap. in præſentia.Socin.ſen.conſilio 94. numero 6.volumin.3.Pariſ.conſilio 81.in fine. volumine quarto. Sed hic non eſt caſus noſter.

Aut comparet quandò † terminus 12
aſſignatus diffamanti ad agendum lapſus eſt,nondum tamen iudex impoſuit perpetuum ſilentium:Et tunc pariter eſt audiendus Cagn. in d.l.diffamari.numer.16.qui dicit communem, refectis tamen expenſis, vt per Boer. deciſ.255. numero duodecimo. Et iſte caſus pariter non pertinet ad noſtrum.

Aut verò comparet vbi † poſt aſ- 13
ſignationem, & lapſum termini iudex pronunciauit,diffamatum non eſſe audiendum, & per ſententiam cauſam terminauit imponendo ſilētium, prout punctualiter contigit in caſu iſto: Et tunc reus comparens non auditur. Cagn.in d.l.diffamari.num.16.& Boer. d.deciſ.255. numero duodecimo. quia denegatur audientia, vt ſupra dictum eſt,& cauſa dicitur amiſſa.gloſſ. fin. in d.l.diffamari. Propterea dicit Aret. in rubr de exceptionibus.num.23. quem refert Cagn.in d.num.18.quòd Aduocatus debet eſſe cautus, vt,lapſo † ter- 14
mino aſſignato, procuret cauſam terminari per ſententiam; & faciat pronunciari, aduerſarium non eſſe audiēdum,quia ſi poſtea agere vult,non debet audiri, & Aduocatos quoque ita admonet Ang.in l.ſi ea,quæ.C.qui accuſ.non poſ.

Demùm dum diceretur, quòd à tali ſententia fuerit appellatum.

Fuit reſponſum, poſſe † à tali ſen- 15
tentia appellari. Cagn.in d.l.diffamari.numero vigeſimoſecundo. Contar. ibidem, quæſtio.vigeſimaſecunda.numero centeſimo quadrageſimoſepti-

mo. prius tamen terminanda eſt cauſa appellationis, & ſic prius videndum eſt de iuſtitia, vel iniuſtitia dictæ ſententię: quia per appellationem tantùm poteſt reſcindi talis ſententia, vt dicit
16 Boer. d. deciſ. 255. numer. 12. & † ſi pars proſequi nolit talem appellationis cauſam proprio facto, ſententiam approbare dicitur, & conſequenter ei parere habet neceſſe. l. fin. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. l. ab eo. C. quomodo, & quando iud. Cagn. in d. l. diffamari. numero vigeſimoſecundo. vbi reddit rationem.

ARGVMENTVM.

Latè diſcutitur, Vtrum confeſſio facta à marito de dote recepta conſtante matrimonio præiudicet creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio dotis facta per maritum cõſtante matrimonio an noceat creditoribus poſterioribus. Et num. 2. & 5.*
3 *Probatio fit etiam per præſumptiones.*
4 *Dos quando præſumatur numerata.*
6 *Expreßè quòd fieri non poteſt, nec minus tacitè.*
7 *Diſpoſitio non debet eſſe eluſoria.*
8 *Fraudibus eſt obuiandum.*
9 *Iudicandum eſt contra opinionem nec lege, nec ratione comprobatam.*
10 *Doctoris dictum eſt intelligendum ſecundùm doctrinam, quam allegat.*
11 *Probatio incerta non releuat.*
12 *Qualitas eſt probanda per eum, qui in ea ſe fundat.*
13 *Contraria ſe inuicem elidunt.*
14 *Contraria allegans non auditur.*
15 *Reſtitutio in integrum conceditur ex capite ig orantiæ.*
16 *Confeſſio mariti præſumitur facta cauſa donationis, ſi eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis.*
17 *Forma omiſſa actus eſt nullus.*
18 *Nullitas quando poſſit per tertium allegari.*
19 *Donatio tacita comprehenditur ſub Conſtitutione Prouinciali Marchiæ. Et num. 20.*
21 *Dictio, quibuſcumque, comprehendit omnia.*
22 *Fraus præſumitur in marito, qui ſit non ſoluendo.*

RESOLVTIO XLVIII.

IN præſenti cauſa, in qua dubitari contingit, An cõfeſſio † Innocentij mariti de dote recepta facta ad fauorem Nicolinæ vxoris cõſtante matrimonio præiudicet poſterioribus creditoribus. 1

Negari non poteſt, quin ardua ſit quæſtio, vt dicit Rim. ſen. conſ. 216. volumin. 2. & difficilis, ſecundùm Didac. Couar. var. reſol. c. 7. par. 1. Rol. conſil. 74. vol. 4. & quin magna ſit inter Doctores cõtrouerſia. Anch. q. 32. p. 2 propter varias Doctorum opiniones. Alc. conſ. 332. ſecundũ primã impreſſionẽ.

Verùm quoniam confeſſio dotis receptæ poteſt fieri tribus modis, & cauſis.

Vno modo, quia verè in præteritum ſit facta numeratio.

Secundo modo, quando talis confeſſio fit ſpe futuræ numerationis.

Tertio, quãdo fiat animo donãdi. vt colli-

colligitur per Bart. Alex.& alios, in l. ſi diuortio.ff.ſolut.matrim. per Socin. & alios in l.1.ff.eod.tit. & per Couarr. in d. cap.7. Pro reſolutione præſentis difficultatis de tribus his ſeparatim tractandum eſſe exiſtimaui, videlicet, An ex aliquo prædicto capite Innocentij confeſſio iſtis poſterioribus creditoribus obeſſe poſſit; ſuccinctè tamen procedendo, quia multiloquia ſolent prudentiſſimos faſtidire. Aret. conſil.6.Rolan.conſil.39.vol.2.

Et circa primum caput, res videtur clara ad fauorem iſtorum credito-
2 rum, quòd † eis talis confeſſio nõ pręiudicet, quia per inſtrumentum tantùm conſtat de confeſſione, & in eo nulla fit mentio, quòd in pręſentia notarij, & teſtium fuerit facta aliqua actualis numeratio, iuxta tradita per Bart.Bald. & Salyc. in l.ſi executione. C.de non num.pec. Nec aliqui adſint teſtes, qui de numeratione deponant: Nec minus de ea conſtat per confeſſionem creditorum, quod ſufficeret. gl.& Angel. in auth. de æqual. dot. in verſ.ſcribat. Alex. in l.1. & Socin.ſen. ibidem in ver.quartò limita. ff. ſolut. matrim. Vnde ex iſto capite non videtur poſſe fieri præiudicium iſtis poſterioribus creditoribus. Felin. in c. ſi cautio.nu.59. de fide inſtrum. Afflict. deciſ.402.nu.2.Gab.de iure dot.concluſ.4.Becc.conſ.79.nu.2.Gaill.pract. obſer.lib.2.obſer.81.Menoch.de præſumpt.lib.3.præſ.13.nu.4.cum ſequen. Surd.deciſ.116.& deciſ.214.

Nec prædictæ concluſioni obſtat, quòd licèt de vera numeratione hic non conſtet per inſtrumentum, teſtes, vel confeſſionem, nihilominus de
3 ea ſaltem dicitur, conſtare per † coniecturas, & præſumptiones, ex quibus etiam inducitur probatio, iuxta allegata per Bal.& Marſ.in rub.C.de probat.& in terminis Menoc.d.præſump. 13.nu.19. Nam cum Innocentius † v- 4
xorẽ in domo retinuerit, & ei tãquàm dotatæ alimenta præſtiterit, & exhibuerit, inſurgit præſumptio, quòd verè dos fuerit numerata. Bald.in l.1.colum.3. C.de priuil.dot. quem ſequitur Crau.conſil.40. Gabr.in tit.de iu.dot. concl.4. Rol.conſ.85. volum.1. Hyp. Rim.conſ.180.volum.2. Boro.conſilio 47.volum.1.Menoch.conſ.154.numero 18. Cœph. conſ. 286. qui de communi teſtantur, & alios citant.

Quia reſpondetur, quòd hæc † ſen- 5
tentia reprobatur à pluribus non leuis auctoritatis, quos refert Didac. in d.cap.7.ver. ſic ex confeſſione receptę dotis, cum dicta alimenta amore potius coniugali, quàm ratione dotis præſtari ſoleant, vt ibi per eum, & de communi contra opinionem Baldi atteſtatur Gozad.conſil.28.nu.32.verſ.ad ſextum. Menoch.d.præſumpt.13. n.20. quam ſententiam contra Baldum arbitror veriſſimam.

Primò ex his, quę tradit Burſ.conſil. 32.nu.1. qui vult, quòd ſi vltra confeſſionem mariti conſtaret de promiſſione dotis per ſcripturam priuatam, vel ex libris mercatorum, nihilominus confeſſio non pręiudicet poſterioribus creditoribus, & dicit, ita ſeruaſſe, & iudicaſſe Rot.Roman.vt per eum:& tamen pręſupponitur, maritum retinuiſſe, & pręſtitiſſe alimenta vxori, & filios ſuſcepiſſe de ea, & ſic in fortioribus terminis.

Secũdò hoc idẽ cõprobo ratione, Nã quãdo quis † nõ pôt aliquid facere, & 6
inducere p actũ expreſsũ, min⁹ poteſt p tacitũ Crau. cõſ.134.n.25. ſed marit⁹ per ei⁹ aſſertionẽ expreſsam nõ poteſt facere, quòd talis confeſſio præiudicet poſterioribus creditoribus, ergo neque tacitè per exhibitionem

alimentorum id facere poteſt. l. qui ad certum. ff. locat.

Tertiò, quia ſi hoc eſſet verum, cum mariti à communiter accidentibus ſoleant exhibere alimenta vxoribus, facta per eos confeſſione dotis receptæ, ſemper fieret præiudicium creditoribus futuris, & conſequenter prorſus redderetur eluſoria † iuris diſpo-
7 ſitio, quod eſſe non debet. l. ſi prætor ff. de iud. l. fin. ff. ne quid in loco publ. & in poteſtate maritorum eſſet exclu-
8 dere creditores, fraudibus † autem eſt obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vend. l. j. §. exceptiones. ff. quar. rer. actio non det. c. quanto, de diuort.

Quartò efficaci ratione demonſtro, ſaltem id procedere non poſſe in caſu noſtro, videlicèt vbi non diu maritus præſtitit poſt confeſſionem alimenta, ſed per annum, & parum vltra, aut per biennium, & ſic infra tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis: Quia ponamus, maritũ poſt confeſſionem alimenta vxori præſtitiſſe, & deceſſiſſe in tempus opponendi exceptionem anni, vel trium menſium, iuxta diſpoſitionem dictæ l. fin. & authen. Cod. de dot. cauſ. non numer. certum eſt, quòd poſt mortem mariti creditores poſſent opponere exceptionem infra annum, vel tres menſes, prout caſus contingit, quòd non eſſet verum, ſi præſtatio alimentorum per dictum tempus probaret numerationem dotis, quia d. l. fin. & auth. præſupponunt, maritum aluiſſe vxorem, & tamen vult exceptionem opponi poſſe, vnde benè dicit Crauet. conſil. 40. quòd hæc coniectura Baldi videtur debilis. & Curt. iun. conſil. 71. colum. j. dicit, quòd hæc eſt leuis coniecturæ. & Bald. nouell. in tractat. dotis. parte 10. numero 15. verſic. quarto limita. firmat, quòd hæc coniectura parum vrget. & Bologn. in d. l. j. numero 255. verſicul. quintò limitatur. inquit, quòd hæc opinio eſt tutior, & tenenda. Et licèt Doctores ſupra allegati dicant eſſe communem, nihilominus Gozad. teſtatur contra Baldum eſſe communem.

Præterea dico, quòd cum opinio † 9
Baldi lege non probetur, nec ratione iuuetur, etſi communis eſſet, tamen eſſet contra eam iudicandum. Iaſ. in l. ſi diuortium. §. ſi fundum. columna penult. circa fin. ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 259. col. j. & per eundem, in c. 1. de conſtit.

Rurſus vltra prædicta arbitror aduertendum, quòd cum Doctores præfati ſe fundent in deciſione Baldi in d. l. prima. C. de priuil. credit. proculdubio eorum ſententia intelligi debet iuxta deciſionem ipſius Baldi, cum
† dicta Doctorum intelligi debeant 10
ſecundùm deciſiones, quas allegant. Bart. in l. non ſolùm. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. Rol. conſil. 34. numero 22. volum. 4 Cœphal. conſil. 92. colum. finali. Sed Baldus in d. l. j. non vult, neque dicit quòd vbi ſimpliciter alimenta præſtita ſunt per maritum vxori, ex hoc præſumatur dotis numeratio, ſed vbi præſtita ſint vxori tanquàm dotatæ, igitur prout loquitur ipſe Baldus ſententia Doctorum eſt intelligenda, & ſic vbi probatur, vel conſtat, maritum vxori præſtitiſſe alimenta non ſimpliciter, ſed ei tanquàm dotatæ.

Et ſumma eſt ratio diuerſitatis inter hos caſus. Nam cum maritus teneatur vxorem indotatam alere, prout dotatam, & eam maritali affectione tractare, vt tradunt Bal. Alex. & cæteri in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam. ff. de condit. ob cauſ.

Rom.

Rom.conſ.117.& ibi in addit. Et conſequenter præſtatio alimentorum pariter ad vtrumque caſum referri poſſit;quod etiam vult Curt.ſen. conſilio 70.col j. ſi quis probat ſimpliciter, vxori fuiſſe præſtita alimenta probatio
21 dicitur † incerta , & non concludens, & conſequenter nihil releuat. cap. in præſentia.de prob l.neque natales. ff. de probat. cum ſimil. Et propterea Baldus non ſimpliciter dicit,quòd dos præſumatur numerata , vbi alimenta vxori præſtantur , ſed vbi præſtantur tanquàm dotatæ, & ſic cum iſta quali-
22 tate , quæ † qualitas eſt probanda per eum,qui in ea ſe fundat. Bart. in l.denunciaſſe. & in l. qui vxori §.quid tamen.vbi Bald & Ang.not. ff.de adult. Vnde Nicolina debuit probare , ſe eſſe in caſu iſto, ſi in deciſione Baldi vult ſe fundare.Crau.conſilio 249.numer.1.

Circa ſecundum caput reſolutum fuit , quòd licèt multi Doctores velint, quòd confeſſio à marito conſtante matrimonio dotis receptæ cenſeatur facta ſub ſpe futurę numerationis, adeò quòd elapſo tempore præſtituto ad excipiendum de non numerata dote , talis confeſſio præiudicet futuris creditoribus: Nihilominus ſuper iſto capite non arbitror latius immorandum , quia in inſtrumento Innocentius maritus renunciauit exceptioni non numeratæ dotis,qua renunciatione ſtante non poteſt dici , quòd confeſſio fuerit facta ſub ſpe futurę numerationis , cum hæc ſint contraria , &
23 contraria , † ſeu repugnantia ſe inuicem elidunt. l.vbi repugnantia. ff de reg. iur. ſibique inuicem fidem derogant. l. prima. C. de fruct. l. ius no-
24 ſtrum. ff. de regulis iuris. propterea † allegans contraria non auditur , vt per Dec. & Cagn. in d. l. vbi repugnantia : Et ideo iſto caſu pręſumitur donatio , vt dicam in ſequenti capite , & in puncto vide Menoch. d.præſ 13.num.4.

Et quatenus verum eſſet,quòd dicta confeſſio fuiſſet facta ſpe futuræ numerationis, eſſet tamen iſto caſu conſiderandum,quòd ſi iſti creditores habuiſſent cauſam à marito intra tempus opponendi exceptionem , & ignoraſſent dictam confeſſionem,eis reſtitu-
tio † in integrum eſſet concludenda 15
ad opponendum dictam exceptionem ex capite ignorantiæ , vt in propriis terminis dicit Gozad. conſilio 28.numero 20. qui teſtatur de communi, prout de ea etiam teſtatur Petr. Ancharan.dict.quæſt.32 numero vndecimo.concludentes ambo , talem reſtitutionem cenſeri petitam , per clauſulam ; peto ius , & iuſtitiam, & cæt.

Quantum ad tertium , & vltimum caput,in quo dubitari contingit.Si cõfeſſio huiuſmodi facta per Innocentium maritum cenſeatur facta animo donandi , & ſucceſſiuè an præiudicet futuris creditoribus. Concludendum eſt,ſtante dicta renunciatione , iſtam confeſſionem factam fuiſſe animo donandi, quia communis Doctorum cõ-
cluſio eſt , quòd quando † eſt renun- 16
ciatum exceptioni non numeratæ dotis, confeſſio mariti præſumitur facta cauſa donationis , cum tunc non poſſit dici, quòd emanauerit ſpe futuræ numerationis.

Quam concluſionem firmat Alexand.conſilio 142.volum.5.vbi in ſpecie determinat,quòd confeſſio de dote recepta facta conſtante matrimonio cenſeatur facta animo donandi,ſi renũciatum ſit exceptioni non numeratæ dotis,&addit,hanc concluſionem tanquàm veram , & magis commu-

nem ſolitum fuiſſe ſequi legendo, & conſulendo, quam etiam ſequitur Crot. in l. ſi conſtante. nu. 106. ff. ſol. matrim. lect. 2. Rom. conſ. 44. & ibi addit. Ruin. conſ. 137. colum. 2. volum. 4. conſ. 156. num. 3. & 5. volum. 5. conſ. 190. nu. 5. & conſ. 183. volum. 1. Gozad. d. conſ. 28. nu. 21. Rimin. ſen. cõſ. 216. Natt. conſil. 147. num. 4. volum. 1. Anch. quæſt. 32. par. 2. Menoch. d. præſumpt. 13. num. 32. & ſic cum contineat tacitam donationem, quæ cenſetur facta in fraudem legis, inferunt propterea, talem confeſſionem non nocere futuris creditoribus.

Verum quamuis Aduocati partis aduerſæ nitantur multis rationibus oſtendere, talem donationem eſſe validam ſtante iuramento, & præſertim ſecuta morte mariti, quo caſu donatio inter virum, & vxorem confirmatur.

Nihilominus ego concludo, dictam donationẽ eſſe omninò nullam. Quia licèt eorum ſententia poſſet ſuſtineri attento iure communi, ſecundũ quòd eorum rationes procedunt; Attamen attentis Conſtitutionibus Prouincialibus, quibus quicumque contractus donationis declaratur nullus, etiam ſi factus ſit cum duplici iuramento, ſi non ſit adhibitus cõſenſus proximiorum conſanguineorum, & interuenerit decretum iudicis, & inſinuatio, ta-
17 lis donatio ſuſtineri nequit, cum † omiſſa forma, actus ſit nullus, Bal. in l. inhumanum. colum. 2. C. de legib. Iaſ. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. cum ſimilibus, & maximè quia Conſtitutio habet in ſe decretum irritans, & annullatiuum; Et eſt clariſſimum, quòd creditores poſſunt dicere de nullitate ipſius donationis, quando † enim a-
18 ctus redditur nullus ipſo iure propter omiſſas ſolemnitates, vt in præſenti caſu contingit, talis nullitas per tertium allegari poteſt. Bart. & Soc. in l. 1. ff. de except. rei iud. Tiraqu. in l. ſi vnquàm in fi. num. 356. C. de reuoc. donat. Quinimò iudex id poteſt, & debet ſupplere, ſecundùm Tiraqu. ibidem num. 345.

Nec quicquàm facit ſi diceretur, hanc donationem, vti reſultantem ex confeſſione ſic præſumpta, & tacita,
non † comprehendi in dicta Conſti- 19
tutione loquente de donationibus, ſecundùm Soc. ſen. conſil. 122. colum. 5. verſ. nec obſt. volum. 3.

Quia veritas eſt, talem † Conſtitu- 20
tionem procedere in donatione præſumpta, & tacita, perinde ac in expreſſa, & vera, vt diffusè pertractat Tiraqu. in d. l. ſi vnquàm. in verbo, donatione largitus. quæſt. 7. & in caſu iſto nullum videtur dubium, quia Conſtitutio non ſimpliciter loquitur, ſed dicit in quibuſcumque cõtractibus do-
nationum, quæ dictio, † quibuſcum- 21
que, vti vniuerſalis facit, vt omnes donationes comprehendantur. Corn. conſ. 185. volumine 2. & magis in ſpecie Ruin. conſilio 52. numero 2. cum ſeq. volumine 1. qui propriè conſuluit, vbi Conſtitutio vniuerſaliter loquitur, & in præſumpta donatione inter virum, & vxorem.

Poſtremò circa præſentem difficultatem ſemper animaduertẽdum cenſui, An debitum breui tempore poſt confeſſionem contractum fuerit cum iſtis creditoribus, vel fuerit facta cõfeſſio in magna ſumma attentis facultatibus, vel ſi paruo tempore maritus futurus erat non ſoluendo. Quia illud
eſt generale dictum, quod † quando 22
maritus non eſt ſoluendo, vel paruo temporis ſpatio futurus eſt non ſoluendo, ſemper eſt ſuſpectus, & faciliter præſumitur fraus, vt dicit Bologn. in l.

gn.in l. prima.in fine.ff. ſolut.matrimon. & idem vbi concurrunt aliquæ coniecturæ ex prædictis, vt per Rol. conſ.74. numero 2. cum ſeq. volum. 4. Bero.d.conſ.47.& Menoch.d.præſumpt.13. num.29.

ARGVMENTVM.

Aſſignatio bonorum,ſeu donatio facta à patre filio exiſtenti in poteſtate an ſit nulla.
Item, quando legitimatus non excludat ſubſtitutum.

SVMMARIVM.

1 *Aſſignatio bonorum eſt nulla, ſi fuerit facta ſine ſolemnibus.*
2 *In codicillo requiruntur quinque teſtes.*
3 *Donatio facta à patre filio eſt ipſo iure nulla. Et quando numero 6. & 9.*
4 *Niſi ſit confirmata morte. Et numero 5.*
7 *Impoſſibilitas non tollitur per iuramentum.*
8 *Iuramentum habet vim clauſulæ omni meliori modo.*
10 *Inſtrumento ſtandum eſt.*
11 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
12 *Donatio facta abſenti non valet.*
13 *Et quando.*
14 *Donatio non quæritur abſenti, niſi ſecuta ratificatione.*
15 *Pactum nomine defuncti per hæredem ratificari poteſt.*
16 *Et quando.*
17 *Donatio ſimulata non dicitur donatio.*
18 *Donatio ſimulata præſumitur, ſi eſt facta filio in poteſtate.*
19 *Vel ſi donans remanſit in poſſeſſionem.*
20 *Vel ſi bona ſint deſcripta ad æſtimum donantis.*
21 *Donatio ſimulata non firmatur iuramento.*
22 *Donatio non inſinuata non valet. Et num.23.*
24 *Fidecommiſſum cenſetur etiam iniunctum in illis bonis, in quibus competit teſtatori ius vendicandi.*
25 *Ius non quæſitum nondum dicitur eſſe in bonis noſtris. Et numero 26.*
27 *In claris non eſt opus coniecturis.*
28 *Ex diuiſione quando cenſeatur remiſſum ius.*
29 *Conſentiens venditioni rei ſuæ ſibi præiudicat.*
30 *Ignorantia non cadit in facto proprio.*
31 *Legitimatus quando excludat ſubſtitutos. Et numero. 32. 33. 34. & 35.*

RESOLVTIO XLIX.

VIſis, ac diligenter cõſideratis inſtrumento aſſignationis factæ de pluribus bonis. à D. Ioanne de Nappis Philippo eius filio, nec non teſtamento præf. Ioannis cum aſſerto fideicommiſſo vniuerſali iniuncto filiis, fuit res ad illud dubium reſtricta.

Nunquid dicta bona Philippo aſſignata includantur in dicto fideicommiſſo vniuerſali.

Et ad faciliorem huius hæſitationis ingreſſum, in primis capio illam dubitationem, Vtrum talis aſſignatio bonorum facta à d. Ioanne à D. Philippo eius filio iure ſubſiſtat. In quo placuit reſolutio, quod talis aſſignatio dicatur pænitus inualida, ac ipſo iure nulla.

Primò, quia, Aut volumus conſiderare, dictam aſſignationem bonorum de iure poſſe effectum ſortiri in vim vltimæ voluntatis; Et tunc intrepidè concludendũ eſt, fuiſſe, & eſſe inualidam. & nullam, vtpotè carentem ſolemnitatibus ſubſtantialibus, quia in dicto inſtrumento non ſunt adhibiti ſeptem teſtes, & conſequenter
1 talis voluntas, & aſſignatio, † prout teſtamentum, dicitur imperfecta, & nulla.l.hac conſultiſſima. C. de teſtã. l.hæredes palàm.ff. eod.tit.& vtrobique ſcribentes. Minus poteſt valere in
2 vim codicilli, cum † non interuenerint quinque teſtes, vt requiritur.l. fin.§. in omni.C. de codicill. Nec etiam vt donatio cauſa mortis, eadem ratione.l.fin.C. de donat.cau.mort.

Aut volumus dicere, prædictam aſſignationem non in vim ſupremi iudicij, ſed in vim donationis inter viuos factam eſſe, ſicque vt donatio inter viuos valeat, & ſubſiſtat; Et tunc idem, quod ſupra, concludendum arbitror, quod ſcilicet non valeat, ſed fuerit, & ſit ipſo iure nulla, quia vera, & ſolida concluſio iuris eſt, quod do-
3 natio † à patre filio exiſtente in poteſtate facta eſt ipſo iure nulla, & ineſficax.l. donationes.C.de donat. inter vir. & vxo.l.2.§.ſi pater. vbi Bart. ff. pro donat.l.iubemus §.1.vbi Bal.C.ad Trebel. amplè tradunt ſcribentes in l. ſi donatione.C.de collat.& in l.frater à fratre.vbi Bart.& alij.ff.de cond. indeb. Clar.§.donatio.q.8.Non.cõſ. 1. num.3.& conſ.56. num.1. Turret. conſ. 97. num.37. vol.1.Menoch.de præſumpt.lib.3. præſ.29. cum ſeq.

Nec quicquam repugnat, quòd, ex quo Io.pater donans præmortuus eſt, talis † donatio eius morte dicatur cõ- 4
firmata.l. antepen.C.de donat. inter vir.&c.Bart.in d.l. frater à fratre, vbi Doct. omnes.Bald.in l.2. C. de inoff. donat. Gabr.de donat.concl.6. lib.3. Crau.conſ.19. num.2. Non d. conſ. 1. num. 10. Clar. d. quæſt.8. verſ.ſcias etiam. & quæſt.17.

Quia hoc eſt verum, dummodo † 5
ante mortem fuerit deuentum ad traditionem, vel quaſi, & ſic ſi fuerit facta traditio in vita à patre donante filio donatario Bald.in d.l.2. plenè per Alex.& alios in d.l.ſi donatione.Dec. conſ.239. Corn.conſ. 69. & conſ. 185. vol.2.facit. l.2.& ibi Bart.& alij. C.ſi quis alteri, &c. Tiraq.in tract.de iure conſt.poſſeſ.in 1. par.num.49. Sed in præſenti caſu d. Philippo nunquàm fuit facta traditio in vita ſaltem donantis, quinimò pater ſemper poſſedit, vt ex dictis teſtium apparet.

Item non obſtat, quòd in tali donatione fuerit appoſitum iuramentum, quo confirmatur donatio. Gabr. de donat.concl.4. lib. 3. Non. d. conſil. 1. num.12. Turret. conſ. 61 num.29. vol. 1. & d. conſ. 97. num. 39. Becc. conſ.20.num.4.

Quia, ſecundùm veriorem ſententiam, donatio † facta à patre filio exi- 6
ſtenti in poteſtate nulla, & inualida eſt, & non firmatur iuramento, cum iuramento non poſſit facere filium de incapace capacem, ſicut nec dominus ſeruum, nam ſi ſeruo meo donarem, & promitterem cum iuramento non reuocare, non ideo quæritur dominiũ rei donatæ ſeruo: hoc enim impoſſibile eſt; quæ † impoſſibilitas non tol- 7
litur per

litur per iuramentum. Fulgoſ. conſilio 199. ſic ſi pater donat filio videtur donare ſibi ipſi, cum profectitia, in quibus hodie nihil eſt immutatum. §. 1. Inſtit. per quas perſo. nob. acqu. hodie ſicut olim ſint patris. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Vnde nemo dixerit, ſibi ipſi factam donationem firmari iuramento. l fin. ff. de ſtipul. ſer. c. fin. de inſt.

Et per hanc rationem hanc ſententiam intrepidè tenent Caſtr. conſilio 105. & conſ. 345. num. 3. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 80. lib. 3. Fulg. conſ. 199. Bald. in c. cum contingat. in fine de iureiuran. Corn. conſ. 9. colum. 1. lib. 2. & conſil. 289. colum. 10. lib. 4. Coraſ. in l. frater à fratre. in fine. ff. de condit. indeb. qui dicit, eſſe veriorem opinionem, pro qua fuit etiam iudicatum, vt latè aſſerit Corn. conſil. 238. columna 3. libro primo.

Et hæc ſententia vti æquiſſima, ac veriſſima confirmatur. Nam iuramen-
8 tum † habet vim clauſulæ; omni meliori modo: vt ſi non valet actus vno modo, valeat omni alio meliori modo, l. cum pater. §. filius, & ibi Doctor. ff. de leg. 2. c. venientes, & cap. ad noſtram, & ibi Doct. de iureiur. Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Abb. in c. cum contingat. colum. pen. de iureiur. cum concord. adductis per Felin. in c. cum ſuper. de off. deleg. Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. col. 2. inſtit. de act. Cagn. in l. 2. num. 92. C. de reſcind. vend. Alex. in conſil. 37. colum. 5. volum. 2. Surd. conſil. 20 num. 23. Non. d. conſ. 1. nu. 9. & conſ. 14. n. 13. Sed quan-
9 do pater donat † in vita filio exiſtenti in poteſtate, etiam adiecta iſta clauſula: omni meliori modo: talis donatio nihilominus dicitur ipſo iure nulla. Ang. conſil. 17. col. 4. Vnde idem concludendum videtur, ſi fuerit adiectum iuramentum, quod tantundē operatur.

Secundò poteſt dici de nullitate huius donationis patris, quia talis donatio, ſeu aſſignatio fuit facta per ipſum D. Ioannem Philippo abſenti, vt ex verbis inſtrumenti liquidò conſtat, pro quo † inſtrumento præſumē- 10
dum eſt, & illi eſt ſtandum, niſi in cōtrarium aliud probetur. l. cum precibus, & ibi Bald. & alij. C. de prob. & in l. quamuis, vbi Bal. C. ſi quis alter. vel ſibi, &c. Inſtrumentum † enim dicitur 11
probatio probata. Dec. conſil. 36. col. 1. volum. 1. Alex. conſ. 37. vol. 2. colum. 4. Quo fit, vt talis aſſignatio, & donatio Philippo abſenti facta non valeat, quia † donatio ſi fiat abſenti nulla eſt. 12
l. abſenti, vbi Bart. & omnes. ff. de donat. Corn. conſ. 129. colum. 4. lib. 2. cōſil. 159. colum. 2. & conſ. 254. lib. 3. Bal. in l. illud. col. 3. C. de ſacroſ. eccl. Clar. in d. §. donatio. quæſt. 12. Non. d. conſil. 1. nu. 1. & conſ. 53. nu. 3. Turret. conſ. 92. num. 39. vol. 1.

Et dum pars diceret, talem † donationem in præſenti caſu valere, ex 13
quo notarius fuit præſens, & donationem illam recepit, & ſtipulatus fuit nomine dicti Philippi, vt patet per inſtrumentum dictæ donationis, ſiue aſſignationis: & clarum eſt, quòd notarius poteſt pro donatario abſente donationem recipere, vt per omnes ſcribētes, & maximè per Iaſ in l. ſtipulatio iſta. § ſi ſtipuler. ff. de verb. obl. Non. d. cōſ. 53. n. 40. Surd. deci. 111. & deci. 206.

Fuit replicatum, quòd in caſu iſto non conſtat, dictum Philippum abſentem talem donationem ſibi à notario ſtipulatam acceptaſſe, & ratificaſſe: Nā licèt notarius abſenti donationem ſtipulari poſſit, nihilominus † ex 14
parte donatarij nunquàm dicitur donatio, nec ei quæritur, niſi acceptatione, & ratificatione ſecuta, ſicq; ei³ cō-

ſenſu concurrente,vt tradit Bald.conſ. 200.volumin.2. Caſtr.conſ.195.197.& 182.volum.2.vbi loquitur in patre,qui donauit Margaritæ eius filiæ abſenti, & dicit, quòd illi non fuit ius quæſitum ante ratificationem, & loquitur in donatione,in qua etiam erat clauſula conſtituti.Hoc idem tenuit Dec.in l.certi condictio.§.ſi nummos.colum. 2.ff.ſi cert.pet.in l.1.nu.22. C. de pact. in l.contractus.num.16. ff. de reg.iur. vbi dicit,id eſſe ſingulari,& ita conſuluiſſe,prout fecit conſ.226. colum 2. conſ.247.colum.pen.conſ.432. ad fin. conſ.464 conſil.531.conſ.586. & conſ. 661 Curt.iun.conſ.52.num.12.conſ.55. nu.9.& conſilio 120.colum.1.Bertran. conſ.116.colum.4.volum.2. & conſil. 304.volum.3.Ruin.conſ.121.columna 2.& conſ.174.volum.1.Soc.ſen. in l.1. §.ſi iuſſerim.circa fin.ff.de acquirend. poſſ.Pariſ.conſ.12.num.110.volum.2. Caſſan.conſ.7.col.8.verſ.item etiam. & conſ.69.colum.fin.Rubeus in l.non ſolùm.§.morte.num.9.& 59.ff.de noui op.nunc.Grat.conſ.12.colum.1.cōſ. 25.num.37.conſ.67.colum 2. conſilio 94.col.2.& conſ.127.colum.2. volum. 1.Galliauol.in rubr. ff. de verb. oblig. nume.84. Alciat.Parerg.lib.3.c.13. vbi dicit,ita ſæpius conſuluiſſe, & de communi teſtatur in cap. cum contingat. num.234.de iureiur. & Add. ad Alex. conſ.31.colum.fin.vol.6.dicit,hanc opinionem eſſe hodie crebriorem. Salyc.in l.Caius.ff.de vſur.Soc.iun.conſ. 126.numer 12.volum.2. Cagn.in l.fin. num.273.C.de pact. Non.conſilio 56. num.15.

15 Et licèt aliàs factum † nomine defuncti per hæredē ratificari, & approbari poſſit,vt per Doct.in l.hæredem.
16 ff.de reg.iur. Nihilominus donatio † abſenti facta,quæ,niſi acceptetur, non valet, ſi per defunctum acceptata non fuerit,per hæredem ratificari non poteſt.Alciat.in l.2.§. ex his.col.1. ff.de verb.oblig.& Mod.Taurinenſ. in l.fi. col.7.C.de pact. Cag.in d.l.hæredem. Rub.in d.§.morte.num.59.

Rurſus ad impugnandum talem donationem facit, Nam, vt ex pluribus concurrentibus qualitatibus percipi poteſt,videtur, quòd talis donatio ſit ſimulata,& conſequenter nulla, & inefficax, cum donatio † ſimulata tan- 17
quam conſenſu deficiens nō dici poſſit donatio.Pariſ.conſilio 53.volum.1.

Et in primis ſimulatio in caſu noſtro arguitur,ex † quo facta apparet fi- 18
lio exiſtenti in poteſtate. Bartol. in l. poſt contractū. ff. de donat.& ibi Ro.

Inſuper quia † poſt talem aſſigna- 19
tionem,& donationem dictus Philippus donatarius nunquam fructus percepit,quinimò vt clarè conſtat ex depoſitionibus teſtium Io.pater donans per decennium continuè poſt donationem factam remanſit in poſſeſſione dictarum rerum,fructus percipiendo, locando, & alia inſuper faciendo, quæ ſoliti ſunt facere veri domini, & poſſeſſores rerum ſuarum,Vnde donatio,de qua agitur, præſumitur ſimulata,iuxta not.in l.ſicut.§.ſuperuacuam. ff quibus mod.pign.vel hyp.ſol Rom. in d.l.poſt contractum. Soc.ſen.conſ. 61.colum 2.& ſeq volum.4. vbi dicit, quòd quando pater remanſit in poſſeſſione fructus percipiendo, quòd iſta ſola coniectura ſufficit, vt dicatur donatio ſimulata.

Accedit etiam, quia ex libris † æſti- 20
mi conſtat, talia bona donata eſſe deſcripta nomine donantis,&non donatarij, Vnde negari non poteſt, quin hoc non inducat etiam coniecturam donationis ſimulatæ,vt per Caſtr.in l. 2.Cod.plus valere,&c. Soc.ſen.conſil. 129.columm.fin.volumin.4.& conſilio 89.

89.colum. 5.vol.1. Et cum hoc ſit verum communis concluſio eſt, quòd
21 † talis donatio non firmatur iuramẽto.Curt.iun.conſilio 195. volum.2.

Prædictis etiam additur, data quòd iſta diuiſio haberet vim donationis, tamẽ ex quo res aſſignata excedit va-
22 lorem 500. aureorum, dicitur nulla † ob non factam inſinuationem. l. ſancimus.C.de donat. quæ lex etiam inter coniunctos militat.l. data. C. eo-
23 dem tit. Nec † iuramentum tollit defectum inſinuationis ſecundùm Bald. in d.l.data, & per Rom. in l.Modeſtinus. ff.de donat. & alios multos, quos congerit Curt.ſen.conſ.56. in fin.vbi teſtatur, hanc opinionem veriorem eſſe, & conſ 57. in fine. vbi ampliat, etiamſi cum iuramento ſpecialiter fuiſſet inſinuationi renunciatum.

Retẽta igitur reſolutione, quòd talis donatio non valuerit, ſequitur alia reſolutio, quòd prædicta omnia bona, ſicut ſupra d. Philippo aſſignata veniant in fideicommiſſum vniuerſale filiis æqualiter inſtitutis coniunctum, & hoc oſtenditur.

Primò, quia, cum d. teſtator de omnibus bonis ſuis inter filios fideicom-
24 miſſum fecerit, fideicommiſſum † etiã cenſetur iniunctum in illis bonis, in quibus teſtatori competit ius vendicandi.l. quintus. §. cui legatum.ff.de aur. & arg.leg.

Secundò, quia cum aſſignatio bonorum à patre filio facta non teneat,
25 illa bona † dicuntur propria patris, & dicuntur eſſe in eius dominio. Soc. ſen.conſ.33 col. 1. vol.3. Et ratio eſt,
26 quia † ius nondum quæſitum non dicitur eſſe in bonis noſtris.l. ſcribit. in princ. ff. de auro & arg. leg.l. profectitia.§. ſi pater.ff. de iure dot. Caſtr.conſ.178.colum.1.vol 1.Dec.conſ. 24.col. 2. ver. ad hoc reſponderi. &. Soc.ſen.conſ.53. col.pen.ver.quo fundamento.lib.4. conſuluit expreſſè, legem ſi vnquàm. C.de reuoc. donat. non habere locum in donatione nondum acceptata, ex quo ex ea nullum ius poteſt dici donatario acquiſitum; Si igitur quando aſſignatio patria, & donatio non valet, vel non fuit acceptata, bona aſſignata, vel donata non poſſunt dici propria donatarij, ſed dicuntur propria ipſius donantis, & eſſe in eius dominio, nulli dubium eſt, quòd cum iſte Io. pater donans diſpoſuerit per fideicommiſſum de omnibus bonis ſuis, veniunt quoquè in dicto fideicommiſſo bona aſſignata, cum, vt dixi, reſpectu nullitatis aſſignationis, videlicet quia donatio non fuit acceptata, & ratificata, bona illa dicantur propria donantis, & ſua, & vbi ſumus † in claris non eſt opus 27
coniecturis. l. continuus. ff. de verb. oblig.cum vulg.

Hoc etiam ſuadetur, quia, vt conſtat ex depoſitione teſtium, d. Philippus dicta bona ſibi aſſignata poſt mortem patris diuiſit tanquàm hæreditaria, & communia inter fratres. quo caſu, cum talis † diuiſio ſcienter ab 28
eo facta ſit, ſibi præiudicauit, & videtur remiſiſſe ius ſuum. Dec.conſ.408. colum.1. Caſtr. in l.fin. §. idem quæſiuit.ff. de condit.indeb. Gabr. de fideicom.concluſ 1.num.21 Non.conſ. 40.num.13. Gabr.conſ.22. num.1.vol. 1. Becc conſ 24. nu. 15. latè Menoch. de præſumpt.lib.3. præſumpt.115. Nam qui conſenſit remiſſioni iuris ſui ſibi præiudicat, vt nequeat contrauenire, prout qui † conſentit venditioni rei 29
ſuæ ſibi præiudicat in ipſa re.l.ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de leg.1. l. ſicut.§.non videtur.ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſolu.l. codicillis.§.1.ff. de leg.2.Et ſi quãdo videtur cõſentire

ſibi præiudicat, fortius quando apparet, quod verè conſenſit, prout contingit in caſu noſtro, in quo ex ipſis teſtibus clariſſimè conſtat, quòd ipſe Philippus diuiſerit inter fratres dicta bona tanquàm communia, & hæreditaria, &
30 † in facto proprio non cadit ignorantia. l. fin. ff. pro ſuo. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem. colum. 1. C. de iu. & fac. ignor. Vide Becc. conſ. 111. num. 1. & 13. & Surd. conſilio 67. numero 47.

Poſtremò, in terminis præfatam ſẽtentiam tenet Corn. conſ. 273. colum. 6. ver. nec obſt. vol. 4. vbi concludit, quòd quando eſt facta donatio à patre in vita filio exiſtenti in poteſtate, dato quòd fuerit iurata, nihilominus præfata bona veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, vt ibi latius per eum, & ſecundùm Corneum redditur etiam in dubitata iſta ſententia in caſu noſtro, cum hic aſſignatio nõ ſit facta pro donatione, ſed pro legitima portione, vt ex inſtrumento liquet, quo caſu ſecundùm Corneum abſque dubio dicta bona aſſignata veniunt in fideicommiſſum.

Neque obſtat, quòd, ex quo hic Nappettus reperitur legitimatus, faciat deficere fideicommiſſum, cum le-
31 gitimatus videatur † excludere ſubſtitutos. Alex. in l. generaliter. §. cũ antea. C. de inſtit. & ſubſt. & conſ. 87. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 16. cum ſeq.

Quia reſpondetur. Primò, quòd, ex
32 quo † iſta legitimatio eſt facta poſt mortem Io. teſtatoris, & ſic poſtquàm ius fideicommiſſi ſaltem erat quæſitum in ſpe, tale ius quæſitum non potuit tolli per Archiuium notariorum Vrbis, vt per Ant. de Butr. in cap. per venerabilem. col. 12. qui filij ſint legitimi. Dec. conſil. 425. num. 9. vbi concludit ex mente Doctorum, quòd habentes auctoritatem legitimandi à Principe non poſſunt legitimare ad præiudicium habentium ius etiam in ſpe; imò ſi eſſet legitimatus per ſubſequens matrimonium tali iuri non fieret præiudicium. Curt. ſen. conſil. 73. col. 30. Mantic. d. tit. 10. numero 28.

Secundò, quia iſti prætendentes ius in ſpe veniebant citandi, aliàs † ad eo- 33
rum præiudicium non valuit legitimatio. Alex. conſ. 67. & 94. lib. 1. Dec. conſ. 425. nume. 10. Gozad. conſ. 6. num. 2. Surd. conſ. 1. num. 14. Non. conſ. 69. num. 8. & conſ. 76. nume. 31. Mantica d. tract. lib. 11. tit. 11. nu. 1. cum ſeq.

Tertiò, & vltimò, quia in teſtamẽto d. Ioannis non fuerunt ſimpliciter poſiti in conditione ad excluſionem ſubſtitutorum filij legitimi, ſed legitimi & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, Vnde † ſtantibus tali- 34
bus verbis legitimatus non excludit ſubſtitutum, quia teſtator habuit reſpectum ad modum naſcendi naturaliter: Alex. in d. l. generaliter. §. cum autem. Dec. conſ. 258. num. 7. & d. conſ. 425. num. 12. Curt. ſen. conſ. 13. col. 2. Surd. d. conſ. 1. num. 19. & 97. Mant. d. tit. 10. num. 23.

Item facit, quia, cum dictus Ioannes teſtator fuerit nobilis, & de nobili familia Nappettorum, non † videtur 35
cogitaſſe de his illegitimè natis. Dec. in d. conſ. 425. num. 12. vbi multas auctoritates congerit. Surd. d. conſ. 1. num. 20. Non. conſ. 76. numero 14. Mant. d. tract. lib. 11. tit. 10. num. 33. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Hypothecaria actio quando intenta-

intentata dignoſcatur: Et quomodo quis obtinere poſſit in ea.

SVMMARIVM.

1 *Ex narratis in libello cognoſcitur quod remedium ſit intentatum. Et ex concluſione. num. 3.*
2 *Concluſio formalis in hypothecaria quæ ſit.*
4 *Hypotheca cedi poteſt.*
5 *Ceſſa actione perſonali, videtur ceſſa hypothecaria. Et num. 6.*
7 *Hypothecaria quando poſſit agi contra tertium poſſeſſorem.*
8 *Excuſſio non eſt neceſſaria, ſi principalis eſt notoriè non ſoluendo. Et quando num. 28.*
9 *Super notorio poteſt iudex ſe in Camera i. formare.*
10 *In generali obligatione quæ veniant.*
11 *Hypotheca non tollitur niſi per ſolutionem.*
12 *Hypothecaria agens debet probare poſſeſſionem tempore obligationis. Et num. 15. Et quæ. num. 16. 17. 18. 19. 20. & 22.*
13 *Poſſeſſio transfertur ex conſtituto.*
14 *Fundamentum intentionis tuæ quis tenetur probare.*
21 *Quaſi dominium cauſatur ex poßeſſione bonæ fidei cum titulo habito à non domino.*
23 *Hypothecaria agens quid debeat concludere.*
24 *Et quid agens rei vendicatione.*
25 *In Saluiano interdicto non requiritur probatio dominij, ſed poſſeßionis tantum. Et num. 26.*
27 *Hypothecaria actio quando ceſſet. Et num. 35.*
29 *Notorium eſt allegandum.*
30 *Et quando requiratur ſententia.*
31 *Excipiens non dicitur confiteri.*
32 *Prior in hypotheca potior eſt in iure. Et num. 33.*
34 *Hypotheca ſpecialis præfertur generali.*
36 *Solutio cedit in cauſam antiquiorem. Et num. 37.*
38 *Saluianum interdictum non dicitur intentatum, ſi petitio eſt ſuper petitorio.*

RESOLVTIO L.

FRANCISCVS vẽdidit quoddam prædium. Vincentio Nappo de anno 1547. cum pacto de retrouendendo pro ſumma ſcutorum mille, prout in inſtrumento. Inde ad certum tempus vendidit quędam alia bona Auguſtino de Mondulpho, inter quæ vendidit etiam dicto Auguſtino omne ius, quod ipſe Franciſcus habebat vigore pacti de retrouendendo ſuper dicta poſſeſſione Vincentio vendita pro dicta ſumma ſcutorum mille, pro quibus vſque ad integram, & completam ſatisfactionem reſeruauit ſibi dictus Franciſcus proprietatem, & expreſſam hypothecam in dicto prædio vendito, quam de anno 1550. dictus Auguſtinus reemit à dicto Vincentio pro pretio, de quo in inſtrumento. Item de anno 1551. dictus Franciſcus ceſſit Lauræ eius vxori omnia, & ſingula iura, & actiones, quas, & quæ ipſe habebat pro pretio, de quo ſupra, pro quo Auguſtinus ad maiorẽ cautelam D. Lauræ obligauit ſe. & omnia bona ſua præſentia, & futura, prout in inſtrumento, & cum tempore debito à dicto Auguſtino dictæ Lauræ non fuiſſet ſatisfactum, D. Laura vigore hypothecæ ſibi ceſſæ à dicto

Franciſco, & etiam conſtitutæ ſibi ab Auguſtino egit hypothecaria contra dictũ Vincentiũ tanquàm poſſeſſorẽ dictorũ bonorũ, dicens, quòd prędiũ eſt ſibi obligatum pro quantitate ſupradicta, è conuerſo Vincentius conuentus illud ad ſe pertinere contẽdit.

Quæritur, Vtrum dictus Vincentius conuentus debeat condemnari, vel abſolui.

Et viſa petitione D. Lauræ agentis contra Vincentium, ac viſis iuribus, & omnibus ſcripturis exhibitis, pro habenda vera reſolutione quæſtionis præſentis ante omnia animaduertendum eſt, quòd dicta Laura in ſua petitione actionem hypothecariam videtur intentaſſe contra Vincentium tanquàm poſſidentem bona ei hypothecata, de quibus in petitione, hócq; tum ex narratione, tum ex concluſione ipſius petitionis euidenter colligi poteſt.

Primò, quia in libello narratur, quòd Franciſcus cedendo omnia iura, quæ habebat ſuper dicta poſſeſſione Auguſtino, reſeruauit ſibi in ea, vſque ad integram ſatisfactionem, expreſſam, & ſpecialem hypothecam. Item dum exponitur, quòd dictus Auguſtinus conſtituit hypothecam, ſeu obligauit omnia ſua bona dictæ Lauræ agenti ex cauſa prout in petitione, & ſic apparet, quòd in libello eſt inten-

1 tentata actio hypothecaria, cum † ex narratis in libello cognoſcatur quod remedium fuerit intentatum. l. ſi modo. §. eandem. ff. de except. rei iud. l. agi. C. de tranſact. facit, quòd not. Bart. in l. 1. ff de act. rer. amot.

Secundò probatur, nam concluditur in libello ad dimittendam, & relaxan-

2 dam poſſeſſionem, &c. quæ eſt † propria, & formalis concluſio in hypothecaria. Bartol. in l. rem alienam. ff. de pign. actio. Aret. Iaſ. & cæteri in §. item Seruiana. Inſtit. de actio. Cyn. Bart. & Doct. in l. cum res. C. ſi alien. res pign. data ſit. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. num. 159.

Ex cõcluſione † autẽ libelli maximè 3 cognoſcitur quod remediũ fuerit intentatum. Bartol. in l. Aurelius. ff. de lib. leg. & Doctor. in l. certi condictio. in princip. ff. ſi cert. pet. & eſt text. in c. ex parte. de foro compet. vbi Canoniſtæ omnes.

Quò ſuppoſito videbitur cuipiam, D. Lauram duplici ex capite iuſtitiam fouere in huiuſmodi actione hypothecaria.

Primò, quia, vt ex inſtrumento celebrato inter Franciſcum eius maritũ, & Antonium, liquet, dictus Franciſcus, cum venderet Auguſtino omnia ſua iura, quæ ipſe habebat ſuper dicta poſſeſſione, de qua agitur, ſibi reſeruauit, vſque ad integram pretij ſatisfactionem, expreſſam, & ſpecialem hypothecam in re vendita; Vnde cum dictus Franciſcus poſtea ceſſerit omne ius ſuum, quod ſibi competebat cõtra Auguſtinum D. Laurę ſuæ vxori, prout in inſtrumento ceſſionis continetur, videtur quòd ceſſa quoque fuerit hypotheca, quæ, vt nulli dubium eſt, cedi † poteſt. Bart. in l. ſi fideiuſſor. ff. 4 de fideiuſſ. Alex. conſil. 47. columna 2. vol. 3. & remiſſiuè. Bartol. in l. fin. C. de hæred. & act. vendit. Alex. conſ. 112. columna 2. libro 6. Neguſ. de pign. in 4. membr. 2. par. princ. facit l. 1. & 2. C. ſi res pignor. data ſit. Et ibi Bartol. Bald. & Salycet. idem Bartol. in l. grege. §. cum pignori. ff. de pignor. Et conſequenter videtur, quòd iure dicta Laura agere poſſit hypothecaria contra Vincentium tanquàm poſſidentem bona hypothecata, quia † ceſſa perſonali 5

actione,

actione, videtur etiam ceſſa hypothecaria, quæ competit cedenti. gl. in l. ſi pignori. & ibi Bartol. ff. famil. hercisc. Bart. in l. ſi hæredi pecuniam. in princ.
6 ff. ad Trebell. ſiue † hypotheca veniat ex generali obligatione; ſiue ex ſpeciali, ſecundùm Bald. in l. ſi inſolitum, cum l. ſeq. C. de act. & oblig.

7 Nec obſtat, quòd creditori † habenti hypothecata bona ita demùm permittitur cum effectu agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem dictorum bonorũ, ſi egerit prius actione perſonali contra debitorem principalem, & contra eum excluſionem fecerit. auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. act. auth. præſente. C. de fideiuſſ. §. ſed neque. auth. de fideiuſſ & ibi Bar. & in l. ſi creditor. §. 1. ff. de diſtr. pig. Andr. Sicul. in cap. quoniam, in §. in aliis. nu. 42. vt lite non conteſta. Alex. conſ. 85. vol. 6. Pariſ. conſ. 80. num. 39. cum ſeq. volum. 1.

Quia in caſu noſtro notorium eſt,
8 Auguſtinum debitorem non † eſſe ſoluendo, nec extare bona, ex quibus poſſit ſatisfieri, vnde excuſſio neceſſaria non eſt. ad not. per Bar. Iaſ. & alios in l. fi. ff. ſi certum petatur. Salyc. in authen. hoc ſi debitor. colum. 2. C. de fideiuſſ. quæſt. 9. & Ang. ibi colum. 2. Aret. in §. item ſi quis in fraudem. inſtit. de act. Marſ. in rubr. de fideiuſſ. colum. 2. Iaſ. in l. decem. ff. de verborum obligat. Pariſ. d. conſ. 80. nu. 40. ſuper quo
9 † notorio poteſt iudex pro auxilio veritatis capere informationem. Bartol. in l. 4. §. hoc autem. C. de damno infect. Bald. in l. vnica. C. vt quæ deſ. aduoc. part. Aret. conſ. 126.

Item ex alio capite videtur poſſe oſtendi, d. Lauram fouere iuſtitiam in hac hypothecaria contra d. Vincentiũ poſſeſſorem dictæ rei petitæ, ſcilicet, quia Auguſtinus debitor prædicti Franciſci ſciens, prædictum Franciſcũ ceſſiſſe omne ius ſuum D. Lauræ eius vxori ſuper quantitate, quam ipſe Franciſco debebat, approbando talem ceſſionem publico inſtrumento de anno 1551. obligauit, ſe ſoluturum dictę Lauræ prædictam ceſſam quantitatem, atque etiam pro maiori cautela obligauit omnia bona ſua præſentia & futura, vt in dicto inſtrumento apparet, Vnde cum dictus Auguſtinus iam ante per annum reemiſſet dictum prædium à dicto Vincentio vigore promiſſionis, & pacti de retrouendendo, vt conſtat ex publico inſtrumento celebrato de anno 1550 certè † dictum prædium 10
etiam reemptum venit, & comprehenditur in tali obligatione, & generali hypotheca. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſſ.

Accedit, cum Auguſtinus ei non ſatisfecerit de quantitate debita: Nam hypothecaria † eſt iſtius naturæ, quòd 11
non tollatur, niſi creditori fuerit ſolutum, vel ſatisfactum. l. ſextante. §. latinus. & ibi Caſtr. ff. ad Velleian. l. grege. §. etiam. ff. de pign. Doct. in c. potuit. extra. locat.

Neque obſtaret ſi quis diceret, non eſſe probatum, dictum Auguſtinũ poſſeſſionem † habuiſſe dictæ rei tempo- 12
re obligationis, & hypothecæ contractæ, & conſtitutæ, vel poſtea, prout neceſſe eſt agenti hypothecaria probare. l. fin. C. quæ res pign. obl. poſſ. ad not. per omnes Doctor. in l. rem alienam. ff. de pign. act.

Quia, ſi rectè acta inſpiciantur, ex parte D. Laurę agentis non tantũ probatum extat, dictum Auguſtinum poſſediſſe dictam rem petitam tempore obligationis contractæ, & ſic hypothecæ conſtitutæ, ſed etiam, poſtea poſſediſſe, oſtenditur, cum hypotheca fuerit conſtituta ab Auguſtino in

ſatur ex bonæ fidei poſſeſſione cum titulo habito à non domino. §.aliæ.inſtit.de act.l.quæcũque.ff.de public.Sed hic nullus titulus hypothecantis probatur, meritò igitur deficit probatio
21 dominij,& quaſi dominij,& ſic † omninò ſuccumbere debet, & reus conuentus abſolui, vt in propoſito cõcludit Bart.in l.rem alienam. & ibi Paul. & omnes.ff.de pign.act.Alex.conſilio 137.& conſ.138.vol.2. Cyn. Bald.Ang. & alij in l.cum res. C.,ſi res alien.pig. dat.ſit.& tenent communiter ſcribentes,vt Soc.ſen.teſtatur conſi.112.col.1. volum.4.Mod.Hiſpani in §.item Seruiana.colum.13. Inſtit. de act.ſequitur Bald.conſi.176.volum.2.conſ.255.256. & 468. volum.5. Papien.Pract. in lib. act.hypoth. Caſtr.conſ.168.volum.2. Afflict.deciſ.383.Corn.conſ.55. & 122. col.pen.volum.3.conſ.128.& 288. volum.4.

Ad idem facit, quia agens hypothe-
23 caria debet † concludere,declarari ſibi rem obligatam, & ſibi reſtituendam, vt patet ex not. per Specul in titul.de actio. & petit. §.2.ver.cæterùm,& per Bartol.in d.l.rem alienam. Cyn.Bald. & Doctor in l cum res.C.ſi aliena res pign. data ſit.& in d.§. item Seruiana.
24 Sicut † agens rei vendicatione concludere debet, ſe dominum declarari. l.ex diuerſo.§.1. ff.de rei vend.aliàs nõ poteſt in hypothecaria obtinere, vt tradit Bald.conſ.256. vol.5.

Nec eſt opus inſiſtere, quòd ſit intentatum interdictum Saluianum, in
25 quo † non requiritur probatio dominij, vt not. glo.in d.§. item Seruiana. in §.interdum.Inſtit.de interd. & in l. fin.C.de prec.& Salu.interd. Bart. in l.1. ff. eodem titul.& tradit Corn. d. conſilio 55.colum.2. Caſtr. conſil.168. volum.2.
26 Quia in huiuſmodi † Saluiano interdicto, cum ſit remedium poſſeſſorium, oportet ſaltem probare poſſeſſionem debitoris conſtituentis hypothecam tempore obligationis contractæ;& hypothecæ conſtitutæ, vt traditur plenè per Doct.in d.l.1.de Salu.interd. Doct. in d.§ item Seruiana. Neguſ.de pig.vltimo memb.8.par.princ. Socin.ſen.conſ.112.col.2.vol.4. Caſtr. in d.l.rem alienam.colum.vlt. Sed hic nulla poſſeſſio Auguſtini probatur tempore obligationis, & hypothecæ conſtitutæ.

Híſque additur,quòd Franciſcus,antequàm res vendita Vincentio cum pacto de retrouendendo redimeretur ab ipſo, ſicut non potuit in re etiam vendita,dum ceſſit ius redimendi,pro ſe reſeruare hypothecam, ita nec alteri cedere potuit,cum ab eo per venditionem factam Vincentio omne ius à re abdicauerit, & quia † quoúſque nõ 27
redimitur, ceſſat omnis hypothecaria actio,vt per Neguſ.in tract.de pign.in 6. parte 3. memb. numero vigeſimoquinto.

Minus quoque ex ſecundo capite obtinere poſſe conſtat;Quia creditori habenti bona hypothecata ita demùm permittitur cum effectu agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem dictorum bonorum, ſi egerit † prius 28
actione perſonali contra debitorem principalem, & contra eum exceſſionem fecerit.auth.hoc ſi debitor. C.de pign.

Nec obſtat,eſſe notorium,Auguſtinum eſſe non ſoluendo,& ſic excuſſionem non eſſe neceſſariam,glo.Bar.Alexand. Iaſ.& alij in l.fin. ff. ſi certum petatur.

Quia licèt † notorium releuet ab 29
onere probandi,debet tamen allegari. glo.in clem.appellanti.de appell.Bart. in l.1.ff.de except. Innoc. in cap. præ-

terea.de dilat. Imol.& Philip. in cap.
ex parte,de appellat.Vnde ſi quis velit
obtinere agendo hypothecaria contra
tertium poſſeſſorem non præcedente
excuſſione, debet proponere, & alle-
gare, quòd debitor principalis noto-
riè non eſt ſoluẽdo. Neguſ.de pign.1.
memb.8.par.colum.4.

30 Præterea hoc † verum eſt, ſi omni-
nò eſt notorium, & omnibus adeò
euidenter conſtat,vt nihil opponi poſ-
ſit,ſecus ſi dicatur ſimpliciter, & alle-
getur eſſe notorium, Nam ſuper hoc
debet ferri ſententia declaratoria,cum
multa dicantur notoria,quæ non ſunt.
Dec. in l.fin.columna 3. ff. ſi certum
petatur.

Nec obſtat, Vincentiũ cõfeſſum fuiſ-
ſe in exceptionibus, dictum Auguſti-
num non eſſe ſoluendo. Quia hoc di-
ctum non reperitur in exceptionibus,
& dato eſſe dictum in exceptionibus,
non tamen poteſt ſuper hoc fieri fun-
31 damentum: Nam ſimpliciter † oppo-
nens exceptionem non videtur confi-
teri id,quod dicit. Abb. in cap.cum
venerabilis.in fin.de except. Doct.in
c.fin.de confeſſ.Alex.conſ.159.in prin-
cip. volum. 6. ita vt releuet actorem
ab onere probandi. Alex.d.conſil.159.
Vnde conſequenter ex hoc ſequitur,
Lauram vxorem non poſſe agere ad
ſuam dotem, cum probatum non fue-
rit, maritum non eſſe ſoluendo, iuxta
l.ſi conſtante, & ibi Doct.ff.ſol.matr.

Secundò facit ad fauorem Vincen-
tij, Etenim Vincentius de anno 1550,
reuendidit Auguſtino dictam poſſeſ-
ſionem pro ſumma in inſtrumẽto cõ-
tenta, atque vſque ad integram ſatiſ-
factionem pretij reſeruauit ſibi ex-
preſſam hypothecam,& ſic dictus Vin-
centius ſuper dicta poſſeſſione eſt an-
terior in hypotheca D. Laura, cuius
hypotheca poſtea fuit cõſtituta in an-
no ſequẽti 1551. vt ex inſtrumẽto con-
ſtat. Vnde Vincentius ex hoc venit
præferendus, qui enim prior † eſt in 32
hypotheca potior eſt in iure. cap. qui
prior.de reg.iur.in 6.l.quoties vtriuſ-
que.ff.de reg.iu.l.qui balneũ.l.potior.
ff.qui poteſt.in pig.Doct.in rubr.& in
l.1.ff.ſolut.matrim. Afflict. deciſ.306.
Natt.conſ.532.num.31.quę † prioritas 33
hypothecæ prodeſt non ſolùm agen-
do,ſed etiam excipiẽdo,& replicando,
l.creditor.§.ſi prim[us].ff.qui pot.in pig.

Præterea Vincentius habet expreſ-
ſam,† & ſpecialem hypothecam, Do- 34
mina Laura autem generalem,meritò
Vincentius etiam ex hoc præferri de-
bet.l.1.ff.de pign.Doct.omnes, in l.1.
ff.ſolut.matrim. Et ſic cum Vincentio
adhuc de pretio ſatisfactum non ſit,
meritò ſuæ hypothecæ incumbere po-
teſt,quia propria † hypothecariæ na- 35
tura eſt,vt non tollatur, niſi creditori
fuerit ſatisfactum,vel ſolutũ. l.ex ſex-
tante. §.latinus, & ibi Caſtr. ff.de ex-
cept.rei iud.Caſtr.in l.aliquando.§.de
pignoribus.nu.2.ff.ad Sen.Conſ.Vell.
l.grege.§.etiam.ff.de pign.Doct.in c.
potuit.extra locati.

Nec obſtat, quòd Vincentio fuerit
ſatisfactum, ex quo vltra ſcutos 200.
quos dictus Vincentius fatetur ſe re-
cepiſſe in inſtrumento, dictus Augu-
ſtinus cuidam Hebręo videtur ſoluiſ-
ſe ſcutos 170.

Quia dico,quòd illa ſumma in dubio
debet præſumi ſoluta in cauſam anti-
quioris debiti,cum vbicumque † quis 36
ſit debitor ex pluribus,& diuerſis cau-
ſis in quantitate,& ſimpliciter ſoluat,
neque per creditorem, neque per de-
bitorem exprimatur in quam cauſam
intẽdant cedere dictam quantitatem,
intelligitur,quòd cedat in cauſam an-
tiquioris debiti. Bartol. in l. cum ex
pluribus.ff.de ſolut.Alexand.conſ.87.

volum.

volum.3.& conſ.2.vol.4.Barbat.conſi. trigeſimoſeptimo. columna ſexta.volumine 1. Aret. conſilio 5. Menoch. de arb.iud.cent.5.caſ.493. num.19. & de præſ.lib.3.præſumpt.136. Maſcard. de probat. volumine ſecundo. concluſione 1319. numero quarto. Surd. deciſ.169.num.9.& deciſione 186. numero 5.

37 Nec ſtatur poſtea † ſimplici aſſertioni ſoluentis,quia debet conſentire creditor, vel expreſsè, vel tacitè, puta ſi declarauerit coram eo, & non contradixerit.Caſtr.in l.1.ff.de ſolut.Præterea maior ſumma eſt debita Vincẽtio, de quibus in inſtrumento patet, pro quibus omnibus ipſe retinuit expreſſam hypothecam.

Vltimò dicitur,dictum Vincentium abſoluendum eſſe ob libelli ineptitudinem. Nam ſi volumus dicere, eſſe intentatum Saluianum interdictum; hoc eſt falſum.

38 Primò, quia † petitio omnis tangit nudum petitorium, & concluſio eſt facta in mero petitorio contra naturam interdicti huiuſmodi, de quo per Bartol.in l.1.numero tertio. ff. de Sal. interd. cum in Saluiano actor non habeat dicere, rem eſſe obligatam, ſed poſſeſſam. Bartol. in d.l.1.numerò ſecundo. C. de precar. & Salu. interdict.

Secundò, quia in libello pars concludit, vt conſignetur dictum prædium Lauræ tanquàm ceſſionariæ, & ſic verè egit ex actionibus ceſſis à Franciſco viro.

ARGVMENTVM.

Habens ſolùm partem in re, & agens ad totam rem, obtinere non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Agere non poteſt ad totum, qui ſolùm debet habere partem. Et numer.6.*

2 *Totam rem petere dicitur, qui ſimpliciter petit.*

3 *Libelli verba ſunt declaranda per libellantem.*

4 *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio.*

5 *Legis vbi eſt caſus, ibi nulla cadit dubitatio.*

7 *Clauſula:ius, & iuſtitiam miniſtrari: quid operetur. Et numero 8. 9. & 10.*

RESOLVTIO LI.

In cauſa, quæ vertitur inter H. agentem ex vna,& A.reum ex altera, fui voti, dictum A. eſſe abſoluendum ſaltem ab obſeruatione iudicij: Quia cum ipſe H.egerit ad conſecutionem totius domus, & probatum ſit alios ſupereſſe † 1 in pari gradu,& par ius obtinentes,nõ potuit ad totam domum experiri.glo. in l.2.ff.ſi pars hæred.pet. niſi oſtendat de ceſſione,aut aliorum repudiatione. Caſtr.conſ.454.colum.2.verſ.ſecundò principaliter.volum.1.conſ.77.in fine ſeptimi dubij.volum.2. Calcan.conſil. 76.col.3.ver.opponitur quintò. Crau. conſil.72.ver.ex quibus infertur. Imò quando quis agit inſolidum, quando alij ſuperſunt in pari gradu par obtinentes ius,vt in caſu iſto,in totum debet ſuccumbere.Crauet.conſi.144. in finalibus verbis.

Nec poteſt negari, quin H. egerit ad conſecutionẽ totius domus, quia ipſe egit ſimpliciter ad domum, & ſic totam verè dicitur petiiſſe, cum † qui 2 rẽ, aut fundũ ſimpliciter petit, dicatur

totum petere. Bartol. quem cæteri ſequuntur, in l. ſi in rem. ff. de rei vendit. & in l. legatis. ff. de leg. 2. Soc. in l. ſi quis cum totum. ff. de except. rei iudic.

Et licèt gloſ. in l. Pomponius. §. ſed his. ff. de procurat. voluerit contrarium; Tamen Ang. ibi, reprobata gloſſa, dicit, quòd omnes Doctores tenent prædictam ſententiam Bartoli, quam eſſe communem teſtatur Fel. in cap. 2. numero decimoquinto. de lib. oblig. Vnde admonet Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de op. no. nunc. quòd quãdo quis in libello vult petere partem, debeat ſpecialiter partem dicere, & exprimere, quia aliàs rem ſimpliciter petens, totam diceretur petere, & de communi teſtatur Iaſ. ibi, & in terminis de domo tradit idem Bartol. in d. l. Pomponius. §. ſed his.

Nec video quomodo libellus, ſiue petitio poſſit ſaluari, quia dictum ſit ex cauſa hæreditaria, cum talia verba ſint expreſſa ad demonſtrationem, ex qua cauſa intendebat domum conſequi, nõ autem pro qua portione, adeò quòd ex hoc capite, quòd fuerit petita portio libellus minimè ſuſtineri poteſt.

3 Nec obſtat, quòd verba † libelli ambigua debeant declarari per actorem, & ſic libellantem, iuxta not. in l. ſi quis intentione ff. de iud. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 134. ff. de acq. poſ & quòd libellus obſcurus poſſit declarari ex probationibus aptis. Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. de off. aſſeſ. & in l. ſi auiæ frater. numer. 7. C. de ſucceſſ. edicto.

Nam dico, quòd, ſtãte præſumptione iuris, quæ eſt, quòd petens rem, totam dicatur petere, nõ poteſt dici, nos eſſe in caſu dubio, ſed in caſu claro, cũ
4 † iuris præſumptio dicatur liquidiſſima probatio. l. licèt Imperator. vbi gl. & Doct. de leg. 1. & l. ſi tutor. C. de peric. tut. quia lex ipſa probat. Menoc. de præſ. lib. 3. præſ. 141. nu. 21. Quinimò cũ Bart. dicat, quòd de hoc eſt caſus in d. §. qui nunciat. dubiũ † non poteſt dici vbi eſt caſus legis. l. ancillæ. C. de furt. Corn. conſ. 9. vol. 1. Craue. conſ. 4. col. pen. Iaſ. & Dec. in l. illam. C. de collat. 5
Minus etiam obſtat. dũ Cagn. in l. qui per ſucceſſionem. num. 7. ff. de reg. iu. ponit, quòd quidam dixit † ſe patris 6
inſolidum hæredem, & conuenit inſolidum debitorem paternum, inde apparet patrem deceſſiſſe relictis duobus filiis, qui paternæ hæreditati ſe immiſcuerunt, quorum alter poſtea deceſſit, cui d. actor ſucceſſit, & fuit dubitatum, An libellus fuerit aptè conceptus, & tandem concludit, quòd ſic, affirmans, ita cõmuniter concludere Doctores, vt Iaſ. & Corn. in l. fi. C. de hæred. inſt. Quia talis doctrina nihil prorſus facit ad caſum noſtrũ, vt dicit Iaſ. & Corn. in d. l. fi. nam ideo ibi libellus ſuſtinetur, quia ille filius pro ſua portione erat hæres patris, & cum poſtea ſucceſſerit alteri fratri, pariter ex perſona fratris pro eius portione poterat dicere, ſe hæredem patris, cũ hæres hæredis dicatur hæres primi teſtatoris. Sed in caſu noſtro Hieronymus egit inſolidũ tanquã hæres Ioachini patris, & Io. Baptiſta & Mencioccus, qui per ius obtinent in domo, non ſunt nec filij, nec hæredes Ioachini, nec minus Hieronymus actor probat ſe hæredem ipſorum: adeò quòd eſt impoſſibile, quòd Hieronymus poſſit dici hæres Ioachini mediantibus perſonis Io. Baptiſtæ, & Menciocchi pro portione ipſis tangente; Et ſic longe diuerſa eſt illa doctrina à caſu noſtro.

Poſtremò nõ obſtat, clauſula, ius, † & 7
iuſtitia adminiſtrans &c. & altera clauſula,

ſula; omni meliori modo &c. quæ operantur plures effectus, de quibus
1 amplè per Iaſ.in §. omnium inſt. de act. Dec.& Doct.in l. petens. C. de pact. Ant. Gabr. lib. 6. concl. 4.de clauſ. Turret.conſ. 74.num. 50. cum ſeq. vbi decl.vol.1. Affl. deciſ. 95. nu. 7. Capic.deciſ.10. nu. 22. Natt. conſ. 532. nu.32. & Menoch. de recup.poſſ. remed. 15. num.251.

Quia illæ clauſulæ habent effectum, vbi eſſemus in ambiguo, vel in incerto: tunc. n. libellus vigore dictarum clauſularum adaptatur ad illam actionem, quæ aliquo modo,vel melius colligi poteſt ex ſerie,& narratione libelli; ſed hic ex nulla actione poteſt libellus ſuſtineri,quia nullã habet actionem Hieronymus ad totam do-
8 mum, & talis † clauſula non operatur, vbi actio non competit Dec. & Curt. in d. l. petens. Surd. conſ. 273. num. 24. cum ſeq. Præterea non reperitur iure cautum, quod ſi petatur tota domus vigore d.clauſulæ libellus ſuſtineatur.Neque poſſet ſuſtineri,de
9 iure,quia ſicut vbi † certa,& expreſſa eſt intentata actio, talis clauſula non operatur, Soc. ſen.in c. 2. de lib. obl. Pariſ.conſ.131. num.13. vol.1.ita pariter nõ poteſt operari,vbi ad rem certam eſt actum, & propterea Aret. & Iaſ.in d. §. omnium, admonent aduocatos, vt cauti ſint in aptè narrando factum, & abſque eo, quod conclu-
10 dant ſuper aliqua actione † ſubiiciant illas clauſulas, quia ſi concluderetur ex vna actione,non ſuſtineretur libellus ex alia actione, contra intentionẽ agentis. Surd.d. conſ. 273. num.25.

ARGVMENTVM.

Legatum quando tranſmittatur, aut efficiatur caducum.

SVMMARIVM.

1 *Deciſioni in terminis eſt inhærendum in materia lata.*
2 *Legatum quando ſit conditionale. Et num. 5.*
3 *Legatum quando tranſmittatur. Et num. 4. 7. 9. 10. & 11.*
6 *Verba mentem teſtatoris indicant.*
8 *Hæredis appellatione veniunt omnes hæredes in infinitum.*
12 *Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito.*
13 *Subſtitutio compendioſa quando dicatur.*
14 *Subſtitutio pupillaris excludit matrem à legitima. Et nu. 15.*
16 *Copula, &, coniungit, & repetit qualitatem præcedentem.*

RESOLVTIO LII.

IN caſu occurrenti in terra Montis B. in quo dubitari contingit, An legatum factum Camillo per D. Proſperum in vita tantum, & quod poſt mortem ipſius Camilli reuertatur ad hæredem Io. Baptiſtam, effectum fuerit caducum,quia præmortuus fuit Io. Baptiſta hæres,an verò poſt mortem legatarij pertineat ad d. Iacobum ipſius Io.Baptiſtæ hæredem.

Quia materia eſt ambigua, & variæ ſuperinde reſponſio Doct. videtur, &
† in materia lata tutius eſt inhærere 1
deciſionibus, quæ in indiuiduo reperiuntur, vt dicit Caccialup. in l. omnes populi. nu.121. ff.de iuſt. & iu. Pariſ. conſ.47. nu. 93. vol.3. Bero.conſ.

125.nu.10. vol.2. attingam deciſiones, quæ propriè ad materiam conferre videntur.

Et vt veritas magis eluceſcat in primis præmitto duas in iure veras concluſiones, & à Doctoribus communiter receptas.

2 Prima eſt, quòd † vbi fit legatum alicui ſimpliciter de aliqua re de ſui natura tranſmiſſibili ad hæredes, nec tempus apponitur ad ſubſtantiam eius, & legatarius grauatur reſtituere poſt mortem ſuam alicui, tale legatum non dicitur ſimplex, & de ſui natura perpetuũ, ſed cõditionale, quia grauatur legatarius reſtituere poſt mortẽ. l.hæres meus ff.de cond.& dem. l.4.ff. quando dies leg.ced. Vnde prædecedente eo, cui fideicommiſſum, vel legatum debet reſtitui, tale † legatum 3 non tranſmittitur, ſed fit caducum.l.1. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C de cad.toll.l.interdicti, ff.de cond.& demonſt.etiamſi fuerit relictum ab aſcendente.Alex.conſ.206.vol.6. Soci. iun.conſ.117.volum 1.Anton.Gabr.in tit.de hæred.inſt.concl.2.nu. 10.lib.4.

4 Altera eſt concluſio, quòd vbi † legatũ fit de aliqua re pariter ſui natura tranſmiſſibili ad hæredes, & tẽpus apponitur ad ſubſtantiam legati, vt puta, quia teſtator legauit alicui donec vixerit, vel ad vitam tantũ prout cõtingit in præſenti caſu, vel alio ſimili modo: Et tunc quia tale legatũ dicitur tẽporale, & perinde eſt, ac ſi non fuiſſet factum legatario pro vlteriori tẽpore, ſi hæres inſtitutus prædecedat ante legatariũ, legatũ non extinguitur, nec fit caducum, ſed reſtitutio debet fieri hęredi hæredis, & hoc non iure fideicõmiſſi, ſed conſolidationis cum hęreditate, quia iſto caſu legatũ conſolidatur cũ hæreditate ſicut vſusfructus cũ ꝓprietate, adeò ꝙ finito tẽpore bona legata perueniunt ad illum, penes quem reperitur hęreditas. Caſtr.in l.Titia, §. Titia.de leg.2.in l.ſi à me.ff.ad l.Falc. & in l.illud. vbi Alex. C.de leg.Pariſ. conſ.21.num.44.vol.2. Soc.iun.cõſ. 103.num.31.vol 1.

Et licèt † dictũ fuerit, ꝙ poſt mortẽ reuertatur ad hæredem, nõ tamen per hoc legatũ dicitur cõditionale, ſed tẽporale, cũ fuerit dictũ in vita tantum. Crauet.in l.cũ filiusf.n.261.ff.de leg.1. Soc.ſen.conſ.202.vol.3.Soc.iun.in d.l. cũ filio. n.14.qui ꝓpriè loquitur quãdo dictũ fuit, vt poſt mortẽ reuertatur ad hæredẽ Bolog.in l.hæredes. §.cum ita.ff.ad Treb.n.142.cũ ſeq.& nu.144. exẽplificat quãdo dictũ fuit quòd poſt mortẽ reuertatur ad hæredem Purpur. conſ.303.num.17. 5

Verũ quia circa hãc ſecundã concluſionẽ, quæ propriè reſpicit præſentem noſtrũ caſum, cum legatum ſit factum ad vitam tãtùm Camilli, plura perplexè à Doctoribus tradi ſolent.

Ego pro vera reſolutione propoſitæ difficultatis arbitror, diligenter conſiderandum eſſe qualiter verba teſtatoris ſint cõcepta, quia † verba animum 6 teſtatoris indicãt. l.Labeo.ff.de ſupp. leg. Bal.in l.ſed & reprobaui. in prin. ff de excuſat.tut. Et ideò plures caſus conſtituo.

Primus igitur eſt caſus, vbi † teſtator 7 legat alicui in ſua vita tantũ, vel donec vixerit, & nihil vltra dicit, & ſic vbi poſt mortẽ legatarij nihil diſponit ad quem bona legata reuerti debeant.

Et iſto caſu concludunt vnanimiter Doctores ꝙ ſi viuit hæres, bona legata reuertãtur ad ipſum, ſi autẽ præmortuus fuerit, ꝙ debeãtur hæredi hæredis, quia teſtator non videtur habuiſſe reſpectũ ad perſonã, ſed ad ius hæredũ, cui' ſentẽtiæ ſigniter fuit. Bar.in d. l.Titia §. Titia. & ſequitur Bal. ibi in

fi.

ff.ac etiam Pau.de Caſtr. in prin.Alex. & Iaſ.in l.illud.C.de leg.idem Pau.de Caſtro.in d.l.ſi à me.& conſ. 225. col. 2.vol.2.Alex.cõſ.92.col.1.vol.3.Pariſ. d. conſ. 21.n.44.cum ſeq.& conſ.97. num.8.vol.2.Soc.iun.conſ.203.nu.31. vol.1. Silua.conſ.23. nume.7. Caualc. in tract.de vſufr. mul.rel.nu.81.Hier. Zanch. in l. hæredes mei. §.cum ita. num.34. ff. ad Trebell. Gab. de hæred. inſt.d.concl. 2,num.5.

8 Secundus caſus eſt,vbi † teſtator alicui legauit bona aliqua donec vixerit, vel ad vitam tamen, & vlterius procedẽdo diſpoſuit, quod poſt mortem reuertantur ad hæredem, vel ſint hæredis ſimpliciter, non nominando hæredem nomine proprio.

Et iſto caſu veritas eſt etiam,ſecundum Doct. quod, præmortuo primo hærede, admittatur hæres hæredis, quia appellatione hæredis veniunt omnes hæredes in infinitum.l.qui per ſucceſſionem.ff. de reg.iur.l. hæredis appellatione.ff. de verb. ſig.l. ſi quis filium. §. fin.ff.de acq. hæred. & eſt antiqua iuris regula l.fin.C. de hęred. inſt. Et ſic vbi teſtator diſponit,quod bona legata reuertantur ad hæredem, vtẽdo tantum nomine appellatiuo,venit hæres hæredis, quia cẽſetur cũ habitus reſpectus potius ad ius hæredũ, quam ad propriam perſonam. Ruin. conſ. 143.nu.14. vol. 5. Sim.de Præt. de interp.vlt.vol. lib.4. dub.4. num. 40. & 43.& expreſſe tradit Caſtr.in l. ſub diuerſis. §. hæredi. ff. de cond.& dem.& in d.l ſi à me.Soc.ſen.cõſ.102. num 14.vol.3.Cæph.conſ.158.nu.27. & conſ. 462.num.12. cum ſeq.

Et licèt Fulg.conſ. 70. ſentiat contrarium; Tamen pro iſta ſententia eſt deciſum,vt atteſtatur Soc.iun. in l. cũ filio familias.num.14. ff. de leg.1. vbi dicit, quod ſi bona ſunt relicta vxori donec vixerit, reſtituenda poſt eius mortem hæredi, quod debentur etiã hæredi hæredis. & hoc idem expreſſe tenet Bologn. in d.l. hæredes mei §. cum ita.nu. 144. vbi inquit,quod hoc caſu reuerſio fit ad hæredem hæredis, & habet locũ trãſmiſſio, cum per nomen hæredis intelligatur de iure hæreditario,& ſequitur Ant.Gabr.d.cõcl.2.n.5.Menoch.conſ.273.n.27.vol.3.

Quæ concluſio præſertim procedit, vbi hæres eſt filius, qui præmortuus reliquit nepotem: nam ex veriſimili mente teſtatoris legatum non fit caducum,vt in add.ad Dec.conſ.417.

Tertius caſus eſt,quando † teſtator diſpoſuit,quod bona legata reuertantur ad hæredẽ, exprimendo ipſius hæredis nomen proprium abſque appellatiuo, vt puta quia dixerit, quod reuertantur ad Io.Baptiſtam; Et iſto caſu legatum extinguitur cum perſona, & fit caducum, nec poteſt impleri in perſonam alterius, & ſic in hæredem ipſius,licèt reputetur eadem perſona, quia cum expreſſerit tantum nomen proprium, videtur habitus reſpectus duntaxat ad perſonam propriam: nam ſi aliquis proprio nomine vocatur, ad alium non nominatum diſpoſitio non extenditur.Dec. conſ.511. n.5. ſed diſpoſitio reſtringitur in eo, cuius proprium nomen eſt expreſſum.idẽ Dec. conſ.513. num 1.quia expreſſio,& nũcupatio proprij nominis taxationem inducit.Signor.conſ. 188.col. 2.verſ. ſed hoc non videtur.Rol.conſ. 97.n. 17. vol.4. Caſtr.in d.l.ſub diuerſis.§. hæredi. & in l.cum ita ff. de cond. & dem. Alex. in l.fi. C. de hæred. inſt. Ruin.conſ.29. num.5. vol.2. Pic.in d. §.Titia. num. 14. ver.ex quo videtur poſſe inferri,& ſẽtiũt oẽs,qui tenẽt,ꝙ qñ dictũ fuit,reuertantur ad ꝑſcriptũ. hæredẽ,ꝙ non veniat hæres hæredis, 9

vt infra dicetur.

Et ad comprobationẽ facit, nam teſtator quando prohibet hæredem alienare, venit hæres hæredis, ſi tamen perſona hæredis nominatur expreſsè, & ſic proprio nomine non comprehenditur hæres hęredis. Bart. in l. filius familias. §. Diui. vbi cæteri ſequuntur. ff. de leg. I.

10 Quartus caſus eſt, quando † teſtator legans alicui temporaliter dixit, quod poſt mortem legatum reuertatur ad infraſcriptos, vel ad ſupraſcriptos hæredes.

Et in hoc caſu controuerſa eſt ſententia inter Doctores, nam aliqui volunt, quòd præmortuo hærede legatum non tranſmittatur, ſed extinguatur, & caducum fiat, quia dicta verba; infraſcriptos, & ſupraſcriptos; ſunt relatiua, Et perinde ſit, ac ſi nominatim, ſpecialiter, & ſub nomine proprio de illis facta fuerit mentio; Adeò quòd ſicut quando ſimpliciter expreſſum eſt nomen proprium hæredis legatum non tranſmittitur ad hæredem hæredis, ita & iſto caſu, cum dicitur; ad infraſcriptos, vel ſupraſcriptos hæredes; tradit Ruin. conſ. 29. nu. 5. vol. 2. faciunt tradita per Alex. conſ. 140. num. 4. cum ſeq. lib. 6.

Et etiam adducunt aliam rationem, quia cum teſtator bona temporaliter legata mortuo legatario voluerit venire ad infraſcriptos vel ſupraſcriptos hæredes, non poſſunt venire hæredes hæredum, cum ipſi non legantur ſcripti hæredes, Vnde tantùm cenſentur vòcati illi, quorum nomina ſcripta ſunt in teſtamento, & ſic illi, qui oculis corporeis legi poſſunt, vt latè cõcludit Soc. iun. conſil. 54. vol. 4. Port. Imol. conſ. 8. Gabr. d. concl. 2. nu. 8. Rimin. iun. conſ. 181. nu. 9. cum ſeq. lib. 2. Menoch. d. conſ. 273. numero 22. & Zanch. in d. §. cum ita. nu. 51.

Aliqui tamen, qui validè talem ſententiam impugnant, volunt, quod nec etiam iſto caſu legatum extinguatur, & fiat caducum, ſed debeat pertinere ad hæredes hæredum, vt Cæph. d. cõſ. 158. per totum, & conſ. 472. num. 12. cum ſeq. Burſ. conſil. 87. nume. 28. vol. 1. Iaſ. in l. qui liberis. §. hæc verba, in fin. ff. de vulg. & pup. & in l. fin. C. de hæred. inſt.

Et pro hac ſententia adducitur; Nã remedium l. fin. C. de ed. D. Adr. datur tantùm hæredibus ſcriptis, vt concludunt ibi Doct. omnes, & tamen datur etiam hæredibus hæredum, ſecundùm communem opinionem, vt latè per Menoc. de adipiſc. remed. 4. nu. 236 & 239. Achil. perſon. de adip. poſ. numero 177. cum ſeq. Sicque videtur, quòd tametſi teſtator dicat, ad hęredes infraſcriptos, quòd venire debeant hæredes hæredum.

Et efficax ratio eſt, ſecundum Cœph. in d. conſ. 158. num. 44. quia hic ſumus in deſcendentibus teſtatoris, vbi militat in omnibus eadem ratio, & voluntas teſtatoris, & quando in hæredibus hæredum eſt eadem ratio, ſemper comprehenduntur in diſpoſitione, tametſi fiat mentio de hæredibus ſcriptis. Dec. & Cagn. in l. qui per ſucceſſionem. ff. de reg. iur. Et in deſcendentibus eſt eadem ratio, quia nepotes, & filios æqualiter diligimus, ſeu plus diligimus, quàm filios, vt dicit Bart. in l. liberorum ver. 4. not. ff. de verb. ſig. & probat ille tex. in fin. tradit Decian. conſ. 23. num. 90. vol. 1. Et vbi ſumus in filiis, & ſic in deſcendentibus, id docet expreſsè additio ad Dec. in conſ. 417. dum apertè dicit, quod verbum; infraſcriptos; in filiis non facit limitationem, ſed demonſtrationem, quia agitur de fauore filiorum.

liorum.

11 Quintus, & vltimus caſus eſt, vbi † teſtator cum nomine appellatiuo apponit quoque nomen proprium hæredis, prout contingit in præſenti caſu, vbi dixit teſtator, quòd reuertatur ad hæredem Io. Baptiſtam, & ſic vſus eſt vtroque nomine, & proprio, & appellatiuo.

Et circa hunc caſum, communes Doctorum traditiones ſequendo pro habenda veritate, dico, eſſe conſiderandum, An præcedat, vel ſubſequatur nomen proprium, vel nomen appellatiuum: Nam vbi præcedit nomen proprium, quia teſtator dixit, reuertatur ad Io. Baptiſtam hæredem, tunc vera concluſio erit, quod, per mortem hæredis ante mortem legatarij grauati, legatum fiat caducum, & ſic non pertineat ad hæredem hæredis, prout in caſu, quo teſtator vtitur ſimpliciter nomine proprio tantum. Et ratio eſt quia vbi præcedit nomen proprium, & poſtea ſubſequitur nomen appellatiuum, eſt tantum conſiderandum nomen proprium, & non nomen appellatiuum, quod ſubſequitur. Pariſ. conſil. 57. num. 12. vol. 3 Rum. conſ. 97. nu. 12. & conſ. 120. num. 12. vol. 2 At ſi præcedat nomen appellatiuum, & poſtea appoſitum eſt nomen proprium, prout punctualiter contingit in caſu iſto quia teſtator dixit, reuertatur ad hæredem Io. Baptiſtam; Et iſto caſu dico, quod per mortem hæredis legatum non extinguitur, nec fit caducum, ſed quòd pertinet ad hæredem hæredis.

Et ratio eſt, quia cum præcedit nomen appellatiuum, hoc duntaxat eſt conſiderandum, & non proprium nomen, quod ſubſequitur, ſicut quando præcedit nomen proprium non conſideratur nomē appellatiuum, quod ſubſequitur, cū idē † operetur oppoſitum

12 in oppoſito, quòd propoſitum in propoſito. l. fin. vbi Bart. ff. de leg. 3. Dec. conſ. 382. n. 5. & ſic vbi præcedit nomē appellatiuum hæredis colligitur, quòd teſtator habeat reſpectum potius ad ius hæreditarium, quàm ad propriam perſonam, & conſequenter admittitur hæres hæredis. l. cum ita. §. fin. ff. de cōdit. & dem. & ibi gl. & Bart. & latius idem Bart. in l. ſub diuerſis. §. fin. ff. de cond. & dem. Iaſ. in l. ſi quis filium. §. fin nu. 11. ff. de acqu. hæred. & in l. fin. ver. tertio pro alia extenſione. Cod. de hæred. inſtit. In terminis Fed Loaz. in d. l filiusfamilias. §. Diui. ver. & iſtam limitationem intelligo. & Crot. ibidē. nu. 132. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. gl. 6 nu 24. & Rip. in d. §. Diui. num. 110. ver. iſta concluſio limitatur. Petr. de Vbal. in tract. de cau. epiſ. cap. 5. num. 5. vbi in propriis terminis legati loquitur.

Et hoc idem mirificè comprobatur, Nam vbi diſpoſitio, & delegatio fit per nomen appellatiuum, & per nomen proprium ſimul, an iudicanda ſit realis, vel perſonalis, ſemper debet inſpici quod nomen præponatur, cum vbi nomen proprium appellatiuo preponitur iudicetur perſonalis, vbi verò nomen appellatiuum præponitur nomini proprio, dicatur realis, perinde ac ſi nomen, quòd ſubſequitur, nullius ſit conſiderationis. Bart. & Angel. in l. ſi communis ſeruus ita. ff. de ſtipulat. rer. Abb. & cæteri in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. Purpur. conſilio 270. numer. ſecundo. de communi teſtatur Dec. in d. cap. quoniam Abbas & Bero. numero nonageſimo-primo. l. etiamſi dicatur, meum hæredem. Alciat. in l. hæredis appellatione. ff. de verbor ſignific. Cagn. in d. l. qui per ſua. in fin. Benintend. deciſio. fin. Curt. iun. conſi. 55. numer. duodecimo.

ſacta; Tamen his difficultatibus reſpondent Soc. in d.conſ. 121 Corn. conſ. 95.num.15.vol.2.

Et tantò magis hæc ſententia videtur firmanda in hoc caſu. Quia primò fuit dictum [quod ſi aliquis decederet ſine filiis in pupillari ætate, vel quandocumque] vnde dũ poſtea ſequitur copulatiuè loquendo [& ſi omnes decederent ſine filiis.] videtur quod repetitio fieri debeat dictorum verborum præcedentium, perinde ac ſi dictum eſſet [& ſi omnes decederent in pupillari ætate, vel quã
16 documque &c] quia copula,† &, cõiungit, & repetit qualitatem præcedentem.l.auia.in prin.iuncta glo ff.de cond. & dem. l. Seius. §. Gaæ. ff. de fund.inſtr.vbi Bart.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur vt intentari poſſit remedium can. reintegrandæ 3.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegrandæ quando cõpetat. Et num.3 & 4.*
2 *Remedium reintegrandæ tranſit ad hæredes.*
5 *Conuentio eſt ſeruanda. Et num. 6.*
7 *Teſtes quando coniungantur.*
8 *Litera probant contra ſcribentem.*
9 *Proxeneta quando probet. Et num. 10. & 11.*
12 *Ante confectum inſtrumentum eſt locus pœnitentiæ.*

RESOLVTIO LIIII.

IN vna hæredum Guarnerij fuit dictum, quòd remediũ Canonis reintegrandæ, a dicta parte aduerſa intentatum ei nullo modo competeret, ideo apertiſſimè demonſtrabatur.

Quia ſi dicatur, quòd Franciſca aſſerta hæres Marini tale remedium intẽtauerit ex perſona ſua, omninò ſuccumbere debet, quia non fuit probatum, ipſam fundum, de quo agitur,† 1
poſſediſſe, & conſequenter non poteſt dici, quòd dictum remedium ſibi competat. cap. reintegrandæ. 3.q.1. Barb. conſ 58. colum.penult. volum. 2. conſ. 83. colum. 1. volum.4. & in hærede hoc tradit Bal. in auth. defuncto.C. ad Tertull. Soc. ſen.conſ.49. colum.fin. vol. 4. Cagn. in l. hæredẽ. ff.de reg. iur. Menoch. de recup.poſſeſſ. remed.15 num.383.

Si verò dicatur, huiuſmodi remedium fuiſſe intentatum ab ipſa Franciſca ex perſona defuncti, quia † tale remedium ad hæredes tranſit. Soc. ſen. in l. rem, quæ nobis ff.de acq. poſſ. Doct. in cap. ad ſedem de reſt. ſpol. Plot. in l. ſi quando. numero 838. C. vnde vi. Grat. conſ. 70. colum.2. volum.2. Adhuc dicitur, in caſu iſto debere ſuccumbere, quia ad hoc vt tale remedium Canonis reintegrãdæ hæredi ex perſona defuncti cõpetat, requiritur, quòd pro parte hæredis probetur, defunctum † poſſediſſe. & quòd 3
ille, qui eſt defunctus, in vita fuerit ſpoliatus, aliàs dictum remedium hæredi non competit, & reus conuentus debet abſolui. Corn conſ. 329. col.7. vol. 1. quia † non poteſt tranſmitti,
quod non eſt formatum in perſona i- 4
pſius defuncti. Grat conſ. 70. col.2. vol.2. Cagn. in d. l. hæredem. & aliàs dictum eſt.

Secundò fuit dictum, dictos hæredes reos conuentos iuſtitiam fouere, etiam quoad merita cauſæ; Quia pro parte ipſorum hæredum eſt probatũ, inter dictos Speculum, & Marinum.

fuiſſe factam concordiam, & conuentionem, ſcilicet quod Speculus reſtitueret Marino pretium, & quod Marinus ipſi Speculo fundum, de quo a-
5 gitur, relaxaret, & reſtitueret, quæ † conuentio proculdubio eſt ſeruanda l. contractus. ff. de regul. iur. l. 1. ff. de
6 pact. c. 1. de pact. quia † pacta, & conuentiones, vt dici ſolet, rumpunt leges. l. 1. §. ſi conuenit. ff. de pact. Cagn. in l. 2. col. 2. ver. limitata. C. de pact. inter empt. & in d. l. cōtractus. ff. de reg. iur. & cum de tali concordia, & conuentione deponat vnus teſtis, qui interfuit, & duo teſtes de confeſſione ipſius Marini, plenè, & ſufficienter dicitur conuentio, & concordia proba-
7 ta, quia, † quando vnus teſtis deponit de ipſo actu, & duo de confeſſione, coniunguntur, & plenam faciunt probationem, Bart. & Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi Franc. Curt. num. 193. ver. tertia opinio. & de cōmuni Iaſ. ibidem num. 220. Caccialup. num. 156. Gabr. de prob. concl. 1. nu. 3. lib. 1. Surd. deciſ. 12. num. 3. & 9. Gabr. conſ. 40. num. 33. volu. 2. Et maximè conferebat, quia d. Franciſca congratulata fuit de tali conuentione, & concordia cum Speculo, vt conſtat ex literis per ipſam tranſmiſſis ad dictū
8 Speculum, quæ, cum † fuerint recognitæ, contra ſcribentem probant. l. Publia. §. fin. ff. depoſit. l. ſi aliquid. l. ſi per epiſtolam. l. nec ambigi. C. de donat. Bart. in l. neque epiſtolis. C. de probat. Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 987. num. 5.

Et dum diceretur, quòd Io. Baptiſtæ non eſſet credendum, cum fuerit
9 † mediator, & proxeneta. Gabr. de teſtib. concl. 20. lib. 1. Benintend. deciſ. 61. num. 1. cum ſeq. & deciſ. 67. nu. 7. Maſcard. de prob. vol. 3. concl. 1357. num. 36.

Reſponſum fuit, quod dictæ cōcordiæ, & conuentioni interuenerit dictus Io. Baptiſta, vt communis amicus, & amicabilis compoſitor, non vt proxeneta; Et; Doctores illi, qui volunt, proxenetæ non eſſe credendum, loquuntur de mediatoribus, & proxenetis, qui faciunt forum, & vulgò nūcupantur, *Senſali*, non autem de communibus amicis, qui amicabiliter ſe interponunt. Gem. in c. 1. de teſt. lib. 6. Bald. conſ. 469. vol. 2. & conſ. 370. volum. 4. Bertran. conſ. 225. vol. 3. Tiraq. de vtroq. retr. in præfat. numero 6.

Secundò reſponſum fuit, quod ſententia Doctorum debeat intelligi † 10
reſpectu probationis faciendæ per ſolum mediatorem, ſeu proxenetam, nā fidem non faceret, niſi de voluntate vtriuſque partis examinaretur. Soc. iun. conſ. 31. colum. 4. vol. 2. Et de hoc in caſu iſto non agitur, quia non dicitur plenè ipſi ſoli eſſe credendum, ſed dicitur, ex quo adſunt duo conteſtes qui deponunt de confeſſione Marini, quòd probationes ſint iungendę, prout fieri debet, ſecundùm communem opinionem, de qua ſupra.

Tertiò reſponſum fuit, quod quan-
do † mediator, & proxeneta ab vna 11
tantùm parte producitur non inuitus, ſed quia velit ipſe teſtificari, prout in caſu iſto, tunc admittitur ſicut alius teſtis, & eius teſtimonium probat, ſicut teſtimonium alterius teſtis. Cyn. Bal. & Salyc. in l. omnibus. C. de teſt. de communi Barb. conſ. 40. col. 10. vol. 3. & de communi, ac veriori Soc. iun. in d. conſ. 31.

Demùm dum diceretur, quòd partes poſſint pœnitere, quia dictæ partes concluſerunt fieri inſtrumentum,
& ſic antequam fiat inſtrumentum † 12
locus eſt pœnitentiæ. Caſtr. in l. cum res, col.

res.col.1.C.de probat.Dec.conſ.11.colum.2.& conſ.159.colum.3.

Reſponſum fuit, dictum Caſtr. non eſſe verum, quia licèt actum ſit inter partes,& contrahentes, quòd de conuentione fiat inſtrumentum, non tamen dici debet,conuētionem eſſe imperfectam,quia,cum de ſui natura cōuentio præfata non requirat ſcripturam, videntur cogitaſſe partes, quòd conficeretur ſcriptura, & inſtrumentum ad faciliorem probationem.l.cōtrahitur.ff.de pign.vt declarat Dec.in d.l.pactum,quod bona fide.C.de pact. & in rub.extra de conſuetud.colum.1. Caſtr.conſ.52.colum.2.volum.2. Ang. Aret.conſ.159.column.3. & hanc ſententiam dicit veriorem Curt.iun.in d. l.pactum,& de cōmuni teſtatur Grat. conſ.107.colum.1. volumin.1. & Dec. conſil.340.column.2.&,ita etiam ſeruari de conſuetudine,docet idem Dec. in dict.l.pactum, & in dicto conſ.240. quia licèt dicatur, quòd à notario inſtrumentum fieri debeat, non tamen per hoc ſubſtantia conuentionis dicitur imperfecta,& ſuſpenſa.

ARGVMENTVM.

Detractio legitimæ, & Trebellianicæ quando non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima,& Trebellianica non poteſt detrahi de bonis expreßè prohibitis alienari. Et num.2.*

3 *Bona alia non extare, quis teneatur probare.*

4 *Legitima,& Trebellianica nō poteſt detrahi ſtante approbatione teſtamenti.Et num.5.*

6 *Filius nullum ius habet in legitima patre viuente.*

7 *Legitima præſcribitur ſpatio xxx. annorum.Et num.8.*

9 *Alienata primo loco imputantur in legitimam,& Trebellianicam.*

10 *Quarta ſi ſemel eſt detracta non poteſt amplius detrahi.*

RESOLVTIO LIV.

IN vna filiorum Mutij contra Iacobum fuit reſolutum, non poſſe detrahi de bonis, de quibus agitur, legitimam, & Trebellianicam,ex pluribus.

Primò, quia bona præfata erant perpetuo, & ſpeciali fideicommiſſo ſuppoſita, & cum expreſſa ſpeciali prohibitione omnimodæ alienationis, Vnde in dictis bonis ceſſare debet detractio legitimæ, & Trebellianicæ, cum
hæres † grauatus non poſſit eligere 1
dictas quartas in rebus prohibitis expreſsè alienari, ſed debeat eligere in aliis rebus. Soc.ſen.conſilio ſeptuageſimoquinto, columna quarta, verſ.ſed circa prædicta,volum.1. dicens, hoc in indiuiduo decidere Caſtr. in quodam conſ. deciſiuo inter plures Doctores, & ſequitur Pariſ.conſilio 64. numero 27.volum.2.& conſ.43.numero 12.volumin.3.vbi dicit,quòd quando adſunt bona vltra illa prohibita alienari, in quibus grauatus poteſt conſequi legitimam,& Trebellianicam,nullum habet recurſum ad bona prohibita alienari, cum aliis allegatis per Iaſ. in l.filiusfamilias.§.Diui.in 2.lect.num.30. ff.de leg.1.& in l.Marcellus.§.res,quæ. in fine ff.ad Trebell.Grat.conſilio 17. numero 23 volum.1. Gram.deciſio.93. num.5. Anton.Gabr.in titulo de legitima.concl.6.numer.2.Burſat.conſ.13.

num.46.volum.1. Non. conſ.16.num. 18. Menoch.conſil.44. num.24.vol.1. Sim.de Pret.in tract.de interpret.vlt. volunt.lib.3.fol.6.num.14.&, ita fuiſſe decisum à Rota Lucenſi, teſtatur Magon.deciſ.85.num.13.Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.113.num.4.par.2.

Et dum diceretur, præmiſſa procedere, vbi
2 † alia bona ſuperſint, ex quibus legitima, & Trebellianica detrahi poſſint. Crauet.conſ.19.nu.14. volum. 1. & dicunt Doctores ſupra allegati. Natt.conſil.99.& conſ.228.

Fuit reſponſum, ex quo pars aduerſa aſſerit, quòd non ſuperſint alia bona, & quòd hæreditas dicti Ioannis non ſit ſoluendo pro detractione legitimæ, & Trebellianicæ ipſa habet hoc pro-
3 bare, cum † ſit fundamentum intentionis ſuæ, vt in his propriis terminis explicat Natt.conſil.99.nu.9.& conſi. 228.num.6.cum ſeq. Non.d.conſil.16 num.19.cum ſeq. Sim.de Pret.in d.fol. 6.numer.21. & vide dicta per Surd.deciſ.62.num.4.& Turret.conſil.81. nu. 25.volum.1.

Secũdò, quòd quatenus ex dictis bonis poſſit detrahi legitima, & Trebellianica, tamen ex quo dictus Franciſ-
4 cus pater dicti Mutij † approbauit teſtamentum dicti Ioannis ceſſat detractio dictarum quartarum, licèt expreſsè, & ſpecialiter legitimæ, & Trebellianicæ renunciatum non fuerit: Et ratio eſt, quia approbatio & cõfirmatio teſtamenti paterni per ſubſcriptionem ad aliud referri non poterat, nec in alio verificari, quàm in legitima, & Trebellianica: Nam teſtamentum fuit in forma valida factum, & dictus Franciſcus nullum aliud ius in bonis paternis habebat, quàm ad legitimam, & Trebellianicam, Vnde perinde eſt, ac ſi ſpecialiter, & nominatim fuerit his renunciatum, vt in terminis probat Soc. iun. conſ. 136. num.20.volu.1.Menoch.conſ.71. numero 23.volum.1.Ant.Gabr.de legitima.concl.1.num.7.& concl.8.num.16. Rol.conſ.99.num.37.volum.4.Franc. Becc.conſ.34.num.14.Cæph. conſ.95. num.13.Pariſ.conſ.43.num.36.volu.3. vbi declarat.

Et præmiſſa comprobantur, quia talis approbatio, & confirmatio teſtamenti facta fuit viuente adhuc d.Ioãne patre ipſius d.Franciſci, Vnde † videtur facta etiam in præiudicium legitimæ, & Trebellianicæ.Cæph.conſ. 153.num.79.volum.1. Ioſeph. Lud deciſ.28.num.49.Ant.Gabr.de legitima. d.concl.8.nume.17.Menoch. conſ.71. num.5.volum.1.

Et ſuadetur, etenim vbi comprobatio fit per filium patre † viuente, eo 6
tempore dicitur facta, quo filius nullum ius habet in legitima.l.1.§. ſi impuberi ff.de coll.bon.Et proinde facilius ab hoc iure quærendo excluditur, quàm vbi poſt mortem patris, quo tempore legitima dicitur quæſita, & in his terminis loquitur l. ſi quando. §. generaliter.C.de inoff.teſt.regulariter autem facilius ius quærẽdum tollitur, quàm quæſitum.Bero.conſ.76.numero 118.vol.1.

Tertiò, quia d. Ioannes Senior de anno 1531.teſtamentum fecit, & ex hac vita deceſſit, & d. Franciſcus filius de anno 1569. pariter à viuis receſſit, vt conſtat ex inſtrumento diuiſionis hæreditatis paternæ facto inter dictum Mutium & fratres, & conſtat, dictum D. Franciſcum per annos xxxviij. paternam hæreditatem poſſediſſe, quo tempore tacitus ſemper remanſit, Vnde fit, vt amplius teſtamento paterno aduerſari non potuerit: petitio enim † 7
legitimæ ſpatio xxx.annorum præſcribitur,

bitur, vt per Alex.conſ.128.num.5.volum.1.Bero.conſ.174.num.28. volum. 1. Vaſq.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.libro 3.§.30.num.95. Balb.de præſcript. 4 par.4.partis principalis.qu.23. & de communi opinione teſtatur Alex.cōſ. 8.in fin.vol.3.

. Præſertim quòd d.Franciſcus grauatus, & d.Mutius nunquàm voluntatem eorum declarauerunt ſuper detractio-
8 ne prædicta facienda, propterea † iſti creditores, & extranei id petere non poſſunt, vt per Calcan.conſilio 57.numero 12.Bero.quæſt.87. nume.9.& 12. Corn.qui de communi teſtatur conſil. 126. numero 9.volum.2. Alciat.conſ. 67.lib.9.tom.3. Roland.conſil.98. numero 29.volum.2. Non. conſilio 107. numero quarto. Cæphal. conſilio 291. num.16.

Quartò, quia d. Mutius alienauit multa bona, & conſumpſit, vnde dicitur detraxiſſe legitimam, & Trebellianicam mediante dicta alienatione, cū
9 † bona alienata imputentur in legitimam, & Trebellianicam, de communi Grammat.deciſ.9.num.4.Burſat.conſil.227.num.77.volum.3. Anton.Gab. de legit.concluſ.4.nu.9. Sim.de Pret. d.ſol.6.num.16.Crauet.conſ.144. nu. 2.Surd.conſ.71.num.1.deciſ.170.num. 9.& deciſ.316.Turret.conſ.8. num.16. volum.1.Non.conſilio 33.num.31.Vnde cum per dictum Mutium dicantur
10 iſtæ quartæ † detractę, non ſunt amplius detrahendæ.Ioan.Dilect. de arte teſt.tit.5.caut.28.Burſat.dict.conſ.227. circa fin.Soarez.recept. ſent.in verbo, fideicommiſſum.nu.119. Turret.conſ. 89.num.12.volum.1.

ARGVMENTVM.

Bona eſſe de territorio, & dominio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſita in territorio alicuius Caſtri præſumuntur eſſe in dominio dicti Caſtri.*
2 *Quod eſt intra fines præſumitur eſſe illius, cuius ſunt fines.*
3 *Dominium à quo ſit probandum.*
4 *Caſtrum non dicitur habere pertinentias, & territorium, niſi quatenus reperitur aſſignatum. Et nu.5.*
6 *Verba enunciatiua an probent dominium. Et num.7.*
8 *Ratificatio operatur, vt actus cenſeatur factus à ratificante.*
9 *Ratificatio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
10 *Ampliatur.*
11 *Ratificatio ex quibus præſumatur. Et num.12.13.& 14.*
15 *Probatio non concludens poteſt coadiuuari præſumptionibus.*
16 *Singula quæ non proſunt, vnita iuuant.*
17 *Mandatum non præſumitur etiam per mille annos.*
18 *Bona communitatis non poſſunt obligari ſine mandato. Et num.19.*
20 *Actio perſonalis non ſequitur fundū.*
21 *Obligatio perſonalis quando inducatur.*
22 *Conceſſio qualibet præſumitur potius facta nomine precario, quàm donationis.*
23 *Poſſeſſio quādo acquiratur ex actibus particularium ipſi vniuerſitati.*
24 *Teſtes quādo probēt pro vniuerſitate.*
25 *Præſcriptio immemorabilis quomodo probetur. Et num.26.& 27.*
28 *Mala fides præſumitur in eo, qui ſcit rem ad alium pertinere.*

29 *Conuentio habet implicitam clauſulam, rebus ſic ſtantibus. Et numero 31.*

30 *Diſpoſitio non trahitur ad ius ſuperueniens de futuro.*

31 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

RESOLVTIO LV.

IN cauſa, quæ vertitur inter vniuerſitatem Caſtri Albacinæ ex vna, & vniuerſitatem Caſtri Porcarellæ ex altera, vt nulla dubitatio ſupereſſe poſſit, quia tranſactio facta intra prædictas vniuerſitates, & venditio poſtea facta per Communitatem terræ Fabriani loquuntur de Montanea Vallis cum paſcuis, terris, nemoribus, &c.

Principaliter videndum eſt.

An ex deductis conſtet, dictam Montaneam, & bona fuiſſe dictæ terræ Fabriani; Et fui voti quòd ſic.

1 Primò, quia, cum † dicta Montanea, & bona ſint ſita in comitatu, vel territorio terræ Fabriani, præſumuntur eſſe in dominio ipſius. Caſtr. in l. 1. in prin. ff. de acquir. poſſ. vbi dicit, quòd, ſi non conſtat ad quem ſpectent aliqua bona immobilia, in dubio præſumuntur eſſe illius tantùm, vel illius Reipublicæ, in cuius territorio ſunt ſita.

2 Et facit concluſio iſta, quod † eſt intra fines, præſumitur eſſe illius, cuius ſunt fines. Bartol. in rub. C. de contrahend. empt. quæſt. 22. Aret. conſ. 15. colum. 1. Rolan. conſ. 46. volum. 1. quod, vt dicit Soc. ſen. conſil. 166. colum. 2. ver. tertia eſt concluſ. volum. 1. eſt argumentum, quòd Communitates, & Domini temporales dicantur habere fundatam intentionem de iure communi quoad res ſitas intra limites ſui territorij, & comitatus, & allegat c. cũ Bertoldus, de re iud. Pariſ. conſilio 4. num. 1. volum. 4.

Cum igitur Vniuerſitas Caſtri Porcarellæ velit hanc intentionem excludere, debet † probare, ſe dominam illius Montaneæ, quam à Communitate Fabriani excludere intẽdit. Curt. iun. conſilio 184. colum. 2. ver. pro habenda. Præſertim quòd dicta Communitas dictam Montaneam poſſederit ex cauſa tranſactionis. 3

Iſtud etiam confirmatur, nam probatum eſt, dictum Caſtrum Porcarellę fuiſſe nouiter conſtructum, & in terris Eccleſiæ Sancti Blaſij de territorio terræ Fabriani, & eſſe Caſtrum ſubiectum iuriſdictioni, & dominio dictæ terræ, ſed Caſtrum † de iure communi non dicitur habere pertinentias, & territorium, niſi quatenus reperitur ſibi aſſignatum. Innoc. & alij in c. cum ad ſedem, de reſt. ſpol. Doct. in c. ſi ciuitas. de ſent. excomm. in 6. Alex. conſ. 43. volum. 1. Bertr. conſ. 130. nu. 2. vol. 7. Vnde, † alio non apparente, neque probato pro parte Caſtri Porcarellæ, prædia, & poſſeſſiones non poſſunt dici de pertinentiis ipſius Caſtri. Franc. Marc. deciſ. 365. num. 17. par. 1. & deciſ. 391. par. 2. 4 5

Secundò probatur dominium Communis dictę terrę; Etenim iſtam Montaneam, & tenimentum terrarum dicta Vniuerſitas Caſtri Porcarellæ accepit ab Vniuerſitate Fabriani, & pro ea ab eius deputatis, & tanquàm bona ipſius terræ, prout exprimitur. & narratur in tranſactione inita inter pręfata Caſtra, mediãtib. deputatis dictę terrę, quę verba, quatenus ẽt eſsẽt † enũciatiua, plenè probant, inter eaſdẽ partes. l. optimã. C. de cont. & cõmit. ſtip. Bar. Bal. & Doct. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Maſcar. de prob. vol. 2. 6

concluſ.

concl.621.numer.28.Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.133. num.1.cum ſeq. Turret.conſ.71.num.4. volumine primo.

7 Et,quòd ex verbis etiam † enunciatiuis probetur dominium inter ipſas partes,in terminis tradit Crauet.conſ. 29.in princ.volum.1. Alex. conſil.112. libro 6.

Nec obſtat, quòd dicta verba fuerint prolata inter ipſos procuratores, & deputatos,non autem ab ipſis principalibus: Quia,quòd ex verbis enunciatiuis probetur dominium, procedit etiamſi fuerint prolata à procuratoribus, prout in his terminis propriè loquitur Crau.d.conſ.29.

Præterea in caſu iſto ceſſat omninò iſta difficultas, nam dicta tranſactio fuit approbata,& ratificata ab Vniuer-
8 ſitate Caſtri Porcarellæ, quæ † ratificatio facit, vt ea tranſactio cenſeatur etiam facta ab Vniuerſitate ipſius Caſtri,non ab ipſis deputatis.l.ſi pupilli. §.item quæritur.ff.de nego.geſt. Bar. Bald.& alij in l.ſi pecuniam.C.de neg.
9 geſt.quia † ratificatio retrotrahitur,& mandato comparatur. l.licèt,de iud.l. fin.C.ad Maced.c.ratihabitionem,de
10 reg.iur.in 6. Quod verum eſt † etiam in his,quę requirunt ſpeciale mandatum.l.quod ſi de ſpeciali,&ibi Bald.ff. de min.l.fi.§.1.ff.quod quiſque iur.Alexã.conſ.78.col.4.verſ. nec prædictis obſtat.vol.5.& conſ.133.colum.2. ver. poſſet etiam.vol.6.

Et de ratificatione in caſu iſto conſtabat.

11 Primò,quia probatum eſt,quòd † retinuerint, & modo retineant dictam Montaneam ex cauſa tranſactionis, & ſic videtur eam ratificaſſe. Ang.conſil. 161.columm.fin. Caſtr.conſ.300.in fin. volum.2. Tiraq.de conſt.poſſeſ.par.3. lim.30.num.12.

Secundò, quia Vniuerſitas Caſtri Porcarellæ dictam † tranſactionem produxit, & agens ex contractu videtur ratificare contractum. Bald.conſ. 12
34.colum.1.volum.2.& conſ.14. volu. 5.Tiraqu.in d.lim.30.nu.12.Surd conſ. 43.num.6.& conſ.60.nu.12. Menoch. de præſumpt.libr.2.præſumpt.39. numero 5.

Tertiò,quia Vniuerſitas dicti Caſtri ſemper vſa fuit † dicta tranſactione,e- 13
tiam contra Vniuerſitatem Caſtri Albacinæ.Dec.conſ.463.num.19.

Quartò,quia,qui † accepit bona per 14
tranſactionem,cenſetur ipſam tranſactionem ratificare. Caſt. conſ.116.col. pen. vol.1.

Quintò hoc idem probatur,etenim quinque,aut ſex teſtes probant,dictam Montaneam fuiſſe,& eſſe dictæ terræ, & quatenus non ita concludenter probarent, tamen iunctis eorum depoſitionibus cum ſupradictis concludere dicendum eſt,cum,vt ſcribit Dec.in l. 1.colum.pen.circa med.ff.ſi cer.petat.
probatio,† quæ per ſe non concludit, 15
ſatis ſit, quòd præſumptione iuris adiunetur,& comprobetur.Bald.in l.non hoc.columm.fin.C.vnde legit. & iuxta
illud,ſingula † quæ non proſunt,mul- 16
ta collecta iuuant.l.ſtipulatus.in prin. ff.de vſur.Gabr.de prob.concluſ.1.numer. 1. cum ſequent. Surd. conſilio 1. numero 52.Becc.conſilio 47. numero 2.& 14.

Stante igitur, quòd dominium dictæ Montaneæ fuerit Communis dictæ terrę, infero, atquę facio veram concluſionem, quòd Communitas dictæ terræ, non obſtante contractu tranſactionis, potuerit dictam Montaneam vendere Vniuerſitati, & hominibus Caſtri Albacinæ.

Primò,quia non apparet de mandato Dominorum Priorum dictæ terræ

17 tranſigentium, & mandatum † non præſumitur ex antiquitate temporis, etiam per mille annos. Bald. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtr. Alex. in l. ſciendum. num. 20. ff. de verbor. oblig. & de communi teſtatur Gozad. conſil. 96. nu. 11. Bald. de præſcript. 2. par. prin. q. 10. num. 28. Iaſ. in d. l. ſciendum. num. 19. & de magis communi teſtatur Soc. iun. conſil. 56. in prin. volum. 1. & Iac. de Nig. in l. 1. num. 52. C. qui adm. vbi etiam Zuccar. numer. 91. Gabr de procur. concl. 1. lib. 2. Surd. conſ. 28. numer. 80. Turret. conſ. 4. num. 28. vol. 1. Menoc. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 15. nu. 3. & præſ.
18 35 per totum. Ceſſante † ergo mandato Communitatis, clarum eſt, quòd illi Domini Priores, ſeu Magiſtratus ſòli non potuerint Communitatem, ſeu eius bona obligare, vt voluit gloſ. in l.
19 item magiſtri. ff. de pact. niſi † ſit eis ſpecialiter, aut liberè commiſſum. Alex. conſ. 135. volum. 7. vbi de communi teſtatur, & in conſ. 17. in princ. volumine 2.

Secundò, ſuppoſita validitate dictæ trãſactionis, adhuc dico, licuiſſe Communitati dictæ terræ dicta bona vendere, quia ex dicta tranſactione, & cõceſſione non poteſt dici, quòd fuerit inducta aliqua ſeruitus, ſed tantũ quædam conceſſio perſonalis, quandoquidem fuiſſet inducta ſeruitus, dicta Mõtanea ſemper tranſiret cum ſuo onere ſeruitutis, quæ rei cohæret, ſed ſi dicitur inducta obligatio perſonalis, Communitas dictæ terræ poteſt alienare, & Vniuerſitas Caſtri Albacinæ non tenetur ad aliquid præſtandum, Vniuerſitas verò Caſtri Porcarellæ, cui eſt facta conceſſio, poteſt dumtaxat agere contra concedentem ad intereſſe. l. fi.
20 §. fin. ff. de contrahend. emp. quia † actio perſonalis non ſequitur fundum. l. prima. §. hæres, & ibi Doctores. ff. ad Trebell.

Et quòd ex dicta tranſactione non ſit inducta aliqua ſeruitus, ſed tantùm obligatiò quædam perſonalis, euidenter deducitur, quia, vt ex tenore tranſactionis apparet, eius verba ſonant in potentiam, & facultatem, cum in quolibet capitulo dicatur, quòd dicta Vniuerſitas poſſit lignare, & habeat facultatem, &c. Vnde cum contrahentes ſemper vſi fuerint verbis † 21
denotantibus potentiam, & facultatem, dicitur inducta obligatio perſonalis, & nõ ſeruitus nec realis, nec perſonalis, in terminis Cæpol. de ſeruit. cap. 2. columna quarta, verſ. quarto, & vltimo caſu, & numero quinto, dicit, in hoc eſſe diligenter animaduertendum, quia multi non intelligunt, & eſt vtile ſcire propter multa, cuius doctrinam cæteri ſcribentes ſequuntur, ſecundùm Coraſ. in l. pomum. ff. de ſeruit.

Ad cuius comprobationem adducitur, quòd quælibet † conceſſio in du- 22
bio potius præſumitur facta precario nomine, quàm donationis. Bald. in tracta. de feud. in tit. de nat. feud. §. idem iuris, quæ conceſſio ſemper poteſt reuocari. l. cum precario. ff. de preca. c fi. extra eodem tit.

Nec obſtat, Vniuerſitatem Caſtri Porcarellæ habere intentionem fundatam ex poſſeſſione immemorabili, & cuius initij non extat memoria hominum in contrarium.

Primò, quia non videtur eſſe probatum, quòd Vniuerſitas Caſtri Porcarellę vnquam poſſederit dictam Montaneam: Et licèt multi teſtes deponant ſuper dicta poſſeſſione, tamen nullus teſtis eſt, qui deponat de aliquo actu facto ſuper dicta poſſeſſione per habẽtem mandatum ab Vniuerſitate, vel geſto vniuerſaliter à dicta Vniuerſitate, ſed

23 te,ſed tantùm à particularibus † hominibus, quorum poſſeſſione non acquiritur aliquod ius, vel poſſeſſio Vniuerſitati, niſi illi actus fuerint facti nomine ipſius Vniuerſitatis, vel eius mandato, vt tradit Bald. conſ.438. volum.1. Soc.ſen.conſ.95.volu.3. Cuman. conſ.158. Dec.conſ.221.col.pen. Pariſ. conſ.127.numer.102. vol.1. Adeò quòd licèt teſtes deponerent, quod homines Caſtri Porcarellæ vſi fuerint tanquam bonis Vniuerſitatis, paſturando, & lignando, non propterea cenſetur quæſita poſſeſſio ipſi Vniuerſitati. Corn.conſilio 148.in fin.volumin.1.& conſ.46.col.5.verſic.& licèt nonnulli. volum.3.

24 Minus etiam † probaretur, ſi teſtes dicerent, quòd depàſcebant nomine Communitatis alio non apparente, Quinimò nec etiam ſi deponerent, quòd Vniuerſitas poſſiderit, quia viderunt, cum hoc non videatur, vt tradit Corn.conſ.130.in fi.vol.3.

25 Secundò talis obiectio immemorabilis præſcriptionis tollitur: Nam † ad eius probationem oportet teſtes deponere, quòd ſemper viderint, & audierint, & non audierint contrarium, & quòd communis ſit, & ſemper fuerit opinio, quòd ſic fuerit, videlicet, quòd non extet contrarij, vel initij memoria, vt latè per Pariſ conſ.104.num.121. & conſ.112.nume.22.volum.1. & plura alia requiruntur, vt per eundem Pariſ. in conſ.27.num.106.volum.1. quę non fuerunt probata, neque articulata in caſu iſto.

26 Præterea ad probationē † talis præſcriptionis neceſſe eſt docere, quòd dicto tempore vſi fuerint iure ſuo, & nō iure alieno, vt per Pariſ.d.conſ.112.numero 37. & propterea inferendo ad practicam in conſ.101. nu.114. volum. 1. dicit, quòd, qui ſe fundat ſuper tali præſcriptione, ſimpliciter allegare debet, ſe poſſediſſe ex iuſta cauſa, & quòd cauere debet, ne alleget, & probet titulum, quia ſi de eo appareret, & ab initio fuiſſet iniuſtus ad cauſandam præſcriptionem, talis præſcriptio nō prodeſſet. & idem tradit dicto conſil. 112. nu.32. Etiam ſi vſus fuerit tanto tempore, cuius initij non extat memoria in contrarium. Caſtr.in l.fin.ff.quemad.ſer. amit. Cæp.in tractat. de ſeruit. cap.20.

Atqui in caſu iſto Vniuerſitas Caſtri Porcarellæ deduxit in capitulis, ſe poſſediſſę vigore tranſactionis, cuius titulum allegauit, & probauit; Sed ex dicta tranſactione apparet, quòd vſa fuerit dicta Montanea tanquàm propria Communis Fabriani, & ſic non vt ſua, ſed tanquam aliena: ergo impoſſibile eſt dicere, quòd per aliquam præſcriptionem etiam immemorabilem potuerit ſuper ea dicta Vniuerſitas Caſtri Porcarellæ acquirere aliquod ius, quia † requiritur, quòd pręſcribēs 27 credat rem ad ſe pertinere, & aliquid faciat credens iure ſuo vti, vt tradit Abb.in conſ.101.colum.4.volum.1. & in conſ.94.colum.2.vol 2. Et bona fides conſiderari non poteſt in iſta Vniuerſitate Caſtri Porcarellæ, nec ſuis hominibus, imò mala † fides, quę pręſumitur in eo, qui ſcit, & ſcire debet, 28 rem ad alium pertinere. l. fin. C vnde vi. & ibi Bartol. circa finem. & in l. illud. ff. de petit. hæred. Bald. conſilio 13. circa finem. volum.1. Crau. conſ.146. in prin. Surd. conſilio 73. numero decimotertio. Turret. conſ.31. numer.34. volum.1.

Minus quoque facit, quòd Vniuerſitates Caſtri Porcarellæ, & Caſtri Albacinæ inuicem tranſigentes promiſerint obſeruare, & iuramentis promiſſiones confirmauerint.

29 Quia † contractus, & conuentiones habent ſemper implicitam illam clauſulam, rebus ſic ſtantibus. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbor. oblig. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. Alexand. conſil. 85. colum. 2. volum. 5. & ſemper intelligitur ex cauſa tantùm
30 de præſenti, Nec † trahitur diſpoſitio ad ius ſuperueniens de futuro. Bartol. & Iaſ. in l. quod Seruius. ff. de cond. ob
31 cauſ. Quod procedit † in omnibus actibus, & diſpoſitionibus, vt ſcilicet intelligatur ſemper, rebus ſic ſtantibus. Barb. conſilio vigeſimo. columna duodecima. volumine ſecundo. Et hoc verum eſt, etiamſi conſi contractus, vel diſpoſitio fuerit iu-
32 rata, nam iuramentum † pariter intelligitur, rebus ſic ſtantibus. Roman. conſilio vigeſimoſecundo. columna prima. & conſilio 379. columna ſecunda. Socin. ſen. conſilio 129. in fine, volumine primo. Corn. conſilio 192. colum. fin. volumine primo. Iaſ. conſilio 60. columna ſexta. volumine 3. Dec. conſilio 335. colum. 3. & conſilio 408. colum. 2.

ARGVMENTVM.

Forenſis an pro bonis, quę poſſidet in aliquo loco, poſſit cogi ad ſolutionem onerum per Communitatem dicti loci.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes poſſunt cogi ad ſolutionem collectarum in locis, vbi bona ſunt ſita. Etiam de conſuetudine. Et num. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Conſuetudo non extenditur de perſonis ad perſonas. Et ratio eſt. n. 7.*

8 *In conceſſione immunitatis non includuntur ea, quæ ſunt de abſoluta poteſtate Principis.*

9 *Pacta præiudicialia Principi non valent.*

10 *Verba ſunt interpretanda, vt aliquid operentur.*

11 *Conuentio talis præſumitur, qualis ſequela facti oſtendit.*

12 *Contractus ex modo vtendi recipiunt interpretationem.*

13 *Regalia Principis quando veniant in conceſſione.*

14 *Communitas ſi facit aliquem exemptum, ipſa tenetur ſoluere pro eo.*

15 *Collectæ imponuntur ob neceſſitatem inſtantem.*

16 *Immunitas non extenditur ad onera futura. Et num. 19. & 20.*

17 *Dictio, aliqua, nullam operatur reſeruationem.*

18 *Dictio, quomodocumque, quid operetur.*

21 *Conceſſio perſonalis quando dicatur.*

22 *Exempti an poſſint collectari inſtante neceſſitate.*

23 *Verba vbi ſunt clara, non eſt dubitandum. Et num. 24.*

25 *Immunitas eſt ſpecies donationis.*

26 *Exempla declarant. Et num. 27.*

28 *Fictio quando inducatur.*

29 *Cauſa lucratiua non dicitur recipi, quod conſequitur ex reciprocis conuentionibus.*

30 *Donatio reciproca eſt potius permutatio, quàm donatio.*

31 *Ceſſante cauſa, debet ceſſare effectus.*

RESOLVTIO LVI.

IN cauſa hominum terrę Sancti Seuerini cum hominibus, & Communitate Monticuli, plura proponebantur dubia.

Et

Et fuit primum dubium huiuſmodi, nempè.

1 Forenſes † per ſtatuta locorum adſtringi poſſunt ad ſolutionem collectarum, & onerum patrimonialium in locis, vbi bona ſunt ſita. Alexan. conſ. 101. volum. 1. Dec. conſ. 644. Purp. in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. de communi teſtatur Crau. conſ. 201. n. 14. & 15. Et non ſolùm poſſunt ad-
2 ſtringi vigore ſtatuti, ſed † etiam cõſuetudinis, quæ hodie per totam Italiam viget, vt per Crauet. d. conſ. 201. & per alios relatos in add. ad Alexand. in d. conſ. 101.

Reſponſum fuit, quòd ſi in prædictis terminis iuris communis ſtandum eſſet, procul dubio concludendum foret, dictos homines de Sancto Seuerino non teneri ad ſubeunda onera in terra Monticuli pro rebus immobili-
3 bus, quæ ibi poſſidet, quia † de iure communi Forenſes ratione rerũ, quas habent, & poſſident in territorio alieno non poſſunt cogi ad onera ſubeũda. Alexand. conſilio 68. volum. 2. & conſ. 52. volum. 5. Dec. conſ. 286. & hanc eſſe communem tradit Neuiz. conſ. 66. Curt. iun. conſilio 60. & 61. & de magis cõmuni Gabr. in ſuis concl. lib. 6. de iure immunitatis. concl. 2. & velut magis communem ſequitur nouiſſimè Burſat. conſ. 16. nu. 31. volum. 1. Et licèt prædicta non procedant ex generali conſuetudine totius Italiæ; Attamen adhuc in præſen-
4 ti † caſu videtur, quòd homines dictæ terræ Monticuli non poſſint obtinere, cum dicti homines retroactis temporibus, & antiquitus nunquàm collectati, neque aliquibus oneribus pro dictis bonis grauati fuerint, vt benè docet Crauet. conſilio. 111. numero 10. Nam ſicut conſuetudine induci poteſt, vt Forẽſes teneantur ſoluere, ita immunitas, & exemptio præſcribi poteſt non ſoluendi onera: Maximè † cum in caſu iſto concurrãt 5
titulus, & bona fides, & ſpatium non ſolum xxx. annorum, ſed lx. & vltra. Alex. conſi. 30. colum. 4. volum. 5. & conſil. 126 volum. 2. & eſt communis opinio, vt per Gram. deciſ. 100. nu. 25. & communem ſententiam appellat Burſat. d. conſ. 16. num. 41. Viu. in tract. com. op. in ver immunitas, & nouiſſimè Roland. conſ. 5. volum. 3. Non. conſ. 47. num. 1.

Et ſi qua conſuetudo viget in terra Monticuli, illa fuit, & eſt reſpectu aliorum Forenſium, non autem hominum terræ Sancti Seuerini, qui nunquàm, vt dixi, fuerunt grauati: & conſuetudo † non extenditur de perſonis 6
ad alias perſonas. Ruin. conſilio 19. volum. 1. & conſ. 157. volum. 3. Pariſ. conſ. 25. num. 26. volum. 1. quia † regulariter 7
dici ſolet, tantum præſcriptum quantũ poſſeſſum. gloſſ. in cap. auditis, de præſcript. Iaſ. & Dec. in l. 2 ff. de iuriſdict. omn. iud. Pariſ. conſ. 27. nu. 150. cum ſequent. & conſ. 114. colum. pen. volumine 1.

Secundum eſt dubium. Videtur quòd dicta tranſactio, & exemptio à ſolutione onerum non includat onera imponenda per Principem, quia auctoritas ſuperioris ſemper videtur excepta, & reſeruata in quacumque diſpoſitione, nec † in conceſſione im- 8
munitatis includuntur ea, quæ ſunt de abſoluta poteſtate Principis. Bald. conſilio 142. nu. 3. & in conſ. 358. volum. 1. & † partes non poſſunt facere pacta 9
præiudicialia Principi. Bald. in l. debitorem. Cod. de pact. Anch. conſil. 389.

Reſponſum fuit, quòd cum in dicta terra Monticuli, & terra Sancti Seuerini tempore initę trãſactionis, & in-

ter homines ipſorum non adeſſent
aliqua onera realia, quàm à Principe
indicta, & impoſita, prout modo etiā
extant, fateri oportet, de illis contra-
hentes ſenſiſſe, quia aliàs eluſoria red-
deretur tranſactio, & ſuperflua, quod
10 † non eſt dicendum.l.ſi quando.de le-
gat.1. Et iſtud maximè ſuadetur,cum
hactenus ita fuerit à dictis partibus
obſeruatum,nam ad ſoluendum dicta
onera Principis nunquàm fuerunt di-
11 cti homines adſtricti, Vnde talis †
præſumitur fuiſſe conuentio,qualis ſe-
quela facti oſtendit Bald.in l.ſi certis
annis. C.de pact.l. de quibus. ff.de le-
12 gibus Bart.conſ.59.vol 1. Cōtractus †
enim ex modo vtendi recipiunt inter-
pretationem.l.ſemper in ſtipulationi-
bus,vbi Doct.ff de reg.iur.cum pluri-
bus,quos allegat Gabr in lib.6. in tit.
13 de conſuetud.concluſ.1. Adeò quòd †
in conceſſione veniunt, & includun-
tur etiam Regalia, & ſic quæ ſunt de
abſoluta poteſtate Principis, ſi ſoli-
tum fuit in ea includi.Alex.conſil.89.
volum.3. & Gabr. in ſupradicto loco.
num.34.verſ.2.amplia.

Et dum obiiceretur, quòd partes nō
poſſint facere pacta Principi præiudi-
cialia; Fuit dictum, nullum ex hoc
Principi fieri præiudicium, quia
Communitas Monticuli, quæ debet
recipere ſolutionem ab hominibus
Sancti Seuerini,& Principi ſoluere, ſi
14 facit † aliquem immunem ab oneri-
bus,ipſa tenetur integram portionem
aliàs tangentem exempto Principi
ſoluere, Quia non eſt veriſimile,con-
cedentem exemptionem velle præiu-
dicare tertio & ſic Principi,cui Com-
munitas ſoluere debet,nullum fit præ-
iudicium,& ita declarat Caſtr. in l. ab
omnibus ff.de leg.1.Alexand.cōſ.178.
volum.2. Roland conſil.76. colum.1.
volumine ſecundo.Ruin.conſ.125.vol.
quarto. Burſat. d.conſilio 16. nume-
ro 67.

Eſt tertium dubium. Immunitas
quantumcúnque generalis non inclu-
dit caſum inſolitum, inopinatum, &
futurum,ſed † collectæ,ſiue onera im- 15
poſita ſunt propter inopinatam,& in-
ſolitam neceſſitatem inſtantem,& pu-
blicam,vt tradunt Doct.in l.ſi ex toto.
ff.de leg.1.& de communi teſtatur Fe-
lin.in c.nonnulli.num.16. de reſcript.
& in cap.cauſam,quæ. eodem tit. Iaſ.
Alex.& Rip. in d.l.ſi ex toto. Roland.
conſ.79. volum.3. Et † quòd non ex- 16
tendatur immunitas ad futura onera,
ſed tantùm ad ea, quæ tunc vigebant,
adducitur id,quod tradunt Doctor. de
Fornario, de quo per Villab. in col.
com. op. in verbo Fornarius. nu-
mero 159.

Reſponſum fuit, quòd licèt obſer-
uantia diu ſecuta omnia declarauerit;
Nihilominus vt ad fauorem homi-
num Terræ S. Seuerini res clarior
reddatur, additum fuit, quòd cum in
tranſactione dicatur,aliqua onera rea-
lia, vel perſonalia imponi non poſſe
quomodocúmque,concludendum eſt,
ſub huiuſmodi immunitate venire et-
iam onera quæcúmque ſolita, ſiue in-
ſolita,quia † verbum, aliqua, ſolet o- 17
perari nullam reſeruationem. l.Iulia-
nus. ff. de leg. 3. & ſermo vniuerſalis
prolatus ab homine non recipit reſtri-
ctionem, vt in terminis immunitatis
dixit Alex. conſ 30.col.fin.vol.5. Rol.
conſilio 5. volumine tertio. Burſat. d.
conſilio 16.nūm.48. Cœph. conſil.58.
volum.1.

Item pondero † dictionem, quo- 18
modocúmque quæ ſimiliter operatur,
vt ipſa immunitas non recipiat inter-
pretationem reſtrictiuam.Rol.d.conſ.
5.nu.49.Ex quibus verbis generalibus
cōcluditur, quòd etiā † talis immuni- 19
tas.

tas non comprehendat futura, vt in ter minis tradit Rol.conſ.87.volumine ſecundo.

20 Quinimò quando † exemptio non coarctatur finibus rerum, ſemper extenditur ad futura.Pariſ. conſ.69.col. 2. volum.1. vbi dicit, hanc eſſe veriorem,& communiorem concluſionem. Burſat. qui pariter de magis communi teſtatur in conſ.16. num.77.

Et maximè hoc procedit, quia hæc exemptio eſt conceſſa per viam contractus, & titulo oneroſo, cum mutua exemptio latè debeat interpretari, & vti fortior ſit magis obſeruanda,ita vt etiam extendatur ad futura, vt per Cæph.d.conſ.58.nu.38.

21 Nec verum eſt, eſſe † conceſſionem perſonalem,quia non perſonæ fuerunt cauſa ipſius immunitatis, ſed mutua præſtatio,vt declarat Cœphal.d.conſilio 58.nu.38.

Nec facit, quòd talia onera ſit indicta ob publicam neceſſitatem, quo caſu nec exempti à præſtatione eximerentur;
22 Quia † vt dicit Socin.ſen. in d. l.ſi ex toto,illud procedit,quando imminet publica neceſſitas, cui non poſſit prouideri, niſi etiam exemptis collecta imponatur,nã tũc eis imponipôt ob publicã neceſſitatem,ſed hæc ratio ceſſat in caſu præſenti, ex quo prouideri poteſt dictæ neceſſitati, etiamſi dictis hominibus de S. Seuerino non imponatur tale onus, cũ per alios homines Terræ Monticuli ſolui debeat, & poſſit ſupportari.& vltra Soc. ita in terminis noſtris immunitatis reſpondet Rolan. in d.conſ.5. num.52. vol 3. & conſil.77.num.25.vol.2. Burſat. d. conſil.16.num.76.

Et vanitas eſt dicere, quòd talis exemptió reſtringi debeat ad homines Terræ poſſidẽtes,quia,vt dixi, immunitas eſt realis,cũ non propter perſonam, ſed propter mutuam præſtationem ſit facta. Cœph.d.conſ 58. Rurſus omne dubium tollunt verba tranſactionis in fine ibi, [ad fraternitatẽ perpetuam, inter ipſas Communitates obſeruandam,&c.] & ſic cum dicat; perpetuam,nulla cadit dubitatio. Ruin.conſ.217.col.fin. volum.1.Burſ. d.conſ. 16. num.78.

Fuit poſtremum dubium,Quòd forenſes, & ſic homines Terræ S.Seuerini teneantur ad collectas, non obſtante tali tranſactione, virtute motus proprij,S.D.N. cum pleniſsimis, & efficacibus reuocationibus immunitatum etiam ex cauſa cõtractus &c. tranſactionis. &c. cum igitur verba
ſint † clara,non videtur dubitandum. 23
l.ille, aut ille.§. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus.§. cum ita. ff. de verb. oblig. Et in verbis motus pro-
prij clari † ceſſare debent cauillatio- 24
nes.Bal.conſ. 174. in fine,vol.2.

Fuit reſponſum circa hoc, in quo tota vis negotij ad fauorem Terræ Monticuli conſiſtere videtur,pro veritate eſſe conſiderandum, quod im-
munitas † propriè dicitur illa,quæ eſt 25
ſpecies donationis, vt tradit Ruin. conſ.217.col.1. vol.5. Rol.conſ.5.vol. 3.Rurſus eſt conſiderandum,quod intentio.& cauſa finalis Summi Pontificis fuit ſolùm tollere exceptiones,& immunitates, quibus quis immunis erat à ſolutione, & præſtatione onerum, Et hanc eſſe, & fuiſſe propriam Summi Pontificis mentẽ, oſtenditur, quia exprimit de curialibus,& militibus, & de clericis, &c. qui omnes liberã potiebãtur immunitatẽ gratuitã, quæ exempla licèt non reſtringãt
regulam, tamen † declarant in qui- 26
bus caſibus procedat, & loquatur.ex gloſ. in cap. q̃ Dei timorem. de ſtat. mon. & vt dicit Bald. cõſ. 357. col. pen.

27 vol.5. exempla † ſicut digitus rem oſtendunt, & tactui quoddãmodo ſubiiciunt.l.1.ff.de præſcrip.ver.& §. ſed cum magis inſtit.de gradibus.

Quibus ſtantibus dico, quod diſpoſitio, & cauſa d. motus proprij ceſſat in caſu noſtro, quia non poteſt dici, quod homines S. Seuerini gaudeant immunitate, & exemptione, cum Cõmunitas S. Seuerini mutuam concedat immunitatem hominibus Mon-
28 ticuli, adeò quod videtur † breui manu receptum, & poſtea datum, quod debetur, iuxta diſpoſitionem l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. l. licèt. §. 1. ff. de iu. dot. l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. Nã quod huiuſmodi mutuis, & reciprocis conuentionibus conſequimur, ex cau-
29 ſa † lucratiua non cenſemur conſequi. Anch. conſ. 101. & conſ. 291. colum. 3. ſed potius ex cauſa onerosa, cũ alter tantum capiat.

Et propterea Doct. communiter concludunt. in l. ſi vnquàm. C. de reu. don. quòd etſi regulariter donatio propter ſuperuenientiam filiorum reuocetur, tamen mutua, & reciproca
30 donatio reuocari non debet, quia † videtur eſſe magis venditio, & permutatio, quàm donatio, vt per Rip. in d. l. ſi vnquàm, & diffuſius Tiraq. ibid. in verb. donatio largitus. nu. 126. Et ſic homines præfati de Sancto Seuerino non dicuntur gaudere immunitate, de qua diſpoſuit Summus Pon-
31 tifex, & conſequenter † ceſſante cauſa motus Proprij, ceſſare debet & motus proprius. Alex. in l. ex fratre. in princ. colum. 3. ff. de vulg. & pup. Pariſ. conſ. 169. colum. 3. vol. 3.

ARGVMENTVM.

Actio hypothecaria quando competat. Item ſimulatio quid operetur, Et quando excludatur. Item delegatio quando cenſeatur facta, Et quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello. Et num. 2.*

3 *Rei vendicatio vt competat, probari debet dominium ex parte actoris, & poſſeſſio ex parte rei.*

4 *Actio perſonalis præſupponit obligationem ex contractu, vel quaſi.*

5 *Saluianum interdictum intentans quæ probare debeat. Et numero. 6. 7. & 8.*

9 *Confeſſio debitoris non nocet creditoribus.*

10 *Identitas eſt probanda per allegantem. Et num. 11.*

12 *Illatio non fit ex diuerſis.*

13 *Actio hypothecaria quando competat ad merces. Et num. 14.*

15 *Actio vtilis hypothecaria competit contra nomen debitoris.*

16 *In obligatione generali bonorum veniunt nomina debitorum. Et nu. 18. & 26.*

17 *Translatio debiti habet vim ſolutionis.*

19 *Actio reuocatoria quando competat, & contra quem. Et nume. 20. & 23.*

21 *Dolus non præſumitur.*

22 *Dolus ignoranti non poteſt imputari.*

24 *Pretium quando ſuccedat loco rei. Et num. 25.*

27 *Simulatus dicitur contractus, ſi vnum agitur, & aliud ſcribitur.*

28 *Inſtrumentum facit probationem probatam, & præſumitur verum. & num. 30. & 31.*

29 Con-

29 *Contractus qualis ſit colligitur ex verbis.*

32 *Simulatio ex quibus excludatur. Et numero* 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. *&* 43.

40 *Simulatio quomodo probetur. Et num.* 41. *&* 42.

44 *Confeſſio partis eſt excellentior probatio.*

45 *Et quando noceat.*

46 *Delegatio quando dicatur; Et an requirat ſtipulationem. num.* 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. *&* 58.

47 *Stipulatio eſt iuris. Et num.* 48. *&* 83.

59 *Nouatio quomodo fiat hodie. Et num.* 60. *&* 61.

62 *Delegatio quid operetur. Et num.* 63. 64. 76. 77. *&* 78.

65 *Confiteri dicitur preces porrigens.*

66 *Contractus venditionis nominis dicitur licitus. Et numero* 67. 68. *&* 69.

70 *Et quando dicatur factus. Et num.* 71. 87. 92.

72 *Tacitum dicitur expreſſum, quando ab expreſſo ſequitur.*

73 *Excipere non licet de iure tertij.*

74 *Simulatè ſcriptum quando ſit attendendum. Et num.* 75.

79 *Contractus emptionis ſolo conſenſu perficitur.*

80 *In habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus.*

81 *Simulatio quid operetur. Et num.* 82. 84. 85. *&* 90.

86 *Idem iudicatur de pretio, quod de ipſa re.*

88 *Contractus corruit, ſi cauſa eſt falſa. Et num.* 89.

91 *Pactum eſt facti.*

RESOLVTIO LVII.

IN præſenti cauſa viſis dubiis tranſmiſſis, pro vera reſolutione duo diſcutienda erunt.

Primum de iuribus illorum de Pironis contra D. Alexandrum.

Secundum de iuribus illorum de Ioannellis contra eundem D. Alexandrum.

Circa primum, Quantum attinet ad iudicium motum per illos de Pironis, res eſt clara, & extra omnem difficultatem ad fauorem d. Alexandri, quia ex libello, ſeu petitione apertiſſimè conſtat, per Pironos fuiſſe tantũ motum iudicium, & actionem intentatam contra illos de Ioannellis, Vnde iudex ſententiam aliter non poteſt
ferre, cum † ſententia non poſſit eſſe 1
difformis libello. l. vt fundus. ff. com. diuid. cap. licèt Hely. de ſim. vbi latè Felyn. Et ſi contra non nominatos, vel ſuper alia re, vel ex diuerſa cauſa, aut per alium modum ab eo, quo fuit actum, iudex ſententiam ferret, ipſo
iure nulla eſſet, cum † ſuper petitis 2
tantùm dicatur lis conteſtata, & ſeruatus ordo, & non ſuper aliis non cõtentis in libello, ſeu petitione. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex deffectu proceſſus. num. 37. & Hier. Gabr. conſil. 47. num. 21. volum. 1. Vnde dici conſueuit, quòd fatuus eſt iudex, qui in alio condemnat, quàm ab eo fuerit petitum. l. fin. C. de fideicom. lib.

Quantum verò ad iura quæ prætendere poſſunt, pariter de iure concludẽdum arbitror, quod eis nullum ius, nullaque actio competere poſſit contra d. Alexandrum. Et hoc demonſtratur arguendo à ſufficienti partium enumeratione.

Aut namque volunt agere actione reali, & ſic rei vendicatione pro aſſer-

tis ciambellottis; Et non poſſunt, quia
3 † ad cauſandam rei ven icationem ne ceſſaria ſunt duo extrema, ſcilicet dominium, vel quaſi ex parte agentis. l. in rem. ff. de rei vendit. & poſſeſſio, vel quaſi ex parte conuenti. l. officium. ff. de rei vendic. l. 1. C. de alien. iud. mut. Sed ex parte illorum de Pironis non poteſt probari de dominio, vel quaſi ciambellottorum, nec minus, quòd D. Alexander eos habeat, & poſſideat.

Aut volunt agere actione perſonali, Et ſimiliter non poſſunt, quia actio
4 † perſonalis præſupponit, eum, qui conuenitur, obligatum eſſe contractu, vel quaſi. l. 1. ff. de act. & oblig. §. fin. inſt. de oblig. §. omnium, vbi Aret. Iaſ. & cæteri. inſt. de act. Sed non poteſt probari, quòd d. Alexander ſit obligatus, & adſtrictus illis de Pironis ex cõtractu, vel quaſi, vnde actione perſonali non poteſt conueniri.

Aut volunt agere hypothecaria, prætẽdentes quòd bona, iura, & actiones Iſac fuiſſent obligata; Et dato hoc eſſe verũ, tamẽ adhuc cõtra d. Alexandrũ obtinere nõ poſſunt. Nã reſpectu ciambellottorum res eſt clara, quòd eis ius non competit.

Primò, quia in hypothecaria oportet probari duo extrema, videlicet, ꝙ debitor hypothecans habuerit dominiũ, vel quaſi rei hypothecatę tp̃e contractę, & conſtitutæ hypothecæ. l. res aliena, vbi Bart. & Doct. ff. de pign. act.
5 Vel ſi agatur † Saluiano interdicto eſt probãdũ, quòd ſaltẽ debitor poſſideret, vt tradunt Doct. in §. itẽ Seruiana. vbi Gomeſ. de communi. inſtit. de act. Menoc. de adip. poſ. remed. 3. n. 15.
6 Aut ꝙ † in futurum aliquãdo dominium, vel quaſi, vel poſſeſſio bonorum peruenerit ad ipſum debitorem hypothecam conſtituentem, quia in generali obligatione, & hypotheca bonorum continentur bona præſentia, & futura. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſ.

Item requiritur, quòd † tempore 7
iudicij moti res obligata creditori agenti reperiatur penes illum, qui tali actione conuenitur, vt per Doctor. in d. §. item Seruiana. Vel quòd † reus 8
conuentus dolo deſierit poſſidere. l. ſi fundus. §. in venditione. l. pignoris. ff. de pign.

Sed iſtorum neutrum in præſenti caſu probari poteſt: Quia, quòd Iſac debitor dictorum ciambellottorum vllo vnquàm tempore dominium, vel quaſi, aut poſſeſſionem habuerit, non probatur, nec probari poteſt.

Et ſi dicatur, iſtos ciambellottos venditos per D. Alexandrum eſſe illos, quos vendidit Iſac: hoc negatur, & per inſtrumentum apparet contrarium, cum in eo aſſeratur, eſſe ipſius D. Alexandri.

Et licèt dici ſoleat, quòd † confeſſio 9
debitoris non poſſit afferre præiudicium creditoribus, vt per Rol. conſilio 58. vol. 2. qui concord. allegat: confeſſio enim non præiudicat, niſi inter confitentes. Afflict. deciſ. 265. num. 11.

Replicatur tum, quòd ſemota hac confeſſione, adhuc pro parte illorum de Pironis probari † debebat identi- 10
tas, cum in tali identitate ſe fundent. Corn. conſ. 144. col. 3. in fin. volum. 4. Crau. conſil. 198. col. pen. quia † iden- 11
titas bonorum non præſumitur, niſi probetur. Io. And. & alij in c. auditis, de pręſcr. Ruin. cõſ. 141. n. 4. vol. 5. Vnde cum idẽtitas nõ probetur, ex † ſe- 12
paratis nõ benè infertur. l. Papinianus. ff. de minor. Sed dato, quòd identitas probetur, minus obtinere poſſunt, quia non poteſt probari aliud extremũ, videlicet, quòd D. Alexander illos poſſideat, vel dolo poſſidere deſierit.

Secundò

Secundò ex alio talis actio compe-
13 tere non poteſt,quia † vt actio hypothecaria competat ad merces,oportet quòd dictæ merces tempore moti iudicij per creditorem reperiantur penes ipſum debitorem, quia ſi ante iudicium motum reperiantur alienatæ in extraneum, ad illas non competit actio hypothecaria.Bald.in l.vbi col. 3.C.de iu.dót.

14 Et † ratio eſt ſecundùm eum, quia merces venales, licèt veniant in obligatione bonorum, non tamen taliter veniunt, quod liberè vendi, aut permutari non poſſint.Et hoc ſequitur Neg. de pign in 2.memb.2. par. nu.23 qui alios refert.Strach in tract. de merc.in tit. mand in fi. Iaſ.in d.§. item Seruiana.nu. 51.Et ſic etiã, quod probata eſſet omnia extrema,& quod D.Alexander ciambellottos haberet, pro illis cõtra eum actione hypothecaria agi non poſſet.

Si verò iſti de Pironis non ad bona, & ciambellottos, ſed ad nomẽ debitoris agere intendũt vtili hypothecaria,ſecundum doctrinã Bart.& Bal.in l.nomen.C.quæ res pig. oblig. poſ.
15 quia† prætendãt,quòd Iſac obligauerit omnia bona ipſis de Pironis,& cõſequẽter cenſeatur eis obligatũ nomẽ
16 debitorum de Ioannellis, cũ † in generali obligatione bonorum veniant quoq; nomina debitorũ ipſius debitoris obligãtis.l.3.& ibi not.Bart.Bald. & Salyc.C. de hæred. & act.vend.& per Bart.in l.quintus.§. argento.ff.de aur.& arg. leg.Neg. de pig.2.memb. 2.par.num.8.

Fuit dictum,quod nec etiam reſpectu dicti nominis agere poſſunt contra d.Alexandrũ,quia ex alia cauſa dictus Alexander habet obligatos illos de Ioannellis; Et quatenus etiam ex dicta cauſa illi de Ioannellis eſſent ſibi obligati, tamẽ, cũ dictum debitum fuerit debitè transfuſum, & legitimè conuerſum ad vtilitatẽ dicti Alexandri mediante delegatione,nulla ad id poteſt cõpetere actio illis de Pironis, quia cũ † translatio, & conuerſio ta- 17
lis debiti legitimè facta fuerit reſpectu ipſius Iſac creditoris, dicitur habere vim reſolutionis, ſcribentes oẽs poſt Bart.in l.ſingularia.ff.ſi cert.pet. Et ei dicitur ſatisfactũ,& ſolutũ p debitores de Ioãnellis delegatos, Vnde ad dictũ nomen amplius agi nõ põt p Pironos,Nã licet nomẽ debitoris veniat in obligatione,tamẽ † ſi ante de- 18
nũciationẽ factã p creditorẽ debitoris ille debitor ſoluat, de cætero creditori debitoris nullũ ius competit.l. nomẽ,C.quæ res pign.oblig.poſ.& ibi Bart.Bald.& Salyc. Sicque nec etiã iſti de Ioannellis poſſunt cõueniri;Et hæc tutior fuiſſet via illis de Ioãnellis ad ſe defendẽdũ cõtra Pironos, quàm excipere,& agere de ſimulatione cõtractus contra dictum Alex.

Aut demùm volũt agere † actione 19
reuocatoria, pretẽdẽtes tã nomẽ, quã ciãbellottos fuiſſe alienatos in fraudẽ ipſorum creditorum, per ea, quæ habentur in §. item ſi quis in fraudem. inſt.de act. & tot.tit.ff. de his quæ fi. in frau.cred. & C.eodem.

Et primò cõcludẽdũ eſt, ꝙ nec iſta actione agere valeãt.quia nõ ꝓbatur identitas;Et quatenus ꝓbaretur,dicitur,ꝙ talis actio nõ põt cõpetere; Nã qñ alienatio ꝓcedit ex cauſa onerosa, ꝓut hic,vt actio † reuocatoria cõpe- 20
tat, requiritur dolus vtriusque tã debitoris alienantis, quã recipientis,nec ſufficit ſi fraus ſolũ adeſſet ex parte alienantis.Aret. in d.§. item ſi quis in fraudem.col.3.& ibidem Iaſ. num.27.

Sed abeſt,ꝙ probari poſſit dolus ex parte dicti Alexandri, quinimò, præ-

neque ipſi de Ioannellis iuſtitiam foueant contra d. Alexandrum.

Ad quod oſtendendum præſupponitur, quòd D. Alexander habeat de iure ſuam intentionem fundatam ex d. inſtrumento emptionis, & venditionis,
28 quod inſtrumentum † facit probationem probatam. Bal. in l. quoties. in fi. C. de iud. Tiraq. de retr. lignag. §. 2 in ver. monſtrer ſon. &c glo. 1. n. 20. cum ſeq. & per Doct. vbique.

Et nihil obſtat, quòd iudicare non debeamus, huiuſmodi contractum eſſe
29 emptionis & venditionis, cum † verba emptionis, & venditionis expreſſa ſint in inſtrumento. quæ meram venditionem, & emptionem demonſtrant. Alex. conſ. 3. in princip. vol. 1. Iaſ in l. 1 col. 1. C. de iu. emph. Burſ. conſ. 11. nu. 3. volum. 1.

Nec dicendum eſt, quòd talis contractus fuerit ſimulatus: Quia inſtrumentum
30 tum † habet pro ſe præſumptionem. quòd ſit verum. Dec. conſ. 56. column. 4 ver. ſecundò præſuppone. præſertim
31 cum ſimulatio † in dubio non præſumitur l. quamuis. vbi Bal. C ſi quis alteri, vel ſibi. Tiraq. in tract. de retr. in fi num. 125.

Et hoc præſertim affirmandum eſt
32 in caſu iſto, quia probatum eſt de † legalitate & bona fama d. Alexandri, ex quibus arguitur, quòd fraudem, & ſimulationem non commiſiſſet, vt in terminis ad excludendam ſimulationis præſumptionem conſiderat Barb. conſ. 45. col. 3. ver. & etiam quia. vol. 4.
33 qualitas † enim legalitatis, & bonæ famæ remouet omnem ſuſpicionem, & præſumptioné delicti. Crau. conſ. 244. nu. 6. Rol. conſ. 38. nu. 34. vol. 1.

Accedit, quia per dictos de Ioannellis iuratum fuit, omnia, & ſingula in inſtrumento contenta vera fuiſſe, &
34 eſſe, quod iuramentum † ſub dicta verborum formula præſtitum excludit omnem ſimulationis exceptioné, ſecundùm communem Doctor. ſententiam, de qua teſtatur Iaſ. in l. nemo poteſt. col. 9. in prin. ff. de leg. 1. Rolan. conſ. 93. num. 21. volum. 1. & de magis communi Pedem. deciſione 41. numero 6.

Inſuper concurrit quia † contractus 35
eſt celebratus cum obligatione camerali, contra quam non admittitur exceptio ſimulationis, prout hanc ſententiam æquiorem, & communiorem dicit Galleſ. in tract. for. obl. cam. 4. par. quæſt. 2. incip. ſecundò quęritur, & prædicta procedunt † etiamſi fuiſſet 36
obtenta abſolutio à iuramento, vt in propriis terminis tradit Alex. conſil. 36. numero 3. volumine ſecundo. Bologn. in d. l. nemo poteſt. numer. 146. & vide Rimin. iun. conſilio 62. volumine 1.

Nec præmiſſis obſtat, quòd cum illi de Ioannellis fuerint admiſſi ad probandam talem ſimulationem, non reclamante, nec appellante dicto Alexandro, & ſic, † probata ſimulatione, 37
videtur, quòd in ea ſe fundare poſſint, iuxta not. per Bald. & Salyc. in l. finali. C. de non num. pec. quod etiam procedit, quando ad probandam ſimulationem pars fuerat admiſſa contra obligationem cameralem. Galleſ. in d. d. tract. par. 4. quæſt. 4.

Nam reſpondetur, id verum eſſe, vbi ſimpliciter capitula ſuper ſimulatione admittuntur, vt in caſibus, in quibus Doct. loquuntur: at in caſu iſto capitula per DD. Iudices non fuerunt ſimpliciter admiſſa, ſed cum clauſula; ſaluo iure impertinentium, & nõ admittendorum; quo caſu, ſtante dicta declaratione, & proteſtatione iudicũ, articulata & probata † ſuper ſimulatio- 38
ne nihil proſũt, & releuant, cũ in caſu

non admiſſibili capitula non cenſeantur admiſſa. Ruin.conſil.194. ver. ſed obſtare videtur. vol.1. Anch. quęſt. fam.47.num.11.par.j.

Et hoc facilius procedit ſtante Conſtitutione Prouinciali, qua cauetur,
39 quòd omnia † capitula admitti debeāt cum dicta clauſula, vt proceſſus cauſæ non differatur, ſed ſi apparet in diſcuſſione cauſę,quòd non eſſent admittenda, ſtatuit, quòd perinde ſit, ac ſi non fuiſſent admiſſa, & quòd probationes factæ ſuper dictis capitulis habeantur pro non factis.

Rurſus eſt animaduertendum, quòd licèt illi de Ioannellis prætendant, probatam eſſe ſimulationem, tamen ex deductis videtur, eam non fuiſſe probatam,quia,vt dixit Aduocatus,leues ſunt,& nimis remotę pręſumptiones propoſitæ, Et maximè quia in caſu iſto præſumptio ſimulationis ex cauſa prætenſa,& allegata per Ioānellos non eſt veriſimilis, nec probabilis, nam ſi verum eſt, vt ipſi in capitulis, & poſitionibus aſſerunt, quòd dictus Alexander intendebat emere dictum nomen ab Iſac, fruſtra iudicio meo proceſſiſſet ad contractum emptionis occultando contractum emptionis nominis, quia ſi emiſſet nomen, cum talis contractus ſit permiſſus à iure, eodem modo fuiſſet ſibi conſultum,& prouiſum per illum cōtractum, prout per iſtum, & ſic non erat neceſſarium procedere ad ſimulationem; vnde ad
40 † probandam huiuſmodi pręſumptionem ſimulationis non veriſimilem, requiruntur præſumptiones efficaciores, & vrgentiores. cap.quia veris.de
41 præſumpt. Imò ex hoc † non poteſt dici cōſtare.ꝙ ſubeſſet aliqua cauſa ſimulationis,& fictionis. Alex.conſi.28. num.12.ver.præterea.vol.5. Et tamen qui allegat ſimulationem, vt obtineat, debet deducere, qua cauſa fuerit facta ſimulatio, vt per Alex. ibi.

Nec obſtat, id factum fuiſſe, quia ſi emiſſet dictum nomen, non fuiſſet d. Alexan. ſecurus reſpectu aliorum anteriorum creditorum Iſac, quia cum pretium, quod debebant iſti de Ioannellis,eſſet ex cauſa ciambellottorum, & ſic mercium, hypotheca non impedit, quin merces poſſint vendi, cum † 42
idem iudicetur de pretio rei, quòd de ipſa re. Neg.de pig.4. membr.2.par. num.149. Vnde dicit Bald. in l. cum tabernam.ff.de pig. quòd pretium redactum ex mercibus ſuccedit loco rei in hypotheca vniuerſali, antequàm tamen ſit alio verſum, ſed in ſingulari aliud eſt, quia nunquàm ſuccedit, vbi ex cauſa oneroſa fit alienatio.

Secundò † ad excludendam ſimula- 43
tionem facit illa concluſio, quòd poſſibili veritate in eſſę poſita, nulla ſequitur neceſſaria falſitas,& ſic ſimulatio.Bald.in cap.1. §.notandum.de not. feud.Alex. in l.qui tamen. §.ſi arbiter. ff.de arb. Iaſ.in l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pact.quam concluſionem eſſe notabilem in materia tradit Boſſ. in tit.de fal.num.133. Sed hic nihil neceſſario repugnat, quòd talis contractus non ſit verus,& cum poſſibile ſit, imò veriſimilius ſit, quòd ita res ſe habeat, non video, quare excludi non debeat iſta præſumptio aſſertæ ſimulationis.

Poſtremò vt clarè appareat,quòd iſtis de Ioannellis omni ex parte nullus aditus pateat contra dictum Alexādrum,& ſic pro reſolutione omniū, ac totius difficultatis, præmitto aliquas veras facti,& iuris concluſiones.

Prima eſt cōcluſio,ꝙ in caſu ꝓpoſito inter cōtrahentes nouatio interceſſit mediāte delegatione, quia,ꝙ fuerit facta de-

cta delegatio, legitimè cōſtat ex actis
per confeſſionem ipſorū de Ioannel-
44 lis. & nulla † eſt excellētior probatio,
quàm ea, quæ fit per cōfeſſionē partis.
l.generaliter.in fi.C.de nō numer.pe-
cun.c.per tuas.de probat. Bal.in auth.
ſed nouo iure.C.ſi cert.pet.

Nec obſtat, quod talis confeſſio nō
videtur eis poſſe præiudicare, cū quā-
do eſt facta delegatio dependeat non
à voluntate partium, ſed à iuris diſpo-
45 ſitione, & confeſſio † partis non no-
cet in his, quæ à poteſtate ipſius con-
fitentis non dependent. Rom. conſ.
260.& Crau. conſ.93.

Quia dicitur, quod iſti de Ioannel-
lis non ſolùm confitentur, fuiſſe factā
delegationem, ſed explicant factum
ipſum: confitentur enim, quod de mā-
dato Iſac creditoris fecerunt talem
promiſſionem dicto Alexādro, & gi-
rauerunt partitam, ex quo facto ſe-
cundùm iuris diſpoſitionem vera re-
46 ſultat delegatio, cum propriè † dele-
gatio dicatur, quando id, quod mihi
debes, de mādato meo creditori meo
promittis, vt per Doct. in l. delegare.
ff.de nouat.& in ſimilibus benè facit;
nam ſi teſtis deponit, Titium ſtipu-
latum fuiſſe, non probat ſtipulationē,
47 cum † ſtipulatio ſit iuris, vt dicit Bart.
in l.ſciendum.ff.de verb. oblig. ſed ſi
deponat, promiſſionem fuiſſe factam
præcedente interrogatione, & ſubſe-
cuta reſponſione, probat ſtipulatio-
48 nem, quia explicat factum, ex quo †
iuris diſpoſitione reſultat ſtipulatio,
vt tradunt Bar. & Bal.in l.1.C.de vſur.
Aret.in §.ſi ita ſcriptum.inſt.de inut.
ſtip.

Nec obſtat, quod delegatio prædi-
cta videatur nulla, quia non conſtat
eam fuiſſe factam per ſtipulationem
49 & ſine † ſtipulatione delegatio non
valet.l.1.ff.de nouat.& eſt communis,
vt per Gabr.conſ.155.num.12.& 15.vo-
lumine 1.

Quia reſpondetur primò, quòd hoc
† procedit de iure ciuili, non autem 50
de iure canonico, ſecundùm quod pa-
ctum nudum producit actionem. c.1.
de pact.Dec.conſ.107.Io.Bapt.Ferret.
conſ.129.nume.6 & in terris Eccleſiæ
ſeruatur ius canonicum.

At, quia controuerſa eſt hæc ſenten-
tia, vt conſtat ex allegatis per Gabr. d.
conſil.155. numero 13.& forſan in Ci-
uitate Anconæ extat ſtatutum, quòd
in primis ſeruetur ius ciuile, prout vi-
di in pluribus locis, ſuper hoc non in-
ſiſto.

Secundò dicitur, inter dictum Iſac
creditorem delegantem, & illos de
Ioannellis debitores delegatos, non
† eſſe verum, quòd requiratur ſtipula- 51
tio, quia inter delegantem, & delega-
tum ſufficit ſimplex voluntas, & con-
ſenſus.Cagn.in d.l.ſingularia. nu.179.
Vnde delegatio † fit per ſcripturam, 52
& per epiſtolam, & etiam ſolo nutu, ſi
delegans fari non poteſt. l. delegare.
vbi Doct.ff.de nouat.

Sed benè † requiritur inter dele- 53
gantem, & eum, cui fit delegatio, vt
per Cagn.d.num.179.& Gabr.d.con-
ſil.155.num.14. Et inter iſtos in noſtro
caſu † interuenit ſtipulatio, quia ſecū- 54
dùm Caſtr.in l.ſi Stichum. §.fin.ff.de
nouat.ſufficit, ſi in inſtrumento dica-
tur, talis vendit, & poſtea dicatur,
quòd promiſerunt per ſtipulationem,
&c.

Tertiò reſpondetur, quòd, cum ne-
gotium fuerit inter mercatores, & in-
ter delegatum, & ei, cui fit delegatio,
ſufficit pactum nudum, & ſimplex
conuentio abſque ſtipulatione Bart.
in l.quintus.ff.mand.Bald.in l.ſi pro-
curatorem. C.mand. Dec.conſ.421.in
fi.Cagn.in d.l.ſingularia.num.179.

Nec obſtat, dictam delegationem
55 fuiſſe nullã, cum † requiratur etiam, quòd ſit creditor is, cui fit delegatio. l.delegare. ff. de nouat. at in caſu iſto non probatur, dictum Alexandrum, cui facta fuit delegatio, creditorem fuiſſe dicti Iſac delegantis.

Quia dico, quòd licèt iſto caſu minus propriè dicatur delegatio, non tamen verum eſt, quòd dicatur nulla,
56 quia quando † id, quod mihi debes, promittis alteri non creditori meo, vel non tanquàm creditori dicitur delegatio, licèt non ita propriè, quę tamen habet eundem effectum. Caſtr. in l. ſi vſusf. ff. de nou. & in d. l. delegare. Et comprobatur alio ſimili in
57 materia: Nam in † delegatione requiritur, quòd delegatus ſit debitor delegantis, & tamen ſi quis non debitor, & non verus debitor de cõſenſu ſuo fuerit delegatus, dicitur delegatio, licèt minus propriè. Dec. in d.l. ſingularia.
58 numero 27. & habet † eundem effectum, quem habet propria delegatio, quia tenetur ſoluere, ſicut verus debitor delegatus. Bal. in l. ſi citra. C. de cond. indeb.

Nec obſtat, quòd iſto caſu non poteſt dici, factam fuiſſe delegationem,
59 quia nouatio † hodie non fit, niſi expreſsè agatur. l. fin. C. de nouat. §. præterea. inſtit. quib. mod. tollatur obligatio.

Quia reſpondetur, quòd text. in d. l. fin. non procedit, vbi delegatione mediante fit nouatio, cum quomodocúnque ſequatur delegatio, inducatur
60 † nouatio, etiam quòd expreſsè dictum non fuerit, fieri nouationem. Alex. Soc. Dec. Cagn. & omnes in d. l. ſingularia. vbi Iaſ. de communi, & iſtam pariter communem dicit Gabr. in tit. de nouat. concl. 1. nu. 49. lib. 3.
61 Pręterea dicitur, quòd vbi † ex coniecturis conſtat, vel poteſt apparere de animo nouandi, ac voluntate contrahentium, nouatio inducitur etiamſi expreſsè non agatur, & punctualiter omnia requiſita non concurrant, vt per Doct. in d. l. ſingularia. vbi Cagn. num. 185. dicit, hoc eſſe notandum diligenter. & tradit Alex. conſil. 13. volum. 2. vbi de communi. & per Gabr. d. concluſ. j. num. 57. ſed de nouatione, & animo nouandi in caſu iſto conſtat ex propria confeſſione iſtorum de Ioannellis.

Et ſtante hac concluſione vera reſultat alia concluſio, quòd ex dicta † 62
delegatione fuerit duplex extincta obligatio, vz vna, qua tenebantur illi de Ioannellis Iſac creditori: altera, qua tenebatur Iſac d. Alexandro creditori, & vna tãtùm de nouo conſtituitur, vt tradit Caſtr. in d. l. ſi vſusfructus. & Cagn. in d. l. ſingularia. numero 164. nam primus debitor, qui delegat, liberatur, quia delegatio † vim ſolutionis 63
habet, & qui delegat, ſoluit. l. non putat. §. interdum. ff. ad Vell. cum debitoris nomen videatur datum in ſolutum. Aret. in d. l. ſingularia, & Dec. colum. 11. & conſil. 421. col. fin. & † delegans 64
dicitur ſoluere deleganti. Gab. d. conſilio 155. numero 29. & ſequent. propterea liberatio duplex contingit, & hoc, vbi delegans eſt debitor eius, cui fit delegatio; At is, cui fit delegatio, ſi non eſſet creditor, vna tantùm obligatio extinguitur. Caſtr. in d. l. ſi vſusfructus, & in d. l. delegare.

Secunda eſt concluſio, quòd inter Iſac, & d. Alexandrum initus fuit contractus emptionis, & venditionis nominis cõtra Ioannellos: & hoc pariter pars aduerſa fatetur in poſitionibus, & capitulis ꝓductis, ac † etiam in preci- 65
bus porrectis per eos. l. cum præcum. C. de lib.

C.de lib.ca.Crauet.conſ.201.numer.5.
66 Qui contractus † venditionis nominis dicitur omni iure licitus, & à lege approbatus.l.ſi nomen. ff.de hær.& actio.vend.l.3.& l.fin.C.eodem tit. E-
67 tiamſi † emantur nomina illorum,qui ſub conditione,vel in diem debent.l.
68 nomina. ff.eodem tit.etiam † vbi minori pretio iuſti valoris nomen emeretur.l.qui nondum, vbi Caſtr. C. de
69 hæred.& act.vend. dummodo † deceptio non interueniat vltra dimidiam, quia tunc locum haberet diſpoſitio legis 2.C.de reſcind.vend. quæ loquitur de re,cuius appellatione continentur etiam actiones. l. rei appellatio.ff. de verbor.ſign.Cagn.in d.l.2.numero 200.

Nec obſtat,quòd non poſſit dici interueniſſe inter partes talem contractum emptionis nominis, cum non
70 appareat de vero, & determinato † pretio, quòd eſt de ſubſtantia contractus emptionis,& venditionis. §.pretium.inſt.de empt.& vendit.l.2. §.ſine pretio. ff.de contrah.empt. adeò quòd
71 † niſi conſtet de vero, & determinato pretio non dicitur probatus talis contractus. Alex. conſil.39.volum.5. & in l.ſi duo.§.Marcellus.ff.de iureiur.& de cómmuni teſtatur Mandoſ.in addit.ad Rom.conſil.91.

Quia reſpondetur primò, quòd imò conſtet de certo pretio ex confeſſione eorum de Ioannellis, cum in poſitionibus ponant, quòd dictus contractus fuit factus cum perditione 10.20. &c. Vnde detracta hac perditione re-
72 manet certum pretium,nam quando † ex expreſſo ſequitur tacitum, tunc id tacitum expreſſum quoque cenſetur. Bald. in l.fin. op.10. C. de hæred.inſt. Tiraq.in tract.de leg. connub. gloſ.7. num.179.

Secundò reſpondetur,concluſionem illam, quòd ad probandum contractũ emptionis requiritur probatio certi pretij, procedere, vbi emptor,vel qui cauſam ab eo habet,agit contra ipſum venditorem, vel eius hæredem ad traditionem rei: nam ſi venditor negat vendidiſſe, emptor agens debet probare contractum,& certum pretium, ſed vbi tertius eſt qui opponit, vt hic, cõtractus emptionis dicitur probatus, licèt non probetur de certo pretio, quia tertius † non poteſt referre quæ- 73
ſtionẽ de pretio, & quãtitate pretij,& ſic opponere de iure tertij reſpectu non probati pretij,vt declarat Bald. in l.1.C.de reb.alien.non alien.Alexand. conſil.18.volum.1. & ibi in add. Mandoſ.ad Rom.conſil.17.Felin.in cap.ſicut,in fin.de ſent.& re iudic.

Tertia præmittitur vera concluſio, quòd vbi † inter contrahentes v- 74
num agitur, & aliud ſimulatè ſcribitur de partium conſenſu, & voluntate, ſi illud, quod in veritate fuit actum, eſt aliquid in effectu, & illud, quod ſimulatè ſcribitur, fit per modum habilem ad transferendum vnam obligationem in alteram, quòd tunc valet magis illud, quod ſimulatè ſcribitur, quàm illud, quod in veritate fuit factum; ſed vbi non fit per modum contrahibilem, & habilem, magis attenditur, quod pro veritate fuit actum, quàm id,quod fuit ſimulatè ſcriptum,vt Bar. in l. 1. C. plus val. quod agitur, & ibi Bald.Caſt.in l.falſum. C.eo.tit. Sal.& Doct.in l.ſi ex pretio.C.ſi cert.petat.

Ex præmiſſis igitur tribus concluſionibus infero veram, & ſolidam concluſionem in propoſito noſtro, Quòd iſti de Ioannellis nullo modo poſſunt obtinere contra d.Alexandrum ex allegato capite aſſertæ ſimulationis, quia, ex quo facta eſt delegatio, & venditio nomi-

nis, licèt poſtea fuerit aliud ſcriptum,
tamen cum factum fuerit de conſenſu
partium, & per modum habilem ad
transferendum vnam obligationem
in alteram, & vnum contractum in al-
75 terum, debet † attendi potius id, quod
fuit ſimulatè ſcriptum, quàm id, quod
fuit pro veritate actum, ex dictis Bar-
toli, & aliorum Doctorum.

Et quòd transfuſio, & conuerſio
fuerit facta per modum habilem, o-
ſtenditur ex alia communi Doctorum
76 ſententia, quæ eſt, quòd debitum † ex
vna cauſa poteſt conuerti, in debitum
debendum ab alio ex alia cauſa per de-
legationem, & ſtipulationem, qua me-
diante ſit nouatio, quam doctrinam
tradit Bart. in d.l. ſingularia. numero
decimooctauo. ver. huius ergo gratia,
& ibi ſequitur Curt. iun. num. 23. vbi
de communi, prout teſtatur etiam Bo-
log. ibidem nu. 80. Quod verũ eſt, et-
79 iamſi † is contractus, in quem verſio
fit, ſiue re, ſiue conſenſu perficiatur.
Hieron. Gabr. conſil. 81. colum. 1. qui
alios allegat, volum. 1.

78 Quinimò † vbi ſubſtantia obliga-
tionis non deficit per ſtipulationem
quilibet contractus transfunditur in
alium, vt per Gabr. ibidem n. 4. Caſtr.
in d. l. ſi falſum. C. plus valere, vbi in
hac materia dicit, quòd modus habilis
ad transferendum vnum contractum
in alterum eſt ſtipulatio, adeò quòd ſi
vnus contractus emptionis, & vendi-
tionis, & debitum ex cauſa dicti con-
tractus verti poteſt in depoſitũ, quòd
re contrahitur, nulla ratio poteſt af-
ferri, cur non, & multò quidem ma-
gis, debitum ex cauſa emptionis ver-
ti queat in cauſam alterius contractus
79 emptionis, quæ pariter † ſolo conſen-
ſu perficitur. Gabr. d. conſil. 81. colum.
80 2. nam dic. ſolet, quòd † in habẽtibus
ſymbolum facilior eſt trãſitus. Alber.
in l. 1. ff. de iudic. Abb. in cap. præſenta-
ta, de teſt. & in cap. cum homines, de
decimis.

Cum igitur inter partes aliquid in
effectu fuerit actum, & mediante dele-
gatione, ſtipulatione, & nouatione v-
nus contractus fuerit verſus, & trans-
fuſus in alterum de conſenſu partium,
fateri eſt neceſſe, quòd attendatur id,
quod fuit ſcriptum, & non id, quod
fuerit actum, quia per modum habi-
lem dicitur hæc conuerſio, & transfu-
ſio facta.

Nec prædictæ veriſſimæ concluſio-
ni obſtat, quòd iſte ſecundus contra-
ctus non videtur poſſe ſubſiſtere, cum,
vti ſimulatè initus, ſit ipſo iure nul-
lus.

Quia tunc † ſimulatio vitiat contra- 81
ctum, vbi partes intendebant nihil a-
gere, & illud, quod agebatur, erat in-
ualidum, turpe, & illicitum, & ſic vbi
ſubſtantia obligationis penitus defi-
cit; Sed quia hic agebatur de venditio-
ne nominis, qui contractus licitus eſt,
& ſic ſubſtantia obligationis adeſt, li-
cèt aliud poſtea ſcribatur ſimulatè, ta-
men talis † ſimulatio non vitiat, quia 82
dicitur licita, & permiſſa, & à iure
non improbata, & ita notabiliter de-
clarat Bart. & Bald. in l. ſi ex pretio,
per illum text. C. ſi cert. pet. vbi dicit
Bart. quòd tunc obſtat exceptio ſimu-
lationis, quando promiſſio eſt facta ſi-
mulatè ob cauſam non veram, quia
partes nihil intendebãt agere, vel pro-
pter cauſam illicitam, & non iuſtam,
de qua in l. prima. Cod. de cond. ob
turp. cauſ. ſed ſi eſt facta ob cauſam ve-
ram, & iuſtam, inſtrumentum non di-
citur ſimulatum, licèt aliter fuerit
ſcriptum, cum ſubſtantia † obligatio- 83
nis non deficiat, & ſequitur Salycet. i-
bi, & tradunt Doctor. in l. 1. Cod. plus
valere, quod agitur. Bart. in l. Lucius,

la ſe-

la ſeconda in fin.ff.depoſ. Bart. & Bal. in l.ſub ſpecie.C.de poſt.Aret.in tit.de except.in prin.num.29. Afflict.cap.1. de feu.da.in iu.leg.com.ben. Iaſ.conſ. 85.colum.fin. volum.1. Dec. in l.certi condictio.§.fin.in princ. ff.ſi cert pet. Gabr. d.conſ.81. in princip. vbi dicit quòd iſto caſu ceſſat fraus legis, & hominis: Legis,quia lex hoc non improbat;Hominis,quia contra volentem,& ſcientem non poteſt dici fraus adhibita.l.nemo fraudare.ff.de reg.iur.Et ad comprobationem præmiſſorum eſt etiam deciſio Alexandri conſ.198.num. 10.volum.2. vnde debet attendi, quod partes voluerunt, per not.per Bart.in d.l.Lucius,& eſt deciſio eiuſdem Alex. in conſ.28.nu.13.verſ. & poſito etiam. vol. 5. Vbi inter partes fuerat actum, quòd Caſtrum acciperetur in pignus, ſed,vt magis eſſet cautum, factũ fuit, quòd inſtrumentum cantaret de venditione, & non de pignore, & quia dicebatur de ſimulatione,concludit, cõtractum emptionis non fuiſſe ſimulatum ſimulatione illicita, & prohibita, quia aderat ſubſtantia obligationis, quo caſu valet id,quod ſimulatur agi.

84 Et eſt aduertendum, quia † ibi contractus pignoris erat licitus,cum fieret ex cauſa dotis,ob quam fructus debentur,& licitè percipi poſſunt, vt explicat ibi Alex. facit etiam deciſio Grat. conſ 119.num.23.verſ.tertiò conſidera. volum.2 vbi in caſu,in quo inter contrahentes fuit enunciatum,quòd pecuniæ ſolutæ eſſent vnius, quæ tamen erant alterius, concludit, per talem ſimulationem contractum non vitiari, cùm eſſet ſimulatio licita, & permiſſa de iure,ex quo præcedebat ſubſtantia obligationis.

Quinimò etiam quòd eſſemus in caſu, quo ſimulatio propoſita vitiaret. negari non poteſt, quin validus remanere debeat contractus ipſe emptionis nominis,cum de emendo nomen fuiſſet inter partes actum, quia Bartol.& Bald.in l.1.C.plus valere quod agitur, & cæteri ſupra allegati fatentur, quòd † ſi nõ valet id,quod fuit actum ſimulatè, valet id, quod iure inter partes 85
fuit actum: Vndè, ſi remanet validus, contractus emptionis nominis, iſti de Ioannellis dicuntur veri debitores d. Alexandri.l.ex nominis emptione. C. de hær.& act.vend.

Nec obſtat,quòd iſto modo dicerentur illos de Pironis habere potiora iura, cum tale nomen eſſet prius ipſis obligatum.

Quia reſpondetur primò,quòd ſicut hypotheca non impedit antequam agatur,quin merces poſſint vendi, & alienari, minus impedit quin pretium ex eis poſſit vendi,& alienari,quia † i- 86
dem iudicatur de pretio rei,quod de ipſa re. Bald. in l.cum tabernam. ff.de pign.Neguſ.in tract.de pign.4.memb. 2.par.num.149.

Secundò dicitur,hoc † fuiſſe factum 87
mediante delegatione,& ſtipulatione, per quam videtur ſatis actum ipſi Iſac per Ioannellos delegatos:Vnde,cũ dicatur ipſi fuiſſe ſolutũ ante denunciationem, potuit nomen alienari. l. nomen C.quæ res pign.oblig.poſ.

Stantibus ergo præmiſſis remanent clariſſimè reſoluta omnia dubia, quibus ſingulariter quoque reſpondetur.

Et in primis nõ obſtat dũ dicitur, ꝙ cauſa finalis iſtius contractus non poteſt eſſe alia niſi merces,quę cum † re- 88
periatur falſa,cõtractus corruit, vt per Doct.in l.1.C.de fal.cau.ad.leg.Tiraq. in tract.ceſſ.cau.par.1.num.16.

Quia cauſa † dicti contractus fuit id, 89
quod actum fuit inter partes, ſcilicet emptio, & venditio nominis, propter quam fuit ad iſtam aliam obligatio-

nem deuentum per viam transfuſionis, & conuerſionis, vt in propriis terminis tradunt Bald. & Salyc. in d.l.ex pretio, qui apertè dicunt, quòd cauſa eſt ſubſtantia, in qua conſiſtit ſecunda obligatio. & propterea Doctores om-
90 nes ſupra allegati, dicunt, quòd † ſimulatio non vitiat actum, quando cauſa, & ſubſtantia præcedit, & ſubſiſtit.

Minus obſtat, quòd hic non adſit delegatio, cum non cõſtet, D. Alexandrum fuiſſe creditorem dicti Iſac; Item quòd contractus emptionis nominis non valeat, cum non conſtet de certo pretio.

Quia ſupra demonſtratum fuit, valere delegationem, atque ipſum contractum emptionis nominis validum eſſe.

Non obſtat quoque, quòd cum adſit pactum de non alienando, dictum nomen non potuerit alienari.

Quia tale pactum non legitur in
91 inſtrumento, & pactum † eſt facti. l. iuriſgentium. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ſic non præſumitur, niſi probetur. l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ cum vulg.

Poſtremò non obſtat, quòd, ex quo dictum nomen erat obligatum Pironis, non potuerit in eorum præiudicium alienari.

Quia, vt ſupra dictum eſt, ſicut † Iſac potuiſſet à Ioannellis recipere ſolutionem, & ipſi ante denunciationem
92 potuiſſent ſoluere. d.l.nomen, ita eos Iſac potuit delegare. l. cui rectè. vbi Doctor ff de nouat.

ARGVMENTVM.

Licèt contra plures lata eſſet ſententia, & in appellatione nomina aliquorum appellantium eſſent tantùm expreſſa, victoria tamen eorum proderit aliis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita per vnum prodeſt alteri conſorti.*
2 *Et idem ſi proſequatur appellatio per vnum tantum.*
3 *Item quoad plures appellatos.*
4 *In Saluiano interdicto poteſt opponi exceptio ſolutionis.*
5 *Liber mercatoris an probet. Et num. 6.8.& 9.*
7 *Standum eſt calculo.*

RESOLVTIO LVIII.

FVIT appellatum per Claudium à ſententia abſolutoria lata ad fauorem Marcelli, Et cauſa appellationis introducta coram Rota Maceratenſi, dubitabatur de tribus.

Primo, An ſententia præfata fecerit tranſitum in iudicatum quoad Saluatorem in cauſa nominatum, ſed non in appellatione.

Secundò, An exceptio ſolutionis poſſit opponi in Saluiano interdicto.

Tertiò, An conſtaret de ſolutione.

In primo dubio dicebatur, ſententiam † non feciſſe tranſitum in iudi- 1
catum quoad dictum Saluatorem, cum ſicut ſufficit in appellatione fieri mentionem vnius ex appellantibus. l. 3. §. ſed illud. & ibi Bart. ff. de appellat. præſertim in connexis. Bart. in l. appellanti. ff. de appel. Franc. in c. ſi duobus. numer. 5. & c. vna ſententia, num. 5. de appell. Rim. ſen. conſ. 99. num. 81. volum. 1. Pariſ. conſ 66. volum. 1. Ruin. conſil. 26. volum. 4.

Prout etiam prodeſt † aliis conſor- 2
tibus proſecutio appellationis facta per vnum ex eis tantùm. l. 1. vbi Bald. num. 2. C. ſi vnus ex pluribus. Put. deciſ.

ciſ.409.par.2. Surd.deciſ.143.num.4. Gomeſ.ſuper reg. de triennali poſſeſſore.quæſt.22. num.10. qui declarat,id procedere in appellatione facta iure communi,ſecus ſi iure ſpeciali. Socin. ſen.conſ.132.volum.1. Sic dicendum
3 ſit † quoad plures appellatos : ſunt enim correlatiua,in quorum vno diſpoſitio cenſetur & in altero,vulg.iurib.

In ſecundo proponebatur, dictam
4 † exceptionem ſolutionis poſſe opponi,iuxta tenta per Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ.34.nu.27.par.2.

Pręſertim cum hic dicta exceptio non requireret altiorem indaginem, nam de ea conſtabat ex iam deductis. Vant.de nullit. in rubr. quis poſſit dicere de null.num.53.Lancel.de attent. cap.24.quæſt.1.num.28.Put.deci.234. par. 3.

Accedit etiam, quòd exceptio ſolutionis dicitur fauorabilis. Rot. Gen. deciſ.104.num.1.

In vltimo allegabatur pro parte dicti Claudij non conſtare de ſolutione.
5 Primò, quia licèt † liber mercatoris de conſuetudine probet, tamen id verum non eſt in libro mercatoris rupto.Iaſ.in l admonendi.num.123.ff.de iureiur.Rot Gen.deciſ.2 numer.32.& deciſ 10.numer.6.Saluator autem erat decoctus.
6 Secundò,quia †hic non agebatur de rebus ſpectantibus ad mercaturam. Iaſ.in d.l.admonendi.num. 124.Maſcard.de prob.concl.973.numer 28 volum.2 Crau conſ.3.nu.15. Menoch.de arb.iud caſ.91.num.22.

Verùm contrarium viſum fuit verius, cum de ſolutione conſtaret tam per d.librum,quàm per computa acceptata per d.Claudium. arg.l.3. §.idem ſcribit.ff.de pec. Anguſ.conſ.51. num.
7 3.lib.2.nam † calculo ſtandum eſt,pręſertim ſi fuerit confirmatus à iudice, tunc enim habet vim ſententiæ.Bar in l.2.C.de iur.fiſci.lib.10.Surd.deci.216. num.47.

Accedit, quòd creditum dicti Claudij erat notoriè reprobatum, cum diſdicta ſocietatis officij non fuerit reproducta in actis.Felin.in ca.illud.numero 23.de præſcript. Ancha.in clem. cum lite.num.9.vt lite pend.Maranta. de ord.iud.verſ. rectè concipiatur citatio. num.54. & in terminis Boccac. de ſociet.off.num.190.vbi teſtatur,ſic fuiſſe tentum in Rota Roma. Caſtrac. eodem tract cap.60.num.4.Rota Macerat.deciſ.1.num.16.

Et ad primum reſpondetur, id † verum eſſe in partita ſcripta tempore 8
fallimēti,vel propè. Strach.de decoct. par.3.nu.30. vel quando potuiſſet mutari dies, ſecus ſi appareret de veritate temporis, vtpotè ſi vna partita eſſet ſcripta poſt aliam. Rot.Gen. d.deciſ. 10.num.13.

Ad ſecundum reſpondetur, dictas † 9
partitas probare, cum contineant data,& accepta. Rot.Gen.deciſ.16.num. 7. Præſertim quòd plures ex eis fuerunt verificatæ, & acceptatæ per d. Claudium. Iaſ. in d.l.admonendi.numero 124.

RESOLVTIO LIX.

In qua conſideratur materia Succeſſionum per plures caſus practicabiles diſtincta pro habenda celeriori, & faciliori veritate in contingentia facti.

CASVS PRIMVS.

Filia ſuccedit in bonis matris, licèt fuerit conſtituta dos de bonis paternis,& maternis.

tur in caſu,quãdo extant fratres,& ſorores,non videtur ſorores,excludere, quando extaret pater,& mater etiam: ſtatutũ enim aliquid in vno permittens videtur in alio denegare. argum. l.cum prætor.ff.de iud.

Secunda fuit, quia vbi ſupereſt pater,de quo ſtatutũ non loquitur,caſus dicitur omiſſus, & cõſequẽter remanet in diſpoſitione iuris communis.l. commo diſſimiè. ff. de lib.& poſth.

Tertia fuit,quia cum tale ſtatutum, vti excluſiuum,& contra ius commune,dicatur odioſum,& exorbitans,venit ſtrictè intelligendum. c. odia.de reg.iur.in 6. cum vulg.

Corroborabatur, quando quidẽ dictum ſtatutum poſt relationem caſus, vbi fratres,& ſorores, & mater extãt, ſubdit hæc verba [tũc,& eo caſu ſuccedat frater vtrinque coniũctus, &c.] & ſic vocat fratres reſpectiuè ad eum caſum,in quo extant fratres, ſorores, & mater, Vnde nõ poteſt extẽdi ad caſum,quãdo ſupereſt pater, ponderãdo clauſulã illam,[tunc,& eo caſu,] quæ negat diſpoſitionem ad alium caſum extẽdi,quàm ad expreſſum. Dec. cõſ. 314.colum 2. & conſil.332 Crau.cõſ. 98.n.5.Pariſ.conſ.92. n.10. volum. 2. Cœph.conſil. 88. colum. fin. volum. 1.Rimin.iun conſil.110. num.37.volum.1. vbi in puncto.

Et opinio Ruini conſil.39.colum 1. volum 1.diſtinguentis duos caſus,non eſt attendenda.ex quo non allegat legem,neque rationem, nec minus auctoritatem aliquam.

CASVS III.

Filia ſuccedit matri vnà cũ fratre, non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, ex quo tempore delatæ hæreditatis non erat dotata.

CONTROVERTEBATVR, An Catharina eſſet admittenda ad hæreditatem Gerundinæ matris vnà cum Auguſtino eius fratre.

Et reſolutum fuit pro affirmatiua, ex quo de iure communi hæreditas matris ſpectat ad omnes filios tàm maſculos, quàm fœminas pro virili portione.§.1. inſt. de hæred.quæ ab inteſt.&c.l.maximum vitium. C. de lib.præt.auth. de hæred. ab inteſt. in princ.Soc.iun. conſ.2.in princ.& cõſ. 30.num. 46. volum.1. conſ.10. nu.23. volum.2 Dec.conſ 527. nu.7.& conſ. 538. in princ.Roland.conſ.90. num.3. vol. 4. Graſ.in §.ſucceſſio. quæſt. 3.in princ.

Et circa ſtatutũ Camerini, quo expreſsè cauetur,filiam dotatam à patre excludi ſtantibus maſculis à ſucceſſione bonorum maternorum, prout ſuper eo conſuluerunt Dec. conſ. 587. colum.1.& Corn.conſ.42.& conſ.43. vol 4.

Primò dicebatur, illud non fuiſſe à Principe confirmatũ, ꝓut requirebatur,præſertim cũ eſſet derogatorium iuris cõmunis.Soc.iun.conſ. 30.num. 11.volum.1.Rim.iun conſ.548.nu.18. volum. 5. Et eſſet in terris Eccleſiæ. Corn.conſil.163 colum.3. volum.1. & conſ.172 in fine. vol.4.quod diſponitur clarè per Conſt. Prou. Marchiæ lib.2.c 36. in terminis cuius Cõſtitutionis cõſuluit.Corn.conſ. 248.vol.3.

Secundò dicebatur,ſtatutum excludere filiam,ſi dotata fuerit,& ſic qualitas dotationis debebat adeſſe tẽpore delatæ ſucceſſionis maternæ, Vnde cum dicta Catharina non eſſet dicto tempore dotata, non intelligitur excluſa.Rip.in l.ex facto. nume.32.ff. de vulg.& pup.Alex. conſ. 151. col. 1.

volum.2. Corn.conſ.74.& 75.volum.1. Dec.conſ.24.conſ.105.& conſ.260. Soc.iun.conſ.11.col.2. volum.1.& cõſ.5.nu.16.volum.2.Crau. conſ.759. colum.5.Becc.conſ.112.num.17.cum ſeq. Cæph.conſ.278.nu.95. volum.2.Paul. de Monte Pico.conſil.41.nu.12.Natt. conſ. 74. num. 11. Mandoſ. ad Rom. conſ.442.

Nec fuit conſiderabilis illa replicatio,nempè, ſtatutum fuiſſe conditum fauore maſculorũ,& ſic ſatis eſſe quocumque tẽpore filiæ ſint dotatæ.Cæph. conſ.5.nume.68. volum. 1. Bero. conſil. 128. numero 16.volum.2. Rim. iun.conſ.157.num. 5. volum. 2. Brun. in tract. quòd ſtant.maſcul.art.6.numero 271.

Quia illa vera foret, quando ſtatutum excluderet ſimpliciter fæminas ſtantibus maſculis, mandans deinde dotari, ſecus ſi excluderet fœminas dotatas, vt hic, & ita diſtinguit Marcabr. conſil. 79. nu.68.

Præterea dum replicaretur,patrem dictæ Catharinæ fuiſſe pauperẽ,& egenum, & ſucceſſiuè cenſeri debet,eã dotaſſe de bonis maternis. l. fi. & ibi Doct. C.de dot. promiſ. Alexand. in l.1.nu.17. Iaſ.num.23.ff.ſolut.matrim. Gabr. conſilio 156. numero 21. volum.1.

Fuit reſpõſum,quòd debuerat probari,non ſolùm patrem dictæ Catharinæ fuiſſe pauperẽ,l.ab ea.ff.de prob. l.ſuus.ff. de hæred. inſt. ſed adeò fuiſſe pauperem,vt eius bona non ſufficerẽt ad dotis ſolutionem. Affl. deciſ. 179. Menoch.de præſumpt.lib.3. præſũpt. 15. nume. 18. Et inſuper tempore ſolutionis dotis ipſum non fuiſſe ſoluẽdo de bonis ſuis. Rot.Gen. deciſ. 57. nume.6. & deciſ. 172. numero 14. Et cum nihil ex prædictis fuerit probatum, nec minus allegatũ in actis, ſuccedit illa communis Doctorum reſolutio, quòd cenſeatur dotaſſe de bonis propriis.Menoch.de præſumpt.d. lib.3. præſumpt. 11. num.14. Rip.in l. 1.numero.54. ff.ſolut. matrimon. Iaſ. in §.fuerat.nu.105. inſt. de act. Quod hic verum eſſe eſt aſſerendum, cum bona materna eſſent in bonis ſtabilibus, & dos fuerit à patre promiſſa in pecunia. Pariſ.conſil.80.nume. 6.volum.3.

CASVS IIII.

Filia ſuccedit in bonis maternis, non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, ſi filij deceſſerint ſine filiis.

QVærebatur, An ſtante ſtatuto Exij, quo prohibetur, filias habere regreſſum ad bona patris,& matris,& aliquid petere occaſione hæreditatis alicuius dictarum perſonarum viuentibus fratribus, &c. filiæ ſic excluſæ debeant reintegrari ad portionem maternæ hæreditatis, fratribus decedentibus ſine filiis.

Et fuit reſolutum pro reintegratione.Nam illa verba [viuentibus] important,donec, & quouſq;, vel quandiu fratres ſuperuixerint. Abb. conſ. 92.circa finem.volum.2.Soc.iun.conſil.1.colum.2.verſ. idem voluit. par.1. Menoch.conſil.494. num.20.volum.5.Hieron.Gabr.conſil.14. num.8.volum.2.

Vnde, cum excluſio ſit temporalis, ſuccedit reintegratio, iuxta communem Doctorum ſententiam, de qua teſtantur Soc.iun.in d. conſ. 1.col.1. Gabr. de ſtat. concluſ.4.num.9.Cæph.conſil. 251. num.93. volum.2.Bero.conſ.151.nu.23. vol.2. Gabr.d.conſil.14.num.8.Soc. ſen.conſ. 5.num. 4. volum.1.& conſil.263. nu.1.volum.2.

Dec-

Dec.conſ.87.num.1.Pariſ. conſ.22.nu. 21.cum ſeq.vol.1.Non. conſ.8. num.2. & conſ.22.num.23.

Et licèt pars allegaret idem ſtatutū ſub alio capite, quo filię reintegrantur deficientibus fratribus ad bona paterna, nulla facta mentione de maternis. Vnde videtur noluiſſe ad materna bona reintegrari.l.1.§.ſin autem. Cod.de cad.tol.cap.inter corporalia.de tranſl. præl.gl.in c.ad audientiam. de eccl.ædif.Tiraquel.in l.ſi vnquam. in verbo libertis.numero 3. C.de reuocan. donat.Socin.iun.conſ.100.num.20.lib.1. Alexan.conſilio trigeſimooctauo.numero 6.lib.6.

Et confirmare niteretur dictum fundamentum.

Tum quia in ſtatutis eſt prohibita extenſio præſertim de perſona ad perſonam.Iaſ.conſ.220.volum.2.Roland. conſ.56.num.24.volum.3.Cæph.conſ. 210.num.49.volum.2.Crau.conſ.929. num.20.Rim.iun.conſ.59.num.52.volum.1. Et eò maximè, cum ex eodem ſtatuto caueatur, verba eſſe intelligendà prout iacent.Curt.iun.conſ.6.num. 7.volum.1.Decian.conſ.93.numero 3. volum.2.

Tum quia maſculinum non concipit fœmininum, ſi ſtatutum diſcretiuè loquatur, vt hic.Crau.in rub. ff.de leg. 1.num.12.& conſ. 964.num.25. Cæph. conſ.225.num.34.Decian.conſ.63. nu. 13.& conſ.78.num.29.volumin.2. Menoch.conſilio 110.numero 14.volumine 2.

Tamen adhuc, dictam reſolutionem ſuſtineri poſſe, dictum fuit ex pluribus.

Primò, quia cum militet eadem ratio in bonis maternis, debet eadem militare diſpoſitio, & ſic competere reintegratio. l.fœminæ. C.de ſecund. nupt.prout in ſimili caſu eſt deciſio in terminis Baldi in l.de quibus, num.35. ff.de legib.& in c.1.de ſucceſſ.feud.Tiraq.de iure primog.quæſt.9. qui omnes vnanimiter concludunt, diſpoſitionem loquentem de ſucceſſione patris habere etiam locum in ſucceſſione matris.Dec.conſ.71.colum.2.& conſ. 229. Gabr.de ſecund.nupt.concluſ.3. num.3.

Secundò, quia licita eſt extenſio de perſona ad perſonam hic.

Tum ob identitatem rationis generalis, quæ eſt, ne filiæ deterioris ſint conditionis, quàm neptes. gl.in clem. 1.de elect.Caſtr.in l.ſi verò.§.de viro. ff.ſol.matr Curt.ſen.conſ.81.colum.4. Crau.conſ.237.num.5. Cæph.conſilio 252.num.21.Rim.iun conſ.23.nu.200. volum.1.Et in ſimili Caſtr. conſ.103. volum.1.Curt.iun.conſ.43. volumin. 1.Alciat.conſiliò 205.tom.3.libro nono.Oſaſch.deciſ.50.num.5. Gabr.de fideicomm.concluſ.9.num.37. Mant. de coniect.vltim.vol.libro 7.titu.14. num.23.

Tum quia ſucceſſio reducitur ad ius commune.l.ſi viua. C.de bon.mat.Alex.conſ.75.colum.2.volum.5. Iaſ.conſilio 115.num.17.volumin.1.Curt.iun. conſ.52.num.29. & conſ.111. num.12. Crau.conſ.174.num.7.Ruin. conſ.22. num.13.volum.3. Pariſ.conſ.49. num. 33.volum.3.Becc.conſ.72. numero 32. Crau.conſ. 616. numer.5. Rimin.iun. conſ.57.numero 10.& conſil.82.num. 7.volum.1.

Tertiò, quia eodem ſtatuto diſponitur alibi, verbum in maſculino genere eſſe intelligendum etiam in fœminino, vt in proprio ſtatuto voluerunt Soc.iun.conſ.10.colum.2. volumin.2. conſ.23. colum.pen.& conſ.30.nume. 45.volum.1. Bal.conſ.47. volumin.5. Curt.ſen.conſ.9.Corn.conſ.133.volumin.2.Ruin.conſ.65.num.8.volum.3.

Brun. de ſtat. excluſ. fœm. art. 5. quæſt. 13. num. 85. & art. 12. quæſt. 9. numero 149.

CASVS V.

Subſtitutus per fideicommiſſum nō ſuccedit, ſi inſtitutus deceſſerit cum filiis: Et quando.

DE quodam teſtamento Cæſaris dicebatur, filios maſculos Liuij fuiſſe excluſos ab hæreditate dicti Cæſaris: Nam cum ipſi fuerint ſubſtituti, ſi Iulianus filius dicti teſtatoris decederet ſine filiis maſculis, & Iulianus obierit relicto filio maſculo, dicitur expirata ſubſtitutio. Gabr. de fideicō. concl. 7. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 69. num. 1. cum ſequ. Natt. conſ. 551. num. 23 Crau. conſi. 62. num. 1. Soc. ſen. conſ. 14. num. 2. volu. 1. Dec. conſ. 63. num. 3. Burſ. conſ. 261. nu. 21. lib. 3. Non. conſ. 28. in prin. & conſ. 69. Turret. conſ. 23. conſ. 81. num. 43. conſil. 82. num. 1. volum. 1. Surd. conſ. 67. num. 1. & deciſ. 162.

Cæterùm alia reſolutio magis placuit, ex quo colligebatur ex verbis teſtamenti, teſtatorem voluiſſe conſeruare eius bona in agnatione, & familia. Menoch. d. libro 4. præſumpt. 68. num. 9. & præſumpt. 69. num. 9. & 16. Surd. conſ. 67 num. 11. & deciſ. 85. numero 1. Turret. conſ. 77. num. 11. Becc. conſ. 24. num. 4. & Burſ. conſ. 52. num. 29. lib. 1. Nempè ex illo verbo, maſculis, pluries in teſtamento repetito. Crau. conſ. 113 num. 2. Turret. conſilio 77. num. 14. & conſilio 82. numero 15. volu. 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. numero tertio. Item ex illa dictione, omnes l. Iulianus. ff. de legat. 1. Et illo verbo, ſuos, pluries etiam in dicto teſtamento repetito. Crauet. conſ. 22. num. 4. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 68. num. 11.

Fideicommiſſum autem inducitur etiam ex tacita voluntate teſtatoris deprehenſa ex coniecturis. Surd. conſ. 67. num. 10. cum ſeq. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 67. cum ſeq.

CASVS VI.

Portio fœminarum excluſarū per ſtatutum an applicetur fratri vtrinque coniuncto, vel vterino etiam.

PROPONEBATVR, An, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum donec, & quouſque maſculi, ſupererint, portio fœminarum excluſarum applicetur ſolùm fratri vtrinque coniuncto, vel potius vterino etiam.

Et placuit, poſt multam negotij diſcuſſionem, reſolutio illa, quòd accreſceret tantùm fratri vtrinque coniuncto.

Quæ fundabatur primò ex l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legit. cui Doctores contrarium tenentes nunquam potuerunt bene reſpondere. Turret. conſ. 89. num. 1. vol. 2.

Secundò ex auctoritate grauiſſimorum virorum, nempè Rom. in l. 1. col. fi. C. quando non pet. part. Iaſ in l ſeruo. §. ſi teſtator. nu. 6. ff. de leg. 1. Caſt. in l. illam. n. 9. C. de coll. & in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff de leg. 1. Abb. conſ. 111. col. fin. volu 2. Ruin. conſ. 39. nu. 3. vol. 3. Pariſ. conſ. 36. nu. 29. vol. 2. Soci. ſen. conſ. 5. conſ. 84 & conſ. 241. nu. 9. vol. 1. vbi teſtatur, in practica ita obſeruari. Non. cōſ. 12. per totum. Brun. de ſtat. excl. fœm. art. 13. num. 56.

Tertiò

Tertiò ex pluribus rationibus.

Prima quarum erat, quia fæminæ excluduntur, ſi fuerint dotatæ, & ſic contemplatione dotantis. Soc. ſen. in d. conſ. 84. num. 4. & d. conſ. 241. nu. 10. vbi adducit plura ſimilia; fæminæ autem fuerũt dotatæ à fratre vtrinque coniuncto, non autem ab vterino.

Secunda erat ratio, quia menti ſtatuentium ſtandum eſt. l. militis. ff. de mil. teſtam. l. quoniam. C. de teſtam. l. ſi quis. C. de lib. præt. Cæterùm mẽs ſtatuentium fuit, excludere fæminas fauore agnationis, quas dotauit, non autem vterinorum. Soc. ſen. in l. cum vir. ff. de cond. & dem. d. conſ. 84. nu. 7. & d. conſ. 241. nume. 10. Soc. iun. conſ. 1. num. 36. volum. 1. Cioff. conſ. 8. nu. 8. Brun. de ſtat. excluſ. fœm. articulo 12. quæſt. 18.

Quod ſuadebatur, Tum ex proœmio dicti ſtatuti, ibi, [pro conſeruatione Cippi, & domus] ex quo proœmio colligitur ratio finalis, & mens ipſorum ſtatuentium. Dec. conſ. 444. nu. 8. Non. d. conſ. 12. Bal. in l. vt liberis. num. 1. C. de collat.

Tum quia ſi non extaret frater vtrinq; coniunctus fœmina ſuccederet. Bart. in l. fi. ff. ad Tertull. Non. d. conſ. 12. Soc. iun. conſ. 1. nume. 5. & 51. volum. 1. Put. deciſ. 143. par. 2.

Vltima fuit ratio, quia fœminæ ſic excluſæ non habentur pro mortuis, ſed faciunt partem, ex quo ſunt excluſæ temporaliter, ponderando dictiones illas [donec, & quouſq;] & ſic dicuntur potius impeditæ, ſiue retardatæ ad ſuccedendum. Brun. de ſtat. excl. fœm. q. 3. art. 13. nu. 44. & q. 5. art. 10. nu. 67. Miſing. obſeru. 22. cent. 4. Guidop. deciſ. 295. & deciſ. 599. Soc. iun. in d. conſ. 1. num. 34. Aret. conſ. 144. Pariſ. conſ. 36. num. 29. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 92. vol. 1. Bart. in l. fin. quæſt. 1. ff. ad Tertull. Bald. in l. 2. num. 9. C. de lib. præter.

Et hæc opinio viſa fuit verior, æquior, & communior; quicquid dicat Gabr. in conſ. 15. vol. 1. per totum; cuius dictum ſaluari poteſt in caſu, quo fœmina ſit excluſa ſimpliciter, & abſolutè, vel ſi per ſtatutum non fuerit conſideratio habita agnationis, & dotationis.

CASVS VII.

Filius quando ſubintret in locum patris in ſucceſſione.

CONTIGIT caſus, An, ſtante ſtatuto ciuitatis S. Seuerini vocante ad hæreditatem decedentium ab inteſtato proximiores, filius ſubintret in locũ patris, ita vt excludat patruũ.

Et fuit reſolutum, filiũ ſubintrare. auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. Dec. conſ. 1. nu. 4. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 3. de magis communi Craſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. 11. num. 4. Cæph. conſ. 16. nu. 34. lib. 1. Socin. iun conſ. 123. lib. 1. Becc. conſil. 81. num. 1. vbi ampl. in feudis, & limitat in vlterioribus trãſuerſalibus. conſ. 107. num. 10. cum ſeq. Non. conſ. 4. num. 2. conſ. 11. num. 12. conſ. 33 num. 32. & conſ. 34. nume. 3. Turret. conſ. 12. num. 1. conſ. 38. num. 1. & conſ. 55. num. 2. vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 95.

Et dum opponeretur de dicto ſtatuto vocant. proximiores, per quod videtur, filium non ſubintrare in locum patris, ſecundùm Pariſ. conſ. 90. num. 48 vol. 1. Craſ. in d. q. 11. num. 9. & Mant in d. lib. 8. tit. 9. num. 10.

Fuit reſponſum, id verũ eſſe in diſpoſitione hominis; non autem in diſpoſitione legis, ſecundùm quam

ſubintrat, licèt vocentur proximiores. Bald. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. in fine. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 88. nu. 2. vol. 1. Cæph. in d. conſ. 16. n. 32. de magis communi teſtatur Craſſ. in §. ſucceſſio. q. 30. num. 3. Dec. conſ. 1. num. 4. conſ. 48. nu. 13. & conſ. 553. num. 1 & in l. ſi. nume. 19. C. de ſecun. nup. Durãt. de arte teſt. tit. 5. caut. 27. Didac. pract. quæſt. c. 38. Rot. Bonon. deciſ. 88. num. 1. Gabr. de fideic. concluſio. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 46. nume. 45. Marzar. de fideic. quæſt. 18.

Quod confirmabatur ex duplici ratione diuerſitatis inter vtrumque caſum.

Prima erat, quia diſpoſitio legis verificatur in caſu ficto, ſed non illa hominis. l. fin. C. de his qui ven æt. &c. l. ſtatuis. §. Cornelio. ff. de iu. fiſci.

Secunda fuit, nam in diſpoſitio legali non conſideratur affectio teſtatoris, ſicut in teſtamentaria. Non. cõſ. 34. num. 8.

Nec pariter dictum fuit obſtare doctrinam Decij in conſ. 1. num. 2. quia Dec. loquitur in tranſuerſalibus in remotiori gradu, quod etiam tenuerunt Curt. iun. in conſ 58. numero 2. Mant. in d. lib. 9. tit. 8. nu. 4. & Becc. conſilio 81. num. 1. Et hic filius ſubintrans erat in proximiori gradu, cum eſſet frater patruelis. §. tertio gradu. inſt. de grad. & §. reliquum. auth. de hæred. ab inteſt. venient.

CASVS VIII.

Soror ſuccedit ſorori vnà cum matre, licèt tacuerit per annos xxx.

Et quid ſi mater tranſiuerit ad ſecunda vota.

Item, maſculi, & fœminæ admittuntur ſimul ad legitimæ ſupplementum.

CONTROVERSIA fuit exorta inter Fiordaliſam, & Felicem prætendentes ſuccedere.

Et ſuppoſito, quòd de iure dicta Fiordaliſa mater ſuccedat Sulpitiæ filiæ, vnà cum Felice ſorore vtrinque coniuncta dictæ Sulpitiæ. auth. defuncto. C. ad Tert ill. §. conſequens, auth. de hæred. ab inteſt. &c.

Contigit primò dubitari. An dicta Fælix cenſeatur excluſa ab hæreditate dictæ Sulpitiæ, cum per xxx annos nõ acceperit actualem poſſeſſionem bonorum hæreditariorum.

Et reſolutum fuit, non cenſeri excluſam, ex quo infra xxx. annos adiuerat hæreditatem dictæ ſuæ ſororis, cũ conſtaret ex actis, ipſam declaraſſe ſe eſſe hæredem d. Sulpitiæ in aditione autẽ hæreditatis ſufficit volũtas ſolo, actu aut verbis declarata. l. gerit. ff. de acq. hæred. l. potuit. C. de iure delib. Pariſ. conſ. 19. num. 102. vol. 2. Non. conſ. 27. nu. 3. Quod verum eſt, etiãſi talis declaratio fuerit facta parte præſente, & inter alias perſonas Bart in l. is poteſt. col. 3. verſ. videamus. ff. de acq. hæred Crau. conſ. 148. nu 10. Soc. iun. conſ. 179. nu. 59. vol. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 99. nu. 6 Caualc. de tut. & cur. nu. 92. Surd. deciſ. 305. num. 11. & conſ. 73. num. 55. cum ſeq. vbi diſtinguit inter ius quæſitũ, & quærendum. Non conſ. 27. num 13. & vide Turret. conſ. 69. num. 15. cum ſeq. vol. 1.

Et dicta Fiordaliſa mater fuit in mala fide, retinendo bona competentia ad dictam Fœlicem, ad quam ipſa ſciebat ſpectare pro parte. Bart. in l. illud. ff. de pet. hæred. Crau. conſ. 146. in prin. vnde nulla poteſt allegari præ-

ſcriptio ad eius fauorem. cap. vigilanti. cap. ſi diligenti. cap. fin. de præſcrip. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Alex. conſ. 51. volum. 1. Crauet. d. conſil. 146. Turret. conſ. 69. nu. 30. lib. 1. Rol. conſ. 6. num. 42. vol. 3. Cæph. conſil. 102. nu. 18. vol. 1.

Et præſertim quia dicebatur etiam allegata præſcriptio interrupta, ex quo dicta Fiordaliſa fuerat pluries intra dictum tempus requiſita, & interpellata ad relaxandum dictam partem bonorum, quod ſemper recuſauit. Felin. in c. nihil. col. 4. verſ. fallit quintò, de præſcript.

Contigit ſecundò dubitari. An dicta Fiordaliſa ſuccederet dictæ Sulpitiæ vna cum dicta Felice, cum tranſiuiſſet ad ſecunda vota.

Et fuit reſolutum, in bonis, quæ ad dictam Sulpitiam ex paterna ſubſtantia peruenerunt, ſuccedere dictam Fiordaliſam matrem ſolùm pro virili in vſufructu, cum per tranſitum ad ſecundas nuptias foret priuata ſucceſſione reſpectu proprietatis, præſertim exiſtentibus filiis primi matrimonij. auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nup. §. hinc nos. auth. de nupt. Gabr. de ſecun. nup. concl. 3 per totum. Crau. cõſ. 37. Rom. conſ. 405. nulla habita conſideratione ſi tranſiuerit ad ſecundas nuptias ante, vel poſt mortem filiæ. Ioan. de Garro. in d. authent. ex teſtamento. num. 38.

Et dicta concluſio vera eſt etiam reſpectu legitimæ aliàs matri debitæ in bonis ſuæ filiæ. Gabr. in d. concl. 3. num. 8. Io. de Garro. in d. auth. ex teſtamento. num. 30. & 36.

Et licèt, quando filij primi matrimonij expreſsè, vel tacitè conſentiunt matri tranſeunti ad ſecunda vota, non priuetur mater ſucceſſione filiorum. Dec. conſ. 206. num. 3. cum ſeq. Pariſ. conſ. 29. num. 81. vol. 3. Gabr. de ſecun. nup. concl. 1. nu. 36. & concluſ. 2. numero 36.

Tamen non poteſt hæc concluſio applicari in pręſenti caſu, Non quoad dictam Sulpitiam, cum ipſa deceſſerit in minori ætate, & minor vti non habens legitimam adminiſtrationem, l. ſi curatorem. C. de in integ. reſt. non poteſt facere actus ſibi pręiudiciales. l. iuſiurandum. ff. de iureiur. Et pręſertim ſtante Conſtitutione Prou. Marchię, qua prohibetur minoribus remiſſio iurium quorumcũque niſi ſeruentur certę ſolemnitates. Vnde ſi expreſſus minoris conſenſus non poteſt operari, nec tacitus poterit, cum quod expreſsè fieri non poteſt, minus poſſit tacitè. l. qui ad certum. ff. loc. l. quanquam. ff. de ritu nup. l. ſi pater. ff. quę in fraud. cred. Doct. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

Neque minus quoad. d Fœlicem, de cuius conſenſu nec expreſſo, nec tacito potuit conſtare in actis, prout debebat, cum conſenſus ſit quid facti. l. in bonę fidei. §. in contrarium. ff. de acquirend. poſſ. facta autem non pręſumũtur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & c. c. in iure, de off. deleg. cum vulg.

Et dum opponeretur, ſatis conſtare de conſenſu dictę Fęlicis, ex quo, dum vixit, non fuit conquęſta de tranſitu matris ad ſecunda vota, Vnde cenſetur remiſiſſe omnem pœnam, ſecundùm Bald. in d. authen. ex teſtamento. colum. 2. Alex. conſ. 63. volum. 5. Dec. d. conſ. 206.

Primò fuit reſponſum, dictam Fęlicem pluries verbis fuiſſe cõquęſtam de dicto tranſitu, ſed ex verbis voluntas hominis declaratur. l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. Bal. conſ. 472. col. 1. volum. 2. Hinc inter pręfatas non fuit mutua beneuolentia, & ſolita conuerſatio, ex

preſsè cauetur, quòd, decedente aliquo ſine aſcendentibus & deſcendentibus, tranſuerſales fratres ſuccedant: Ex quibus verbis videtur inferri, ſorores eſſe excluſas, cum vocentur tantùm fratres, quorum incluſio eſt excluſio ſororum. Crau. conſ.411.num. 4.vol.3.prout ita arguit Dec.conſi.71. col.1.in fi.& tenet in ſimili caſu Gab. conſ.15.num.21. & 31. & conſ.18.n.27. volum.2.

Et augeretur difficultas.

Tum quia appellatione fratrum nõ veniunt ſorores. Cum.conſil.118.col. 1.Corn conſi.94.in prin.vol.2.Bened. conſil.62.colum.fin vbi ampliat.etiãſi extaret ſtatutum, quòd maſculinum conciperet fœmininum, cum ſint diuerſa nomina.

Tum quia ſtatuentes vocando fratres videntur moti, vt conſeruetur agnatio,& nomen familiæ,& ſic vt bona deueniant ad maſculos.Bart.in l.2. §.videndum.ff.ad Tertull Brun. ſuper ſtat excluſ. fœmin.artic.3. Curt.iun conſil 87 num.5. & latè Gabr. de ſtat. concluſ. 6. quæ ratio ceſſat in ſororibus, cum per eas agnatio non conſeruetur.Rim.iun.conſil.47.num.22.volum.1. & conſil.469.num. 27.volum 4. Tiraq. de retract.lign. §.1.gloſ.9. num.194.cum ſeq.

Tamen dictum fuit, prædicta non obſtare.

Primò,quia appellatione fratris venit etiam ſoror.l.Lucius. §.quæſitum. ff.de leg.3.l Lucius.§.Mæuia,vbi gloſ. & Bartol. ff. ad Trebell.l.tres fratres. ff.de pact. & præſertim in fauorabilibus,vt expreſsè tradit Caſtr. conſ.119. volum.1.

Quæ ſententia vera eſt, ſiue verbum, fratres, proferatur à lege, ſiue à ſtatuto, prout latè conſuluit Alexand. conſil. 85. volumin.4. quem ſequitur Iaſ.in d.l.tres fratres.Decian.conſi.63. num.5. volum.2.Corn.conſ.96.numero 5.volum.3. Curt. ſen. conſil.9. colum.pen.Rimin.ſen.conſil.37.numer. 4.volum.1.Alciat conſ.200. tom 3.libro 9 Bero.conſil.112.num.15. vol.2. Socin.iun. conſ.10 num.28.volum.4. Gabr.de verb.ſign.concl.6.num.28.& 75 Cœph.conſ.306. num.43. conſilio 325 num.38.volum 3 conſil.576. num. 25.& conſil.535.num.32.vol.4.

Et veriſſima redditur in p̄ſenti caſu.

Tum quia ſtatutum vocat fratres in plurali.Alexan.d.conſil 85 Decian. in d.conſil.63.num.5.

Tum quia in dicto loco viget ſtatutum diſponens, quòd maſculinum cõcipiat fœmininum. Bald.conſilio 47. volum.5.Alex.conſi.80.volum.1.& d. conſ.85.Curt.ſen.d.conſ.9.Corn.conſil.133. vol.2.Dec.conſil 617.numer.8. Brun.de ſtat.excl.fœm.quæſt.13. art.5. num.85. & quæſt 9. art.12. num.149. Rim.conſil 65.num.8. volum 3. Socin.iun conſ.23. colum.pen & conſil. 30.num.45.vol 1.conſ.10.col.2.vol.2.

Secundò,quia deſcendentis appellatione venit etiam fæmina Pariſ.conſ. 88.num.12.par.2.& aliàs diximus.

Præterea vnum addebatur conſiderandum, quòd ratio dicti ſtatuti ex aduerſo allegati non fuerit agnationis conſeruatio, ex quo auia, & proauia per idem ſtatutum admittuntur,prout in ſpecie reſpondet Alex. in d. conſil. 85.col.fin.

Vlterius dũ ꝓ excluſione dictæ Liuię allegaretur idẽ ſtatutũ ſub alio capite,quo cauetur,ꝙ nulla mulier maritata, & dotata de bonis paternis, maternis.vel fratris,audeat aliquid petere de bonis præfatorũ, vt in terminis eſt deciſio Caſtr. in conſil.91. incipien. præſuppoſito, quòd dictum. volum.1. quem ſequitur Alc. conſil.57. num.6.

ſecundùm antiquam impreſ. Put. deci. 127. nu. 1. par. 3.

Dicebatur non obſtare, & adducebatur pro reſponſione in puncto deciſio Decij in conſ. 346. col. pen. qui concludit, ſtatutum eſſe intelligẽdum ad ſenſum iuris, ſcilicet, vt non faciat partem in hæreditate patris, ſi fuerit à patre dotata, & in hæreditate fratris, ſi fuerit à fratre dotata, & ſic de ſingulis: quę Decij opinio communis eſt, prout teſtatur Alciat. conſ. 53. nu. 3. ſecundùm antiquam impreſ. Brun. in dicto tract. quæſt. 16. art 8. num. 67. & Pariſ. conſ. 47. num. 3. volum. 3. idem firmat, ex quo ſtatutum loquitur per diſiunctiuas dictiones.

Et dictum Putei ſaluari poteſt, quãdo ratio ſtatuti eſſet conſeruatio agnationis.

CASVS X.

Patruus excludit matrem in ſucceſſione, ſtante ſtatuto quòd conſanguineus excludat matrem in prouenientibus ex materna linea.

Et quid ſi extet auia paterna.

IN ſucceſſione bonorum quondam Pij fuit reſolutum, bona dicti Pij ſita in territorio Auximi ſpectare ad Cæſarem patruum vtì proximiorem ex parte patris, excluſa Poliſena matre dicti Pij, cum in dicta ciuitate vigeat ſtatutum diſponens, quòd moriente aliquo ab inteſtato ſine filiis legitimis, ſuperſtitibus tamen conſanguineis ex parte patris, mater ſuccedat in prouenientibus ex materna linea, ab aliis autem excludatur. Vide Bald. in l. prima, in fine, C. de lib. præter. Alb. conſilio nonageſimoprimo, numero 8.

Nec releuauit dicere, Poliſenam eſſe de S. Seuerino, vnde vti Forenſem non ligari, ſeu ſubiici ſtatuto præfato, ſecundùm Doctor. in l. cunctos. C. de Sum. Trin. & c. Corn. conſilio 94. vol. 2. Sign. de Homod. conſ. 156. Dec. conſilio 277. colum. fin Caſtr. conſil. 425. vol. 2. Alex. conſ. 41. in fine. volum. 7. Barb. conſ. 120. volu. 3. Ruin. conſ. 192. num. 15. volum. 2. Rol. conſ. 24. volum. 2. vbi latè.

Quia cum prætendentes ſucceſſionem ſint ciues Auximi, & bona ſint ſita in territorio ſtatuentium, inſpicitur locus rerum acquirendarum, quia non agitur de perſonis, ſeu de effectu reſpiciente directè perſonas, ſed bona, & res. Iaſ. in d. l. cunctos. num. 61. & de communi teſtantur Anch. in capit. Canonum. colum. 53. de conſt. Alexan. conſ. 111. num. 8. volum. 7. Dec. conſilio 84 col. pen. Curt. iun. conſ. 5. num. 42. volum. 1. Gozad. conſ. 49. col. 2. Socin. iun. conſ. 25. numer. 13. volum. 3. Pariſ. conſ. 84. num. 41. volum. 1. Port. Imol. conſ. 86. nu. 3. & conſ. 127. nu. 3. Rim. ſen. conſ. 246. nu. 22. Cæph. conſ. 309. num. 63. volum. 3. Bec c. conſ. 62. num. 25. Rom. conſil. 39. in fine. Socin. ſen. conſ. 289. volum. 1. Brun. in tract. excl. fœm. art. 6. num. 4. Et de magis communi Natt. conſilio 148. Crauet conſ. 271. numero ſecundo. Petr. Anguſ. cõſilio vigeſimoſeptimo, numer. quarto, libro ſexto, & conſilio decimoquinto. numer. 9. lib 4. Alba. conſ. 50. colum̃. 1. Graſ. lib. 1. commu. opin. cap. 3. quæſt. 11. in fine. Grat. conſil. 21. volumin. 1. Cæph. conſ. 309. numero 76. volum. 3.

Et Doctores allegati per Rol. in d. conſ. 24. Vel loquuntur aliqui eorum in ſtatuto reſpiciẽte directè perſonas; Vel quãdo ſuccedere prætẽdẽtes ſunt Foren-

Forenſes, Vel is de cuius ſucceſſione agitur eſt Forenſis, Quod non eſt hic.

Præterea in omnem euentum loquuntur contra cõmmunem, ſiue magis communem opinionẽ, à qua nullatenus in iudicando eſt recedendum. l.fin.C.de pœn.iud. prout ita reſpondet Cæphal.dicto conſilio 309.numero 75.

Et dum dicta Poliſena replicaret, quòd pater dicti Pij vir ſuus, licèt origine fuiſſet ciuis Auximi, tamen de dicta ciuitate receſſit, habitando cum familia in ciuitate Sancti Seuerini per plures annos, ibidem ſubeundo honores, & onera, vnde dicitur in dicta ciuitate conſtituiſſe domicilium. l. domicilium.ff.ad municip.cap.fi.de foro competent. & inſuper dictus Pius natus fuit in dicta ciuitate Sancti Seuerini.

Primò fuit reſponſum, ſupradicta aſſerta fuiſſe probata per teſtes de auditu, qui non probant. l.ſolum. C. de teſtibus.Dec.conſ.57.colum. 2. Rom. conſilio 341.Alexand.conſilio 11. volumin.2.

Secundò, quòd ex conſecutione ciuilitatis in dicta ciuitate S. Seuerini non dicitur mutatum domicilium originis, ſed aliud quæſitum, & iunctũ. Doctor.in l.Senatores. ff. de Senat.& quis poteſt habere duo domicilia, nẽpè originis, & habitationis, vt dicit Bald.conſ.234.colum.1.volum.1.& allegat l.eius.§.Celſus. & l.aſſumptio. §.iuris.ff.ad municip.Abb.in capit.ex parte.in 3.oppoſ.de foro comp. Boer. deciſ.13.in princip.Socin.iun.conſi.7. num.9.vol.2.quam ſententiam communem dicit Ruin. conſil.59. num.8. volum.3.Dec.conſil.274. colum.pen. Cagnol.in l.exigere. numero 19.ff.de iud.

Et domicilio originis non poteſt renunciari.l.origine.C.de municip.& orig.lib.10.d.l.aſſumptio.in princ Alex.conſ.34.colum.2.volu.5. Cuman. conſ.177.colum.3.Grammat. not.10. num.16.Rom.conſ.39. & conſ.59.volum.1.illúdque nunquã perditur, quia cum ſit naturale.gl.in c.nullus, in verbo oriundus, de temp.ord.libr.6.dicitur immutabile.d.cap.nullus. l.fin.C. de mun.& orig.lib.10.Abb.in cap.fin. de paroch.Socin.ſen.conſ.79. volu.4. Rom.in d.conſ.39. circa finem. Burſ. conſ.74 num.113.volu.1.vbi dicit, forum originis eſſe inamiſſibilem, & principaliorem.

Quod comprobabatur, quia retinuit bona in dicta ciuitate Auximi, vnde præſumitur forum etiam retinuiſſe. Burſ.in d.conſ.74.numero centeſimo decimoquarto.

Et hoc idem dicendum eſt de Pio filio, cum filius retineat, & ſequatur originem patris, & dicatur de eadem ciuitate.d.l.aſſumptio. §.filiũ. l.filios. C.de mun.&orig.lib.10. gl.in l.ciues. C.de incol.lib.10.Corn.conſ.177.volum.3.Bald.conſ.234.volum.1.vbi dicit, vnum eſſe domicilium vti iuſque, imò retinet etiam originem, & domicilium aui ſui.d.l.aſſumptio.§.filium. Boer.deciſ.13.colum.3.Et filius poteſt habere duo domicilia, ſcilicet propria, & paterna, vt per plura comprobat Soc.ſen.conſ.37. col.4. volumine primo.

Demùm dum dicta Poliſena obiiceret, in caſu præſenti extare auiam paternam, de qua in ſtatuto non fit mentio, & illius beneficio mater venit admittenda.Soc.ſen.conſ.28. vol. 4.Brun.de ſtat.excl.fœm.art.6.in pr. num.116.

Primò fuit reſponſum, plures eſſe Doctores tenentes contrariam ſententiam, vt videlicet, mater non ad-

mittatur etiam exiſtente dicta auia, prout fuit Bald.in l.fin.verſ.ſed imò. C.ad Tertul. Petr.de Anch.conſ.334. Corn.conſ.276.col.pen.volu.4. Port. Imol.conſ.183.num.27.Soc.ſen.conſ. 202.col.3.vol.2.Gabr.de ſucceſſ.ab inteſt.lib.3.concl.4.num.30.

Secundò, quia mater excluditur per ſtatutum à ſucceſſione bonorum obuenientiũ ex linea paterna, vnde quoad obuenientia ex linea materna eſt admittenda. Corn.in d.conſ.276. col. pen.verſ. vltimò etiam, & hanc opinionem veriſſimam eſſe tradit Socin. ſen.in d.conſ.202.column.4. verſicul. quartus, & vltimus, eámque nouiſſimè ſequitur Bero. conſil.148.numero 32. volum.2.

Tertiò, quòd dictum ſtatutum non dicit ſimpliciter, quòd, ſi extent conſanguinei ex latere patris, mater excludatur, ſed dicit, ſi deceſſerint ſine legitima deſcendentium prole, quo caſu oppoſita non procedũt, quia veriſimile eſt, quòd ſtatuentes noluerit diſpoſitionem ſtatuti ceſſare, niſi propter deſcendentes, & ſic quòd tantùm deſcendentes excludant conſanguineos ex latere patris, vt benè conſiderat Corn.in dict.conſilio 276.col.3. verſ.& primò quia.

Quartò reſponſum fuit, oppoſita forſan poſſe habere locum, matre non ſuperuiuente, ſecus ſi ſuperuiueret, prout hic, quia tunc omnes remotiores per conſanguineos vocatos à ſtatuto excluduntur, prout ita diſtinguendo concordat dictas opiniones Paul.de Caſtro in l.illam. C.de collat. quam diſtinctionem ſequitur Ang. ibidem. Grat.conſ.26.num.59.volum. 1. Corn.conſ.75.num.4.volum.1. Gabr.in d.concluſ.4. nu.31. Et hanc veriorem eſſe opinionem tenent idem Caſtr.in l.ſi defunctus. C. ad Tertull. & in conſilio 251.volum.1. Bero.conſilio 148.numero 14.& 32.volumin.2. Dec.in dict.l.illam. Ruin.in l.Gallus. §.& quid ſi tantùm.numero 99. ff.de lib.& poſthum.& ſentit Soc.in d.cõſ. 28.in fine.

CASVS XI.

Sorores, & nepotes ex alia ſorore præmortua ſuccedunt ſimul fratri.

DE quadam Mariana vxore Cęſaris fuit reſolutum, hæreditatem dicti Cæſaris teſtatoris pro æquali portione ſpectare ad Marianum filiũ, & dictam Marianam hæredes vniuerſales inſtitutos.l.quoties.§.hæredes.ff. de hæred.inſt. §.ſi plures. inſt.eodem titul. & maximè cum fuerint inſtituti pro æquali portione.l. interdum.ff.de hæred.inſt.

Et licèt Mariana mater fuerit inſtituta hæres in vita tantùm, eius tamen inſtitutio valida dicitur, & poſt eius mortem in portione ſua ſuccedit dictus Marianus cohæres, vt in terminis tradit Pariſ. conſilio 69. columna 1. volum.2.

Quoad hæreditatem, & portionem Mariani, qui nuperrimè deceſſit ſine filiis, fuit reſolutum, eius hęreditatem pertinere ad Iacobam eius ſororem, & Blaſiam, ac Eliſabetham neptes ex Innocentia altera ſorore.

Nec obſtare dictum fuit: quòd, cum teſtator Mariano filio decedenti ſine filiis ſubſtituerit filias, videlicet Innocentiam, & Iacobam. Et Innocentia mortua fuerit ante Marianum, tale ius non potuerit tranſmitti ad Blaſiam, & Eliſabetham.l. 1.§.ſin autem.C.de caduc.toll.gloſ.in l.1. C.de his, qui ante ap-

ap.tab. Iaſ. in l.cum filiofamillas. nu. 117.ff.de leg.1.Soc.iun.conſ.117.num. 18.volum.1.Alex.conſ.84.vol.4.Nat. conſ.551.num.16.Gabr.de hæred.inſt. conclu.2.Corn.conſ.180.vol.4.Crau. conſ.15.nu.3.Rolan.conſ.46.nu.5.vol. 3.Burſat.conſ.263.lib.3.Non.conſ.69. num.4.

Quia dictus Cæſar teſtator non ſimpliciter ſubſtituit Mariano filio decedenti ſine filiis dictas filias, ſed etiam ſubſtituit hæredes filiarum, Vnde filiæ dictæ Innocentię iure proprio debent ad fideicõmiſſum admitti.Mant. de coniect.vlt.vol.libro 11.tit.20.numero 19.

Et licèt filiæ, & hęredes fuerint alternatiuè vocatę, tamen inter honoratos alternatiua reſoluitur in coniũctiuam,& ſic Iacoba, & filię dictę Innocentiæ copulatiuè dicuntur vocatæ in ſtirpem.l.fin.& ibi Doct.C.de verbor.ſign.

CASVS XII.

Filiorum appellatione quando veniant filiæ.
Item, Subſtitutio fideicommiſſaria ex quibus verbis inducatur.

QVędam filię D.Cæſaris ſuccedere prętendebant in bonis Iacobi teſtatoris, qui poſtquàm dictum Cęſarem eius filium hæredem inſtituit, non ſimpliciter vocauit quoſcunque filios naſcituros ab ipſo Cęſare, ſed quoſcunque alios filios,&c.Quęrebatur quid iuris.

Et concludendum videbatur,ob dictionem,alios,ſolùm vocatos fuiſſe filios maſculos naſcituros ab eo , qui ſunt eiuſdem qualitatis, cuius eſt ipſe Cęſar,& non filias,quę non ſunt eiuſdem qualitatis, quia dictio, alios, eſt repetitiua eiuſdem qualitatis,cuius eſt ille, de quo eſt facta mentio, vt concludunt gloſ. & Doct. in l.ſi fugitiui. C.de ſer.fugit.in cap.fin.de procur. in 6.in cap.ſedes.de reſcript. Oſaſch.deciſ.167.num.7. Bero.conſil.41. num. 10.volum.2.Surd.conſ.21. num.13.volum.1. Et ita per iſtam rationem in terminis conſuluerunt Socin.iun.conſil.168.num.52.volum.2.Alexand.conſil.204.num.4.volum.2. Ruin.conſil. 181.colum.1.vol.1.

Et licèt dictio, alios, aliquando implicet diſſimilia,& ad ea porrigatur.l. pater filium. §. quindecim.ff.de leg.3. Iaſ.in l.3.§.iurari.num.8.ff.de iureiur. Socin.iun. conſ.97. colum. 1.volum.3. Curt. iun. conſil.38. in fine.volum.1. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. par.4 num.204.ff.ad Trebellian.

Tamen contra filias eſt regula in contrarium, quam habens dicitur habere rem certam,& intentionem fundatam. Iaſ. in l. fin. num. 14. C. de ed.Diui Adr.toll. Becc.conſil.7.num. 7.Surd.conſil.20.num.14. volumin.1. Menoch. de recup.poſ.remed.14. numero 32.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum,ex quo,ſecundùm veriorem opinionem,filiorum appellatione veniũt etiam filiæ.Soc.ſen.conſ.73. num.1. & 3.vol.4.Non.conſ.29.num.21. & conſ. 36.num.2. Surd.deciſ.66. Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt.84. Quod præſertim verum eſſe dicebatur hic ob dictionem illam, quoſcũque, quæ, cum ſit vniuerſalis, comprehẽdit maiora expreſſis. Rolan.conſ.5.num.44. vol.1.Becc.conſ.74.nu.9.Turret.conſilio quadrageſimooctauo. numero vigeſimoprimo. volumine primo. Gabr.de verbor.ſignific.concluſio.4. num.10.

Super hoc caſu orta fuit controuerſia, An filij dicti Cęſaris ſuccederent vnà cum eius patre eodem tempore.

Et fuit reſolutum, ſuccedere ordine ſucceſſiuo. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. & ibi Alexand. numer. 2. Caſtr. num. 7. Alciat. nu. 42. Soc. ſen. num. 4. & Gallia. nume. 71. de communi teſtantur Corn. conſil. 231. colum. 1. volum. 1. Ruin. conſ. 101. num. 6. volum. 2. Dec. conſ. 205. numer. 3. Pariſ. conſil. 82. num. 10. volum. 2. Curt. iun. conſil. 48. num. 2. Menoch. conſil. 496. num. 1. volum. 5. Oſaſch. deciſio. 81. num. 12. Sim. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 4 ſol. 2. nu. 7. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 4. tit. 8.

Item contingit dubitari, An per dicta verba teſtamenti cenſeatur inducta vulgaris tantùm, vel etiam fideicommiſſaria ſubſtitutio.

Et licèt diceretur, inductam eſſe vulgarem tantùm ſubſtitutionem ob verbum, inſtituo, quod eſt directum. Dec. in d. conſ. 205. num. 5. Corn. conſ. 17. num. 1. volum. 4.

Tamen contrarium fuit tentum.

Tum ob verbum, naſcituros, quod habet tractum temporis in futurum. Crau. conſ. 22. num. 7. & conſilio 131. num. 10. Curt. iun. conſil. 48. num. 4. latè Mant. de coniect. vlt. vol. libro 8. tit. 1. num. 18.

Tum ob clauſulam codicillarem ibi appoſitam. Dec. conſil. 291. num. 3. Crau. in d. conſ. 22. num. 8. Curt. iun. conſil. 48. num. 6. Soc. ſen. in d. §. quidam rectè. num. 10. Rip. in l. Lucius. num. 44. ff. de vulg. & pup. &c. Mant. de coniect. vlt. vol. libro 5. titul. 2. numero 7.

Et verbum illud, inſtituo, exponitur, ideſt, ſubſtituo, ſecundùm Curt. iun. d. conſilio quadrageſimooctauo. numer. 2. Dec. conſil. 384. numero 4. Mantic. ibidem libro 8. titulo 1. numero 16.

CASVS XIII.

Mater quando ſuccedat filio, excluſis filiabus, nõ obſtãte ſtatuto, quod ſuccedant coniuncti ex linea patris, vel aui.

DE Seuerina prętendente ſuccedere Timotheo filio prædefuncto fuit reſolutum, dictam Seuerinam eſſe præferendam filiabus Matthæi in hæreditate dicti ſui filij, tanquàm proximiorem in gradu. §. ſi igitur defunctus. auth. de hæred. quæ ab inteſt. def. Auth. defuncto. C. ad Tertull. Alexan. conſ. 100. vol. 2.

Nec iuri communi in hac parte derogatum fuit per ſtatutum Sancti Seuerini.

Quia per dictum ſtatutum ad excluſionem matris ab hæreditate filij ab inteſtato morientis vocantur ſolùm coniuncti ex linea patris, vel aui; Filiæ autem Matthæi non ſunt coniũctæ ex linea patris, vel aui dicti Timothei, vnde ſtatutum præfatum non eis prodeſt. l. quod conſtitutum ff. de teſt. mil. Nam vt dicit Bald. in l. ſed & militis. ff. de excuſ. tut. nunquàm quis excluditur à ſtatuto, niſi à perſonis ſpecificatis, & non ab aliis, de quibus ſtatutum non loquitur. Ant. Gabr. lib. 6. tit. de ſtatutis. concl. 7.

Quòd aũt filię dicti Matthęi nõ dicãtur cõiũctę ex linea patris, vel aui Timothei, eſt in iure clariſſimũ, quia ipſę deſcẽdũt ex Angelo pauo, & nõ ex auo, vel patre dicti Timothei, & ſic sũt coniunctæ per gradũ trãſuerſalẽ auo, & patri Timothei. Et tranſuerſales attinentes

tinentes auo, vel patri non dicuntur de linea patris, vel aui. Bald. conſ.321. volum. 1. Nam illi dicuntur de linea patris, vel aui, qui attinent per directam lineam, adeò quòd deſcendentes ex proauo non dicuntur de linea patris, vel aui, cum linea paterna dicatur illa, cuius caput eſt pater; & linea aui, cuius caput eſt auus; non illa, cuius proauus eſt caput, vt benè in propriis terminis declarat Corn. cōſ. 198. colum fin. volum.3. & conſ. 114. num.2. volum.4.

Et licèt illa verba [ex linea patris, vel aui] intelligi poſſint contentiuè, & ſubiectiuè, videlicet, pro linea, in qua continetur pater, & auus, & iſto modo collaterales etiam dicantur de linea eadem patris, vel aui.

Nihilominus in his ſtatutis excluſiuis matris, quæ dicuntur odioſa, & in quibus ſtrictè proceditur, talia verba [ex linea patris, vel aui] intelliguntur materialiter, & effectiuè, & ſic pro illis tãtum, qui habent materiam, vel effectum à patre, vel auo defuncti; & iſto modo collaterales non veniunt, quia ab ipſo patre, vel auo non procedunt. Dec. conſ. 379. nume. 4. Corn conſ. 198. colum. fin. volum.3. Brun in tract. excluſ. fœm. art. 12. quæſt.19. in fine. Et præſertim quia aduerſariæ minus dicuntur de linea patris, vel aui contentiuè, cum à proauo deſcendant, vt in ſpecie voluerunt Bald. cōſ 334 circa finem. vol 3. & Crauet conſ. 250. col. fin. volum.2.

Et in caſu iſto clarior res redditur ex eodem ſtatuto ſub rub. 75 vbi ſtatutum expreſsè loquitur de deſcendētibus ex linea patris, vel aui ex quibus verbis colligitur, ſtatuentes noluiſſe intelligere de collateralibus, & tranſuerſalibus. Crau. in d. conſilio 250. in fine.

Nec obſtat, quòd conueniens ſit, bona reuerti ad eum ſtatũ, vnde principium habuiſſe noſcuntur.

Quia ratio ſtatuti etiamſi generalis ſit, non eſt tamen vlterius protrahenda, quàm ſtatuentium mens eſſet, ſed ad perſonas expreſſas reſtringenda venit. l. de eo. §. ſi quis. iuncta glo. ff. ad exhib. Crauet. conſilio 929. numero 17. Brun. d. tractat. artic. 3. colum. fin.

Cum igitur dictæ filiæ Matthæi nō ſint deſcendentes ex linea patris, vel aui dicti Timothei, nec alij adſint deſcendētes, mater ſine dubio eſt admittenda ad dictam ſucceſſionē, quia ceſſantibus his, quorum contemplatione mater excluditur à ſtatuto, ceſſare debet matris excluſio. Tiraq. in tract. ceſs. cau. par.1. num.94.

CASVS XIIII.

Filij primi, & ſecundi matrimonij an ſuccedant æqualiter patri, & fratribus, Et quomodo.

IOannes Gaſparis duos ex prima vxore filios habens, videlicet Theſeum, & Dinum, & quatuor maſculos ex ſecunda vxore, nempè Gaſparē, Antonium, Lucam, & Cicchum, in ſuo teſtamento ſic inter cętera diſpoſuit. [in omnibus autem ſuis bonis ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, & eſſe voluit Thæſeum, Dinum, Gaſparē, Cicchum, Antonium, & Lucam eius filios legitimos & naturales æquis portionibus, & ſi aliquis eorum contigerit mori ſine filiis legitimis & naturalibus ſubſtituit ſuperuiuentes.] Mortuo teſtatore prædicti omnes filij hæreditatem adiuerunt, ſiue in ea ſe immiſcuerũt, Lucas autem, & Cic-

chus facti maiores xiiij. annorum ſine filiis deceſſerunt.

Contigit dubitari, Quomodo per dictos fratres ſuccedi debeat in portionibus hæreditariis, in quibus fuerāt inſtituti dicti Lucas, & Cicchus.

Et reſolutum fuit, omnes præfatos fratres ſuccedere, modo tamen infraſcripto, non obſtante quòd Thæſeus, & Dinus eſſent ex diuerſo matrimonio procreati, & Gaſpar, & Antonius vtrinque coniuncti, prout expreſsè tenuit Bar. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & ibi Alc. Iaſ. & Rip. quia quādo teſtator habuit ad filios parem affectionē pariter eos inſtituendo, & ſubſtituendo, non debet attendi coniunctio ſanguinis inter eos, ſed coniunctio facta in inſtitutione, & ſubſtitutione per teſtatorem, & ita ſentiunt omnes Doct. & de communi teſtatur Alex. conſilio 30. volum. 2.

Et hæc ſententia procedit quoque in ſubſtitutione fideicommiſſaria, cū per eam ſuccedatur teſtatori, & ſic in ea inſpicitur proximitas teſtatoris, nō autem hæredis defuncti. Alexand. in d. conſil. 30. quem referunt, & ſequuntur Iaſ. & Rip. in d. l. Lucius. colum. fin. Dec. conſi. 304. in caſu propoſito. colum. j. Alex. conſ. 303. volum. 6. Iaſ. conſil. 159. volum. 2. & iſtam eſſe veriorem, ac communiorem opinionem dicit Io. Dilect. de arte teſt. in tit. de ſubſtit. caut. 21.

Verùm quia præfati Lucas, & Cicchus, in quorum perſonis purificatum eſt fideicommiſſum, detrahere potuerunt duas quartas, ſcilicet legitimam, & Trebellianicam, per tex. in c. Raynutius. de teſtam. quæ opinio tanquàm æquior, & benignior eſt in ſcholis, & palatiis approbata, & ex generali conſuetudine etiam in terris Imperij, & per totum mūdum obſeruata, vt per Cagn. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt. & dicit Socin. iun. conſ. 131. numer. 62. vol. 1. quòd iſta eſt communis opinio, quæ per totum mundum ſeruatur. & ſatè firmat Rolan. in conſilio duodecimo. vol. 1. per totum.

Remanſit difficultas, Quibus, nam pertineant dictæ duæ quartæ, an Gaſpari, & Antonio fratribus vtrinque coniunctis, & ex eodem matrimonio, an pariter Thæſeo, & Diuo ex diuerſo matrimonio.

In qua fuit reſolutum, dictas duas quartas ſpectare, & pertinere duntaxat ad Gaſparem, & Antonium fratres vtrinque coniunctos, quia in ſucceſſionibus, dato concurſu, fratres vtrinque coniuncti præferuntur fratribus conſanguineis tantùm. authen. ceſsāte. & auth. poſt fratres. C. de leg. hæred. Soc. iun. conſ. 126. colum. j. vol. 1. Dec. conſilio 443. col. 2.

Et non eſt dubitandum, ius deducendi quartas tranſire ad hæredes. Alex. conſil. 43. in fin. vol. 2. Dec. conſil. 81. & conſil. 238. col. 3. Pariſ. conſil. 17. volum. 2. cum aliis, de quibus per Cagnol. in d. §. meminiſſe. colum. 4. & Io. Dilect. de arte teſt. tit. de ſubſtit. caut 31.

Quare cum legitima, & Trebellianica comprehendant dimidiam partem totius hæreditatis, ſecundum Dec. conſ. 613. col. fin. & Cagn. in d. §. meminiſſe. in diuiſione hæreditatis præfatorum Lucæ, & Cicchi, inter dictos fratres talis eſt ratio habenda, atque talis de iure ordo eſt ſeruandus, vt dimidia pars, quam abſorbet legitima, & Trebellianica, præcipua eſſe debeat Gaſparis, & Antonij fratrum vtrinque coniunctorum, & altera dimidia vigore ſubſtitutionis æqualiter diuidi debeat inter oēs dictos fratres

inſtitutos ſuperſtites, ita vt Gaſpar, Antonius, Dinus, & Thæſeus admittantur ad eam pro æquali portione.

CASVS XV.

Mater ſuccedit filio etiam in infantia morienti, non obſtante ſtatuto reintegratiuo fœminarum.

IN hæreditate Laurētij infantis fuit reſolutum, dictam hæreditatē ſpectare ad Antoniam eius matrem, nam cum ille deceſſerit infans, & ſic ſine deſcendentibus, eius hæreditas ad matrem vti proximiorem aſcendentē deuenit auth. defuncto. C. ad Tertul. §. conſequens. auth. de hæred. ab inteſt. &c. excluſa Ioanna ſorore non vtrinq; coniuncta, ſed conſanguinea tantùm.

Nec obſtare dictum fuit, quòd hæreditas non adita per infantem non trāsferatur. l. ſi infanti. C. de iu. delib.

Primò, quia dictus Laurentius verè & iuridicè ſe immiſcuit hæreditati paternæ mediante eius matre tutrice, l. potuit. C. de iu. delib. l. pupillum. ff. de acq. hæred. Ruin. conſ. 25. num. 5. vol. 5. Dec. conſ. 331. num. 4. in fine.

Secundò, quia obiectum debet intelligi de aliis hæreditatibus preter paternis, nam hæreditas paterna, cum ipſo iure acquiratur, ad quoſcumque hæredes tranſmittitur, etiamſi non fuerit adita. Durand. de arte teſt. lib. 11. caut. 1. vbi de communi. Soc. iun. conſ. 119. num. 14 cum ſeq. vol. 1. vbi de magis communi. Cœphal. conſ. 56. num. 4. vol. 1.

Inſuper non profuit dictæ Ioannæ dicere, quòd fœminæ excluſæ per ſtatutum reintegrentur ad ſucceſſionem deficientibus maſculis.

Quia ſtatutū reintegrat fœminas ad ſuas portiones, à quibus per ſtatutum fuerunt excluſæ, & non ad portiones fratrum deficientium, quod apertè colligitur ex illis verbis dicti ſtatuti, [reſtituimus, & reintegramus cum omnibus iuribus, & ad omnem ſucceſſionem vnde fuerunt excluſæ,] ergo ad ſuas portiones, & non ad portiones fratrum à quibus nūquàm fuerunt excluſæ, cum excluſio præſupponat, habitum præceſſiſſe. l. manumiſſiones. ff. de iuſt & iu. l. decem. §. decem. ff. de verb. obligat. & ſpoliatus, & excluſus non poſſit dici, qui poſſeſſionē nunquā habuit. Corn. cōſ. 8. n. 2. vol. 1. & cōſ. 117. n. 7. vol. 4. Menoch. de recup. poſſ. in prælud. nu. 1. cū ſeq.

Facit etiam, nam reſtitutio, & reintegratio tantum dat, & concedit, quātum fuit ablatum. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. c. bonæ memoriæ. de appell. Sim. de Pret. conſ. 97. num. 16 Neque diminuit ius alterius. l. fin. ff. de pact. Simon. de Pret. conſ. 78. num. 12.

Tandem dum allegaretur Corn. in conſ. 269. volum. 4. & diſpoſitio auth. itaque. C. com. de ſucceſſ.

Fuit reſponſum, Corneum loqui, quando mater excluditur vigore ſtatuti per ſorores generaliter, ſed in præſenti caſu non reperitur diſpoſitū, quod mater excludatur propter ſorores, vnde cū ſit caſus omiſſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris cōmunis. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum cum aliis vulg.

Et dictam auctoritatem non conferre ad præſentem caſum, nam differentia, quæ fit inter bona paterna, & materna, procedit in lite vertēte inter fratres cōſanguineos, & vterinos. ſed reſpectu aliorū ceſſat talis diſpoſitio.

Corn.in d. conſ. 269.num.7.

CASVS XVI.

Soror ſuccedit fratri, non obſtante quòd renunciauerit bonis paternis, & maternis.

DE quadam Cinthia prætendente ſuccedere in bonis Ioſephi fratris, fuit reſolutum, eſſe admittendam ad ſucceſſionem dicti Ioſephi, nõ obſtante quòd renunciaſſet cum iuramento bonis paternis, maternis, & auiæ, quia illa renunciatio non debet trahi ad bona fratris, cum renunciatio in vno non inducat renunciationem in alio. l. ſi domus. ff. de ſeru. vrb. pręd. l. ſuum. C. de iur. celib.

Et licèt bona dicti Ioſephi fratris fuerint de paterna hæreditate, tamen ex aditione filij deſierunt eſſe patris. l. j. §. veteres. ff. de acquir. poſſ. Ang. in conſ. 52. idem tenet etiamſi in hæreditate fratris non reperirentur niſi bona paterna. Rom. conſ. 112. & ibi Mand. Dec. conſ. 230. colum. 2. conſilio 266. col. j. & conſ. 369. num. 11. Pariſ. conſil. 49. num. 41. vol. 2. Iaſ. in d. §. veteres. num. 23.

Sed fortiter opponebatur, quòd dicta Cinthia in renunciatione vltima, quæ attendenda eſt. l. pacta. C. de pact. Bald. in cap. 1. de tranſ. reſeruauerit ſibi ius ſuccedendi in bonis Ioſęphi in caſu, quo Margaritha & Ioſeph decederent ſine filiis, vnde requirebatur purificatio conditionis etiam in Margaritha ob naturam copulæ, quæ requirit concurſum copulatorum, & vtramque partem veram eſſe. l. ſi hæredi. ff. de cõd. inſt. glo. & Doct. in c. 7 de reſcript. Old. conſ. 762. col. 1. Bal. conſ. 318. in fine. vol. 4. Caſtr. conſ. 44. col. 2. vol. 1.

Et dum reſponderetur, dictam renunciationem vltimam habere relationem ad primam, in qua exprimitur, d. Cinthiã reſeruaſſe ſibi ius ſuccedendi in caſu, quo quilibet ipſorum decederet ſine filiis, & relatum dicitur eſſe in referente cũ omnibus qualitatibus. l. aſſe. ff. de hæred. inſt. Iaſ. & Rip. in l. prætor. §. 1. ff. de re iud.

Fuit replicatum, dictam relationẽ eſſe limitatam ad caput derogationis ſtatuti tantùm, vnde limitatum debet producere effectum. l. in agris. ff. de pact. Dec. conſ. 423. num. 18.

Quod confirmabatur, Tum quia aliàs dicta ſecunda renunciatio fuiſſet inutilis, ſi relatio eſſet fienda generaliter ad omnia contenta in prima, quod iura abhorrent. l. cum vulgari. ff. de dote pręleg. Bart. & Doct. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſtipulatus. §. Griſogonus. not. 8. ff. de verb. oblig. Rom. conſ. 112. Dec. cõſ. 77. col. 4.

Tum quia aliàs induceretur incontinenti correctio, quod non eſt præſumendum. l. nam ad ea. ff. de cond. & demonſt. Rom. in d. conſ. 112.

CASVS XVII.

Filiæ reintegrantur ad bona materna, non obſtante quòd extet maſculus ex ſecundo matrimonio.

EVROPA, & Sempronia prætendebant poſt mortem Iuſtiniani fratris admitti ad bona materna.

Et fuit reſolutum eſſe admittendas, excluſo Ioanne filio ex ſecundo matrimonio, ac hærede vniuerſali inſtituto à Dominico patre.

Quia

Quia ſicut mater, quę tranſiuit ad ſecunda vota, bona acquiſita per ſucceſſionem filij primi matrimonij pręmorientis tenetur reſeruare filiis primi matrimonij ſuperexiſtentibus, cum exiſtentibus dictis filiis de proprietaria ſit effecta vſufructuaria. authen. ex teſtamento. C. de ſecund. nup. ita dicendum eſt in patre, ſecundùm Socin. ſen. conſil. 263. vol. Doctor. in l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. vbi Bart. refert, ita fuiſſe Bononiæ iudicatum, & dicit iſtam eſſe veritatem; & idem ſequitur ibi Salyc. dicens, de facto ita obtinuiſſe, de communi teſtatur Rip. in d. l. fœminæ. in princ. & §. illud. vol. 1. C. de ſecund. nupt. Boer. deciſ. 187. Dec. conſ. 87. & conſ. 230. dicens, ab iſta ſententia nullo modo eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum.

Et licèt ex forma ſtatuti Exij, Iuſtinianus filius ab inteſtato in totum matri ſucceſſerit, & dictas filias excluſerit, quo filio deinde mortuo, ſucceſſit ei Dominicus pater, & ſic videatur patrem non eſſe dictis bonis priuandum, quia ad ipſum perueniſſe dicuntur dicta bona ex ſubſtantia filij, cui ſucceſſit, non ex ſubſtantia matris, cuius hæreditas factum fuit patrimoniũ Iuſtiniani filij per aditionem. & deſiit eſſe ſubſtantia matris. l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. l. 3. §. veteres, & ibi Doct. ff. de acq. poſ.

Nihilominus dictum fuit, dictum ſtatutum nihil obeſſe dictis Europæ, & Semproniæ volentibus vendicare bona, & matris hæreditatem, ſecundùm diſpoſitionẽ d. l. fœminę. §. illud.

Primò, quia, vt dicit Dec. in d. conſ. 87. colum. 2. verſic. nec præ dictis. dictum ſtatutum loquitur de ſucceſſione, & facultate ſuccedendi. iſta autem reſeruatio bonorum, quæ ſit filiis primi matrimonij, non debetur iure ſucceſſionis, ſed illis debetur tanquàm æs alienum.

Secundò, quia, ſecundùm Dec. ibidem, tale ſtatutum procedit, vbi exiſtit aliquis filius maſculus ex defuncta perſona, de cuius hæreditate agitur, hic autem agitur de hæreditate, & bonis primæ vxoris, ex cuius perſona nunc nullus maſculus ſupereſt, filius enim maſculus ſuperexiſtens eſt ex alio matrimonio, & ſic non poteſt habere locum ſtatutum.

Et ad prædicta confert deciſio Salyc. in d. l. fœminæ. §. illud. vbi format quæſtionem de ſtatuto, quo cauebatur, vt filius maſculus ſuccederet patri, & matri excluſa filia, &c. Et concludit ad fauorem filiæ primi matrimonij, & dicit, ſe ita in facto obtinuiſſe, quam deciſionem refert, & ſequitur Socin. ſen. conſil. 34. colum. 2. volum. 1. Dec. d. conſ. 87. colum. 3. Rip. in d. l. fœminæ. columna ſeptima. & in fortioribus terminis conſuluit Ruin. conſilio quinquageſimooctauo. volumine 5.

Et iura allegata, quòd dicta bona materna cœperint eſſe de patrimonio filij per aditionem, loquuntur, & debent ſubaudiri olim, & ſic de ſubſtantia olim materna, vt conſideretur origo dictorum bonorum, prout benè reſpondet Ruin. in d. conſil. 58. col. 5. verſ. nec etiam obſt.

Nec obſtare, ſi diceretur, imò hic agi de hęreditate Dominici qui dictam hæreditatem ſibi delatam mediante filio adiuit.

Primò, quia ſecundùm Dec. in d. conſil 87. per tranſitum ad ſecunda vota per d. Dominicum, aditio videtur reſoluta in præiudicium dicti Dominici, & in fauorẽ filiarũ primi matrimonij, quibus, non obſtãte aditione

facta per patrem, reſeruatur hæreditas.

Secundò, quia id procederet. quando pater ſucceſſiſſet filio ex prima vxore antiquàm ad ſecũda vota tranſiret, ſed hic ſucceſſit poſt contractas ſecundas nuptias, Vnde ſtante diuerſitate caſuum non poteſt argui. arg. l. fin. ff. de calum. & ita in proprijs terminis reſpondet Soc. iun. conſ. 43. colum. 2. volum. 3.

Et prædicta procedunt etiam vbi patri eſſet delata hæreditas poſt contractas ſecundas nuptias, vt in ſpecie tradit Dec. in d. conſil 88 col. 2. verſ. præſertim, & eſt tex. apertus in d. l fœminæ. §. illud, & idem ſentit R p ibi. d. §. illud. num. 2. vbi præſupponit, magis eſſe caſum dubitabilem, ſi delata fuiſſet hæreditas patri antequàm ad ſecundas conuolaſſet nuptias.

Et ſi replicaretur, quòd vbi pater ſecundas contrahit nuptias concurrẽte cõſenſu filiorum prioris matrimonij non patiatur pœnas conſtitutas a fauorem filiorum, & ſic pleno iure acquirat bona filij decedentis. Dec. in rubr. C. de ſecund. nup. & in tali caſ ſufficit etiam tacitus conſenſus filiorum, ſecundùm eundem Dec. conſilio 206. colum. 1.

Poſſet reſponderi, prædicta non facere ad præſentem caſum; Quia, vt aliàs dictum eſt, non ſufficit, ad euitandas pœnas ſecundo nubentium, præſentia, & taciturnitas filiorum primi matrimonij, & latè traditur per nouiſſimos in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 113. ſed requiritur ſpecialis conſenſus filiorum, etiam maiorum xxv. annorum, vt not. in add. ad Dec. in d. conſil. 206. & in rubr. C. de ſecund. nupt. Hic autem non aderat ſpecialis conſenſus, imò Iuſtinianus tempore mortis erat pupillus, vnde ipſius nullus eſt cõſenſus. Ioan. de Gar. in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 122.

CASVS XVIII.

Soror ſuccedit fratri excluſa matre, ſtante ſtatuto reintegratiuo fœminarum.

IN bonis, & hæreditate Marci contingit dubitari. An ad eam ſit admittenda Iulia ſoror vnà cum Maria matre.

Et licèt primo aſpectu videretur cõcludendũ, ꝙ ex quo omnia bona tàm Simonis patris, quã Fuluij patrui deuenerũt ad dictũ Marcũ, & adita hæreditate bona, dicãtur eſſe propria hęredis adeuntis, & ſic veniant conſideranda, vt patrimoniũ dicti Marci vltimo loco mortui. l. hæres per ſeruũ. ff de acq. hæred. l. ſed ſi plures. § filio. ff. de vulgar. & pup. gloſ. & Doctor. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. hęred. Ang. conſ. 53. Rom. conſil. 158. Brun. de ſtatu. excluſ. fœm. artic 8. quæſt. 18. num. 77. vbi de cõmuni teſtatur. Tiber. Dec. conſilio 6 num. 4. ſuccedere deberet pro dimidia mater, & pro altera ſoror. § ſi verò, & ibi Ang auth. de ſucceſs. ab inteſta coll. 9.

Inſpecta tamẽ ſtatuti Maceratæ diſpoſitione, videlicet in c. 30. & c. 38. lib. 2. quib. cauetur, mulieres excluſas fauore maſculorum, deficientibus illis, reſtituendas, & reintegrandas eſſe ad omnia iura, & ad omnem ſucceſſionem, à qua fuerunt excluſæ.

Fuit reſolutum, dictam Iuliam fuiſſe reintegratam ob mortem fratris ad ſucceſſionem patris, & patrui. & ſic ſolùm ad dicta bona eſſe admittendã, cum agatur de iure ſuccedendi Simoni patri, & Fuluio patruo, non autem de iure

de iure ſuccedendi dicto Marco fratri, vt in propriis terminis tradit magiſtraliter Bart. in l. fin. §. fin. ff. ad Tertull. Ang. in l. ei qui. ff. de hæred. inſtit. Rim. iun. conſ. 228. vol. 2. Dec. conſ. 607. col fin. Brun. de ſtat. excl. fœm. art. 9. num. 66. Pariſ. conſ. 85. nu. 32. vol. 1. Soc ſen. conſ. 63. vol. 1. conſ. 73. vol 3. Soc. iun. conſ. 76. vol. 1. nu. 113. Tiraq. in l. ſi vnquàm. verſ. ſuſceperit. num. 157. C. de reuoc. don. & de magis communi Rim. iun. conſ. 249. num. 21. volum. 3.

Et allegata in contrariũ procedunt inſpecta diſpoſitione iuris communis.

CASVS XIX.

Statutum vocans filios fratrum an comprehendat filias etiam ipſorum.

CVm extet ſtatutum vocans filios fratrum quærebatur, an reſtringi debeat ad filios maſculos, & propterea excluſa dicatur Clementia.

Et videbatur diſputabilis caſus. Nã licèt, quando eſſemus in ſtatuto ſimpliciter vocante filios ad ſucceſſionẽ, illud reſtringendũ eſſet ad filios maſculos; Tamẽ hic comprehenderet filias quoque, cum in loco adſit ſtatutum diſponens, quòd, vbicumque in ſtatuto reperitur verbum in maſculino genere, intelligatur etiam in fœminino, & fœmininum genus comprehendat, Bald. conſ 47. vol. 5 Curt. ſen. conſ. 9. Corn. cõſ. 133. vol. 2 Ruin. conſ. 22. colum. 1. & conſ. 65. num. 8. vol. 3. Gerar. Mazon. conſ. 8. num. 45. Soc. iun. conſ. 23. col. pen. & conſ. 30. nu. 45. vol. 1. conſ. 10. volum. 2. Brun. in tract. excluſ. fœmin. art. 5. quæſt. 13. num. 85. & art. 12. quæſt. 9. num. 140.

Et hoc videtur procedere etiam vbi per ſtatutum diſponeretur, verba ad literam, & prout iacent, eſſe intelligenda. Curt. ſen. d. conſ. 9. col. 8. Tiraq. de retract. lign. §. 1. glo. 9. nu. 203. Gabr. de verb. ſignific. concl. 6. num. 35.

Et tantò fortius hæc concluſio eſt in præſenti caſu tenenda, quia dictũ ſtatutum non videtur fundatum in fauore agnationis, cum vocet proprias filias ad excluſionem fratrum, & ſorores, ac filios ſororis, qui ſunt cognati, vti coniuncti ex linea fœminina. §. 1. inſt. de legit. agn. tut. l. ſunt autem. ff de legit. tut.

Cæterùm contrarium viſum fuit verius, nempè, verbum, filij, eſſe reſtringendum ad maſculos.

Primò, quia quoties ſtatuentes voluerunt comprehendere fœminas nõ fuerunt contenti verbo maſculini generis, ſed ſemper expreſſerunt verbũ fœminini generis, vnde, cum ſtatutũ ſimpliciter loquatur de filiis, concludendum eſt, ſtatutum eſſe intelligendum de maſculis, & non de fœminis, cum attendi debeat modus loquendi ſtatuentium. l. ſi ſeruus plurium. ff. de legat. 1. & ſi voluiſſent expreſſiſſent, prout aliis in locis expreſſerunt. lege 1. §. ſin autem. C. de cad. tolli. Dec. cõſilio 406. numero 17. Et in puncto vide Bart. in lege in multis. ff. de ſtatu hom. Alex. conſilio 234. volumine 6. & conſilio 45. volum. 7. Corn. conſilio 49. in princ. conſilio 271. col. fin. conſilio 307. circa finem. volumine 4. Soc. ſen. conſilio 63. numero 25. volumine 3. Dec. in cap. ſignificatum. col. 1. de præben. Iaſ. in l. ſi quis. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. tres fratres. ff. de pact. Soc. iun. conſ. 1. n. 37. conſ. 3. n. 3. conſ. 100. num. 21. conſ 128. nu. 68. vol. 1. Ruin. conſ. 22. vol. 3 Decian.

conſ.63. num.14. vol.2. conſ. 74. nu. 48. vol.3.Gabr.de verb.ſign. concl.6. num 63.

Secundò, quia in dicto loco extat aliud ſtatutum diſponens,ſtatuta ſimpliciter eſſe intelligenda, & prout litera iacet, ac verba ipſa ſonant. Bald. conſ.460.vol.1.Alex. conſ.45.volum. 7. Corn.conſ.14. colum.2.vol.2.Zuccard. in l.fin.num.60.C.de edicto Diui Adr.toll. Soc.iun.conſ. 1.num.102. & conſ. 23. colum.fin.volum.1. Dec. in l.2. num.101. ff.de reg.iur.Gabr.de verb. ſign. concl.6. nu 131. Lambert. ſuper ſtat. Mediol. prohibit. mul.in ver.agnati.gloſ.11. num.12.Rol.de lucro dotis.quæſt.35.num.11.

Tertiò arguitur ab abſurdo reuocãdo,iuxta l. nam abſurdum. ff. de bon. libert.l.diuortio.ff. ſol.matr. quod in ſtatutis etiam procedit, ſecũdùm Bal. in l. conuenticulam. & in authen.nouo iure. C.de epiſc.& cler. Nam ſi filiæ comprehenderentur, ſequeretur abſurdum, quod melioris conditionis eſſent nepes ex fratre remotiores, quàm ſorores proximiores,quæ mortuo fratre excluderentur à ſucceſſione ipſius,neptes autem ex alio fratre admitterentur, quod quidem abſurdiſſimum eſt,cum in ſucceſſione ſemper potioris conditionis eſſe debeãt propinquiores, quàm remotiores, vt in auth. de hæred. quæ ab inteſt. def. & magis dilecti minus dilectis.l.publ.§. fin.ff.de cond.& demonſtr.

Corroboratur nam receditur à verborum proprietate pro euitando abſurdo.Ruin.conſ.108. col. 4. conſ.91. num.16. vol.2.

Quartò adducitur auctoritas Aret. conſ. 94.col.8. Soc.iun.conſ.1. num. 65. vol.1.& Gabr. conſ. 15. vol.2.Qui Doctores loquuntur in caſu fortiori, nempe quando ſtatuẽtes vſi ſunt verbo, deſcendentium,latioris ſignificationis, nam appellatione deſcendentium venit filia ex ſui proprietate. de communi Alex.conſ. 80. vol.5. quod ſecus eſt in verbo, filij, cuius appellatione venit filia quadam interpretatione.Decian.conſ. 74.numero 5.volum.3.

Et quoad allegata in contrarium, nimirum,quoad ſtatutum diſponens, maſculinum concipere fœmininum.

Reſpondetur primò,illud non procedere, vbi ſtatutum diſcretiuè loquitur de maſculis,& fœminis,nam tunc, cum ſtatuentes noluerint,ſub maſculino genere comprehendi fœmininum, dictum ſtatutum contra mentẽ ſtatuentium locum non habet.Corn. conſ.2. col.fin.vol. 1. qui loquitur in fortioribus terminis.

Reſpondetur ſecundò, dictum ſtatutum non habere locum in caſu iſto ad euitandum abſurdum. Ruin. conſ. 22. vol.3.

Reſpondetur tertiò, dictum ſtatutum non ſimpliciter diſponere, maſculinum concipere fœmininum, ſed vult hoc fieri,ſi commodè poſſit adaptari, at in caſu iſto repugnaret mẽti, & rationi ſtatuentium, proprietati verborum, & induceretur abſurdum, vnde dicitur non poſſe adaptari commodè.

CASVS XX.

Proprietas quando dicatur relicta, & vſusfructus accreſcat.

FRANCISCVS Philetius condidit teſtamentũ ſub hiſce verbis[Ioãnes frater meus, Perna, & Cornelia ſorores ſint vſufructuariæ omnium bonorum meorum pro æquali portione, donec, & quouſque dicta Perna non

na non pariat filium maſculum, hæreditas verò remaneat illæſa pro virtuoſa perſona de Cippo.] In quo fuit dubitatum.

Primò, An ſtante quòd ex dicta Perna non fuerit natus filius maſculus, dicti Ioannes, Perna Cornelia ſint etiam hæredes proprietarij.

Secundò, An Spinæ filiæ dictæ Pernæ debeatur aliqua pars vſusfructus in bonis d. teſtatoris.

Tertiò, An hodie dictæ Spinæ deberetur vſusfructus omnium bonorum per ius accreſcendi, ſuppoſito ei deberi vſumfructum.

In primo dubio videbatur reſoluendum, ſupradictos Ioannem, Pernam, & Corneliam eſſe hæredes vſufructuarios tantùm, ſiue illi de Cippo ſint vocati ante, ſiue poſt mortem ipſorum vſufructuariorum, ſecundùm Rom. conſ. 71. per tot. Dec. conſ. 278. num. 1. Socin. iun. conſ. 85. num. 13. volum. 1. Pariſ. conſ. 97. num. 6. volum. 2. Caualc. de vſufruct. mul. relicto. num. 72. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 3. 9. 10 & 12.

Cæterùm negotio maturè perpenſo viſum fuit verius quòd præfati ſint etiam proprietarij, grauati tamen reſtituere poſt eorũ mortem illis de Cippo. Alex. conſ. 162. num. 2. vol. 2. Rim. iun. conſ. 168. num. 6. vol. 2. Caualc. d. tract. num. 72. & 75. in fi.

Quod ſuadebatur: Tum quia Cippus eſt vocatus abſque verbo hæredis, ſed ſimpliciter per verbum remaneat, quod eſt verbum commune. Fulgoſ. conſ. 43. & ſic importat fideicommiſſariam ſubſtitutionem. Mantic. d. tract. lib. 4. ti. 5. art. 13. Tum quia teſtator prohibuit detractionẽ quartæ.

In ſecundo dubio fuit dictum, dictæ Spinæ nullum deberi vſumfructum. Aut enim ipſum prætendit ex perſona Corneliæ eius matris: Et perperam prætendit; Tum quia morte Corneliæ erat finitus vſusfructus. §. finitur. inſtit. de vſufr. Rip. in l. re coniuncti. num. 69. & 84. ff. de leg. 3. Tum quia dicta Cornelia renunciauerat dicto Ioanni eius fratri vſumfructum, & omnia ſua iura in dictis bonis. Caualc. d. tract. num. 65. Crau. conſ. 52. nu. 5. Curt. iun. conſ. 142 col. pen.

Aut illum prætendit ex perſona ſua: Et pariter friuolè prætendit, ex quo vſusfructus non tranſit ad hæredes, vt ſupra dictum eſt.

In tertio, ſuppoſito deberi dictæ Spinæ vſumfructum, fuit concluſum, non deberi vſumfructum omnium bonorum, quia non fuit locus iuri accreſcendi: Tum quia relictus fuit vſusfructus pro æquali portione. l. j. §. cæterùm. & ibi gloſ. ff. de vſufruct. accreſc. Tum quia dicta Spina eſt diſiuncta re, & verbis, vtì non vocata ad vſumfructum expreſsè, neque inſolidum, nec ſub eadem oratione. d. l. j. §. fin. Caſtr. in d. l. j. num. 2. Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 86. numero tertio.

Et ſi inter diſiunctos verbis tantùm non habet locum ius accreſcendi in vſufructu. Rip. in d. l. re coniuncti. numero ſexageſimooctauo. quantò magis nam habet locum inter diſiunctos re, & verbis ſimul. Rip. ibidem. num. 75. Menoch. d. præſumpt. 86. numero 3.

Addebatur, hodie extare perſonam de Cippo, videlicet Stephanum filium dicti Ioannis, qui licèt ſit ignarus literarum, nihilominus poteſt dici perſona virtuoſa, cum ſit vir timens Deum, & bonæ conſcientiæ, & ita dicebatur eſſe intelligendum id verbum.

Tum quia verba ſunt intelligenda in nobiliori ſignificatu. l. 1. §. qui in

RR

perpetuum. ff. ſi ager vectig. Iaſ. in l. naturaliter. num. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Virtutes autem Theologicæ ſunt nobiliores cæteris virtutibus. S. Thom. 1. 2. quæſt. 68. art. 8. & 2. 2. qu. 9. art. 1. in fine.

Tum quia verba ſunt propriè in teſtamentis intelligenda. l. non aliter. ff. de leg. 3. Alex. conſil. 68. num. 6. lib. 6. propriè autem virtus dicitur, quæ facit bonum habentem ex ſe. S. Thom. prima 2. quæſt. 55. art. 4.

Tum quia dictus teſtator appoſuit in perſona filij naſcituri ex dicta Perna conditiones boni, & iuſti viri, vna autem pars teſtamenti declarat aliam. l. ſi ſeruum. §. fin. ff. de leg. 1.

Videtur autem obſtare, quòd ex cõmuni vſu loquendi, qui eſt attendendus. Felin. in proœm. Decret. num. 10. perſona virtuoſa dicitur, ſi calleat ſcientia Legali, ſeu Medica.

CASVS XXI.

Pactum de ſuccedendo quando valeat: Et quomodo intelligendum.

SVper quadam promiſſione dicebatur, quòd licèt pactum de hæreditate, & vniuerſali ſucceſſione non valeat. Doct. in l. fin. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Oſaſch. deciſ. 100. Etiamſi de certa parte hæreditatis, & quota conuentum fuerit Crau. conſil. 19. numer. 2. Menoch. conſ. 1. num. 142. Gab. conſil. 137. num. 4. vol. 1. Et etiamſi in contractu dotis fiat. Doctor. in l. pactum, quod dotale. C. de pact. Decian. conſ. 31. num. 3, vol. 1.

Nihilominus in præſenti caſu valet promiſſio, ex quo fuit de dando poſt mortem Rodomonti, vt vulgo dicitur, [*vna parte del ſuo,*] quæ promiſſio intelligitur tantùm de bonis, quæ erant tempore promiſſionis, non autem de bonis futuris, & poſtea acquirendis, cum vbi promiſſio fit ſimpliciter de omnibus bonis, ſi non fuerit dictum de futuris, illa nunquàm veniant, vt in propriis terminis tradit Oldr. conſilio 139. colum. 1. Iaſ. conſil. 60. num. 4. volum. 2. Pariſ. conſilio 26. num. 101. volum. 2. Soc. iun. conſil. 163. num. 21. vol. 1. Crauet. conſil. 139. numer. 4.

Præſertim quòd in dicta promiſſione dictum fuit [*del ſuo,*] quæ dictio, ſuum, eſt pronominis poſſeſſiui, quod demonſtrat tempus præſens l. ſi ita. ff. de auro, & arg. leg. Menoch. conſ. 106. num. 169 & 184. vbi alios allegat. Roland. conſilio 71. numer. 28. volumine ſecundo.

Et in iure vera eſt concluſio, quòd vbi conuentio non eſt vniuerſalis ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, ſed eſt facta de omnibus bonis ſimpliciter, intelligitur de præſentibus tantùm, & conuentio valida eſt, cum poſſit promittens liberè teſtari de bonis poſtea quæſitis, vt tradit Oldrad. d. conſ. 139. in princ. de communi Iaſ. conſil. 60. colum. 2. vol. 2. Pariſ. conſil. 26. n. 87. vol. 2. Dec. in d. l. pactum. col. 3. Curt. iun. conſ. 81. n. 4. vol. 1. Dec. d. conſ 31. nu. 65. Crau. conſil. 139. per totum. Guliel. in repet. c. Raynutius. nu. 205. Caſſan. conſ. 39. n. 20.

Quod multò fortius procedit, vbi non de omnibus bonis, ſed de quota, & parte bonorum promiſſio facta eſt, vt in præſenti caſu contingit. Iaſ. conſil. 173. num. 9. vol. 4. Crauet. conſ. 19. num. 7. Viu. in tract. com. opin. verſic. pactum.

Inſuper pro validitate dictæ conuentionis adducebatur vltra dictas auctoritates,

ctoritates, quòd Polonius promiſerit per ſtipulationem quotam bonorum ipſi Rodomonti poſt eius mortem, Vnde cum verba promiſſionis ſint fundata in perſona promittentis ſub conditione extitura poſt mortem, cõcludendum videtur, nõ eſſe pactum de futura ſucceſſione vniuerſali, vel de quota hæreditatis, ſed eſſe promiſſionem dandi pòſt mortem, quæ promiſſio valet, quia iſto caſu contrahitur obligatio perſonalis, quæ incipit in perſona hæredis, quod ſecus eſt, vbi fit pactum, quòd poſt mortem hęreditas, vel eius quota deueniat ad talem, nam tunc dicitur pactum futuræ ſucceſſionis, quod longè differt à promiſſione poſt mortem. Curt. iun. conſi. 15. n. 3. & d. conſil. 81. nume. 2. & in l. licèt. num. 18. C. de pact. Bellon. conſi. 60. in princ. & Pariſ. conſ. 1. num. 123. volum. tertio.

CASVS XXII.

Præteritio reddit teſtamentum nullum.

Licèt notoria ſit concluſio, hæredem ſcriptum in teſtamento non abolito, cancellato, nec in aliqua ſui parte vitiato eſſe immittendũ in poſſeſſionem bonorum, quæ tempore mortis teſtator poſſidebat. l. fin. & ibi Doct. C. de edicto Diui Adr. toll. Nihilominus in pſenti caſu eſt animaduertẽdum, ꝙ Hortẽſia ad impediẽdam talẽ immiſſionẽ allegauit, ſe in dicto teſtamẽto fuiſſe præteritã, & cõſequẽter dixit de nullitate teſtamẽti producti, cum teſtamentum ex præteritione reddatur nullũ, atque in eo diſpoſita corruant. l. filio. ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſt. auth. ex cauſa. C. de lib. prę terit. §. liberis. inſt. de pup. ſub. Et cum dicta Hortenſia probauerit filiationẽ, & præteritionẽ, clariſſimũ eſt, talẽ exceptionem præteritionis impedire d. immiſſionẽ, nã ſi pręteritio, quę poteſt incõtinẽti probari, illã impedit, ſecũdùm Aret. in §. 1. inſt. de except. Curt. iur. de communi, in d. l. filio. colum. 1. multò fortius impedit immiſſionem, quando talis exceptio fuerit probata. Neuiz. conſ. 8. in fine. Menoc. de adip. poſ. remed. 4. nu 234.

Nec obſtat, d. Hortẽſiã nõ poſſe impugnare d. teſtamẽtũ ex cauſa pręteritionis, ex quo renũciauit bonis maternis cũ iuramẽto. Guidop. deci. 458. Salic. in l. ſi filius. n. 10. ff. de lib. & poſth. Cagn. in l. 1. col. 1. ff. de inof. teſtam.

Quia talis renũciatio dicebatur notoriè nulla, vnde perinde eſt ac ſi facta non fuerit. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſque iur. l. 1. ff. de auct. tut. Doct. in l. non dubium. C. de legib. paria enim ſunt non eſſe, vel eſſe, ſed nulliter. Andreas de Iſer. in c. 1. §. præterea. quæ ſit prin. cauſ. benef. amitt. &c.

Quæ nullitas oſtendebatur.

Primò, quia dicta Hortẽſia renũciauit bonis maternis in manibus patris, matre ipſa abſẽte, & cũ mater nõ fuerit pſens, nec cõſẽſerit, de iure talis renũciatio nõ ſubſiſtit, vt in ardua quæſtione teſtatur ſe ſic cõſuluiſſe Rom. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hær. Dec. in l. pactũ, ꝙ dotale. col. 4. verſ. ſextò limitatur. C. de collat. Cagn. in l. fi. n 15. verſ. ex prædictis inſertur. C. de pact.

Quinimò addebatur, quòd ſi tempore dictæ renunciationis mater fuiſſet pręſens, & tacuiſſet, adhuc dicta renunciatio fuiſſet nulla, cum ad validitatem requireretur expreſſus conſenſus. & acceptatio. Cagn. in l. fin. numer. 98. C. de pact. Crau. conſ. 42. in fine.

Secundò, quia tempore dictæ re-

nunciationis erat ſuperſtes Fuluius maſculus, qui cum præmortuus fuerit, clarum eſt, quòd d. Hortẽſia non obſtante renunciatione tanquam ceſſante cauſa admittatur ad ſucceſſionem matris: maſculo enim decedente corruit pœnitus renunciatio. Bald. conſil. 437. volum. 1. Alex. conſ. 69. volum. 1. & conſil. 29. colum. pen. volum. 3. Cæpol. conſ. ciuili, 49. num. 11 Corn. cõſ. 330. volum. 1. & conſ. 98. volum. 2. Dec. conſ. 309 & cõſ. 320. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 89. ff. de verb. oblig. Crau. d. conſ 42. vbi in fortioribus terminis tenet, quòd vbi tempore renunciationis non eſſet ſuperſtes maſculus, tunc renunciatio ſemper debeat intelligi reſpectu maſculorum naſciturorum.

CASVS XXIII.

Subſtitutio fideicommiſſaria quãdo dicatur inducta.
Et furor quomodo probetur.

Baptiſta condidit teſtamentum, in quo hæredes vniuerſales inſtituit Paulum, Amatorem, & Franciſcum ſuos filios legitimos, & naturales, qui, ſi mori contigerint, vnus alteri ſuccedat. Deceſſit Paulus abſque filiis relicto in eius teſtamento hærede Annibale.

Fuit dubitatum, An dictus Annibal ſuccederet in dictis bonis Pauli.

Et dicebatur per dictum Amatorẽ, dictum Annibalem non ſuccedere.

Primò, quia bona Pauli erant ſubiecta fideicommiſſo, cum in teſtamento Baptiſtæ ſubintelligeretur clauſula, ſi ſine filiis. l. cum auus. ff. de condit. & dem. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Mantic. de coniect. vlt. vol. libr. 10. tit. 7. nu. 1. quæ importat ſubſtitutionem fideicõmiſſariam. Dec. in l. precibus. num. 16. C. de precibus Imp. off. Præſertim ſtante clauſula codicillari. Rip. in l. Lucius. num. 44. & in l. Centurio. nu. 79. ff. de vulg. & pup. Soc. ſen. conſil. 6. n. 4. vol 3. Mant. d. tract. lib. 5. tit. 2. nu. 10. Sim. de Pret. de interp. vltim. vol. lib. 3. ſol. 7. nu. 1. Et clauſula, omni meliori modo. Rip. in d. l. Centurio. num. 87. Soc. ſen. conſ. 173. numero 4. volum. 2.

Vnde non potuit Paulus de illis teſtari. auth. ſi qua res C. ad Trebell. & auth. res, quæ. vbi Doctor. C. com. de leg. Caſtr. conſ. 9. volum. 1. niſi forſan de legitima, & Trebellianica, quę medietatem hæreditatis abſorbent. Dec. conſil. 235. numero 7. Natt. conſil. 145. numero 24. Menoch. conſilio 496. numero 53. Burſat. conſilio 236. numero 10.

Et quamuis fideicommiſſum eſſet conditionale, tamen fuit tranſmiſſum ad d. Amatorem, cũ ſubſtitutio fideicommiſſaria eſſet vnita cum iure accreſcendi. Soc. ſen. conſ. 6. num. 14. volum. 3. Cur. iun. conſ. 16. num. 6. Ruin. conſ. 156. num. 4. libr. 2. Cæph. conſ. 16. numero 45. & de receptiori teſtantur Burſ. conſ. 71. num. 15. Menoch. conſilio 200. numero 86. Rim. iun. conſilio 502. num. 81. volum. 5. Mantic. d. tract. lib. 11. tit. 20. num. 12. Gabr. de hæred. inſt. concl. 2. num. 14. 35. & 45. Caſſan. conſ. 62. numero 17. Pariſ. conſ. 76. numero 15. volum. 2. & conſilio 50. numer. 30. vol. 3.

Secundò, quia teſtamentum Pauli fuit nullum, cum furioſus non poteſt condere teſtamentum. l. furioſum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. Alexand. conſ. 141. num. 1. volum. 1. Ioan. de Anic. conſ. 137. numero 15. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 5. verſ. ſed an furioſus.

ſus. Ludou.deciſ.1.num.1. Boer.deciſ. 23.num.50. Rot.Rom.in nouiſſim.deciſ. 107.nume.17.par.2.Pariſ.conſ.88. num.38.cum ſeq.vol.3.

Paulus autem tempore teſtamenti erat demens, cum per quinque teſtes conteſtes conſtet, ipſum Paulum fuiſſe mente captum octo ab hinc annis, ſub quo tempore includitur tempus conditi teſtaméti: nam qui ſemel fuit furioſus pręſumitur ſemper in eodem furore perſeuerare. Alexand.d.conſil. 141.num.3.&conſ.86.num.11. volum. 2. Curt.iun.conſ.151.num.7.Pariſ.cõſilio 87.num.12.volum.3. Cæph.conſ. 753.num.27.Mant.d.tract.lib.2. titul. 5.numero 7.Maſcard.de prob.volum. 1.concl.39.num.1.& concl.825.num.1. Rot.Rom.in d.deciſ.107. numero vigeſimoquinto.& deciſ.129.numero 2. par.2.

Præſertim quòd dicti teſtes enunciarunt ſigna ſpecialia furoris.

Primò,ſcilicet,[*che detto Paolo non parlaua, ne riſpondeua à propoſito,*] c. legimus 93.diſt.l.ob quæ.ff.de ædilit. edict. Alexan. conſ.54.num.2. volum. 1.& conſ.86.nume.10.volum.2.Pariſ. d. conſ.87.numer.4.Crauet.conſ.591. numer.4.Cæph.d.conſ.753. numero 48.Mantic.d.lib.2 titul.5. numero 10. Maſcard.d.concluſ.826.num.19.& 30. Simon de Pret.dict.tract.lib.4. fol.4. numero vigeſimo. Rot.Rom.d.deciſ. 107.numero quinto. Gram.deciſio.2. num.1.

Secundò, quòd pro tali tenebatur, & reputabatur non ſolùm à conſanguineis,& coniunctis.Alex. d.conſil. 54.num.2.Pariſ.d.conſ.87.nu.7.Crauet.d.conſ.591. nu. 9. Simon de Pret. d.fol.4.num.30. Rot.Rom.d.deciſio. 107.num.5. verùm etiam ab omnibus hominibus Caſtri Pezzetti. Alexan.d. conſ.54.num.2.Maſcard.d.concl.826. nu.5. Rot.Rom.in nouiſſim.deci.129. num.12.par.2.

Tertiò, quia in vna eadémque die voluit bis ſuſcipere Sãctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & ſic carebat memoria.c.filij.de hæret.in 6.Alexan. d.conſ.54.nu.2.& d.conſ.86. num.10. Crau.d. conſ.591.num.6.Mantic.d.libro 2.tit.5.num.13. Maſcard.d.conclu. 826.num.14.Rot.Rom.d.dec.107.nu. 5.& d.deciſ.129.nu.13.

Nec obſtat, quòd dictus Paulus eſſet ſanæ mentis tempore conditi teſtamenti, ex quo recognouit[*vn bichiero, charta, & li ſuoi veſtimenti.*]

Quia recognitio talium rerum notiſſimarum conuenit cum dementia: hæc etenim etiam infantes recognoſcunt. Corn.conſ.73.nu.3.vol.1. Pariſ. d.conſ.87.nu.44.Rot. Roma d.deciſ. 107.num.23.& d.deciſ.129 nu.8.& 17.

Præterea cum fuiſſet probata deméntia Pauli per tot ſpecialia ſigna, debebat probari,d. Paulum habere dilucida interualla.Boer.d.deciſ.23.numero 86.Rot.Roman. d.deciſio.129.numero 17.

Similiter non obſtat, quòd in teſtamento dicatur, ſanus mente &c. & vti ſanus mente condiderit teſtamentũ, & notarius rogatus de dicto teſtaméto depoſuerit de ſana mẽte dicti Pauli dicto tempore.

Primò, quia quoad prædicta non creditur dicto notario Alex.d.conſil. 141.num.12.Boer.deciſ.23.numer.73. præſertim cum agatur de eius laude, vel opprobrio.Alexan.d.conſ.86. numero 16.

Secundò, ſtantibus tot ſignis furoris probatis, erat probanda aliter quã per notarium ſana mens Pauli tempore conditi teſtamenti. Alex.d.conſ.86 nu.12.Crau.conſ.689.num.14.Simon de Pret.d.fol.4.num.19.

CASVS XXIV.

Proximiores ex materno capite quando excludant conſanguineos.

Et ſpoliatus quando ſit reſtituendus.

PRoponebatur, filios, & hæredes Lauiniæ ſucceſſiſſe ex fideicommiſſo in bonis Iulij aui eorum materni, non autem Septimio eorum auunculo, neque in eius bonis de reſtituẽdo eiſdem grauato per d. Iulium, caſu quo ſine filiis decederet, prout deceſſit. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. Ang. conſ. 98. colum. 1. Alexan. conſ. 64. in prin. volu. 5. Pariſ. conſ. 91. num. 15. volum 2. Bero. conſ. 64. num. 50. vol. 2. Cæph. conſ. 245. nu. 53.

In legitima verò, & Trebellianica, de quibus d. Septimius filius grauatus ſub conditione ad ſui libitum diſponere poterat, quique ab inteſtato deceſſit, nullis relictis filiis, ipſi filij Lauiniæ vti proximiores ex materno capite eidem quoque ab inteſtato ſuccedunt, cæteris conſanguineis pœnitus excluſis. Doct. in auth. ceſſante, per illum tex. C. de ſuis, & legit. hær. Dec. conſ. 1. num. 2. Ang. in §. cum filio. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def. Iaſ. in l. is poteſt. num. 26. ff. de hæred. Sicque licèt iſti tanquam fideicommiſſarij non potuiſſent capere bona ex fideicommiſſo eis delata ante reſtitutionem ſaltem verbalem. Iaſ. in l fin. numero 8. & ibi Dec. qui de communi teſtatur numero 26. C. de edicto Diui Adr. toll. Tamẽ ex quo ipſa reſtitutio fieri debebat ab hæredibus grauati. l. quamuis. §. 1. l. reſtituta. ff. ad Trebel. Cæpol. caut. 10. num. 1. Caſtr. in l. inter omnes. num. 5. ff. qui ſatiſd. cogan. & ipſi ſoli ſint hæredes grauati, meritò potuerunt bona ipſa capere propria auctoritate, & capta retinere.

Ex quibus clarè patet, Paulum dicentem ſe ſpoliatum in & ſuper dictis bonis non fore, nec eſſe audiendum, cum conſtet de non iure agentis, & de iure conuenti. ca. ad decimas. vbi Gemin. & Franc. de reſtit. ſpol. gl & Abb. in cap. ex parte. de reſtit. ſpol. Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ.

Præterea is non fuit ſpoliatus per vim, ſed clam, quo caſu ceſſat regula, vt ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus. Gabr. de reſtit. ſpol. conclu. 1. numero 140. lib. 5. Bart. in l. fin. num. 112. C. vnde vi. Alex. in d. §. nihil. num. 14. & 37. Rip. in cap. ſæpe. num. 65. de reſtit. ſpoliat. Bellam. deciſ. 36. Bald. in l. ſi quis. §. pen. C. de præſcript. xxx. annorum. Iacob. nouel. in pract. crim. in tit ſpoliatus ante omnia. lim. 10. num. 10. & 15.

Et, hanc opinionem ſine dubio procedere, dicit Bald. in l. requirendi. in fi. C. de ſeruis fugit. ſi talis ſpoliator offerat ſe incontinenti docere ſuper exceptione dominij. Et hanc partem tenet etiam Ant. de Butr. in cap. 2. de ord. cognit. Soc. ſen in l. rem, quæ nobis. ff de acquir. poſſeſ. diſtinguens ex mente Bellam. d. deciſ. 36. quod, Aut, conuentus opponit de non iure agentis; Et non ſufficit: Aut opponit de iure ſuo, & ſic de exceptione dominij, quod incontinenti ſe offert probaturum: Et tunc denegatur reſtitutio.

Quando autem probatio dominij dicatur fieri incontinenti, cum non reperiatur iure cautum, dicendum eſt in hoc ſtandum eſſe arbitrio iudicis. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 1. numero 259. cum ſequent. Ferret. conſilio.

ſilio 5.numero 4.

Inſuper dicti poſſeſſores fuerunt ingreſſi poſſeſſionem dictorum bonorum pacto,& voluntate dicti Pauli, vt his in ſuis prætenſionibus fatetur, quo caſu agenti reſtitutio denegatur. Dec.conſ.191.nume.9.Crauet. conſ.302.colum.pen. Cæph.conſ.272. num.70.

Item ex alio capite is non venit reſtituendus,cum de aſſertorum ſpoliatorum dominio conſtet.

Tum ex publicis inſtrumentis, nē pè codicillis. Menoch. in d. remed.1. nu.223 cum appellatione inſtrumenti veniant etiam codicilli. l.ſi idem.& ibi Iaſ. C.de codicil. licèt fortè ſecus ſit appellatione contractus. l. teſtamentum C.de teſtamen.

Tum quia hæreditas d. Septimij præmortui ſine liberis, & fratribus germanis ad dictos Lauiniæ filios ſpectat iuris diſpoſitione, vt deductum fuit ſuperius,quo ſtante reſtitutio denegatur ſpoliato. Doct.in d. ca. ad decimas.Innoc. in cap.conſtitutus. de elect. & in cap.ex literis. de reſtit. ſpol.Aret.in §.quadrupli. inſt. de act. Soc.reg.379.fall.11.

Nec obſtat aſſerta tranſactio facta per patrem d.Pauli cum patre dictorum filiorum Lauiniæ.

Nam licèt pater vti legitimus adminiſtrator alienare poſſit bona aduentitia immobilia filiorum abſque iudicis decreto ob cauſam neceſſariam æris alieni.Doctor.in l.fin.§.ſin autem. C.de bon.quæ lib. Couar.variarum reſol. lib.1.c.8.num.6. Tiraq. in l.ſi vnquam.in prin. num.28. C. de reuoc.donat.

Tamen alienatio huiuſmodi non valuit abſque conſenſu filiorum,Præſertim cum non ſubeſſet cauſa neceſſaria æris alieni, cum hęreditas eſſet opulenta adita per Lactantium patrē d.Pauli,nullo deſuper confecto inuētario,nec libro rationum, & poſſeſſa per plures annos.

Et quamuis contra hæredem d.Lactantij ſuper præmiſſis non poſſit deferri iuramentum in litem, ſicut poſſet contra d. Lactantium ſi viueret. Plot.de in litem iurando.§.5.nu.26.

Tamē tenetur ad omnia damna exinde cauſata dictis hæredibus Iulij,ac Septimij, prout tenebatur d. Lactantius,cum hæres repręſentet perſonam defuncti. Cagn. in l. hæredem. num. 16 ff.de reg.iur.Rol. conſ.50. num.8. lib.2. Sicq; poteſt cōpelli ad id, quod poterat defunctus. l. poſtulante. vbi Bart ff.ad Trebell.Natt conſ.430.nu. 2. & per conſequens ad reddendam rationem adminiſtrationis, ſicut tenebatur ipſe adminiſtrator. Decian. conſ. 85 num. 24. & omnes executiones fieri poſſunt contra eius vniuerſalem hæredem,quę fieri potuiſſēt contra defunctum. l. 1 C. vt actio ab hæred. nam hæres ſuccedit defuncto cū ſua cauſa,& vitiis.l.vitia.C.de acq. poſ.l.Pomponius. ff. eodem. ac obligationibus. tot.tit. C. de hæred. act. & § actiones autem.inſt.de act.

Præterea dato,prætēſam tranſactionem potuiſſe fieri ſine cōſenſu dictorum filiorum;Tamen ſtante enormiſſima læſione venit reſcindenda. Soc. iun.conſ. 84.nu.22.& conſ. 144. nu. 14. lib.1. Corn. conſilio 161. volum.1. Dec.in l.cum te.in princ. C. de tranſact.conſ. 203. num.4. Rub.Alex.cōſil. 71. nu. 8.Pariſ.cōſ.12.nu.102. lib. 2.Gram. deciſ.66.nu. 48. & hic aderat læſio enormiſſima ob magnū exceſſum,qui quando dicatur, vide Couar.var.reſol.lib.2.cap.4 n.5.Et de eo nō eſt hæſitādū in præſenti caſu, quia valor bonorum d. Septimij excedit

ſummam quatuor mille florenorum, & vnà cum fructibus perceptis excedit ſummam ſex mille, quę omnia pro florenis mille in tranſactione deducere non debuerunt abſque filiorum conſenſu. Doct. in d. l. ſi. §. vbi autem. Ang. in d. §. actiones, num. 4. Roman. conſ. 242. num. 10. Capell. Tholoſ. deciſ. 105. de communi Pinel. in l. 1. par. 2. num. 66. C. de bon. matern.

Inſuper dicta tranſactio non valeret etiamſi dicti filij ratificaſſent non ſeruata forma Conſtitutionum Prouinciæ Marchiæ, cum ipſi minores ſint: Præſertim cum hic agatur de immoderata læſione, ex qua arguitur dolus. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. col. 7. ff. pro ſoc. Calcan. conſ. 24. Dec. conſilio 180. num. 5. Cœph. conſ. 137. num. 57. qui dolus in quacumque diſpoſitione ſemper intelligitur exceptus, & eam annullat. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. l. ſi pater. ff. quæ in fraudem credit. Ruin. in l. 1. num. 16. ff. de op. no. nunc. Pariſ. conſ. 12. num. 35. lib. 3. Exiſtente autem contractu doloſo, in eius clauſulis nullum poteſt fieri probabile fundamentum. l. doli mali. §. diuerſum. ff. de nouat. Bald. in l. ſub prætextu, la 2. C. de tranſ. Soc. reg. 333. fall. 3. & conſil. 159. num. 19. lib. 2. Curt. iun. cōſ. 141. num 19. Afflict. deciſ. 220. Gram. deciſ. 66. nu. 49. & deciſ. 76. n. 16. Cran. conſ. 114. num. 15. Alba. conſ. 77. Dec. in l. 1. num. 3. C. de errore calc.

Nec iuramentum in propoſito prodeſt. Quia eadem facilitate fuit interpoſitum, qua tranſactio fuit inita, & propterea enormiſſimè læſus poteſt contrauenire, neque eſt neceſſaria abſolutio à iuramento ſecundùm aliquos, vt Butrig. in c. cum contingat. de iureiur. & conſ. 45. Cuman. conſil. 180. col. 1. Caſtr. conſ. 196. col. 3. lib. 2. Alex. conſil. 125. colum. 1. lib. 1. Corn. conſil. 258. col. fin. lib. 4. Iaſ. conſil. 160. col. fin. lib. 2. Gabr. de arbitr. concl. 3. num. 48. & de iure dot. concl. 1. nu. 12. Non. conſ. 57. num. 24. Caualc. deciſ. 9. n. 42. parte 1.

Poſtremò dicta tranſactio corruit, quia non potuit fieri ſuper controuerſiis, quæ ex teſtamento, vel codicillis poſſunt exoriri, niſi inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti, ſeu codicillorum. l. 1. ff. quemad. teſt. ap. l. de his. ff. de tranſact. Quod hic non fuit factum, & diſpoſitioni d. l. de his. non poteſt renunciari etiam ſpecificè, quia eſt fundata ad publicam vtilitatem. Pariſ. conſ. 95. numer. 24. lib. 3. vbi de communi. Calcan. conſ. 17. colu. 1. vide Non. conſ. 41. num. 26. cum ſeq. & Becc. conſ. 108. nu. 7. cum ſeq. & conſ. 111. num. 34.

Et licèt ſufficiat ſi aliter ſciat. Bart. in d. l. de his. Gozad. conſ. 98. num. 21. Vel ſcientia præſumatur in hæredibus extraneis. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæſt. 3. ff. de verb. oblig.

Tamen ignorantia præſumitur, ex quo ipſi fuiſſent ab inteſtato ſucceſſuri ipſi auunculo, quo caſu ceſſat præſumpta ſcientia. Rip. in d. §. duo fratres. num. 58. Iaſ. num. 56. Dec. conſ. 52. num. 6.

CASVS XXV.

Fideicommiſſum quando tranſmittatur.

IOANNES inſtituit hæredes vniuerſales Æmiliam, & Mariam eius filias, quas inuicem ſubſtituit, &c. Diuiſerunt pręfatæ inter ſe hęreditatem, deceſſit dicta Æmilia relictis filiis, deinde deceſſit dicta Maria relicto extraneo hærede.

Primò

Primò fuit dubitatum, An fideicommiſſum conditionale diceretur tranſmiſſum ad nepotes dictæ Æmiliæ.

Secundò, An de dictis bonis fideicommiſſo ſubiectis poſſet detrahi legitima, & Trebellianica.

In primò, præmiſſo in dicto teſtamento extare verbū, moriatur, quod importat fideicommiſſum. Non.conſil.30.num.5.& clauſulam, ſi ſine filiis, &c. quæ idem importat, fuit reſolutū, ſtantibus illis verbis, pro æquali portione, & attenta aditione hæreditatis facta per d. Æmiliam, iuxta dicta per Pariſ.conſ.77.num.23.volum.2.fideicommiſſum fuiſſe tranſmiſſum ad dictos nepotes ob ius accreſcendi vnitum, vt poſt alios nouiſſimè voluit Mantic. de coniect.vlt volunt. lib 11. tit.20.num. 12. vbi teſtatur de magis communi opinione. Peregr.de fideic. art.31.num.16.

In ſecundò, ſtante ſtatuto loci diſponente, per liberos primi gradus poſſe detrahi legitimam tantùm, & dictā Æmiliam eſſe primi gradus, fuit reſolutum, nullatenus poſſe detrahi Trebellianicam, Corn.conſ.199.in fine.lib.1. Cœph.conſ.138.num.20. vol. 1.Becc.conſ.12.num.e 2 & conſ.112.nu. 24.Crau.conſ.31.in fine.

CASVS XXVI.

Vxor quando poßit teſtari de dote. Et quando hæres repreſentet defunctum.

FVIT controuerſum, An Fiordaliſa potuerit teſtari de dote tota ſibi tradita per D.N.

Et fuit dictum primò, quòd licèt in caſu reſtitutionis dotis, quando ſtipulatio eſt concepta alternatiuè, vel copulatiuè in perſonam ſtipulātis, aut mulieris, de æquitate fauore dotis perſona ipſius ſtipulantis pro non adiecta videatur, & actio integra mulieri quæratur, quando extraneus dotem dedit. l.Gaius. & ibi Doct. ff. ſol.matrim. Bart. in l.vxorem. §. teſtamento. ff.de leg.3.

Nihilominus prædicta concluſio procedit, vbi per mortem mariti dos veniret reſtituenda, at ſi venit reſtituenda, quia per mortem mulieris ſolutum ſit matrimonium, vt in caſu iſto, tunc dos eſt reſtituenda etiam ipſi extraneo ſtipulanti. Bal.conſ.89.vol.2. Salycet. in propriis terminis in l.auia. col.4. C. de iure dot. Imol.& Alex. in d.l.Gaius. Bal.nouel. in tract. de dote. par.6. priuil.28. verſic. ſed quando ſtipulatio.

Quo ſtante ſuccedit vera in iure concluſio, quòd quando ex ſpeciali conuētione, & pacto, dos, vel dimidia pars dotis alteri in caſu reſtitutionis eſt promiſſa, vel ſtipulata, mulier non poteſt de dicta dote teſtari inſtituendo maritum, vel alium in ea. Cagn. in l.fin. num. 100. verſ. quando autem C. de pact. Aquen. in l.poſt dotem. ff. ſol. matr. quia, cum in caſu reſtitutionis ſit ad alium applicata ex vi contractus, mulier non poteſt de ea in totū, vel in parte teſtari. l. cum maritus. §. fin. ff.de pact.dot. Iaſ. in l.qui Romæ. §.Flauius col 8. ff.de verbor. obligat. Cagn.in d.l.fin.

Fuit ſecundò dictum, maritum hæredem inſtitutum per Fiordaliſam ei ſuccedere non poſſe, ſed eius hæreditatem deuenire debere ad proximiores venientes ab inteſtato.

Et quamuis hæres ſit eiuſdem poteſtatis, & iuris, cuius fuit defunctus. l. hæredem. ff.de regul. iur. l.cum hæredes ff.de acquir. poſſ. l.hæres. ff.de acq. hered.

Nihilominus id verum eſt in iure actiuo, & paſſiuo creato, & formato tempore mortis in perſonam defuncti. Aret. conſ. 123. col 2. per l. 1. C. de hęred. act. & l. cum à matre. C. de rei vend. ſecus ſi ius non eſt creatum tempore mortis, vt hic, nam, cum penes illum nunquàm fuerit talis actio, aut obligatio, ceſſat talis repreſentatio Doct. in d. l. fin. Cagn. in d. l. hęredem. n. 21. Rol. conſ. 50. n. 8. volum. 2.

CASVS XXVII.

Fideicommiſſarius quando impediat remedium legis fin. C. de edic. D. Adr. toll.

IN vna ſucceſſionis ex teſtamento dicebatur, filias Iulij ſatis fundatam habere eorum intentionem ex l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll. vbi hæredes ſcripti ex ſola inſpectione teſtamenti debent immitti in poſſeſſionem bonorum omniũ tempore mortis teſtatoris pænes eum exiſtentium, ſiue illa bona fuerint defuncti, ſiue ab eo in dicto tempore tenta, etiamſi ſibi fuiſſent depoſitata, vel commodata. gloſ. & Doctor. in d. l. fin. Ploc. in l. ſi quando. nu. 110. C. vnde vi. Pariſ. conſi. 41. colum. 1. volum. 1. Achil. Perſon. de adipiſcen. numero centeſimo tertio.

Et dum opponeretur, aduerſarios vtì fideicommiſſarios eſſe legitimos contradictores, præſertim cum reperiantur in poſſeſſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vt aſſeritur.

Fuit reſpõſum, ex ſcriptura exhibita nullo modo conſtitiſſe de fideicõmiſſo, ex quo in ea manu propria Mõtani ſcripta non fuerunt adhibiti aliqui teſtes, cũ ſpeciale ſit quoad liberos tantùm, vt cedula priuata continẽs volũtatem patris ſine teſtibus valeat. auth. quòd ſine. C. de teſtam. & ibi Doct.

Inſuper fuit dictum, non fuiſſe legitimè probatum, dictam ſcripturam fuiſſe ſcriptam manu d. Montani, & interueniſſe in ea alia requiſita à iure communi, & per ſtatutum loci, vt in propriis terminis tradit Alex. conſ. 76. vol. 3. & conſ. 114. volum. 7. Anchar. quęſt. famil. par. 2. qu. 56. & quęſt. 62.

Poſtremò fuit replicatum, cum non conſtet de originali aſſertę voluntatis, exemplum non probare. Socin. iun. conſ. 2. col. 1. volum. 2. Achil. de adipiſ. poſ. num. 140.

Nec obſtat, quòd Io. Paulus approbauerit d. teſtamentum.

Quia, cum dicta ſcriptura careat debitis ſolemnitatibus, non poteſt fieri per conuentionem, & approbationem vt valeat in vim vltimæ voluntatis: iuri enim publico partium conuentione derogari non poteſt. l. ius publicum. ff. de pact. l. nec ex prętorio. ff. de regu. iur. Doct. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1 ius autem publicum intelligitur quando reſpicit formam, & ſolemnitatem à iure publico introductam, vt declarat Iaſ. in d. l. ius. Dec. & Cagn. in d. l. nec ex prętorio.

Et ſi dicatur, ſaltem valere in vim pacti, & conuentionis.

Poteſt replicari, ex verbis inſtrumẽti apparere, quòd promiſſio fuerit facta cum Hieronymo preſente, & acceptante, Vnde non debet trahi ad iſtos agentes, cum pactum non trahatur ad alias perſonas. l. ſi vnus. §. ante omnia, & ibi gloſſ. & Doct. ff. de pact. Natt. conſil. 165. in princip. & conſil. 445 num. 12. Et cum verba dicti inſtrumenti ſint clara, non debet admitti voluntatis quæſtio. l. ille, aut ille. §. 1. ff. de leg. 3.

Præ-

Præterea dicta confirmatio fuit facta limitatè quoad legatum factum d. Hieronymo, Vnde limitatū producit effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. Et facit, nam dictio, quoad, appoſita ad limitationem diſpoſitionis præambulæ, importat conditionem extinctiuam præcedentis diſpoſitionis. Bart. in l. 1 ff de cond. & dem. adeò quòd mortuo d. Hieronymo extincta prorſus remanet confirmatio. §. deinceps. auth. de nupt.

Demùm proponebatur conſiderandum, fideicommiſſarium non poſſe propria auctoritate bona ſubiecta fideicommiſſo capere. l. non dubium. C. de legat. Dec. conſ. 438. Plot. in d. l. ſi quando nu. 54. Quod procedit, etiamſi adhuc adita non fuiſſet hæreditas, nam tenetur fideicommiſſarius ad reſtitutionem poſſeſſionis ipſi hæredi. Dec. conſil. 143. col. fin. & in d. l. fin. num. 48. Cæph. conſil. 289. num. 27. Vnde poſſeſſio appræhenſa per d. fideicommiſſarium dicitur vitioſa, & ſic ei non poteſt prodeſſe. Dec. d. nu. 48. Pariſ. conſ. 53. num. 104. volum. 3. Curt. iun. conſ. 92. nu. 4. Roland. conſ. 78. volum 3.

RESOLVTIO LX. & vltima.

In qua de more congeruntur plures caſus practicabiles.

CASVS PRIMVS.

Pater ſoluens pro dote filiæ mille in bonis maternis poteſt retinere dicta bona.

PATER promiſit ſoluere pro dote filiæ mille in bonis maternis, & mille in paternis, quæ omnia ſoluit.

Quæſitum fuit, An alia dicere poſſit patri, tolle pecunias ſolutas, & relinque mihi bona materna.

Et quidam Practicus tenuit, patrē poſſe retinere bona materna pro dictis mille ſolutis, argumento eorum, quæ dicuntur de hærede, qui cenſetur accepiſſe inſolutum tot de bonis hæreditatis. pro eo quod ſoluit, ſecundū Doct. in l. Stichum. §. ſi creditor. ff. de ſolut. Soc. iun. conſ. 170. nu. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 16. lib. 2. Marzar. conſil. 25. Crot. conſ. 120. num. 7. Betta conſ. 67. nu. 44. Menoch. de præſūpt. lib. 4 præſ. 143. num. 17.

Quod omninò verum putarem, ſi filia dotis conſtitutioni & receptioni ſolemniter, & expreſsè conſenſiſſet, nam pater tenetur dotare filiam, etſi filia habeat bona aduentitia, ex quibus valeat commodè dotari. l. fi. C. de dot. promiſ. Soc. ſen. conſ 57. nu. 3 volum. 4. Pariſ. conſ. 29. nu. 60. cum ſeq. vol. 3.

CASVS II.

Acceptans legatum quando dicatur approbare teſtamentum.

DVBITABATVR, An ſtante legato, & reſponſione facta poſitionibus dici poſſit, filiam habuiſſe notitiam fideicommiſſi, & legati.

Et fuit reſolutū negatiuè, prout regulariter cōcluditur in omni alio, qui ſucceſſurus eſſet ab inteſtato. Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres, vbi Soc. iun. nu. 106. teſtatur de magis cōmuni. ff. de verb. oblig. Bald. cōſ. 392. volum. 1. & conſ. 296. volum. 3. Alex. conſ. 3. colum. 2. & conſ. 24 colum. fin. volum. 3. Non. conſ. 42. num. 22. Becc. conſ. 111. num. 1. Surd. conſ. 67. num. 4.

Et licèt reſpondendo cuidam poſitioni dixerit,ſe credere accepiſſe pannos , & pecuniam pro benedictione, tamen eidem nõ nocere dictum fuit, neque fuiſſe inductam ratificationem legati per dictam receptionem.

Tum quia illa confeſſio debet acceptari cum qualitate adiecta,non autem poteſt ſcindi. Alex. conſ.77.volum.1. Cæpol.caut. 60. Barbat. conſ. 3. col.fin. volum. 2. Bart. in l. Aurelius.§.idem quæſiit.ff. de lib. leg.Nõ. conſ.86. num.7.Turret.conſ.76.nu. 4. vol.1. Surd.deciſ.258.

Tum quia,vt dicatur inducta ratificatio, debet allegãs probare,quòd ratificans ſciret factum , de cuius ratificatione agebatur. Crau. conſ. 197. colum.fin.Gabr.conſ.36. num. 61. & conſ.146.nu.14. volum.1. Non. conſ. 89. num.37.Becc.conſ.37.nu. 22.Turret. conſil.29. num.8.& conſ.44.nu. 38.volum.1.

CASVS III.

Legatum quando reſtringatur ad ſpecificata.

IN quodam legato facto per Iulium ſuis filiabus , ſub his verbis. [Item reliquit iure legati quartam partem omnium bonorum mobilium,ſuppellectilium , & maſſaritiorum , ac pannorum lini,& lanæ, auri,& argenti,] fuit dubitatum , An in eo comprehẽdantur certæ pecudes dicti teſtatoris datę in ſocidum,& earum fructus pro quarta parte.

Et fuit dictum , non comprehendi. Nam quando legatum fit nomine generali, & deinde ſequitur in eo enumeratio ſpecierum, reſtringitur illud legatum ad res ſpecificatas tantùm. l. cum de lanionis. §. quidam cum ita, & ibi glo.ff.de fundo inſtr.&c.l.legata.ff. de ſuppel. leg. l. ea tamen. ff.de leg.3. glo.in l. quæſitum.§. fin. ff. de fund. inſtr. & in puncto vide Gabr. conſil.98.num. 3. volum.1. Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib. 9. tit. 6. nu. 23. vbi declarat.

Quod confirmabatur.

Tum quia in dubio eſt ſemper ſumenda interpretatio , vt legatum intelligatur minus quàm ſit poſſibile. l. nummis. ff. de leg 3.l.ſi fuerit. ff. de reb. dub. Alciat.in l. ſerui.§.1. num. 3. ff. de leg. 1. latè Menoch. de præſumpt.lib. 4. præſumpt.106. num.17. cum ſeq.vbi declarat.

Tum quia ex communi vſu loquẽdi quando dicuntur mobilia , ſolùm ſuppellectilia intelliguntur. Oldrad. conſ.210. colum.fin. Natt.conſil.117. num. 6. licèt aliud ſit de iure: mobilium enim appellatione veniunt quoque ſe mouentia. l. mouentium.ff. de verb. ſignif. Dec.conſ. 472. num. 4. Pariſ. conſ.67.num.2.volum.2.Mantic.de coniect. vlt. vol. d. lib.9. tit. 3. numero 1.

CASVS IIII.

Venditio dicitur ſimulata, ſi venditor remanſit in poſſeſſione rei venditæ, ſtante ſtatuto.

ALLEGABATVR. contractus ſimulatus , iuxta formam ſtatuti Anconæ,ex quo venditor remanſit in poſſeſſione rei venditæ per annum.

Et licèt pro tollenda dicta exceptione ſimulationis pars allegaret.

Primò, d. ſtatutum habere locum, vbi in inſtrumento venditionis dictũ eſſet, quod realiter fuerit tradita poſſeſſio rei venditæ emptori. ſecus ſi adeſſet

deſſet tantũ clauſula conſtituti, prout hic. Bald. in l. illud. num. 16 C. de ſacroſ. eccl. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. num. 111. Maſcard. de prob. concluſ. 439. num. 21. & 35. vol. 1. Alex. conſ. 28. num. 11. vol. 5.

Secundò, quòd remanſio in poſſeſſione coloraretur ex cauſa locationis. Maſcard. in d. concl. 439. num. 22.

Tertiò, quòd dictus venditor eſſet tunc minor, qui non ligatur tali ſtatuto. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 39. num. 12. Tiraq. de vtroq. retr. §. 1 gloſ. 14. num. 93. Rol. conſ. 57 nu. 5. lib. 2. & de lucro dot. quæſt. 105. numero 16.

Tamen fuit reſolutum, contractum eſſe ſimulatum, & vti talem potuiſſe etiam allegari per ipſum contrahentem, ſecundùm Rip. in l. nemo poteſt. num. 78. ff. de leg. 1. Alb. conſ. 9. num. 3. & Maſcard. d. concl. 439. nume. 13. cum ſeq.

CASVS V.

Mater ſecundò nubens quando poßit teſtando præiudicare filiis primi matrimonij.

SVPER quodam teſtamẽto Catharinæ dictum fuit, quòd licèt regulariter mater, quæ ſecundo nupſit, nõ poſſit plus relinquere ſecundo viro, quàm vni ex filiis primi matrimonij. l. hac edictali. C. de ſecũd. nupt. Crau. conſ. 193. Io. de Amic. conſil. 3. num. 8. & conſ. 11. latè Gabr. de ſecund. nupt. concl. 4.

Nihilominus, ex quo filius primi matrimonij conſenſit teſtamẽto matris, inſtitutio facta de ſecundo viro valida fuit: conſentiens enim iura ſua perdit. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. ed. Tiraq. de leg. connub. gloſ. 5. num. 136. & in l. ſi vnquàm, in verbo donatione largitus. quæſt. 22. C. de reuoc. don. & in puncto huius caſus vide Bald. in d. l. hac edictali. num. 14. Bertran. ibidem. num. 5. cum ſeq. & Gabr. in d. concl. 4. nume. 70. qui loquitur in fortiori caſu, & faciunt dicta per Cœph. in conſ. 153. numero 83. vol. 2.

Et licèt filius primi matrimonij acceptando legatum non præiudicet ſibi, ſecundùm Gabr. in d. concluſ. 4. num. 42. cum ſeq.

Tamẽ id eſt, quia in dubio non inducitur renunciatio, hic autem conſtabat de expreſſa renunciatione, ſecundùm Bertrand. in d. l. hac edictali. num. 10.

CASVS VI.

Pro re vendita recuperanda quãdo competat rei vendicatio.

RESOLVTVM fuit, cuidam mercatori non competere rei vendicationem ad recuperandam rem mobilem ab ipſo vẽditã, & traditã Georgio, ſed tantùm actionem ad pretium non ſolutum.

Primò, quia dicebatur habita fides de pretio, & dominium tranſlatum in emptorem, ſecundùm glo. & Doct. in §. venditum. inſt. de rer. diuiſ. & in l. inciuile. C. de rei vend. Alex. conſ. 86. num. 6. & conſ. 123. num. 11. vol. 6. Tiraq. de retr. conuent, in fine. numero 77.

Secundò, quia etiam in caſu reſeruatæ hypothecæ ſuper re vendita non poſſet hic competere dicta rei vendicatio, ex quo res vendita fuit mixta cũ alia ſimili re, ita vt diſcerni hodie nõ

poſſit.gloſ.& Bartol.in l.ſi alieni.ff.de ſolut.& in l.ſi is.C.depoſ.

CASVS VII.

Appellatio an detur à ſententia declaratoria aliquem eſſe periurum.

FVit condemnatus, ſiue declaratus periurus quidam fictabilis ad inſtantiam Monialium S.Fęlicis ob non ſeruata pacta. Et cum dictus fictabilis appellaſſet,& de nullitate dixiſſet,fuit apprimè controuerſum, An daretur appellatio.

Et pro affirmatiua adducebatur.

Primò, quia in dubio eſt deferendum appellationi. glo. in l.reſtituere. ff.de rei vend.Crau.conſ. 278. colum. antepen.Alexand.ęonſ.113.num.2.volum.5.Rot.Ro.in nou.deci.2.de dolo, & contum.

Secundò, quia à declaratione pœnæ incurſæ datur appellatio.c.paſtoralis, de appell.Felin.in c.Rodulphus.num. 43.de reſcript.Put.deciſ.221. numer.1. par.3.Rom.conſ.482.nu.9. Abb.conſil.100.num.4.par.1. Rot.Rom.deciſ. 49.in nou.

Accedit, quòd à ſententia lata poſt iuramentum in litem datur appellatio, licèt non detur ab ipſo iuramento.Iaſ.in l.in actionibus. num.43.ff.de in litem iur.

Tertiò, quia periurium non committitur ſine dolo.Iaſ.in l.ſi quis.numer.2.C.de tranſ.quęlibet autem minima cauſa excuſat à dolo. vulg iuribus.

Quartò,quia cauſa periurij eſt mixti fori.§.ſi verò.auth.de mand. princ. Anchar.in cap.licèt. not.5.de iureiur. Gu.dop.quæſt 178. Sed iudex ſecularis præuenerat in cognitione dictæ cauſæ. Vnde Vicarius Epiſcopalis non potuit ſuper hoc pronunciare, cum careret iuriſdictione ob dictam præuentionem.Bald.in l.pen.colum.6.C. de cond.inſert. Soc. in cap.poſtulaſti. art.5.de foro competen.quæ exceptio præuentionis etiam fuit oppoſita.

Et hæc opinio placuit,non obſtante quòd ex aduerſo allegarentur multæ pœnæ inflictæ contra periurum, Quia hic diſputatio principalis eſt, an adſit periurium.

CASVS VIII.

Legitima an augeatur auctis bonis poſt mortem teſtatoris.

DVbium fuit exortum, Nunquid auctis bonis poſt mortem teſtatoris dicatur aucta legitima debita filio poſt mortem patris.

Et fuit concluſum pro negatiua, cum legitima debeatur ſolùm de illis bonis, quæ tempore mortis teſtatoris reperiuntur. l.in ratione. ff. ad legem Falcidiam. l.ſi patronum. §.ſi ex duobus.ff.de bon.liber.l.cum quæritur.ff. de inofficioſ.teſtamen. Iaſ. in authen. nouiſſima numero quarto.C.de inoffic.teſtamen. Rip. in c.cum M.Ferrarienſis.num.38.de conſt.Boer.deciſio. 62.num.16.Gram.deciſ.57. nu.36.qui ampliant,etiamſi legitima fuiſſet filio aſſignata in vita patris.Cæph.conſilio 142.num.20.volumin.1.Dec.conſ.27. Pariſ.conſ.26.num 92.volum.3. Affli. deciſ.382.num.1.cum ſeq. vbi ampliat etiamſi veniat ex cauſa de præterito. Caualc.de vſuf.mul.rel num.95 Clar. in §.emphyteuſis.quæſt.41. & §.feudum.quæſt.88.verſic.item quæro.vbi limitat,ſi augmentum ſit in re intrinſeca.

CA-

CASVS IX.

A iuramento delatorio an detur appellatio. Et plura de dicto iuramento.

IN vna cauſa iuramẽti delatorij fuit dictum primò, Dominos de Iſnardis non teneri ad iurandum realiter, quia cum R. Præpoſitus non iurauerit, perinde habetur per legem ac ſi iuratum eſſet per dictos dominos actores Bart. in l.2. num.7. ff. de iu reiur. Caroc.de iuram.deciſ.45.

Secundò fuit dictum, quòd licèt in iuramẽto delatorio non detur appellatio, cum iuramentum habeat vim confeſſionis. Oſaſch. deciſ. 61. Seraph.de priuil.iuramenti.priuil. 102. & Caroc. de iuram. deciſiuo. quæſt. 47. cum ſeq. Tamen ſecus eſſe videtur in relatiuo. Caroc.in d.quæſt.47.verſ.limitatur quartò. Vide Io. Baptiſtam Coſt. de facti ſcientia, & ignor. tom. 1. diſt. 99. num.8.9. & 10.cent.1.

Tertiò fuit dictum, quòd is, cui defertur tale iuramentum deciſorium, poteſt plura opponere.

Primò, quòd deferens à principio aſſumpſit onus probandi,& nihil probauit. Natt.conſil.35. num. 3. Caroc. de iur. deciſ. quæſt. 1 nu. 6. cum ſeq. Coſt.in d. diſt 99. nu.3.Turret.conſ. 47. numero 8. volum. 2. Vel nullam habet pro ſe præſumptionem. Iaſ. in l. manifeſte col.2. ff. de iureiur. Crauet.conſ.203.num. 4.

Secundò, quòd ipſe eſt neſcius,& ignorans alieni facti. Crau. in d. conſ. 203. per totum. Natt.d.conſ.35.nu.1. cum ſeq. Coſta in d. diſt. 99. num. 4. cum ſeq.vbi declarat.

Tertiò, quòd iam fuit lata ſententia.Coſta.in d.diſt.99.num.3.

CASVS X.

Legatũ liberationis debiti ex quibus verbis inducatur.

IN quodam legato facto per D.Sic. cum D.Octauio ſub his verbis,[itẽ liberauit, & abſoluit d. Octauium ab omni eo,quod prætendere poſſent ſui hæredes vigore duarum apocharum, &c. & moleſtari non poſſit, &c.] dicebatur,ex dictis verbis plenè conſtare de legato liberationis.l. 4. l.6.l.9. §.fin.& l. 20.ff de lib leg. Pariſ.conſ. 84. num.27.& num.30. vol.1.

Præſertim cum in fine legati dicatur, quòd per hæredes quamprimùm tradantur ipſe apochæ dicto Octauio. l.3.& ibi glo & Doct.l.4.ff.de lib.leg. l. qui chirographum.ff.de leg.3.Et ſic conſtet de geminata voluntate teſtatoris,quę magis operatur.vulg.iurib⁹.

Benè verum eſt,quòd dictum legatũ liberationis reſtringeretur ad debitum tempore teſtamenti, non poſtea.l.29.§.1. & §. legatum.l. fin.§. fi. ff.de lib.leg.Ma.t.de coniect.vlt.vol. lib.4.tit.11.num.5.& lib.9.tit. 4. numero 3.

CASVS XI.

Exceptio compenſationis non poteſt opponi contra inſtrumentũ. Et quando.

AD impediendam executionem inſtrumenti fuit per Dominos de Nigris oppoſita exceptio compẽſationis, & ad probandam dictam exceptionem fuerunt producta quædam capitula. Quibus viſis fuit reſolutum, non eſſe admittendam dictam exceptionem ad effectum retardandi executionem petitam, cum requireret

altiorem indaginem. l. fin. Cod. de compenſ. Marſ. ſing.365. Medic. de compenſ.par.1.quæſt.13. nu.1. Seraph. de priu.iuramenti.priu.77.num.79.

Præſertim cum inſtrumentum productum haberet executionem paratã tàm vigore iuramenti. Seraph. in d. priu. 77.numero 8.cum ſequ. vbi latè. Carol. de Graſ. de except.in prælud. num.39.cum ſeq. quàm vigore ſtatuti Papienſis.Seraph.ibidem.priu.7.num. 31.Et in cauſa eſſet concluſum per tria peremptoria tranſmiſſa.

Nec obſtare dictum fuit,quòd iuramentum non liget hæredes : Nam quicquid ſit quoad incurrendum periurium, tamen quoad obſeruantiam, & robur contractus ligat etiam hæredes.Seraph.ibidem.priu.57.num.9. & priu.77.num.48. Affl. deciſ.381.num. 9.Non.conſ.14.num.9. Turret.conſi. 19.num.23.volum.1.

Et dum vlterius obiiceretur, eſſe admittendam dictam exceptionem, quando liquidatio fieri poteſt incontinenti.Carol.ibidem.excep.16.num. 41.Afflict.deciſ.163. vbi ampliat,non obſtante iuramento, & deciſ.121. dicit,poſſe admitti etiam poſt rem iudicatam.

Præſertim ſi exceptio cæpit competere poſt iuramentum. Capic.deciſio. 167.Medic.ibidem.q.15.par.1. Et incontinenti dicitur fieri etiam per teſtes. Alb. conſil. 318. numero 7. Vel ſaltem dicitur remiſſum iudicis arbitrio.Menoch.de arbit.iud.caſ.14.Maſcard.de prob.concluſ.334.num.5. vol. 1.Carol.d.excep.16.num.42.

Fuit reſponſum, liquidationem non poſſe fieri incontinenti, maximè cum capitula eſſent probanda per teſtes, & continerent in ſe materiam rationis adminiſtrationis reddendæ.

CASVS XII.

Actor non tenetur edere ſcripturas ad fundandam intentionem rei.

QVAESITVM fuit,An Franciſcus poſſet cogi ad edendum ſcripturas pro fundanda intentione Cæſaris actoris.

Et fuit reſolutum negatiuè.

Primò ex doctrina Bart.in l.1.§.editiones,& l.quædam.ff.de eden. quem ſequitur Bero.in c.1. nu.64. de prob. & ibidem Dec.num.12. & in l.1.num. 1.C de eden. Cagn.in d.l.1.num.52.

Secundò,quia licèt poſſit aliquando implorari officium iudicis ad dictam editionem faciendam. Dec.in d. c.1. num.31.Rom.conſ.398.Rot.Rom.deciſ.213 in nou.

Tamen id verum eſt duobus concurrentibus, nempè intereſſe petentis & iuſta cauſa, quæ iudicem mouere poſſit. Cagn.in d.l.1.num.29.& 34. & de neutro conſtitit adhuc.

Studium autem indagandæ veritatis non eſt ſufficiens, ſecundùm Dec. in d.c.1.num.31.verſ.primus eſt,Etiãſi actor iuraſſet non petere calumnioſè dictam editionem. Curt. iun.in d.l.1. num. 40.

Tertiò, quia,cum prætenderetur amiſſio ſcripturarum, poterat reo deferri iuramentũ, cui ſtandum eſt abſque eo quòd deueniretur ad compulſionem.Bart.& alij in l.prætor ait. §. an eandem.ff. de eden. Bero. conſ 19. numero 4. vol.3. Maſcard. de probat. vol.1.concl. 88.

CASVS XIII.

Tutor datus à iudice in locum teſtamentarij deficientis quando non valeat.

QVIDAM

QVidam tutor datus per iudicem in locum deficientis, iuxta l. ſi quis.§.planè.ff.de teſt.tut. & l.2. C. in quibus ca.tut.dicebatur nulliter datus.

Primò, quia fuit tutor petitus pro vno actu tantùm, & tamen iudex dedit in perpetuum, & in omnibus actibus, Verùm ſententia non conformis petitioni eſt nulla ipſo iure. Corn.conſ. 198.num.6.vol.1. qui in puncto loquitur.Socin.ſen.conſ.18.nu.43.volum.1. Vant.de nullit.in rub.ex def. ſent.nu. 97. Ioan. de Amic. conſil.1. numero quarto.

Secundò, quia tutor datus erat ſuſpectus, cum ſe ingeſſerit, & affectauerit d.tutelam.l.ſcire. §.fin.& ibi Bart. num.2.ff.de tut.& cur.Alex. conſi.86. num.6.vol.2.Corn.conſ.284 nume.8. volum.3. Præſertim cum eſſet pauper. Corn.conſil.198.nu.4. & 8. volumine primo.

Tertiò, quia fuit datus non ſolùm ſine inquiſitione, contra l.in dando. ff. de tut.& cur.dat.&c. Alex.in d.conſil. 86.numer.7. Corn. in d. conſil.284. num.9. ſed etiam ſine petitione tutoris teſtamentarij, de quo teſtator, & lex multum confidit. Corn.conſi.198. numer.6. volum.1. & d. conſilio 284. num.9.

CASVS XIV.

Mercatoris liber non probat negotia extra mercaturam.

IN cauſa cuiuſdam mercatoris Toſini, qui repetebat pecuniam à Troilo, ſub prætextu quòd de commiſſione ipſius Troili ipſam ſoluerit Aſcanio, fuit reſolutum, Troilum eſſe abſoluendum à petitis.

Aut etenim Toſinus dicit fundatam eſſe ſuam intentionem ex ſua aſſertione; Et perperam dicit, cum ſibi vti deponenti in cauſa propria, & ad ſuum commodum non ſit credendum.l.omnibus.C.de teſtibus.Bart.in l.deferre. ff.de iu.fiſci.Alex.conſ.32. num.4.volum.6. Caſtr.conſ.301. vol.1. Oſaſch. deciſ.72.numero 6. Becc. conſilio 85. numero 8. Turret.conſil.24. numero quarto. Surd. conſil. 61. numero 26. Præſertim cum dictus Aſcanius neget ſe aliquid recepiſſe à dicto Toſino. Dec.conſilio 94.numer.2.Ruin.conſ. 41.vol.4.

Aut fundat intentionem ſuam in libro ſuo mercantili; Et malè fundat, quia certum eſt, quòd ſi Toſinus ſcribens deponeret in iudicio cum iuramento quòd ſcripſerit, nullam fidem faceret, vt ſupra dictum eſt, pariter nec ſcripturæ ſuæ fides eſt adhibenda, ne plus credatur copiæ, quàm originali.auth.ſi quis.C.de eden.Crauet. conſilio ſexto. numero ſexageſimoſeptimo.

Et licèt libro mercatoris de conſuetudine credatur, ſecundùm Doct. in l.admonendi.ff.de iureiuran. Tamen id verum eſt in ſpectantibus ad mercaturam tantùm, non in aliis, vt hic. Rom. conſilio ducenteſimoquarto.& ibi Mandoſ. in addit. Iaſ. in d.l.admonendi. numero 102. Dec. in cap. 1. numero trigeſimo. de prob. Strach. de mercat. in rubric. quo. in cau.mer.proced. numero quadrageſimo. Oſaſch. d. deciſione 72. numero decimo.

CASVS XV.

Creditor anterior quando poſſit repetere pecuniam ſolutã poſteriori creditori à debitore ſuo.

De quodam Baptiſta creditore anteriore, qui prætendebat repetere pecuniam ſolutam per eius debitorem creditori poſteriori, dicebatur poſſe repeti.

Primò, quia licèt æquior opinio ſit, quòd non poſſit repeti ob commixtionem, quam tenuerunt Afflict. in deciſ. 190. in fin. Menoch. conſ. 46. num. 2. volu. 1. Pariſ. conſ. 69. vol. 4. Eugen. conſ. 89. num. 1. Cæph. conſ. 86. num. 5. volum. 1. Surd. deciſ. 60. num. 9. & conſ. 4. num. 10. Ludou. deciſ. 45. num. 4. Roland. de inuent. par. 3. verſicul. ſed quid, & verſ. quid autem. Tamen contraria opinio viſa fuit verior, ſecundùm rationes relatas per Afflict. in d. deciſ. 90. num. 2. & ab ea non eſſe recedendum, dicit Surd. d. conſilio 4. numero 42.

Secundò, quia dictus debitor ſoluit poſteriori coactus à iudice. glo. in l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. Couar. pract. quæſt. c. 29. num. 1.

Præſertim cum dictus poſterior creditor non docuiſſet legitimè de ſuo credito. gloſſ. in l. ſi alieni. ff. de ſolut. Bartol. in l. pupillus. in princ. ff. quæ in fraud. cred. Pariſ. in dict. conſ. 69. num. 2. Surd. in d. conſ. 4. numero 42. cum ſeq.

Tertiò, quia ratio fundamentalis Doctorum, quare pecunia ſoluta poſteriori non poſſit repeti, eſt commixtio. & conſumptio pecuniæ. l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pign. Bar. in d. l. pupillus. Afflict. deciſ. 190. num. 4. vbi limitat in generis ſolutione, cũ genus perire non poſſit. Caſtr. in l pecunia. num. 5. C. de priuil. fiſci. Pariſ. in d. conſ. 69. num. 8. Surd. in d. conſ. 4. nu. 42. Corn. in d. l. fin. §. etſi pręfatam. num. 18. vbi lim. in re immobili data inſolutum.

Hic autem non erat conſumpta, ex quo poſterior creditor promiſit pecuniam reſtituere in caſu moleſtiæ alterius. arg. tex. in l. nam etſi. & l. non omnis. §. fin. ff. ſi cert. pet. gl. in d. l. ſi alieni. Facit dictum Ludo. in d. deciſ. 45. nũ. 20. vbi firmat, poſſe repeti ſi illa fuerit ſoluta ſine præiudicio iuriũ partium. Et coadiuuabatur, quia dictus debitor erat non ſoluendo. l. ſi nõ expedierit. §. 1. ff. de bon. auct. iud poſſid. Surd. d. conſ. 4. num. 13 Eugen. cõſ. 89. num. 10. cum ſeq.

CASVS XVI.

Via publica non poteſt occupari. Et contra occupantem conceditur interdictum reſtitutorium.

Contra occupatorem viæ publicæ tranſmiſſum fuit præceptum, vt reſtitueret illam in priſtinum Contigit dubitari, An dictum pręceptum eſſet reuocandum.

Et pro vera reſolutione præmittebatur.

Primò, quòd dicta via occupata erat vicinalis, iuxta l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publ. licèt publica, ex quo non erat memoria in contrarium, quòd ex agris priuatorum collatione ſit facta. l. fi. ff. de loco, & itin. pub. d. l. 2. §. vicinales. Cæpol. de ſer. ruſt. præd. rubr. de via. quæſt. 7. Præſertim cum ſolum publicum eſſet. l. 2. §. viam. ff. de via publ.

Secundò, quòd in via eſt facultas cũdi, agendi, ambulandi, trahendi vehiculum, trabes, & lapides. l. 1. §. via. ff. de ſer. ruſt. præd. §. via. inſt. de ſeruit. Cæpol. d. tract. de via. in princ.

Tertiò, quòd, quando clauſa, vel impedita aliquo modo eſt via publica, competit interdictum reſtitutorium,

vt

vt reſtituatur in priſtinum.l.2. §.prætor. ff. ne quid in loco publ. l.1. ff.de loco,& itiñ.pub.l.quibus.ff.de condit. & demon.Cæpol.d.rubr.de via.quęſt. 14. quæſtio.15. & quæſt.17. vbi dicit, competere etiam ei,de cuius intereſſe non agitur ; Licèt poſſet etiam agi remedio reintegrandæ,ſecundùm Menoch.de recup. poſ. rem.ed.1. num.81. & remed.15.num.200. Vel retinendæ, prout expedierit.Menoch.de retinen. poſſeſſ.remed.5.

His præmiſſis fuit reſolutum pro validitate præcepti.

Quia via publica non poteſt per vicinum occupari , etiamſi nemini ſit nociuum. l.2. ff. ne quid in loco publ. Cæp.d.rub.de via. quæſt.32. & quæſt. 14.vbi etiam ſi eſſet vicinalis, per d.l. 1.& d.l. 2. Ang.conſ.18. licèt hic ageretur etiam de damno vicinorum, quibus impediebatur facultas eundi, & vehendi currum.l.ſi in agrum.ff.de via publ. Cæp. in d. rubr.de via.quæſtione 24.

Cæterùm de occupatione conſtitit plenè ex ipſius loci inſpectione , quæ probatio maximè præualet. Bald. in l.contra. C. ad leg.Aquil. Alexand.in l.qui bona. §. qui damni.ff.de damn. infect.

Neque occupans poſſet ſe tueri pręſcriptione.l.viam.ff.de via publ. Cæpol.d.rubr.de via.quæſt.9. etiamſi interueniſſet licentia vniuerſitatis loci, cum dicta vniuerſitas vti recognoſcens ſuperiorē nō poſſit bona vſui publico deſtinata.Bart.in l.continuus.§. cum quis.ff.de verb.oblig. Cępol. de via.quæſt.10. verſ.aut ſunt bona publica. Et præſertim hoc firmandum eſſe dicebatur , cum hic ageretur de iure quæſito vicinis,cui nunquam Princeps præiudicare intendit.l.iubemus. C.de teſtam. Crau. de antiq.temp.parte 1. num.17.Surd.conſ.42. nume.20.Non. conſil.55.numer.14. Menoch. de præſumpt. libr.2.præſumpt.9.num.5.cum ſequ.

CASVS XVII.

Exceptio , quæ poteſt opponi contra delegantem , non poteſt opponi contra eum, cui facta eſt delegatio.

VVlpella vendidit domum Porphirio,qui eandem vendidit poſtea Andreæ , dictúmque Andream delegauit dicto Vulpellæ pro ſoluendo pretio conuento domus prædictæ. Egit via executiua Vulpella contra Andream delegatum:Et fuit pronunciatum ad fauorem dicti Vulpellæ, quia habebat pro ſe inſtrumentum clarum , quod habet vim definitionis cauſæ.Dec.conſil.36.col.1.Non.conſi. 18.num.6. Becc.conſ.86.nume.1.Turret.conſ.51.nu.1.volum.1.

Neque profuit d. Andreæ dicere, quòd venditio non eſſet perfecta ob non factam æſtimationem domus. §. 2.inſtit.de empt.& vendit.& l.in vendentis.C.de contrah.empt.

Primò , quia dicta exceptio , cum concerneret perſonam Porphirij delegantis , non veniebat admittenda contra Vulpellam, cui facta fuerat delegatio.l.ſi quis.l.doli. ff. de nouat. l. vt mihi.ff.de donat.& l.ſi citra. C. de cond.indeb. Roncheg in l.3. num.59. C.de duob.reis.Gabr.conſ.155. nume. 6.& 11.volum.1.

Præſertim cum delegatio fuiſſet facta ex cauſa oneroſa. l. apud. Celſum. §. ſi quis. ff. de doli exception.

Secundò, quia vēditio fuit perfecta,

cum pretium fuerit collatum in arbitrium tertij in ſpecie nominati. l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. Ang. in §.2. numero primo. inſtit. de except. tunc enim pretium dicitur certum, ſecundùm Bald. in d.l. in vendentis. numero 13. & in l. ſi merces. ff. loc. Afflict. deciſ. 280. Gabr. conſil. 64. num. 2. volum. 1. Anchar. fam. quæſt. par. 1. quæſt. 18. num. 2. Surd. deciſio. 82. num 1.

Nec pariter profuit eidem dicere, domum fuiſſe euictam.

Tum quia euictio non poteſt opponi contra auctorem auctoris. Marant. de ordin. iud. par. 6. memb. 5. num. 9. quod declara, vt per Surd. conſ. 17. numero 32.

Tum quia euictio dicebatur ſecuta ex facto & culpa ipſiuſmet Andreæ. Becc. conſ. 106. num. 16. necnon ex iudicis imperitia. l. ſi per imprudentiam. ff. de euict. l. ignorantia. C. eo. em V- xori etenim dicti Porphirij nõ competebat actio ad dotis reſtitutionem viuente eius viro. l. ſi conſtante. & ibi Doct. ff. ſol. matrim. Præſertim cum non docuiſſet plenè virum ſuum vergere ad inopiam. Doct. in d. l. ſi conſtante, & in l. vbi adhuc. C. de iure dot. Abb. & alij in c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. Put. deciſ. 265. parte 3. Curt. ſen. conſil. 57. num. 2.

CASVS XVIII.

Fideiuſſor quando poſſit petere ſe liberari, licèt non ſoluerit.

SVſcepit Claudius pecuniam ad cẽſum, & pro eo fideiuſſit Mariottus vti principalis, & inſolidum, quem dictus Claudius promiſit liberare indẽnem à dicta fideiuſſione. Et cũ Mariottus diù ſtetiſſet in dicta obligatione, egit via executiua contra dictũ Claudiũ, & obtinuit ſentẽtiam fauorabilẽ, à qua dictus Claudius appellatur, & obtinuit inhibitionem ſub eo pretextu, quòd non potuiſſet via executiua agi, cũ dicta liberatio veniret ex legis diſpoſitione, videlicet ex l. Lucius. ff. mand.

Contigit dubitari, An dicta inhibitio eſſet reuocanda, vel ſaltem moderanda quoad effectum ſuſpenſiuum.

Et dicebatur, eſſe ſaltem moderandam.

Primò, quia per ſtatutum Montis Gratucij diſponitur, fideiuſſorem poſſe agere via executiua ad ſui liberationem etiam non expectato tempore; & vbi adeſt lex, tollitur omnis dubitatio. l. doce. C. de furt. cum vulg.

Secundò, quia in obligatione fuit appoſita clauſula illa, in forma Cameræ Apoſtolicæ: qua ſtante non datur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuũ, ſecundùm Galleſ. ad for. Cam. fol. mihi 171. numer. 7. Marant. de ord. iud. verſic & quandoque appellatur. num. 321. Put. deciſ. 480. part. 2 Menoch. de adip. poſ. remed. 3. num. 192.

Et licèt dictus fideiuſſor non ſoluerit, Tamen ei dicebatur competere actionem pro liberatione.

Tum quia ſe obligauit in forma Cameræ, vt in puncto firmat Surd. deciſ. 94. num. 5.

Tum quia ſuſtineri poteſt, fuiſſe expreſſum in inſtrumento, quòd ſi diù ſteterit in obligatione, poſſet agi ad liberationẽ, cũ non ſolùm ſcriptũ dicatur, qđ oculo corporali legi poteſt, ſed qđ venit ẽt ex legis diſpoſitione, ſecúdùm Menoc. de adip. poſ. rem. 4. n. 217. Crau. de antiq. tẽp. par. 1. n. 86. Iaſ. in l. ꝑtor. n. 3. ff. de op. no. nunc. Et tempus iuris dicitur appoſitũ in inſtrumẽto. l. ſi duo. ff. de acq. hær. Crau. cõſ. 91. n. 8.

Et hoc comprobabatur à ſimili de inter-

intereſſe,pro quo datur via executiua, licèt de eo nulla fuerit facta mentio in inſtrumento.Alexan.in l. iuriſgentium.§.quod fere.numc.10.ff.de pact. in l.certi.nu.5.ff.ſi cert.pet.& in l.1.n. 13.ff.de leg.2.

Et quia tacita ſtipulatio præſumpta à lege habet executionem paratam, ſicut expreſſa.l.1. C.de rei vx.act. Menoch. in d.remed.4. num.125.Crau.d. par.1.num.88.

Et præſertim non fuit auditus dictus Claudius, cum proponeretur falſum commiſiſſe,ſecundùm Plot.in l.ſi quando.num.667. C.vnde vi.dixit enim cum iuramento in inſtrumento cenſus, bona obligata eſſe libera, nec eſſe ſubiecta alicui oneri, & tamen ipſemet hodie opponit,eſſe dicta bona ſubiecta fideicommiſſo.

CASVS XIX.

Actor quis dicatur in cauſa appellationis.

FVIT petitum, Quis diceretur actor in cauſa appellationis.

Et negari non poteſt,quin articulus eſſet dubius, cum plures ſint opiniones Doctorum.

Prima enim eſt opinio, quòd appellatus dicatur actor, quia regula eſt, illum dici actorem, qui primum ad iudicium prouocauit. l.his tribus. ff. de iud.Bart.in l.libertus. ff. de in ius voc. Dec.conſ.487.num.10. & conſil. 686.in fine.Rim.ſen.conſ.377. & cõſ. 394.volum.2.Rol.conſ.72. numer.50. vol.2. qui alios allegat. Et magis in ſpecie hoc tenet Salycet. in l. ſi qui. verſ.quæro cum vlt.C.de appell. vbi dicit, appellatum in cauſa appellationis dici originarium actorem, & appellantem dici reum. idem tradit Bal. ibidem. columna 2. & Barb. in addit. ad Abb.in c.ſignificauerunt. numero 14.de except. tenet idem per tex.in d. l.libertus,& Bal.in l.de pupillo. §. qui remiſſionem. ff.de nou.op.nunc. inquit, reum petentem ſententiam declarari nullam ſuſtinere partes rei, quem ſequitur ibidem Caſtr.Ad idem eſt deciſio Benintend.32.nu.1. qui dicit, actorem in cauſa appellationis eſſe,qui fuit in cauſa principali, vbi allegat, idem tenere Card. in clem. 1. quæſtione ſeptima. de cauſ.poſſeſſ.& prop.

Secunda fuit opinio, quòd appellans dicatur actor,quam tenent glo.in cap.ſi appellanti.in verbo, appellatus, in clem. de appellat. Anchar. in cap. conſtitutionem,de elect.in 6. Din. in cap indultum.colum.5.de regul.iur. in 6.Soc.ſen.conſilio 29. numer.20. volum.1. Burſat. conſilio 145. numerò decimotertio. volumine ſecundo.

Tertia opinio fuit, quòd appellans non dicatur propriè actor, ſed vtatur iure actoris. quam firmant glo.in cap. ſi à ſubdelegato.ff.de offic.& pot.iud. deleg.in 6.in verbo contrarius. Bald. in l.non ſolùm.ff.de rei vendic. in l.1. colum.2.verſic.quartò oppono. C. de furt.in l.fin.colum.fin.C.de fideicom. lib.& in l.fin. §.neceſſitatem. in fine. C.de bon.quæ lib.Bart.in l.j.ff.nil no. ap.pend.in princ.Bertach.in repert.in verbo, appellans. vbi ſic nititur concordare dictas opiniones, nimirum, quòd reſpectu oneris probandi appellãs ſuſtineat vices actoris, ſed quoad alia dicatur reus, quia ſe defendit aduerſus ſententiam.

Quæ autem verior ſit opinio in præſenti caſu non videtur curandum, cum dubitetur hodie de cujus mandati nullitate prius diſcuti debeat,

an actoris, vel rei.

Et licèt Præpoſ. Alexan. in ca. illud. in princ. diſt. 13 dicat, prius eſſe diſcutiendum de nullitate mandati rei, attamen in cap. nullus. 4. quæſt. 4. tenet, prius diſcuti debere de mandato actoris.

Sed Boer. deciſ. 281. num. 12. firmat, quòd in praxi, de vtroque ſimul eſſet diſcutiendum.

CASVS XX.

Exceptio non adimplementi poteſt opponi ſemper: Et quando.

FVit interpoſita appellatio à datione termini ad probandum per hæredes Antonij, & intimatum præceptum inhibitorium: Et cum diceretur per DD. de Rubeiis, appellationem fuiſſe friuolam, & calumnioſam tanquàm interpoſitam ab interlocutoria non continente grauamen, fuit reuocatum dictum præceptum.

Primò, quia ex forma Conſtit. Prouin. lib. 5. capit. 12. quælibet exceptio peremptoria, dilatoria, vel mixta cuiuſcunque generis fuerit, non impedit litis ingreſſum, ſed intelligitur reſeruata in fine litis. Ad quod faciunt dicta per Felin. in cap. ſuborta. num. 9. de re iud. Anch. fam. quæſt par. 2. quæſtion. 79. numer. 26. Ang. conſilio 217. colum. 2. Bero. conſ. 36. numero quinto, volum. 3.

Secundò, quia dictus Antonius dum vixit, & poſtea eius hæredes non adimpleuerunt contenta in inſtrumento, cum in tempore conuento non extinxerint debita d. Dominorum, prout promiſerunt, & vti volens inſtrumento in parte ſibi fauorabili debet probare, ſe adimpleuiſſe omnia, & ſingula adimplenda pro eius parte, alioquin non poteſt petere ſibi obſeruari. Alexand. conſilio 49. verſicu. & adeo. volum. 2. Crau. conſil. 151. num. 10. vbi inquit, quòd iudex in hoc ſupplet ex ſui officio, etiam parte non opponente. Roman. conſil. 244. Turret. conſil. 74. num. 29. cum ſeq. & 34. volum. 1. & iſta exceptio ſemper poteſt opponi, etiam ſtatuto remouente omnes exceptiones. Crauet. in d. conſ. 151. Gom. conſil. 149. Dec. conſilio 119. Turret. d. conſilio 74 numero 38. Franc. Becc. conſilio 106. numero tertio. cum ſeq. vbi etiam in iuratis contractibus hoc procedere declarat, quia iuramentum habet tacitam conditionem, ſi fides ſeruetur cap. peruenit. de iureiurand. Roland. conſilio 57. numero 20. Et in inſtrumento camerali Turret. in dict. conſilio 74. numero 30. Cæph conſilio 66. numero vigeſimoſexto. volumine primo. vbi tenet, quòd ſufficit quid minimum non fuiſſe obſeruatum. Decian. conſilio 61. numero 44. volum. 2.

Tertiò, quia per dictos Dominos prætendebatur enormiſſima læſio, qua ſtante non ſolùm præſumitur dolus, ſed probatur dolus verus. Crauet. conſilio centeſimo quadrageſimoſecundo, numero vigeſimoſecundo. Corn. conſilio 236. colum. fin. & conſilio 258. columna quinta, volumine quarto. Dec. conſilio 180. columna quarta. Abb. conſilio octuageſimoprimo, numero quadrageſimonono. volumine primo. Rim. iun. conſilio ducenteſimotertio, numero 208. volum. 2. conſil. 342. numero 115. volumine 3. & conſil. 428. numero 18. volumin. 4. Soc. iun. conſ. 148. num. 47. volum. 1. Vnde cum dolus dederit cauſam contractui, contractus eſt ipſo iure nullus, iuxta not. in l. eleganter. & ibi Bart. ff. de dolo. Iaſ. in §. actionum, numer. 28. inſtit.

inſtit.de act. Ioan. de Amic. conſilio primo. num.69. Turret.conſilio 70. num.5.lib.1.Benintend. deciſ.84. numero 4.

Qua nullitate ſtante non procedit illa Doctorum opinio, quòd volens reſcindere contractum teneatur primo reſtituere, quod recepit, ſecundùm Roland. conſilio 7.numero 4. volumine tertio.Rim.conſil.5.numero 71.volum.1. Crau.conſil.7. colum. penult. & conſilio 23. numero primo. Afflict deciſ.220.Rot.Rom. in nouiſſim.deciſ.3.par.1.faciunt.l.ſi à te.C.de pact.inter empt. & l.j.cum ſequ. C.ſi aduer.tranſact.

Quia illa intelligenda eſt, quando is, qui vult reſcindere contractum, ſolum aliquid recepit, non autem ſi aliquid verſa vice dedit, & ſic fuit datio mutua, & viciſſitudinaria, nam tunc mutua etiam fieri debet reſtitutio, & omnia in priſtinum reduci debent.l.ſi diuerſa. C. de tranſact. l.non ſolum.C.de præd.min. Rot.Rom. in nouiſſim. deciſione 111.numero quarto, parte prima, vbi habetur, quòd quando cauſa eſt certa, & clara, tunc datur retentio,nec eſt opus reſtitutione, prout eſt in præſenti caſu, in quo dictus Antonius recepit tantam frumenti quantitatem.

CASVS XXI.

Exceptio periurÿ an ſit reſeruanda in fine litis.

Fuit dubitatum in vna tranſactiones, Nunquid exceptio periurij eſſet reſeruanda in fine litis,iuxta Conſtitutionem Prou.Marc. lib.5.c.12.

Et fuit reſolutum affirmatiuè.

Primò,quia præfata Conſtitutio expreſsè dicit,quòd nulla exceptio dilatoria,vel peremptoria,&c. ponderando dictionē illā, nulla, quæ cū ſit vniuerſalis negatiua prorſus negat.l.hoc genus.& ibi Doct. ff.de cond.& demōſt. & ab ea nullus caſus dicitur exceptus. glo.in l.alienatum.§.donationis.ff.de verb.ſignif.Bero.conſ.117.n.5.vol.2.& æquipollet vniuerſali de proprietate ſermonis. Natt. conſ.67. in fine. & conſ.469.num.14.Rim.iun.conſ.368. num.21.vol.4. Felin. in c.2. in fine.de treg & pace.

Secundò ponderantur verba illa dictæ Conſtitutionis,nempe[cuiuſcúmque generis.] ex quibus comprehenditur quæcúmque exceptio : & confert id, quod in diuerſis cauſis à Rota Rom. deciſum fuit, teſte Gomeſ.in proœm. reg. Cancell. quæſt.3. num. 2. & de reg. de imp. beneſ.vac. &c.quæſt.8.num.4. Et quod not.Salyc.in l.2.nu.9.C.de noxal.vbi ſi ſtatutum dicit, quemlibet cuiuſcúmque conditionis teſtari poſſe, poterit etiam teſtari ille, quem ius commune cenſet inhabilem; quod dictum refert Hipol.conſ.85.num.28.

Tertiò,quia dicta Conſtitutio excipit duntaxat caſum, quando opponitur exceptio contra perſonam,vt quia non habeat mandatum, vnde firmat regulam in caſibus exceptis.l.nā quod. §.fin. ff.de pen.leg.Bal.in l.1. §.fin. in fine.ff.de fer. & in l. ita nobis. C. ad leg.Iul.de adult. vbi dicit,quòd ſi ſtatutum dictat,nullam exceptionem opponi poſſe contra inſtrumentum,præter illam ſolutionis, nullæ aliæ exceptiones poterunt opponi, quæcúmque ſint.

Quartò allegabatur Rim.iun. conſ. 87.vol.1. qui in ſtatuto ſimili ſic conſuluit;licèt Aſin.in praxi. §.13. c.9. nu. 28.teneat contrarium,ſed malè.

CASVS XXII.

Fideiuſſor de ſtando iuri, ſeu iudicatum ſolui ad quod teneatur.

IN vna Communitatis loci N. cum Michaele, qui promiſiſſe diceba-tur, quòd Ioannes ſtabit iuri, & iudicatum ſoluet, fuit reſolutum, dictum Michaelem abſoluendum eſſe ab obſeruatione iudicij.

Aut etenim dicta Communitas prętendit d. Michaelem teneri ad ſummam petitam, quia eam ſoluere promiſit; Et cum hoc inſtrumentum non dicat, neque nos dicere debemus. Bal. conſilio 297. colum. 2. volum. 1. & cō-ſilio 189. circa medium. volum. 2. Sicque pro eo quod non eſt expreſſum in inſtrumento, non poteſt agi via executiua. Iaſ. in l. certi condictio. numero 20. ff. ſi certum petat. qui alios allegat. Rim. iun. conſ. 135. numero 8. volum. 2.

Aut prætendit conueniri potuiſſe vigore promiſſionis de ſtando iuri; Et minus hoc dici poteſt, quia promiſſor de iudicio ſiſti tenetur ſolùm ſe curaturum, vt ille ſiſtat. Caſtr. in l. fideiuſſor. §. ſi quis. num. 4. & in §. fideiuſſorem. num. 4. ff. qui ſatiſd. cog. & quòd perſeueret vſque ad ſentētiam, vt per Caſt. in rubr. ff. eodem tit. & in l. Grę-cè. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſ. & ſi ille non ſiſtet, tunc mora commiſſa contra promiſſorem poteſt agi ad intereſſe. l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. vbi glo. Bartol. & alij ff. qui ſatiſd. cogant. non autem ad certam quantitatem, quæ non fuit promiſſa.

Aut verò prætendit potuiſſe via executiua agere contra d. Michaelem, quia promiſit ſoluere iudicatum pro dicto Ioanne: Et certiſſimum quoque eſt, quòd etiam malè, & nulliter ex hoc capite egerit, petendo dictam quantitatem, quia promiſſor pro alio iudicatum ſoluere, tenetur ſolùm vbi per iudicem eſt pronunciatum, & iudicatum quid, & quomodo de iure per principalem ſolui debet. l. iudicatum ſolui. la 2. ff. iudic. ſol. vnde dicit Caſtr. in dict. l. Græcè. §. & poſt litem quòd d. promiſſor tunc incipiat obligari, quando lata eſt ſententia condemnatoria.

Quinimò non ſufficit ſimpliciter latam eſſe ſententiam, à qua poſſit appellari, ſed requiritur illam feciſſe tranſitum in iudicatum, ita vt appellari non poſſit. l. 1. ff. iud. ſol. & ibi Caſtr. & alij.

CASVS XXIII.

Permiſſum vno tempore cenſetur prohibitum alio tempore.

CVm confeſſio Buſſuli noui regiminis ex forma ſtatutorum loci N. fieri deberet à reformatoribus in vltimo menſe, clarum videtur in iure, ab eiſdem ante tempus fieri non potuiſſe, & factum non tenere.

Primò, quia permiſſum vno tempore cenſetur alio tempore prohibitū. l. ſi ita quis. & ibi Doct. ff. de vulg. & pup. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. glo. 2. num. 44. quia tempus dicitur de forma actus. Bald. & alij. in auth. quę ſupplicatio. C. de precib. Imp. off. Caſt. in l. qui Romæ. §. Callimacus. in fin ff. de verb. obligat. & in l. ſi in lege. in prin. ff. locati. Rim. iun. conſilio 271. nume. 23. vol. 3.

Secundò, quia vbi in lege, vel ſtatuto eſt determinatum certum tempus, id non recipit functionem alterius tempo-

temporis. Bald. in l. ordo. circa medium. C. de execut. rei iudic. Ang. in l. in fundum. §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſd. cog.

CASVS XXIV.

Interdictum quorum bonorũ quando, & contra quos competat.

OPtimo iure N. petiit, ſe immitti in poſſeſſionem aſſerti petij terræ, quòd per M eius patrem poſſidebatur, & in eius hæreditate remanſit, nam cum ipſe vti filius patri ſuccedat ab inteſtato. authen. in ſucceſſione. C. de ſuis. & legit. hæred. & in corpore, vnde ſumitur, dicitur ſibi competere interdictum quorum bonorum vtile, cum ſucceſſerit de iure ciuili, vel directum, ſi diceretur iure prætorio ſuccedere, iuxta gloſſ. in rubr. ff. quorum bonorum. & in rubr. C. eodem titulo. vbi in ſpecie Salyc. ita concludit, & dicit cõmuniter teneri, quod atteſtatur quoque, Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. numero trigeſimotertio. & de magis communi Soc. iun conſ. 75. colum. 1. volu. 2. Quod remedium competit, etiamſi agatur ad vnam rem particularem, vt not. per Doctor. in l. 1. §. final. ff. quorum bonorum. de communi Menoch. in d. remed. 1. numero 80.

Nec facit, tale interdictum non dari contra titulo poſſidentem, ſed tantùm contra eos, qui pro hærede, vel poſſeſſore poſſident. Oſaſch. deciſ. 55. colum. 1.

Primò quia emptio quam Vagnoctius habuit à Domino Franciſco eſt ipſo iure nulla, cum fuerit facta de re pupilli abſque ſolennibus requiſitis tam ex forma iuris communis, quàm ex forma ſtatutorum loci, & Sacrarum Conſtitutionum Prouinc. cæterùm contra fundantem ex titulo inualido datur tale interdictum, cum iſto caſu detur quoque petitio hæreditatis. Natt. conſilio quatercenteſimoquadrageſimooctauo. col. fin.

Secundò, nam tale interdictum datur contra poſſidentem cum titulo, ſi titulus fuerit habitus ab eo, qui poterat pariter conueniri tali remedio, ne ſit melioris conditionis emptor, quàm auctor ſuus. Natt d. conſ. 448. col. fin. Oſaſch. in d. deciſ. 55 Menoch. in d. remed. 1 num. 60. ſed Franciſcus venditor nullum ius habebat in dict. petia terræ.

Minus obſtat, quòd pretium dictæ terræ fuerit ſolutum creditori paterno, vnde videtur obſtare exceptio doli, niſi hæres pretium ſolutum reſtituat, vel offerat. l. pen. §. fin. & ibi gloſ. ff. de rebus eorum, &c.

Primò, Quia ſtante nullitate contractus vt ſup. non dabatur creditor, cum creditor non dicatur, qui exceptione perpetua remoueri poteſt. l. creditores. ff. de verborum ſign. Nec debitor tutus exceptione dicitur propriè debitor, ſed abuſiuè. Natt. conſilio centeſimooctauo. column. penult. lex autem faciens mentionem de creditore eſt intelligenda de proprio, & vero. Doctor. omnes in l. prima. ff. ſi cert. petatur.

Secundò, quia ad hoc vt diſpoſitio d. l. pen. §. fin. locum habeat, duo ex parte emptoris ſunt comprobanda.

Primò. pretium verſum in vtilitatem minoris, quòd non eſt in caſu iſto.

Secundò, non extitiſſe alias res mobiles, quibus ſolutio fieri potuiſſet. l. ſi prædium. C. de præd. min. & ibi glo. & Doct. Maſcard. de prob. vol. 3. conclu. 1162. Quod neutrum hic fuit articulatum.

CASVS XXV.

Lex Procula ff. de probat. quando locum habeat.

NICOLAVS de iure fundatam habet intentionem, cum pro ſe habeat inſtrumentum, ex quo apparet, Iacobum eſſe debitorẽ ſcutorum 100. & inſtrumentũ dicitur probatio probata. Alex.conſ.37.col.4. vol.2. Dec. conſ. 36. col. 1. vnde dictus Iacobus, qui ſe debitum ſoluiſſe affirmat, probare debet.l.1.& ibi Doct. omnes.C. de probat.

Neque obſtat diſpoſitio l.Proculus. ff. de prob. in qua ſe fundat dictus Iacobus.

Primò, quia decſio illius tex. procedit, quando creditor ſciebat ſe poſſe petere.gl. in l.ſi ſeruus. in ver. ſi id ſciuiſſet.ff. de donat.inter vir.& vxor. aliàs eſſet deciſio iniqua,& cõtra omnem honeſtatem.Soc.iun.conſ.128.n. 126. vol.1. ſed d. Nicolaus id ignorauit,cum eſſet hæres patris, & in hærede præſumatur ignorantia.l.qui in alterius. ff de regul.iur.Plot.in l.ſi quãdo.num. 621. C. vnde vi. & pro parte dicti Iacobi non fuit probata ſcientia, prout probanda erat.

Secundò, quia diuturnitas temporis, & coniunctio ſanguinis non ſufficiunt, ſed requiritur, quòd ratio ſæpius adinuicem reuiſa fuerit, vt habeat locum d.l. Proculus. Quod vltimum deficit in præſenti caſu. Affl.deciſ.13. Alex.conſ.46. vol 1. Rom.cõſ. 117. col. 4. Soc.ſen.conſ.61 in fi.vol. 4. Calcan. conſ. 3. col. 15. verſ. capio ſecundùm Iaſ.in l. quæ dotis nu. 15. ff.ſol. matr.vbi teſtatur de communi. Rol. conſ. 65. num.155. vol.4. & Soc. iun.in d.conſ.128. num 129. dicit, requiri, quod pluries ſit facta calculatio.Menoch.de præſumpt. lib. 5.præſumpt.135.

Nec minus dicto Iacobo opitulatur, aliquando Nicolaum eidem ſoluiſſe pecuniam, & veriſimiliter allegaſſet compenſationem,ſi habere debuiſſet.

Primò, quia dictus Nicolaus ſoluit ſuis creditoribus, non autem ipſi Iacobo.

Secundò.quia, ſecundũ doctr. Bart. Pauli, & Iaſ.in l.ſi quidem.C.de tranſact. ſi venditor ſoluit cenſum debitori ex aliqua cauſa, & deinde infra paucos dies ipſe creditor petit ab ipſo debitore centum ex cauſa alicuius inſtrumenti, ſi debitor opponat de calumnia,non eſt audiendus.

CASVS XXVI.

Electio quando ſit debitoris in alternatiuis.

CONSIDERATIS diligẽter verbis inſtrumenti fuit reſolutum, eſſe in arbitrio N. agere contra Vincentium ad reponendum in priſtinũ fundum, & ad implendam formulam valari, vel quod ipſe eam implere faciat ſumptibus dicti Vincentij, cum hoc eſſet principaliter in obligatione, quod Vincentius obligatus ſit implere; illud autem quod ſubiicitur, [vt, eo negligente, N. poſſit &c.] fuit adiectum eius fauore, ad quod videtur deciſio Bart. in l. quamuis. ff. de pig. act.quam ſequitur Caſtr.& Alex.in l. 4. §.ſi ex conuentione.ff. de re iud.& ibi Iaſ. dicit eſſe communem.& Rip. addit, durum eſſe in practica à dicta communi opinione recedere.

Et quamuis dici ſoleat, in alternatiuis electionem eſſe debitoris.l. plerumq; .ff. de iure dot. Tamen quando vnum

do vnum eſt in obligatione, & alterū apponitur ad fauorē creditoris, eiuſque cautelam, prout hic, tunc electio eſt creditoris, vt dicunt Doct. iam citati, & tradit Euerar. in ſua cent. in loco, A natura alternariuæ. & faciunt ad propoſitum tradita per Dec. conſ. 12. cuius ſententia licèt ſit reprobata à Soc. iun. in conſ. 41. volum. 3. Crau. conſ. 691. num. 5. & Affl. deciſ. 396. Tamen prædicti contrarium tenent quia in eorum caſu pactum adiectum concernebat etiam fauorem debitoris, ſed hic concernit ſolùm fauorem creditoris.

CASVS XXVII.

Immunitas poteſt concedi à Principe in præiudicium aliorum.

FVIT dictum, Summum Pontificem potuiſſe immunitatem concedere Cęſari, ſuiſque poſteris, ac deſcendentibus tàm reſpectu bonorū, quàm perſonarum, quia Papa habet plenitudinem poteſtatis. cap. propoſuit, de conceſ. præben. Dec. conſ. 436. num. 11. & conſ. 689. num. 21. Princeps autem habens plenitudinem poteſtatis poteſt quem vult ab oneribus eximere l. 1. C. de vac. publ. lib. 10. l. placuit. C. de excuſ. mun. lib. 10. l. ſēper §. fin. ff. de iure immun. Natt. cōſ. 63. nu. 19. & cui vult onera imponere. l. medicos. C. de profeſ. & med. lib. 10. l. 1. C. de ſuperind. lib. 10. l. ſunt munera. ff. de vacat. mun. etenim munera publica inducuntur lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutionibus Principum, vel facultate à Principibus conceſſa. d. l. 1. C. de vac. publ. mun. lib. 10. d. l. 1. C. de ſup. ind. lib. 10.

Quinimò concedere poteſt dictam immunitatem in præiudicium aliorū ſubditorum. Abb. in cap. 2. de immun. eccl. & in cap. accedentes. de præſcript. Anchar. conſ. 10. circa finem. Caſtr. conſil. 187. colum. final. volum. 1. Alexan. conſil. 101. volum. 1. & cōſil. 30. volum. 5. Barb. conſ. 26. volum. 2. Pariſ. conſ. 68. cum ſeq. volum. 1. Rol. conſil. 19. volum. 1. & conſil. 76. volum. 2. Grat. conſ. 61. volum. 1. Oſaſch. deciſ. 35. num. 18. Cœph. conſil. 58. num. 49. volum. 1. nam ius collectandi eſt de iure poſitiuo, ſupra quod eſt Princeps. d. c. propoſuit. Dec. conſ. 588.

Neque eſt opus fieri mētionem de iure tertij, cui præiudicatur, quia natura immunitatis conceſſæ per ſe ſatis oſtendit derogari iuribus eorum, qui poſſunt cogi ad collationem munerum. Abb. in cap. cum olim. el. 1. de priuil. Natt. conſ. 160. num. 40.

Cæterùm quia opponebatur, per motum proprium Pij V. fœl. record. fuiſſe reuocatas omnes, & ſingulas immunitates.

Fuit reſolutum inſpectis verbis, ac tenore dicti motus proprij, prout ante omnia inſpiciendus erat cap. porro. & c. accepimus de priuileg. Caſtr. conſ. 163. in princ. volum. 1. Soc. ſen. conſ. 91. col. 3. volum. 4. Quod reſpectu onerum perſonalium Cæſar deberet gaudere dicta immunitate, cum ibi excipiantur expreſsè onera perſonalia; reſpectu verò realium nullatenus poſſet gaudere, cum immunitas præfata quoad realia onera ſit abrogata, & reuocata pænitus, vt colligitur tàm ex prooemio, quàm ex aliis verbis, & clauſulis dicti motus proprij.

CASVS XXVIII.

Statutum quando comprehendat forenſes.

FVIT reſolutum,nō teneri N. emptorem , neq; D. venditorem ad ius congrui vigore ſtatuti loci L.

Primò, quia & rei , & actores ſunt forenſes à dicto loco,ſtatutum autem nunquàm intelligitur comprehendere forenſes,vt eis proſit, vel noceat,cū ſit conditum ad beneficium ſubditorū. Rom.conſ.224. Tiraq.de primog. quæſt.44.& de vtr.tetr.in præf. Rol. de lucro dotis. quæſt.36.numero 12.& conſ.24. num.17.volum.3. Pariſ.conſil.12. num.26.volum.4 Alexan.conſil.44. num.9. volum. 5. Crau. conſ. 271. num.1. Natt. conſil. 140. num. 1. Becc. conſil.62.num.1.Surd. conſilio 2. num.42 conſil. 48. num.26. deciſ. 197. num.2 & deciſ.227.nu.9. Afflict. de iure Prothom.in princ. nume 20. Gabr.de ſtat.concl.8.nume.12.Anch. quæſt. famil.par.2. quæſt.3. nu 1.Phanuc. de lucro dotis. in ver. infra annum.numero 27.

Quæ concluſio magis vera redditur in præſenti caſu.

Tum quia dictum ſtatutum reſpicit perſonas,cū dicat,quicumque voluerit vendere,&c.Cacialup.in l.cunctos populos. nu.128. C.de Sum.Trinit.& fide Cath. Et de verbo, quilibet, Crauet. conſ. 271. verſ. ſed præmiſſis. volum. 2. De verbo , nullus. Natt. conſ.46. colum.2. Et de verbo, ſi quis.Alexand.conſ. 44.num.14.volum. 5. & conſil.41.in fine. volum. 7. Vnde multò minus cōprehendit Forenſes etiam pro bonis ſitis in territorio ſtatuentium.Abb. conſ. 52. volum. 2.Anch. conſil.169. circa finem. Alex. conſ. 44. volum. 5. & conſ. 19. num.7. volum. 6. Pariſ. d. conſil. 12. num.11.Becc.d.conſ.62. num.7.& 23. Crau.d.cōſil.271. colum.1. Socin.iun. conſ.80.num.14. volum.4.in puncto Afflict. de iure Prothom. in princip. num.20.

Tum quia dictum ſtatutum irrogat pœnam contra emptorem, & vēditorem,quæ Forenſibus imponi non poteſt. Bart.& alij in d.l. cunctos populos.

Secundò , quia dictus cōtractus fuit factus extra locum, & territoriū ſtatuentium: quando autem ſtatutū dat certam formam , ſub qua actus fieri debet,vt hic, nunquàm trahitur ad actum, qui ſit extra territorium etiam à ſubditis, cum in reſpicientibus formam,ſiue ſolemnitatem actus, inſpiciatur locus,vbi ſit actus , non autem locus ſtatuti. Signorol.in d.l.cunctos. num. 21. Marſ. ſing. 339. Cæph. conſ. 170. volum.2.Iaſ.conſ. 194.col. 1. volum.2.Becc.d. conſ.62.num. 8. Crau. d.conſ.271. Gabr.de teſtam. concl.4. de ſtat. concl.8. & de conſuetud.concl. 2.num.5. Surd. deciſ.129. num.16. & deciſ. 197. Menoch.de præſumpt. lib.2.præſumpt. 2.num.5.cum ſeq.

CASVS XXIX.

Inſtrumentum ob ſimulationem eſt cancellandum de protocollo.

FVIT dictum,ſtante nullitate contractus ob ſimulationem,ſecundū Bald. in l. ab Anaſtaſio, not.4. C.plus valere, quod agitur, &c.& Doct.in l. nemo poteſt.ff.de leg. 1. inſtrumentū eſſe caſſandum , & cancellandum de prothocollo.glo. & Doct. in l. nihil. C.de ſolut. & in propriis terminis quando contractus eſt nullus.vide gl. & Doct. in l. exempto. §. ſi is qui. ff. de act. empt. Bald.in l.2. quæſt. 1. C. de reſcindenda vendit. & Cagnol. ibidem.

Quinimò dicit Bald. in l. iubemus. §.1.in fine. C. ad Trebell.quòd, qui

nullum

nullum allegat contractum, tacitè videtur petere, ipſum caſſari, & ipſius inſtrumentum materialiter & de facto, ſicut de facto proceſſit.

CASVS XXX.

Laudemium quando, & quomodo debeatur.

IN controuerſia laudemium dicebatur primò, de iure communi laudemium eſſe quinquageſimam partem pretij, quod per emptorem ſoluitur. l fi. §. ne auaritia. C. de iure emph. Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 23. in princip. ſed ſuppoſito in Ciuitate M. extare conſuetudinem, quòd pro laudemio ſoluatur decem pro quolibet centenario, & quòd in ſolutione laudemij ſit attendenda conſuetudo, vt voluit Bertran. conſ. 192. volum. 6 Boer. ſuper conſuetud. §. 18 & Soc. iun. conſil. 70. in fin. volum. 3. Nihilominus, cum talis ſolutio nimium grauis videatur, negotium cenſetur remiſſum arbitrio D. iudicis.

Secundò fuit dictum, laudemium deberi pro rata pretij, quod ab ipſis emphyteutis venditoribus percipitur. d. l. fin. & ibi gloſ. in ver. pretij. Et hoc approbat etiam generalis, & inueterata conſuetudo loci, quæ potiſſimè attendenda eſt.

Tertiò fuit dictum, laudemium nō eſſe ſoluendum de quinque millibus ſcutis ſoluendis Capitulo pro extinctione cenſus, & alienatione iurium ſpectantium ad d. Capitulum: nam quando eccleſia ipſa vendit, pro pretio, quòd recipit, nullum debetur laudemium, cum illud ſoluatur duntaxat ratione laudationis, & approbationis alienationis factæ per emphyteutam de vtili dominio, & ſic pro inueſtitura noui emphyteutæ. Bertran. conſil. 3. & conſ. 310. vol 3. & conſ. 203. volu. 6. Soc. iun. conſ. 70. in prin. vol. 3. faciunt dicta per Guido Pap. quæſt. 415. num. 3. Red. de reb. eccl. non alie. quæſt. 66. de laudem. verſ. Ita autem quinquageſima. num. 28. &, vbi non eſt neceſſaria noua inueſtitura, illud peti non poteſt. Bertran. conſ. 3. num. 33 volum. 5. & ita vbique ſeruatur, vt eccleſiæ vendenti nullum debeatur laudemium.

CASVS XXXI.

Exceptio non numeratæ pecuniæ quando poſſit opponi.

FVit controuerſum, An debitor poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, cui cum iuramento renunciauerat.

Et per creditorem dicebatur, non poſſe. Nam licet aliàs ſimplex dictæ exceptionis renunciatio nil impediat, quin opponi poſſit, vt per Doctor. omnes in l. ſi ex cautione. C. de non numerat pecun. & de communi teſtatur Curt. in l. 2. §. creditum col. 7. ff. ſi certum petat. Corn. conſil. 293. col. 3. vol. 4. vide Menoc. de præſump. l. b. 3. præſumt. 12. num. 17.

Nihilominus ſi dicta renūciatio fuit facta cum iuramento, non poteſt amplius dicta exceptio opponi. Bart. in l. fin. Cod. de non num. pecun. Salyc & Alb. in d. l. ſi ex cautione. Ang. in l. in contractibus. C. eod. tit.

Et ratio eſt, quia dictum iuramentum ſeruari non poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ. argum. text. in cap. debitores. & cap. ad noſtram. de iureiur. Bertran. conſ. 282. vol. 2. Felin. in cap. ſi cautio. nu. 35. de fide inſtrum. Surd.

conſ.25.num.29.Turret.conſ.74.nu. 18.volum.1.

Cæterùm contrarium placuit.

Primò quia creditor inuitaretur ad delinquendum, & per conſequens iuramentum eſſet contra bonos mores, contra l.conuenire. ff.de pact. dot. & cap.non eſt.de reg.iur.in 6.

Secundo quia fuit oppoſita exceptio ſimulationis, cui non obſtat iuramentum. Ang.in l.1. Cod.de dote cauſ.non num.Iaſ.in §.fuerat.numero 8. inſtit. de act.

Tertiò facit, nam iuramentum, & lapſus biennij quantum ad excludendam exceptionem non numeratæ pecuniæ à pari procedunt argu.not.in l. fin.C.eodem. & arguendo ab effectu. l.cuius effectus ff.de regul.iur.ſed per lapſum biennij non excluditur dicta exceptio, quando reus vult probare pecuniam non eſſe numeratam. Ang. in d.l. ſi ex cautione.

Quartò, quia cauſa eſt inter Iudæos, in quibus non eſt conſiderabile diſpendium ſalutis æternæ, cum illi ſint deperditi.cap.ita.de iud.Iaſ.in l.tertia. §.iurati.colum.4.ff.de iureiur.Roma. conſ.155.Soci.ſen.conſ. 65.cum ſequ. volum.1. Caſtr.conſ.90.col fi. volu.2.

Quæ omnia intellige, petita prius, & obtenta abſolutione à iuramentis. Corn.conſ.293.vol.4.& Doct.in d.c. debitores.

CASVS XXXII.

Iuramentum ſuppletorium quando ſit deferendum.

FVit reſolutũ, Bartholomæo actori eſſe deferendũ iuramentũ ſuppletoriũ. ex quo ei⁹ intẽtio fuerat ꝓbata per ſemiplenã ꝓbationẽ.Doc.in l. bonę fidei.C.de reb.cred.in l.admonẽdi. ff.de iureiu.& in c. fi.extra eodẽ. Nã ad fauorẽ dicti Bartholomęi adeſt depoſitio Titij, qui deponit de veritate facti quando Philippus promiſit Bartholomæo, ꝙ ipſe ſolueret de ſuo in caſu, quo N.nõ ſolueret: Teſtis autẽ vnicus facit ſemiplenã ꝓbationẽ.c. ex inſinuatione.de procur. c.fi.de ſucc.ab inteſt.

Nec obſtat ſi dicatur, id verũ eſſe, vbi teſtis eſſet omni exceptione maior, ſed Titius nõ dicitur omni exceptione maior, cum ſit frater conſobrinus d.Bartholomęi Doc.in d.l.admonẽdi.

Quia Titius eſt etiã cõſanguineus ipſius Philippi, & in pari gradu vtrique cõiunctus dicitur teſtis idoneus, cum par affectionis cauſa amoueat ſuſpicionẽ.Bar.in l.nõ ſolũ.§.de vno.ff.de rit. nup.Alex.cõſ.156. col.3.vol.5. Gab.de teſtib.concl.13.nu.15.& concl.14.n.29.

Minus obſtat, ꝙ in præſenti iudicio tractetur de cauſa magna, in qua nõ ſolet deferri d. iuramẽtũ. Doc.in d.l.admonendi. Gab.de prob.concl.1.n.40. Surd.conſ.12.nu.12.Becc.conſ.47.nu. 30.Turret.conſ 3 nu.7.vol.1.

Quia etiã in cauſis magnis quoties eſt pluſquã ſemiplenè probatũ defertur dictũ iuramẽtũ.Doc.in d.l.admonẽdi.vbi Curt.n.67. Crau.cõſ.73.nu. 24.cũ ſeq.Benint.dec.67.n.7.Maſcar. de prob.vol.2.cõcl.954.nu.33.Becc.d. conſ.47.n.33.Rol.cõſ.26.nu.23.vol.1. Hic autẽ eſt pluſquã ſemiplenè probatum, cum concurrat depoſitio Lucæ, qui deponit de confeſſione ipſius Philippi, & coniungitur cũ dicto Titij.Caccialup.in d.l.admonendi.n.159

Pręterea nõ fuit doctũ per opponẽtẽ, cauſam eſſe magnam. Soc.ſen.conſ. 136.n.1 vol.1 Rol.d.conſ.26.nu.22.

CASVS XXXIII.

Obligatio ſine cauſa quando valeat. Et quid ſi addit iuramentum.

PRoponebatur primò ad fauorẽ Zãtis, ꝙ eius promiſſio, & obligatio nõ valuerit, vti facta ſine cauſa.l.2.§.circa. ff.de

ff.de doli mali excep.c.ſi cautio.de fide inſt.Ioan.de Amic.conſ.129. Pariſ. conſ.76. nu.6. vol.3. Marſ.in rubr.de fideiuſſor.nu.318.Soc. iun. conſ. 106. vol.3.

Sed replicatum fuit primò, promiſſionem fuiſse firmatam iuramento,& proinde valere,& efficacem eſſe,quia iuramentum habet vim cauſæ. Marſ. in d.rubr.de fideiuſ.nu.321. & in rub. C. de probat num. 79. Soc. iun. in d. conſ.106.nu.26. Rom.conſ.373. Ioan. de Amic. conſil.34. nu. 3. Barb.conſ. 25. col.7. volum.1.& conſilio 69. volumine 2.

Secundò, nam dicta promiſſio fuit facta cum cauſa, nempè negociationis, & receptionis frumenti, de qua receptione conſtat per apocham.

Et licèt dicta apocha ſit facta manu Iuliani creditoris, & in ſui fauorem, tamen cum ſit ſubſcripta manu propria dicti Zantis, perinde eſt ac ſi ab ipſo facta eſſet,iuxta tradita per Imol. Alexan.& alios in l ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.ff. de verb. oblig. Soc. iun. in d. conſ. 106. num.4.Gabr.de præſumpt.concl. 3.num. 1.Surd.conſ. 61.nu.31. & deciſ. 137. nu.3. Maſcard. de prob.vol. 1.concl.113. num.17.Vnde talis promiſſio, & obligatio non poteſt dici ſine cauſa, cum præcedat cauſa,ad quam promiſſio poteſt referri. gloſ. & Doct. in l. triticum. ff.de verb.oblig. Cæph. conſil. 108. vol. 1. etiam ſi fiat ex interuallo. Crauet. cōſil. 231. num. 13. vbi allegat, idem tenere Calcan.conſilio.79.columna ſecunda.

Proponebatur ſecundò, dictam obligationem fuiſſe nullam vti factam ad commodum dicti Iuliani,qui carceratum Zantem detinebat. l. qui in carcerem.ff.de eo,quod met.ca.Rim. iun.conſ.397. nume.20. vol. 4. Port. Imol.conſ 5. Neuiz. conſ. 52.Roland. conſ.57.num.38. volum.3. Burſ.conſ. 72. num 34 volum.1. Farinac.de carcer quæſt.35.num.1.cum ſeq.

Cæterùm fuit reſponſum primò,id procedere poſſe,quando Zantes indebitè,& iniuſtè detineretur carceratus, at Zantes detinebatur iuſta de cauſa, cum eſſet debitor,vt ex dicta apocha. Farin.in d. quæſt.35 nu. 28. cum ſeq. Et licèt in captura non fuerit ſeruatus ordo, tamē cum notoriè conſtaret de debito, executio non potuit dici nulla.Alb.in l. ſi de vi. ff. de iud. & illud, quod promittitur per metum, ſi de ſe ſit licitum, & iuſtum, valet. Neuiz. conſ. 77.num.8.

Secundò fuit replicatum,quòd licèt de iure regulariter contractus facti à carcerato non valeant,tamen de conſuetudine ſeruatur contrarium, vt in propriis terminis declarat Alb.in d.l. qui in carcerem. quem refert, & ſequitur Clar.in §.fi.quæſt.46. ver plerumq;. aliàs eſſet contra ipſam naturam, & communem obſeruantiam,vt dicit Grat.conſ.87.num. 13. volum.1. quæ conſuetudo eſt intelligenda in caſu, quo de iure contractus factus a carcerato non valeret, ne aliàs eſſet fruſtratoria,& quia,vt dicit Alb.quādo carcer eſt publicus dicitur licitus, nec poteſt dici metum,vel vim inferri. Vide Farin.in d. quæſt. 25.nu.44. cum ſeq.

Et talis cōſuetudo videtur notoria, & generalis.vnde probatione non indiget.Bald.in l.3.C.de ſer.fug.& tunc iudex poteſt ſupplere, & de ea parte non citata ſe informare. Bald.in l Iulianus.ff.de teſt.& in l.1.in fine. C. vt quæ deſunt aduoc.Alex.cōſ.14.vol.5.

CASVS XXXIIII.

Collectæ quando ſint imponendæ.

FVIT in materia collectarum dubitatum primò. Nunquid de veteri libra, in qua per homines Communitatis terræ B. fuerunt allibrata immobilia omnia exiſtentia in ipſorum territorio, debeăt tolli nonnulla, quæ vicina loca dicunt ad ſuum territoriũ pertinere.

Et dictum fuit, quòd, quando tractatur de collectis imponēdis per æs, & libram, tunc deſcriptio æſtimi præcisè attenditur. Ang. in l. fin. C. ſine cenſu, vel reliq. fund. &c. Dec. conſ. 286. col. pen. Et hoc nullă habet difficultatem in caſu iſto, cum bona ſint in territorio præfato B. & tributum in ea ciuitate debeat leuari, in cuius poſſidetur territorio. l. formam. ff. de cenſ. Quod etiam generalis conſuetudo obſeruat, vt vbi quis poſſidet, ibi collectam patiatur. Bal. in l. etiă. col. fin. C. de execut. rei iud. &, ſi qui contrarium prætendunt, probare debent. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor. C. de prob. cum ſimilibus.

Secundò fuit dubitatum, An onus portandum tàm ratione præteriti, quă futuri temporis propter exemptionē conceſſam Caſtro P. æqua lance grauare debeat auctores cōceſſionis prędictæ.

Et fuit dictum, quòd, cum per Cōmunitatem d. terræ B. quæ repræſentatur tàm per homines. d. terræ, quàm per comitatiuos, fuerit dicta immunitas conceſſa hominibus dicti Caſtri P. æqualiter, tàm homines dictæ terræ, quàm comitatiuos, iuxta tamē facultates cuiuſlibet, grauabit talis exēptio: Nam quādo vniuerſitas. quæ tenetur ſoluere cēſum, vel tributum ſuperiori, eſt illa, quæ facit aliquē exēptum, tunc portio illius exempti accreſcit cæteris de vniuerſitate illa. Felin. in c. accedentes. colum. fin. verſ. octaua concluſio. de præſcript. Iaſ. in l. auus. col. 2. ff. de pact. Rom. conſil. 252. in primo dubio.

Tertiò dubitatũ fuit, An in ære debeat computari integer valor domorum locatarum, an penſionis tantùm.

Et fui voti, quòd licèt, quando apothecæ locantur, qui penſiones recipit ad præſtandum tributa teneatur. Luc. de Pen. in l. 1. C. de an. & trib. lib. 10. Tamen cum de conſuetudine totius Prouinciæ, & præſertim dictæ terræ fuerit tantùm habita ratio fructuum, illorum tantùm ratio hodie haberi debet, nam quomodo debeat res peræquari, & æſtimari inter ſubditos, attendi debet conſuetudo loci. Guidop. deciſ. 87. Soc. iun. conſ. 49. col. 4. vol. 1. Alex. conſ. 52. vol. 5. cum mos regionis vim legis obtineat. l. minimè. ff. de legib.

Vltimo fuit dubitatum, An cenſus pecuniarum ſit connumerandus inter mobilia, vel inter immobilia, ſeu tăquàm tertia ſpecies iudicandus.

Et fui voti, quòd licèt cenſus, & annui redditus, ſi ceſſit iam dies, & pro eis exigendis cōpetit actio inter mobilia connumerentur, Nihilominus pro tempore futuro inter immobilia collocantur. Tiraq. de vtroq. retr. §. 1. gl. 6. num. 10. & præſertim in imponendis collectis, vide Luc. de Pen. in l. 2. colum. pen. C. de fundis limitroph. lib. 11. Surd. deciſ. 204. nu. 1. Licèt aliqui teneant, quòd ſit tertia ſpecies. Gabr. de verb. ſignif. concl. 7. num. 1. Boccac. de cenſibus. num. 60.

CASVS XXXV.

Venditionis contractus eſt nullus, ſi pretiũ eſt remiſsũ perſonæ incertæ.

FVIT reſolutum, Martinum eſſe abſoluēdũ à petitis per Antoniũ.

Primò

Primò ex quo domus fuit vẽdita pro eo pretio, quod æſtimatum fuerit per peritos idoneos communiter eligendos, Vnde contractus fuit nullus, & inualidus. gl. Bart. & Caſtr. in l. ſi merces. ff. loc. cum pretium fuerit remiſſum in arbitrio perſonæ incertæ. Cor. conſil. 50. colum. 2. volum. 1. & conſil. 110. colum. 2. volum. 3. Quod ſecus eſt, quando remittitur in arbitrio duorũ eligendorum, vnum per te, alium per me, nam tunc valeret, quia iſto caſu partes non poſſunt diſcordare. Soci. ſen. conſilio 42. numero ſexto, volumin. 2.

Secundò, quia dicta domus erat dotalis vxoris dicti Martini, maritus autem non poteſt fundum, aut rem dotalem quouis modo alienare, ſeu obligare. §. 1. inſt. quibus alien. licet, & c. l. lex Iulia. ff. de fundo dot. l. 1. §. & cum lex. C. de rei vx. act. Quinimò ſi alienaſſet etiam cum iuramento, poſſet ex perſona ſua reuocare, & repetere gloſ. in d. §. & cum lex. Bart. & Imol. in l. cum vir. ff. de vſucap. Aret. in d. §. 1. Et hanc ſententiam dicit veram Imo. in d. l. cum vir. etiamſi emptor ignoraſſet, rem eſſe dotalem.

Nec obſtat, inſtrumẽtum, per quod Martinus conſtituit prædictam domum eſſe fundum dotalem, eſſe ſimulatum.

Quia ſimulatio non præſumitur, & eſt probanda in ſpecie per allegãtem, vt aliàs dictum eſt, præſertim quòd aliter conſtabat etiam de dote recepta, &c.

CASVS XXXVI.

Reſcriptum quando dicatur obreptitium, & ſubreptitium.

IN vna reſcripti dicebatur primò, quòd, quando opponitur contra reſcriptum de obreptione, & ſubreptione, prius eſt tractandum de reſcripti validitate. ca. ſuper literis. de reſcript. Soc. iun. conſ. 72. volum. 2. in tantùm quòd oppoſita tali exceptione Delegatus non poteſt cognoſcere de cauſa principali. l. ſed & ſi. C. ſi contra ius. & c. c. ſuper literis, de reſcript. Iaſ. in l. præſcriptione, num. 22 cum ſequ. C. ſi contra ius, & c. vbi declarat, id verum eſſe, quando Princeps fuit motus ob mendacia, & ad probandum talem obreptionem, & ſubreptionem eſt danda dilatio. l. ſi quando. C. de dilat. l. puniri. C. ſi contra ius, & c. & dilatio eſt danda ante litis conteſtationem, ſecundùm Bald. in d. l. præſcriptione, & in terminis latè conſuluit Cæpol. cõſ. 64. inter ciuilia.

Secundò dicebatur, reſcriptum fuiſſe obreptitium, vel ſubreptitium, quia fuit omiſſum quòd erat exprimendum, & narratum quod non erat verum, nempe, quia non fuit in eo facta mentio de primo reſcripto, & de proceſſu ſecuto coram primo iudice, ac vero ſtatu ipſius cauſæ. c. inter monaſterium. de re iud. c. 2. de dolo, & contum. Felin. in c. cæterùm. columm. 1. in c. in literis, de reſcript. Barb. in d. cap. ſuper literis. num. 178. Bald. in l. 1. in fi. C. de relat. Iaſ. in l. 2, C. vt lite pend. Dec. in c. vt debitus. num. 18. de appel. Corn. conſilio 181. volu. 3. Bellam. deciſ. 46. Rot. Rom. in nouiſſi. de reſcri. deciſ. 20.

Quinimò non ſufficit generalis mẽtio, ſed eſt neceſſaria particularis, & ſpecialis expreſſio de principalibus actis eiuſdem proceſſus, alioquin reſcriptum nihil valeret, vt tradit Ioan. Andr. in d. c. inter monaſterium. col. 1. Barb. in d. cap. ſuper literis. num. 178.

Iaſ. in d. l. 2. Anchar. conſ. 16. Rot. Ro. in nou. de reſcrip. deciſ. 6.

Item dicebatur obreptitium, & ſubreptitium, cum in eo fuerint narrata falſa, & veritati contraria. Doct. in d. l. præſcriptione, & in d. c. ſuper literis. Et impetrans debet probare veritatem ita ſe haberi. Doct. in c. conſtitutus, de reſcrip.

CASVS XXXVII.

Decretum Caſalenſe an ſit fauorabile.

NEgari non poteſt, quin decretum Caſalenſe ſit merè fauorabile, nam, vt ex eius præfatione apparet, ex qua colligitur cauſa finalis, & principalis intentio diſponentis. Bartol. in l. fin. ff. de hæred. inſt. & in l. ambitioſa. colum. pen. C. de decr. ab ord. fac. tale decretum fuit factum, vt animarum ſaluti opportunè conſuleretur, & vt prouinciales in paupertatem non reducerentur; Et an ſtatutum ſit fauorabile, vel odioſum colligitur ex proœmio. Bald. in l. in teſtamento. in fin. ff. de legit. tut.

Neque ex hoc, quòd in conſequentiam vergat in odium alterius, cenſeri debet odioſum: vbi enim principalis ratio, ob quam fit decretum, eſt fauor; licèt in conſequentiam tendat in odium alterius, tamen decretum dicitur fauorabile. Brun. in tractat. ſtant. maſc. art. 4. Tiraq. de retr. lignag. §. 30. gl. 1. num. 5. quia actus iudicatur ſemper à principali intentione agentis. l. ſi quis nec cauſam, & ibi Doctor. ff. ſi certum petatur. Crauet. conſ. 118. numero 9. cum ſeq. vbi dicit, quòd tunc diceretur decretum prohibitiuum odioſum, vbi ſimpliciter quid prohiberetur propter ſe, non expreſſo quod ad fauorem alterius, ſed vbi exprimeretur fauor, tunc dicitur prohibitio fauorabilis.

Nec obſtat, tale decretum eſſe contra ius commune, vel ſaltem exorbitans, & præter ius commune.

Nam, cum illud ſit factum fauore animæ, hoc non repugnat quin dicatur merè fauorabile. Bartol. in auth. ſacramenta puberum. num. 18. C. ſi aduerſ. vend. vbi inquit, diſpoſitionem d. authen. eſſe merè fauorabilem, cum prouideat ſaluti animarum ipſorum minorum, quæ anima cunctis rebus eſt præferenda. l. ſancimus. C. de ſacr. eccl. vbi Iaſ. num. 71. teſtatur de communi, hócque ex pluribus comprobat Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ. priu. 160. Euerar. in ſua cent. in loco. A ratione legis. larga. verſ. fallit, &c.

Minùs obſtat, dictum decretum irrogare pœnam, & ideò tanquam pœnale cenſeri debet odioſum.

Quia cum principaliter ſit factum pro ſalute animarum, vt liberet ab vſuris, & contractibus illicitis, & pro vitanda oppreſſione pauperum, & ſic à peccato, dicitur fauorabile, & tanquam tale extendi debet. Iaſ. in dicta authen. ſacramenta. num. 72. Tiraqu. d. tract. priuil. 161. Roma. conſilio 185. in fin.

CASVS XXXVIII.

Tutor poteſt continuare negotia patris pupillorum.

DHelena vxor Antonij mercatoris relicta domina abſoluta, & adminiſtratrix totius hæreditatis, volens ſuſcipere tutelam, & curam trium ſuorum filiorũ, & quoniam ob ſtatu-

tum

tum Anconæ requirens ſatiſdationem nullum reperire potuit fideiuſſorem, ne diutius hæreditas iaceret indefenſa, ipſa inſimul cum filiis duobus maioribus,& integræ ætatis quoad negotia mercaturæ proſequenda, ſupplicauit S.D.N.pro minore,quatenus,non obſtante d.ſtatuto, tutelam, & curam decerneret matri cum obligatione tamen ſuæ dotis, & portionũ ipſis duobus filiis tangentium. Qui S.D.N.delegauit. D.Gubernatori,vt,conſtito ſibi de pręmiſſis,arbitrio ſuo tutelam matri decerneret,prout cauſa cognita decreuit. Et cum mater tutrix actores conſtituiſſet generales ambos filios maiores cum decreto iudicis,qui proſecuti fuerunt negotia patris per aliquot annos,Tandem hæreditas decoxit. Et capientibus creditoribus poſſeſſionem rerum , & bonorum per modum prouiſionis ſine præiudicio vllius, permiſſum fuit penes pupillos remanere ſcuta 10000. reliquis inter creditores diſtributis.

Fuit dubitatum , nunquid prædicta ritè proceſſerint, ita vt à dictis pupillis non poſſint dicta ſcuta retenta peti,& iure medio auferri.

Et nulla eſt facienda difficultas,quin tutor non poſſit continuare negotia patris pupillorum.gloſ.in §.quoniam. auth. vt hi qui oblig.in ver.mutauerit.Bart.in l. Titium.§.altero.numer. 4.ff.de adminiſt.tut.Alexand.conſilio 132.numero 14.volum.5. Petr. de Vbal.in tract.de duobus fratr.part.3.nu. 6.Plot.de in litem iur.§.5. numer.15. Soc.ſen.conſ.24.volum.1,Rom.conſi. 300.Peruſ.deciſ.67.nu.34.

Difficultas eſt circa vires decreti ſuper tutela interpoſiti, in qua Caſtr. in conſil.38.libr.2 firmauit, non ſufficere aſſertionem notarij, ac etiam iudicis , illud fuiſſe interpoſitum cauſa cognita. Vide Gabr.de ſent.concluſ. 5.numero 26.lib.2.Verùm dictũ Caſt. intelligitur quoad ſcripturam tãtum. prout ſic intellexerunt Ferrat. caut. fin. Crot.conſ.26.volumin.1. Roland. conſil.60.numero 14.lib.4.Alexand. conſi.163.volum.5.& ſatis eſt , quòd per aliquot temporis ſpatium appareat,vt per Gabr. d.concluſione 5.numer.34.

Nec verum eſt,omnia in ſcriptis fore redigenda,nam magna eſt differentia inter ſententiam,& decretum,cum decretum cognitione minus plena expediatur.Alex.in l.iuſte.ff.de acq.poſ. ſententia autem non debet ex abrupto ferri.Dec.conſ.351.num.7.

Opponebatur,non fuiſſe confectum proceſſum de ætate , & habilitate dictorum filiorum , & matrem eſſe forenſem , nec fideiuſſores inueniſſe.

Sed replicatum fuit, hæc eſſe notoria,& ſummatim in camera tractari, præſertim coram D.Gubernatore velut eius religioni, & integritati commiſſa.l.magis puto.§.non paſſim.& §. ſeq.ff.de reb.eorum,&c.

CASVS XXXIX.

Sententia an poßit ferri ſub conditione.

Et quando poßit dici de nullitate.

FVit reſolutũ,ſentẽtiã latam contra Baptiſtã ad fauorẽ Petri,& in iudicatum trãſactam nõ eſſe exequendam cõtra Petrinũ fideiuſſorẽ dicti Baptiſtæ de ſtando iuri,& iudicatũ ſoluẽdo.

Primò , quia dicta ſententia erat notoriè iniuſta ex lectura ipſius, dum in ea dicitur , quòd dictus Petrus fideiuſſerat pro dicto Baptiſta , &

Alexandro, & condemnatur in tota ſumma dictus Baptiſta,qui tamen potuit condemnari in medietate tãtum. in puncto Surd.conſilio 271.nume.62 ſententia autem notoriè iniuſta nunquàm tranſit in iudicatum, vt aliàs dictum eſt.

Secundò,quia dicta ſententia ſubiacebat etiam notoriæ nullitati.

Tum cum fuerit lata ſub conditione,ſi iur.bitur.Anchar. conſ.207. numer.7.Bald.in l.generaliter.numer 9 C.ſi cert.pet.Iaſ.in l.admonendi. nu. 318.ff.de iureiur.Rom.conſ.255.Gabr. de ſent.lib.2.concl.1.num.23. Abb. in cap.præterea.num.10.de appell. Præſertim,quòd iuramentum fuit præſtitum poſt quinque dies à die latæ ſententiæ.glo.in d.l.generaliter. Bald.in l.cum iudex.num.8.C.de ſent. Vant. de nullit.in rubr.ex def.ſent. numero 112. Quinimò poſt interpoſitam appellationem. Bald.in d.l.generaliter. num.2.& 10.vbi relinquit cogitãdum, & faciunt dicta per Lancell.de attent. c.11.cum ſeq.

Tum quia dictus Petrus ſoluit quia voluit cum eſſet tutus exceptione diſcuſſionis. Afflict.deciſione 318.num.2. Duen.reg.335. Roland. conſil.6.num. 45.volum.1.Gabr.de fideiuſ. concluſ. 1.lib.3. Vnde non poteſt ſolutum repetere.l.exceptione.ff.de fideiuſ.

Et dum replicaretur, appellatione deſerta non poſſe dici de nullitate etiam euidenti, ſtante Conſtitutione Prouinciæ Marchiæ, quæ præfigit terminum anni ad dicendum de nullitate vnà cum appellatione, quo elapſo præcludit omnem viam.

Fuit reſponſum, d. Conſtitutionem procedere, quando allegans d. nullitatem veniret per modum actionis ponderando verba dictæ Cõſtitutionis,[non poſſit agi,&c.]ſed hic allegabatur nullitas per modum exceptionis, quo caſu poteſt dici de nullitate vſque ad xxx.annos. Alex. conſil. 82 num.12.volum 3.Contard.in l.1.limit.7.num.67. C.ſi de moment.poſſ. Put.deciſ.174.num.2.par.2. Et licèt dicta Conſtitutio vtatur in fine verbo[dici,]in diſpoſitiua tamen,quæ attendenda eſt, vtitur verbo[agi.]

Præterea dictum fuit, tertium poſſe audiri. Vant. de nullit. in rubr.quis poſſit dicere.num.19. Pariſ. conſilio centeſimoſeptimo.numero 171. volumine tertio.Menoch.de adipiſ.poſ.remed.4 nume.845.dictus autem Petrinus cenſetur tertius, vti fideiuſſor, & non nominatus in dicta ſententia. Surd. d. conſilio ducenteſimoſeptuageſimoprimo, numero quinquageſimoquinto.

CASVS XL.

Sententiæ tres conformes quando dicantur.

Dicebatur, ſententias tres conformes latas contra N. non eſſe exequendas, ex quo tertia ſubiacebat notoriæ nullitati,nam cum d.Locumtenens ſemel in cauſa protuliſſet ſententiam, non potuit in eadem cauſa alteram ferre,confirmando precedentem à ſe latam, cum per primam eſſet functus officio ſuo. l.iudex. ff. de re iud.l.poſt ſententiam.C.de ſent.l.1.C. ſent.reſcindi non poſſe.l.3.C.de fruct. & lit. exp.Alexand. in l.iubere, in fine.ff.de iuriſd.omn.iud. Felin. in cap. qualiter,& quando,el 1. numero 25. & 34.de accuſat. Dec. in cap. in literis. numer.2.de offic.deleg. Capic. deciſ. 1.n.24. Vant.de nullit.in rubr.ex def. iuriſd.n.114.Et ſic nõ dãtur tres cõformes,

mes, cum ſententia nulla non dicatur ſententia, l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.clem.paſtoralis, de re iud. Oſaſch.deciſ.142.column.1.Crau.conſ. 680.num.2.& conſ.853.num.3.Bald.in l.cum precibus.C.de proba. vbi dicit, quòd caret effectu, caret etiam nomine.Becc.conſ.66.nu.7. Vant. de nullit.in rubric.quot.& intra quod tempus.num.10.

Quando autem conſtat euidenter de nullitate ſententiæ, ceſſat diſpoſitio clemen.vt calumniis, de re iud.ſecundùm gloſſ.in clem.1. de ſequeſtr. poſ. Rip.in d.l.4.§.condemnatum. nume. 10.Iaſ.conſ.101.num.27.volu.4. Gab. de ſtatut. concluſ. 3.num.9.Couarr. pract.quæſt.cap.25.num.2.qui teſtatur de communi, prout de ea teſtatur etiã Vant.in d.rubr.quoties,& intra quod tempus.num.4.Burſat.conſ.74.num. 29.Bero.conſ.137.num.22. volumine 3.Lancell.de attent. par.2.cap.17. numero 101.

Et dicta concluſio procedit, etiamſi dicatur de nullitate tertiæ ſententiæ duntaxat, vt in terminis conſuluit Alexand.conſ.77.volu.2.Gemin.conſil. 24.col.pen.

Et dum obiiceretur, dictum N.actitaſſe coram d. Locumtenente, & ſic præſtitiſſe conſenſum.

Fuit replicatum, dictum N. petiiſſe coram d. Locumtenente reſtitutionem in integrum tantùm, quod fieri potuit, nam quòd iudex ſententiando deſinat eſſe iudex, eſt verum in officio iudicis mercenario, quod deſeruit actioni intentatæ, at officium iudicis nobile dicitur adhuc durare, & propterea poſt ſententiam poterat implorari dicta reſtitutio, quæ officio iudicis nobili expeditur, vt tradunt Bartol. Alexand. & Imol. in dict. l. iudex.

Eapropter licèt dictus Locumtenens potuiſſet pronunciare ſuper dicta reſtitutione, non tamen ſuper eo, in quo aliàs ſententiam diffinitiuam protulerat, ſicque cum ſententia fuerit lata ſuper re diuerſa,& non petita, dicitur etiam ex hoc capite nulla, cum iudex iuxta formam petitionis ſententiam dare debeat, aliàs fatuus dicitur.l.fin.C.de fideic.lib.c.licet.de Simon.clem.ſæpè, de verborum ſignifi. Vant.de nullit.in rubric.ex def.ſent. num.97.

CASVS XLI.

Vxor an poßit de dote teſtari, ſtante ſtatuto, quòd remaneat integra penes virum.

NVnquid ſtante ſtatuto Exij, quo cauetur, quòd, vxore decedente ſuperuiuente viro,& ſuperſtitibus filiis ex eis, dos integra remaneat pænes virum nomine filiorum,&c. Violantes vxor Gaſparis potuerit de ſua dote teſtari in præiudicium filiorum.

Et dictum fuit, non potuiſſe, iuxta doctrinam Caſtr. in l.ſi cum dotem, in fin.ff.ſol.matr.Soc.ſen. cõſilio 303. volumime 1. Rol. de lucro dotis.q. 82.& conſ.72.num.62.volum.1.Becc. conſ. 76.num.20.Alba.conſ.50. num. 1.Oſaſch.deciſ.20.num.7.Cagno.in l. fi.num.99.C.de pact.

Nec obſtat, quòd, ſi hoc verum eſſet, tolleretur mulieri libera facultas teſtandi.

Quia poterit teſtari de bonis futuris, prout in ſimili caſu tenent Doct. in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verborum obligatione, & in l.cum ita.ff.de condit.& demonſtr. Et in donatione

omnium bonorum, vide text.in l.fin. C.de pact.Clar.in §.donatio.quæſtio. 19.verſic.& ex hac.Iaſ.conſil.127. numer.1.volum.1.Non.conſil.55. num.7. & conſil.97. num.11. Oſaſch.d.deciſ. 20.num.7.Surd.deciſ.ducenteſima trigeſimatertia.

Inſuper non obſtat, Dec. conſ.386. & Angel. conſilio 81. contrarium tenuiſſe.

Quia præfati Doctores loquuntur in ſtatuto vtente verbo,ſuccedat,pertineat, &c. vel alio ſimili, vt bene ponderat Oſaſch. in d. deciſ.20. numero 7. Præterea communis ſententia eſt in contrarium, à qua non eſt recedendum. Bald. in l. fin. C. de ped.iud.

Poſtremò non obſtat, ex ſtatuto eiuſdem Ciuitatis alibi diſponi,mulieres cum præſentia viri teſtari poſſe, vnde eſſet repugnātia in ſtatuto, quod dicendum non eſt. l.vbi repugnantia. ff.de regul.iur.

Quia fœdere diſtinctionis omnia concordantur;nam primum ſtatutum procedit in caſu, quo remanſerint filij; ſecundem verò habet locum, ſi filij non remanſerint.

CASVS XLII.

Venditor quando poſſit agere ad pretium contra tertium poſſidentem.

DIcebatur, Sanctem non potuiſſe à Mecoctio moleſtari, nec in re per ipſum Sanctem empta, nec occaſione pretij, quod Mecoctius conſequi debebat à Bernardino. Nam cum dictus Mecoctius de pretio ſit ſecutus fidem Bernardini, eiúſque promiſſioni ſteterit,etiam quòd pretium per d. Bernardinum ſolutum non fuerit, non poteſt habere regreſſum ad rem, ſeu ad eius poſſeſſionem. l.inciuile.C.de rei vendic. Ex contractu enim emptionis habita fide de pretio, & ſecuta rei traditione,tranſlatum dicitur dominium l.quod vēdidi.§. venditi. ff.de contrah. empt. adeò quòd venditor non poteſt amplius rem repetere aliqua actione. Caſtr.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.empt. Natt. conſ.219.

Et licèt dicto Mecoctio actio ad pretium non ſolutum competat, Nihilominus contra Sanctem poſſidentem agi non poteſt ad dictum pretiū, cum actio perſonalis non ſequatur fundum.l.fin.§.fin.ff.de contrah.emp. l.æris alieni.C.de donat.l.fin. Cod.de hæred.& act.vēd.Nec datur cōtra emptorem,& ſingularē ſucceſſorē. Rom. conſil.417.colum.2.Corn. conſil.100. column.3.vol.1.Cæpol.de ſeruit.vrb. præd.cap.2.Iaſ & Gomeſ.in §.omniū. inſt.de act.Tiraq.de vtroque retr.tit. 1.§.8.glo.5.num.6.

Et propterea concludunt communiter Doctores, & præſertim Bartol. & Caſtr.in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebellian. quòd ſi bona debitoris alienentur, contra eum, ad quem bona tranſeunt,creditor non poteſt agere,quia actio perſonalis ad precium competens contra debitorem non tranſit contra illos, in quos tranſeunt bona titulo ſingulari, & ad comprobationem faciunt dicta per Alexand.conſil. 10.volum.2.Socin.ſen. conſil.136. volum.2.Ruin.conſi.32.nu.15.vol.1.Cag. in l.2.nu 153.C.de pactis inter empt.

Nec obſtat,vēditorē in re vēdita pretio nō ſoluto habere iꝰ quaſi pignoris, propter qđ pōt retinere rē vēditā pro ſuo pretio cōſequēdā.l.Iulianꝰ. §. offerri.ff.de act.emp.in tātū ꝗ cōtra vēditorem

ditorem actio ex empto, aut vendito non procedit, niſi pretium fuerit ſolutum.

Quia hoc habet locum ante traditionem rei venditæ factam emptori; ſed, ſi iam deuentum eſſet ad traditionem, ſecus eſſet, cum vbi habita fide de pretio tradita eſt poſſeſſio, & ſecuta rei traditio, nulla cadat retentio. Bald. in l.fin.C.commod: & in l.eam. C.de act.& oblig. Nat.d.conſilio 219. Quinimò iſto caſu, niſi emptor pro dicto pretio rem emptam ſpecialiter obligauerit, venditor in re vendita, & tradita ob pretium ſibi non ſolutum, non cenſetur habere aliquam hypothecam. Cæph.conſ.131.col.1.

Minus obſtat, quòd cum dictus Bernardinus effectus ſit non ſoluendo ipſi Mecoctio in ſubſidium competat vtilis actio ad rem contra Sanctem poſſidentem, vt pretium conſequatur, nam actio perſonalis datur in ſubſidium contra ſingularem ſucceſſorem. Alexand. Iaſ. & cæteri in l.1. §.ſi hæres.ff. ad Trebel. Soc.in tract.fall. in verbo actio perſonalis.

Quia dicta opinio non eſt vera, vt oſtendit Rip.in d.l.1.§.ſi hæres.& dicta ibi per Doct. procedunt in quibuſdam caſibus ſpecialibus, ſecundùm gl. in l.fin.§.fin.ff.de contrah.empt.Gomeſ.in d.§.omnium. columna ſecunda. Vnde ſi ſpeciale eſt in dictis caſibus, arguitur in contrarium ius commune. l.quod vero. l.ius ſingulare. ff. de legib.

Quod comprobatur ex his, quę concludunt de mercatore vendente campſori certas merces. Bartol. Angel.& Alexand.in l.ſi in dotem. §.fin. ff.ſol. matrim.Rip.in l.ſi ventri.§.in bonis. ff.de priuil.cred.

Præterea actio perſonalis in ſubſidium nunquam datur contra ſingularem ſucceſſorem ex cauſa oneroſa, vt in præſenti caſu glo. Bart.& alij, in l. his ſolis.ff.de cond.indeb. Gomeſ.in d.§.omnium.col.2.

CASVS XLIII.

Teſtator quando cenſeatur cogitaſſe de poſthumis.

QVærebatur, vtrum Iulius teſtator cenſeatur tempore conditi teſtamenti de poſthumis cogitaſſe ſtante clauſula codicillari concepta per verba futuri temporis: & ſucceſſiuè, An legata valeant.

In hoc dubio, Doctores non ſolùm alij aliis, ſed etiam ipſiſmet contrarij fuere.

Nam glo.in auth.ex cauſa C.de lib. præterit.tenet legata valere: Et in l.1. Cod.de codicill. videtur ſentire contrarium.

Item Bartol.in d.auth.ex cauſa, circa finem, & in l.qui filiabus. in fine, ff.de leg.1.voluit, legata valere: Et tamen in l.1.ff.de iure codicil quæſt.6. conſilio 210.& conſilio 235.tenet contrarium.

Similiter Bald. in l.fin.column.penult. C.de codicil. in l.ex ea. §.ex his. ff.de teſtam.& in conſilio 391.in fine. volum.3.tenet, legata valere: Sed in d. auth.ex cauſa.in l.ſi totas. C.de inoff. donat. conſilio 156. volumine ſecundo, conſilio ducenteſimo trigeſimonono, volumine tertio, conſilio 224. volum.4.& conſilio 459.volum.5.tenet contrarium.

Paul.de Caſtro in l.1.Cod.de poſth. hæred.inſt.conſ.15.& conſ.271. volumin.2.tenet, legata deberi: Et tamen in l.ſicut.Cod.de teſt.milit.& conſilio 200.verſ.tertium dubium.volumin.1.

tenuit contrarium.

Ang. conſ.108. tenet, legata valere; Sed in l.qui iure. ff.de teſt. milit. & conſ 76.colum.fin.tenet contrarium.

Alexand.conſil.41.in fine. volum.1. tenuit, legata irrita eſſe; Et tamen conſi.26.colum.3.conſil.30. conſil.37. columna 2. volum.1. conſ. 142. vol.2. & conſ.123.colum.pen. volum. 5. tenuit contrarium.

Iaſ.in l.filiabus.in fine. ff. de leg.1. conſ.104 & conſ.490.volum.4.tenet, legata valere; Sed in d. auth. ex cauſa. tenuit contrarium, vt refert Syluan. conſil.81.

Corn.conſil.195.volum.1.conſil.118. & conſ.133 volum.3.tenet,legata conſeruari: Et tamen in conſil. 244. colum. fin. volum. 4. tenuit contrarium, vt refert Tiraquel. in l. ſi vnquàm.verſ.donatione largitus. numero 269.C.de reuocand.donat.

Barbat.conſil.6. volum.2. conſuluit,legata valere: Et tamen conſil.60. volumine ſecundo, conſuluit contrarium.

Bertrand. conſil. 130. conſ. 195. volum.1.conſilio 168.& conſilio 290.volum.3.firmauit, legata conſeruari: Et tamen conſilio 170. volumine primo, conſilio 133 conſ.150.volum.2. firmauit contrarium.

Ruin.conſ.50.volum.2. & conſil.19. vol.3.voluit,legata ſuſtineri:Sed conſ. 6.& conſ.17.volum.3. voluit contrarium.

Curt.iun. conſ.150. colum.1. firmat, legata valere: Et tamen in d.auth.ex cauſa.num.70.tenet contrarium.

Syluan.conſ.54. colum.fin. fuit ſententiæ, legata conſeruari: Et tamen conſ.81.nu.20.conſuluit contrarium.

Præterea ſicuti multi Doctores teſtantur de magis communi,legata valere ſtante dicta clauſula, vt Alexand. conſ.26.num.5.conſ.37.vol.1.conſilio 142. volum. 2. conſil.123.vol.3. conſil. 50.volum.6.Corn.conſ 108. & conſil. 158.volum.2. Dec.conſ.490.Gabr.de clauſ.concl.7. lib. 7. Rip.in d.l. ſi vnquàm.quæſt.21.

Ita multi teſtantur,contrariam opinionem eſſe communem, & magis communem,vt Aret.conſ.168.in fine. Soc.ſen.conſi.94.volum.4.Socin.iun. conſ.153.vol.2. Rub.Alexand.conſ.112. Curt.iun.in d.auth.ex cauſa. num.70. Cagnol.ibidem. num.142. Afflict. ſuper Conſtit. Regni, de cond.fal.mon. num.6.Io.Dilect. de arte teſt.rubr.de lib.inſt.caut.11 Barbat.conſ.60. col.8. volum.2.Quinimò teſtantur,illam eſſe ęquiorem Caſtr.conſ.202.volum.1. Bertrand.d.conſ.170.colum.1. Socin. ſen.d.conſil.93. Barbat.d.conſ.60. colum.8.Mantua.conſ.164.in fine.Curt. iun.in d.authen.ex cauſa.numero 70. Ruin conſ.2.& conſ.6.volum.3. Ioan. Dil.in d.rubr.de lib.inſt. caut.15. Socin.iun.d.conſilio 153. Syluan. conſilio 10. numero 37. volumine primo.

In conflictu tot opinionum dicebatur,cauſam eſſe terminandam per viã compoſitionis,iuxta l.non ſine. C. de bo.quæ lib.& poſth. & dicunt Caſſad. de teſtam.deciſ.4.Socin.ſen.conſ.150. col.pen. volumi.1. & Soc.iun. conſ.33. vol.3. Et ſi concordia non daretur,nõ eſt recedendum ab illa opinione, quòd legata valeant, vtì veriori, & magis recepta.

CASVS XLIV.

Interdictum retinendæ quibus concedatur.

DIcebatur, Cæſarem licèt tranſuerſalẽ eſſe immittendũ in poſſeſſionem

ſeſſionem bonorũ petitorum vti hæredem de iure ciuili. gloſ. Bart.& alij. in l. 1. ff. quorum bon. Socin. iun. cõſ. 75. volumine 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſs. remed. 1. quæſt. 4.

Et licèt ſtante aduocatione poſſeſſionis facta per D. iudicem pænes ſe, non videretur d. remedium competere, ſecundùm Menoch. in d. remed. 1. quæſt. 12.

Nihilominus replicatum fuit, quòd aut pars poſſidet; Et adhuc eſſet Cæſar immittendus in poſſeſſione. Zucch. in l. fin. num. 324. C. de edicto Diui Adriani toll. Plot. in l. ſi quando. nu. 84. C. vnde vi. & de communi teſtatur Achil. de adipiſc. poſſeſs. numero 36.

Aut poſſeſſio reperitur pænes d. iudicem; Et ſatis eſt, nam in d. remedio ſufficit, eum, à quo petitur, facultatem habere poſſeſſionem tradendi. Rol. conſ. 1. num. 52. vol. 1.

Et dum Poliſsena peteret manuteneri in poſſeſſione d. bonorum vigore interdicti vti poſſidetis, quod dicitur retinendæ poſſeſſionis. §. retinendæ inſt. de interd. l. 1. §. 1. ff. vti poſſid.

Fuit reſponſum primò, ad obtinendum in tali remedio opus eſſe probare poſſeſſionem tempore litis conteſtatæ, ſeu turbatæ poſſeſſionis. Bartol. in dicta lege prima. §. finali. Alexand. conſilio 182. numero quarto, volumine primo. Pract. Pap. in lib. turb. poſſeſſ. in verbo, hodie. Quod non fuit probatum per d. Poliſſenam, quinimò conſtitit de contrario, ex quo ánte motum iudicium iudex aduocauerat ad ſe poſſeſſionem. Bart. in l. interdũ. ff. de acquir. poſſeſs. Boer. deciſ. 227. numero 9. Gram. deciſ. 51. numero 11. & de magis communi teſtatur Contard. in l. 1. limit. 16. numero 7. C. ſi de moment. poſſeſs. Quæ aduocatio fuit licita, cum d. Poliſsena fuiſſet à Prætore loci de facto immiſſa in poſſeſſionem. Rom. ſing. 756. & conſ. 158. & ibi Mandoſ. & in conſilio 320. in ſecundo dubio.

Secundò fuit reſpõſum, dictam Poliſſenam iniuſtè poſſediſſe, cum fuiſſet immiſſa in poſſeſſionem vigore ſtatuti correcti. Doctor. in l. non dubium. C. de legib. gloſ. in clem. 1. de iurepatr. Abb. conſilio 66. in fine. volumine ſecundo. Crauet. conſ. 170. columna finali Et ſucceſſiuè dicebatur immiſſa in poſſeſſionem ex cauſa falſa, cum ſtatutum correctum allegari non debeat. Præp. in cap. 1. diſt. 19. Bald. in §. hunc igitur. C. de Iuſt. cod. confir. quinimò illud allegans tenetur de falſo. l. fin. ff. de falſ. Gomeſ. in §. in perſona num 17. inſt. de act. & proinde non potuit concedi d. mandatum de manutenendo. lege prima. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Menoch. de retinend. poſſeſ. remed. 1. numero 15. & remed. tertio. numero 602.

Minus potuit dicta Poliſsena iuuari remedio reintegrandæ.

Tum quia remedia contraria non poſſunt cumulari. Doctor. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ.

Tum quia d. remedium non competit contra tertium. Natt conſ. 373. numero 36. Præſertim cum conſtaret de notorio iure dicti Cæſaris tertij. Gabr. de reſt. ſpoliat. concl. 1. numero 110.

CASVS XLV.

In detractione legitimæ quæ ſint conſideranda.

CONTROVERTEBATVR, quæ bona in detractione legitimæ Iæ-

cobi eſſent conſideranda.

Et ſuppoſito primò, ſubſtitutionem poſſe fieri in donatione inter viuos. l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo. gloſ. in l. 1. §. ſin autem. C. de cad. toll. Bald. conſilio 249. columna ſecunda, volumine ſecundo. Caſtr. conſ. 347. & 384. volumine primo. Crauet conſilio 19. numero 8. Oſaſch. deciſione 8. numero decimo, & deciſione 110. in fine, Roland. conſ. 58. numero primo, volum. 1. & conſ. 34. numero 67. volumine 4 Decian. conſilio 31. numero 61. conſ. 41. num. 17. volum. 1. & conſil. 55. in prin. volum. 2.

Suppoſito ſecundò, in iſto caſu non eſſe locum detractioni Trebellianicę, ex quo filius grauatur, vt donatarius, & de donatione inter viuos non poteſt detrahi talis quarta. Curt. iun. cõſilio decimoquinto. columna penultima, volumine primo. Crauet. conſilio 130. in fine. Decian. d. conſilio 41. num. 19. Sed benè locum eſſe detractioni legitimæ, ſecundùm Corn. conſ. 290. vol. 3. & Gabr. conſil. 16. num. 28. vol. 1. qui alios citat.

Fuit dictum, in detractione prædictæ legitimæ eſſe habendam conſiderationem etiam bonorum donatorum eidem Iacobo, ita vt ſi computatis dictis bonis donatis, donator ſibi reſeruauerit integrum trientem, nihil ſit vlterius quærendum, ſed bona omnia donata eueniente caſu ſubſtitutionis ſint reſtituenda: ſi verò non ſufficiant, ſupplendum erit de bonis donatis: nã licèt in donatione ſubſtitutio fieri poſſit, tamen eueniente caſu ſubſtitutionis ſubſtituti dicuntur capere ex contractu, vt per Couarr. variar. reſolut. libro primo, capit. 14. & ſenſus eſt, quòd donat filio Iacobo, & eo ſine filiis decedente donat Paulo, ſecundùm Socin. iun. conſilio centeſimodecimooctauo. numero octauo, volumine ſecundo. Vnde cum ſubſtitutus ex titulo lucratiuo donationis capiat, & vocetur ſecundus donatarius. Bald. in l. quoties, in princip. C. de donatio. quæ ſub modo. Dec. conſ. 238. numero octauo. Guidop. deciſio. 512. Tiraquel. de conſtit. poſ. parte ſecunda, ampliat. 30. pater per d. donationem non potuit diminuere legitimam, & ſi diminuit, poteſt filius vſque ad legitimam reuocare. auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtamento.

Quod verum eſt, etiamſi filius fuerit hæres inſtitutus, & hæreditatem ſimpliciter acceptauerit. Doctor. in d. authent. vnde ſi parens, & ibi in ſpecie Caſtr.

Et quamuis regulariter legitima filij ſit commenſuranda ſecundùm quãtitatem bonorum tempore mortis l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtam. l. ſi patronum. ff. de bon. libert. Nihilominus iſto in caſu commenſuratio eſt facienda ſecundùm quantitatem bonorum tempore factæ donationis. d. authen. vnde ſi parens. & ibi Doctor. omnes. Iaſ. in lege prima. C. de inoffic. donat.

Et diſpoſitio d. authent. vnde ſi parens, procedit non ſolùm vbi pater donat vni ex filiis in fraudem aliorum, ſed etiam vbi donat extraneis in fraudem filiorũ, vt per Doctor. ibidem.

CASVS XLVI.

Via executiua an poßit agi contra tertium poßidentem.

QVærebatur, An rectè fuerit actum via executiua per hæredem N. contra D. tertium poſſeſſorem.

Et

Et dicebatur per Aduocatum dicti hæredis, quòd licèt via executiua cō tra tertios poſſeſſores intentari non poſſit, ſecūdùm Doctor. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. nihilominus ſtatuto, & conſtitutione id fieri poteſt. Dec. cōſilio 88. columna fin. Crauet. conſ. 201 num. 8. Conſtitutio autem Prouinciæ Marchiæ videtur expreſsè diſponere, viam executiuam intentari poſſe per hæredem, legatarium, & fideicommiſſarium; quæ Conſtitutio, cum generaliter loquatur, non eſt re ſtringenda quando agitur contra hæ redem tantùm, ſed eſt generaliter intelligenda. l. 1. ff. de leg. preſt. & l. de pretio. ff. de publ. in rem act.

Præterea addebatur per d. Aduocatum, hic non fuiſſe intentatam ſimpliciter viam executiuam, ſed remedium quoque l. fi. C. de edict. Diui Adr. toll. ſtante illa clauſula in libello appoſita. [peto ius, & iuſtitiam miniſtrari, &c.] cuius virtute omnia ea vidētur deducta, ex quibus actoris intentio iuuari valeat. Alexan. l. conſil. 137. colum. 1. volum. 6. Ruin. conſ. 9. colum. fin. volum. 5. Rol. conſ. 79. n. 38. volum. 2. Natt. conſ. 120. num. 22. quod verum eſt, etiamſi fuiſſet facta concluſio in ſpecie. Iaſ. in §. omnium. numero 148. inſtit. de act.

Concurrente præſertim clauſula, [omni meliori modo, &c.] per quā cenſetur libellantem noluiſſe ſe adſtringere ad ſpecificata. Crauet. conſilio 327. numero 15. Natt. cōſilio 120. numero 27. Pariſ. conſilio 90. numero 10. volumine 3. Grat. conſ. 34. nu. 6. volum. 2. & clauſula. [intentando omne aliud remedium, &c.] Grat. conſilio 70. numero 29. volumine ſecundo.

Poſtremò allegabatur, quòd ſtantibus dictis clauſulis, ſi via executiua non competeret, illa reſolueretur in ordinariam Norm. Dec. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 11. ff. de acquir. poſſeſs.

CASVS XLVII.

Acquiſita per vxorem quando dicantur ex bonis mariti.

ALLEGABATVR, Ioannam ſatis habere fundatam intentionem ex inſtrumento emptionis prædij factæ nomine proprio; Et licèt acquiſita per vxorem conſtante matrimonio præſumantur de bonis mariti ad euitādam turpem ſuſpitionē. l. Quintus. ff. de donat inter virum, & vxorem. Dec. conſilio 136. numero octauo. Angel. conſilio 141. Non. conſilio 66. Gabr. de præſumpt. lib. 1. cōcluſ. 15. Menoch. de præſumpt. libro tertio, præſumpt. 51. Nihilominus quando vxor emit rem nomine proprio, maritus, vel hæredes ipſius non poſſunt agere ad rem emptā, ſed ad pretium, quia dominium rei acquiſitę ex pecunia alterius acquiritur ementi, & acquirenti, non autem ei, cuius eſt pecunia. l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, &c. & in proprijs terminis Doctor. in l. ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrum. Pariſ. conſilio 80. numero 9. volumine primo. Crauet. conſ. 81. numero 4. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. num. 14.

Rurſus dicebatur, neq; parti competere actionem ad pretium, ex quo in dicto inſtrumento dicitur, Ioannā emiſſe de proprijs pecunijs ipſius, & maritus confeſſus fuit in alio inſtrumēto cū iuramēto, prædium fuiſſe emptū ex pecunijs dotalibus vxoris, quo ſtante ceſſat diſpoſitio dictæ l. Quin-

tus.Salyc.ibidem.in fine.Alexand.cõſilio 24. columna prima, volum. Crauet. conſilio 61. nume. ſeptimo. Rip. libro tertio, reſponſ. quarto. Anchar. quæſt.famil.parte ſecunda, quæſt. 24. numero octauo. Et reddit rationem Alciat.in d. præſumpt. 26. num. 16.

Nec obſtat, quòd emptio præſumatur ſimulata, ſi eſt appoſitus titulus in perſona vxoris, & traditio eſt facta marito, ſecundùm Bald. & Salyc. in l. ſi filij. C. de donatione inter virum, & vxorem.

Quia id procedit, vbi maritus emit, ſed apponit nomẽ vxoris, ipſeque maritus numerauit pretium, & traditio rei venditæ fiat ipſi marito, ſed hic vxor numerauit pretiũ, eique fuit tradita poſſeſſio per clauſulam conſtituti. Bal. & Salyc. in d.l.ſi filij.

Similiter non obſtat, rem venditã reperiri deſcriptam in Cataſtro tanquàm rem mariti. vide Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.122.numero 111.

Quia liber æſtimi non probat, niſi in præiudicium illorũ, qui deſcriptioni dicti æſtimi conſenſerunt. Iaſ.in l. decem ſtipulatus.num. 26. ff. de verborum obligatione. Pariſ.cõſilio 104. in fine. volumine primo. dictæ autem deſcriptioni non cõſenſit dicta Ioanna. Maſcard.de probat.vol.1. concluſ. 542.

Præterea, tunc pro æſtimo præſumitur, quando apparet, bona deſcripta non eſſe in dominio alterius, vel ab alio poſſeſſa. Caſtr.in l. ſi pater. C. de act. empt. & conſilio 89. numero 12. volumine primo. Socin.ſen.in l.1. numero 27. ff. de acquir. poſſeſ. Sed hic apparet, rem pleno iure ſpectare ad ipſam Ioannam, & ſi maritus poſſedit, iure familiaritatis dicitur poſſediſſe. Alex.in l.qui iure.ff. de acq.poſſ.

CASVS XLVIII.

Bona fideicommiſſo ſubiecta quãdo poſſint dari in dotem.

CIRCA quædam bona fideicommiſſo ſuppoſita dicebatur primò, quòd licèt dicta bona poſſint dari in dotem, etiamſi eſſent reſtituenda piis perſonis, vel locis. Iaſ.in auth. res, quæ. columna decima, verſiculo, duodecimò extende. C.comm.de leg. Rom.conſilio 297. Surd.deciſ.62. numero primo. Turret. conſilio 81. nu. 23. volum.1.

Nihilominus filia grauata non poteſt in dotem ſibi tradere omnia bona fideicõmiſſo ſubiecta, ſed dos congrua, & moderata conſtitui tantũ debet, & modum Doctores ita prænotarunt, quòd ſi portio legitima filię ſufficit ad dotem, de ea filia ſe dotare debet, ſed ſi inſpecta qualitate perſonarum non ſufficit, de dictis bonis ſupplere poteſt inſpecta dignitate ſponſi, & ſponſæ, & dummodo id bona fide fiat. d.auth.res, quæ. & ibi Doctor. Caſtr.in l. mulier. §.cum proponeretur. ff.ad Treb. Bald.conſilio 468. volumine 4. Alexand.conſilio 67. in fine. volumine 4. Crauet.conſil.19. & conſ.186. in fine. Campeg.in tract.de dote.par.5. quæſt.8. Pariſ.conſ.16.numero 77.cum ſeq. vol. 2.

Secundò dictum fuit, maritum non poſſe de omnibus bonis in dotem datis detrahere portionem ſibi debitam ex diſpoſitione ſtatuti, quia dictũ ſtatutum eſt intelligendum de illis bonis, quæ ſimpliciter potuiſſent in dotem dari, ſecus de ſubiectis reſtitutioni. l. fin. C.comm. de leg. quæ tranſeunt cum ſua cauſa, & ſic reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis. l. lex. ff. de pignor. l. peto. §. prædium. ff. de leg.

ff.de leg.2.Caſtr.conſ.43. col.fi.vol.2. Crauet.conſ.186.in fin.

Tertiò fuit dictum, omnia bo a teſtatoris, quæ fuerunt apud hæredes grauatos,ſine aliqua diminutione Tre bellianicæ debere in piam cauſam cō uerti, nam ſicut de relicto facto immediatè ad pias cauſas detrahitur Tre bellianica. Rom in auth. ſimiliter C. ad l.Falc. dē communi Alex. conſ 12 vol.3 & Iaſ.in l.Marcellus. in princ.ff. ad Treb.Ioan.de Amic.conſ 58. nu.8. Gabr.ad Trebellia.concl.11. & de pia cauſa.concl 1.num.8.cum ſeq. ita nec de relicto facto alicui priuato, qui poſtea rogatus ſit reſtituere piæ cauſæ.Corn conſ.380.in fin.vol.1.Crauet. conſ.137.in fi.de communi Hercul.in l.1.§.ad municipium. verſ. quartò limita.ff.ad l.Falcid.

Nec obſtaret,ſi diceretur, id verum eſſe, vbi legatū relictum mediatè piæ cauſæ certum eſt eſſe peruenturū ad piam cauſam, ſecus ſi incertum ſit, vt hîc,vbi hæredes grauati ſunt reſtituere piæ cauſæ, ſi deceſſerint ſine filiis, quo caſu incertum eſt, an ipſum relictum ſit perventurum ad piam cauſam, cum certum non ſit, an illi ſint ſuſcepturi liberos Vnde videtur ceſſare detractio Trebellianicæ. Iaſ in d.l. Marcellus.col.8.Rom.conſ.206.Alex. de communi conſ.20.vol.3.

Quia licèt verum ſit,hæredem poſſe detrahere quartam Trebellianicam, tamen tenetur pręſtare cautionem de reſtituendo eam adueniente conditione.arg.l.in Falcidia.ff.ad leg.Falcid.iuncta l.1.ff.vt leg.no.cau.Alexand.conſilio 20.in fin.

Quod in tantum verum eſt,vt ſi hęres non præſtabit cautionem,adhuc eueniente conditione debebit reſtituere.Hercul.in d.l.1. §.ad municipium. in fi. Quin amplius, ſi de legitima filiorum agatur, dotes in earum legitima computari debent, cum eius loco cedant. l. quoniam in nouella. C. de inoff.teſt. Fab.in auth.nouiſſima, q.5. C.de inoff.teſt.

Finis Libri Secundi.

VARIARVM RESOLVTIONVM RERVM CRIMINALIVM PRACTICABILIVM IN FORO ECCLESIASTICO, ET SECVLARI.

LIBER TERTIVS.

AVCTORE D. MARIO ANTONINO MACERAT. I.V.D. Prothonotario Apoſtolico, & Vic. Generali Perill. & Reuerendiſſimi D.

GVLIELMI BASTONI EPISCOPI PAPIEN. & COM. &c.

ARGVMENTVM.

Pendẽte cauſa criminali an ſit ſuperſedendum in ciuili.

Item, An acta facta coram Laico iudice probent coram Eccleſiaſtico.

Item, Correi debendi quando dicantur, Et quando factum vnius ex ipſis alteri noceat.

Item, Actio negotiorum geſtorum quando competat.

Et quando agere liceat actione iniuriarum.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminali pendente, an ſit ſuperſedendum in ciuili. Et numero 2. 3. & 4.*

5 *Actore non probante, reus abſolui debet.*

debet. Et numero 6.

7 *Acta inter alios alteri non præiudicant.*

8 *Et quando. Et num. 9.*

10 *Acta facta coram laico iudice non probant coram Eccleſiaſtico. Et num. 11.*

12 *Factum vnius ex correis debendi quando noceat alteri. Et num. 17. 18. & 19.*

13 *Probare quilibet tenetur fundamẽtum ſuæ intentionis.*

14 *Correi debendi quando dicantur. Et num. 16.*

15 *Statuta laicalia non ligant Eccleſiaſticos.*

20 *Factum vnius ſocij quando noceat alteri. Et numero 21.*

22 *Confeſſio oris proprij eſt perfectior aliis.*

23 *Confeſſio nõ inſurgit ex actu nullo.*

24 *Stylus quomodo probandus. Et numero 25.*

26 *Teſti diſtinguenti ſtandum eſt.*

27 *Stylus quomodo interpretandus.*

28 *Stylus verſatur circa ordinatoria.*

29 *De actis quæ dicantur eſſe.*

30 *Teſtis depoſitioni cui ſtandum ſit, primæ, vel vltimæ. Et num. 31. 33. Et quid ſi ſe corrigat. numero 37.*

32 *Geminatio magis operatur.*

34 *Teſtis referens ſe ad iam dicta quando probet. Et num. 36.*

35 *Doctori diſtinguenti ſtandum eſt.*

38 *Teſtis vnus non probat.*

39 *Teſtis deponens per verbum, teneo, non probat.*

40 *Notario quando, & in quibus credatur. Et numero 41.*

42 *Teſtis laborans pluribus defectibus habetur pro non examinato.*

43 *Teſtis deponens ad ſui exonerationem non probat.*

44 *Teſtis deponens ſuper interrogatoriis partis an probet.*

45 *Ex actis non conſtare, conſtat ex inſpectione actorum.*

46 *Sententia eſt nulla, ſi ſe referat ad acta, quæ non ſunt tamen vera. numero 61.*

47 *Confeſſio procuratoris non nocet Domino, Et ratio. num. 48.*

49 *Cõfeſſio volũtaria quãdo dicatur.*

50 *Specialia non ſunt multiplicanda.*

51 *Actio negotiorum geſtorum quando competat. Et num. 53.*

52 *Futura ſunt incerta.*

54 *Præſumptiones imperfectæ quando coniungantur.*

55 *Iuramentum ſuppletorium non eſt præſtandum, niſi adſit ſemiplena probatio.*

56 *Iniuria non poteſt fieri incertæ perſonæ.*

57 *Iniuria ſine animo non cõmittitur.*

58 *ꝓteſtatio declaratoria admittitur.*

59 *Ex proœmio colligitur mens.*

60 *Verba præcedentia declarant ſubſequentia, & magis influunt.*

62 *Impugnans reſcriptum non poteſt ſe ex eo iuuare.*

63 *Errans non fatetur.*

64 *Ad iniuriam inferendam requiruntur verba certa.*

65 *Mandatum ſpeciale requiritur ad faciẽdũ incidere dominũ in pœnã.*

66 *Iniuria non infertur ex verbis dictis per modum repulſionis, vel ſi iniuria eſſet vera. Et num. 67.*

68 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat ab actione iniuriarum.*

69 *In vrbe non committitur cauſa ſuper verbis iniurioſis.*

70 *Iniuria quando dicatur verbalis.*

71 *Stylus eſt quid facti.*

72 *Ignorantia facti præſumitur. Et nu. 74. & 75.*

73 *Ignorantia facti excuſat.*

76 *Verba iniurioſa quæ dicantur. Et numero 77.*

78 *Interrogatus an velit vti, quando habeatur pro non reſpondente. Et num.*80.*&* 81.

79 *Actus falſus quando dicatur.*

82 *Ab actione iniuriarum quæ excuſent.*

RESOLVTIO Prima.

IN graui cauſa vertente inter Illuſtr. Præſidem ex vna,& Reuerēd. Abbatem ex altera,de quatuor principaliter dubitari contingit, ex quorum reſolutione clarè apparebit,quis eorum potiora foueat iura.

Primò, An appellatio a reuocatione literarum inhibitorialium M. R. D. Vicarij Criminalis Curiæ Archiepiſcopalis Mediolani fuerit per Abbatem nulliter,& indebitè interpoſita.

Secundò, An Præſidi competierit actio negotiorum geſtorum contra Abbatem pro recuperatione impenſarum per eum factarum,tàm pro refectione Canalis, quàm conſtructione Tomboni in Rugia Speciana.

Tertiò, An Præſidi licuerit agere actione iniuriarum contra Abbatem.

Quartò, Vn ſimiliter Abbati licuerit agere actione iniuriarum aduerſus Præſidem.

In primo dubio poſt lōgam rei diſcuſſionem fuit reſolutum, non licuiſſe dicto Abbati appellare à dicta reuocatione.

Aut etenim (ſuppoſito agi de re cōnexa, & reſpiciente ius totius cauſæ) Abbas dicit,tempore conceſſionis dictarum literarum inhibitorialiū fuiſſe iam concluſum in cauſa, & proceſſum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè; Et nulliter appellauit, quia cum nimium ſe arctauerit,non debebat † ſuperſederi in cauſa ciuili ob 1
pendentiam criminalis. Bart. in l. is qui reus. num. 16.ff. de pup.indic. Afflict.deciſ. 229. num.2. Capic. deciſ. 25. numero 2. Farinac. quæſt.100.numero 102.

Aut dicit, nondum fuiſſe concluſum in cauſa; Et pariter indebitè appellauit.

Primò, quia concluſio illa, quòd † 2
pendente cauſa criminiali ſit ſuperſedendum in ciuili, non impedit, quin poſſit procedi in ciuili vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè. Grāmat. deciſ. 60. numero 23. cum ſeq. Capic. d. deciſ.25. numero 2.Farinac. de var.ac diuer. quæſt. quæſt. 100. numero 93.

Secundò, quia dicta † concluſio nō 3
procedit, ſi cauſa criminalis fuerit mota contra aliam perſonam, quam principalem cauſæ ciuilis. Bart. in l.ſi teſtamentum.num.3. ff. de petit. hæred.in l.Lucius.nu.1.ff.de his qui not. infam.& in l.fi.nume.7. C.de fidè inſtrum. Afflict. d.deciſ.229.nu.3. Lancell.de attent.par.2.cap.20.lim. 5. nu. 4. Farinac. d. quæſt.100. num.114.vide in hac materia dicta per Put.deciſ. 98. par.1. Lancel.de attent.par.2.c.4. limit.23. num.7. cum ſeq. Hic verò fuit po recta querela contra eos, qui compilarunt, ſcripſerunt, & detulerunt actum, & ſic † ſecluſa Præ- 4
ſidis perſona, vt infra clarius dicetur, faciunt notata per Bartol. in d. l.Lucius. num.1.& in d.l.ſi teſtamentum.num.3 quem ſequitur Abb.conſil.16. num.6.volum.2.

In ſecundo dubio fuit reſolutum, dictum Præſidem defeciſſe in probando fundamentum intentionis ſuæ, & ſucceſſiuè benè fuiſſe appellatum pro parte Abbatis, cumq; fore abſoluēdū à peti-

5 à petitis: nam † actore non probante, reus abſolui debet.l.qui accuſare.C.de eden.l.actor. C.de probat. c.inter dilectos de fid.inſtrum. cap.fin.de iureiur. Abb. in cap.ex literis.num.10.de probat. latiſſimè Maſcard.de probat. concluſ.36.nu.1.vol.1.

6 Quod verum eſſe, etiam ſi † reus iniuſtam cauſam foueret, firmarunt Gratus relatus per Maſcar.in d.conſi. 36.num.67. & Turr. conſ.4. num.32. & conſ.33.num.1.vol.1.

Et dum Præſes diceret, eius intentionem ſatis remanere fundatam ex probationibus factis cum aliis DD. de Specianis occaſione eiuſdē rei coram ſæculari iudice.

Fuit reſponſum dictas probationes non nocere dicto Abbati, cum clarum
7 ſit in iure, acta † inter alios alteri non præiudicare, etiam ſi de eodem iure agatur.l.nam §.fin.ff.de iureiur. d.cap. inter dilectos.Dec.conſ.42. numer.2. Turr.d.conſilio 33.numero 13. Maſcard.de probat.concluſ.33.numero 36. volumine 1.Pariſ.conſ.102. nume.10. volum.3.

8 Et licèt aliàs † dicta acta præſumptionem quandam faciant, vt latè per Tiraq.in tract.res inter alios acta. nu. 55.Aſin.in praxi iud. §.14.c.27.nume. 12.Tamen in præſenti cauſa cum actitetur coram iudice Eccleſiaſtico, & reus ſit Eccleſiaſtica perſona, nulla ex eis præſumptio oritur ob iudicis incompetentiam. Doct. in cap.at ſi clerici.de iud. Vant.de nullit. in rubr.ex def.iuriſd.num.3.cum ſeq.

9 Neque obeſt, quòd † illa acta præiudicent ipſi Abbati vti conſorti. Alex.in l.ſæpè.nume.126. ff. de re iudic. Felin.in c.cauſam,quæ. numero 26.de teſtib. Tiraqu.in d.tract.limit.23.numero 59.

Quia id verum eſſet, quando cauſa hodie ventilaretur coram iudice Laico contra conſortem, ſecus ſi ageretur coram iudice Eccleſiaſtico: acta enim
† facta coram iudice Laico non pro- 10
bant coram Eccleſiaſtico, etiam inter eaſdem perſonas. Dec. in d.cap.at ſi clerici.num.6. vbi dicit, neque reſultare iudicium. Afflict. in Conſtit.Regni.lib.1.cap.ſi damna. num.46. & iſtam opinionem receptiorem eſſe teſtantur Afflict.in d.numero 46. Clar. in d.§.fin. quæſt.36.verſic.fin. & Maſcard. d.concluſ.33.nume.24. Et ratio communis eſt ob incompetentiam, qui defectus in præſenti cauſa extat, tàm reſpectu iudicis, quàm rei, qui eſt Eccleſiaſticus, quantò igitur minus probabunt inter diuerſos, licèt conſortes. Vide dicta per Farin. in quæſt. 81.num.193 cum ſeq.

Quibus accedit, nam † etiamſi Ab- 11
bas præſtitiſſet conſenſum probationibus factis coram ſæculari iudice, adhuc tamen nullam præſumptionem facerent, cum eſſent nullæ ipſo iure. c. ſi diligenti, & ibi Doctor. omnes, de foro comp.Affl.deciſ.2.numer.5. cum ſeq. Vant.de nullit.in rubr.ex defect. iuriſd.numer.62. Farinac. de inquiſit. quæſt.8.num.15.

Vlterius dum proponeret Præſes, eius intentionem ſatis eſſe fundatam ex licentia ſibi conceſſa per D. Octauium Specianum vnum ex aſſertis Dominis dictæ Rugiæ, cum † factum v- 12
nius ex correis debendi noceat alteri. Bartol.in auth.hoc ita.nume.59.C.de duob.reis.Aret.in l.penult.num.11.ff. eod.& conſ.149.nume.7.Roncheg.in l.eandem.§.1.num.48.& in l.reos.nu. 36.ff.eod.Ruin. conſil.92. numero ſecundo.& 7.vol.1.

Quòd autem dicti Domini eſſent correi debendi, nitebatur ſuadere Præſes, quia illa obligatio reficiendi ca-

nalia, cum ſit facti, eſt indiuidua. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuid. nume. 28. & alij ibidem ff. de verb. oblig. Vnde dicti Domini tenebantur inſolidum ad dictam refectionem. l. 2. §. 1. & §. ex his. ff. de verb. oblig. Carp. ſuper ſtat. Med. Schol. 247. qui in puncto hoc pertractat, & facit l. ſi vt certo. §. fin. ff. commod.

Reſponſum fuit primò, de dicta licentia non conſtitiſſe legitimè in
13 proceſſu, quilibet autem † tenetur probare plenè fundamentum ſuæ intentionis. Hercul. de proban. negat. numero 2. cum ſeq. Gabr. de probat. concl. 6. Alex. conſ. 23. volum. 1. Crau. conſ. 1. num. 7. Becc. conſ. 105. num. 11. Surd. deciſ. 14. numer. 21. & deciſ. 260. num. 8.

Secundò, quia Abbas, & alij de Specianis domini dictæ Rugiæ non ſunt plures correi debendi, cum hodie cor-
14 rei † debendi non dicantur conſtituti, niſi ita actum ſit. Bartol. & alij in l. 1. ff. de duob. reis. Roncheg. in l. reos. §. cum tabulis. num. 65. ff. eodem.

Quinimò, ſuppoſito, Dominos Rugiarum teneri ad refectionem Canalium etiam inſolidum, circumſcriptis
15 ſtatutis † laicalibus, quę non ligant Eccleſiaſticos. latè Surd. conſ. 2. num.
16 14. & deciſ. 20. nume. 7. dictum † fuit, non ſequi, eſſe plures correos debendi, cum diuerſum ſit, plures teneri inſolidum, vel plures eſſe reos debendi. l. eandem. ff. eodem. Alber. in rubric. C. eodem. numero nono. Roncheg. in d. l reos. §. cum tabulis, numero ſexageſimoſexto.

Tertiò fuit reſponſum, ſuppoſito hic agi de pluribus correis debendi,
17 factum † vnius ex correis debendi nocere alteri correo quoad interrumpendam præſcriptionem, ſed nō quoad alia. Bartol. in l. ex duobus. numero vigeſimoſexto. ff. de duobus reis. & in auth. hoc ita. numero quinquageſimoprimo. C. eod. Rot. Gen. deciſ. 65. numero 6. cum ſeq.

Et dum huic tertiæ reſponſioni replicaretur, in præſenti cauſa nocere † 18
etiam quoad alia, cum ſupradicti Domini ſint ſocij. Bart. in l. penult. ff. de duob. reis, & quod ſint ſocij, ſiue conſortes, ſatis patet ex diutina communione aquarum, in terminis Iaſ. conſi. 185. numer. 2. libro ſecundo. Socius autem inſolidum poteſt ius cedere inſolidum. Non. conſilio 84. numero quinto.

Fuit dictum primò, præfatos non
† eſſe ſocios, cum communiter res agi 19
poſſit citra ſocietatem. text. eſt clarus. in l. vt ſit. ff. pro ſoc. faciunt dicta per Rot. Genuen. deciſione trigeſimanona. num. 6.

Secundò, Bartol. in d. l. pen. loqui in correis, & ſociis ſimul, ſed cum iſti non ſint veri correi, remanent ſimplices ſocij: factum autem † vnius ex ſo- 20
ciis non nocet regulariter alteri ſocio inuito, vel ignoranti. Iaſ. in l. quo minus. num. 158. ff. de flum. Surd. conſilio 43. num. 5. Quod magis verum dicitur
† in præſenti cauſa, cum habuiſſet 21
Abbas iuſtam cauſam contradicendi ob nimium exceſſum impenſarum, & rei onus factum magis graue. Ruin. conſ. 75. num. 10. volum. 1. Surd. d. cōſ. 43. num. 16. & Iaſ. in d. l. quo minus. num. 160. qui loquitur in re pro indiuiſo poſſeſſi; Et ratio eſt, nam ſocius intelligitur habere tacitum mandatum ad faciendum tantùm vtilia ſocietati, in puncto Rot. Gen. deciſ. 14. num. 69. & 112.

Demùm dum Præſes niteretur oſtendere eius intentionem fuiſſe ſatis fundatam ex confeſſione eiuſdem Abbatis reſultante ex actu producto die

vj. Apri-

22 vj. Aprilis;& nulla † eſt maior probatio, quàm proprij oris confeſſio. l. generaliter. C. de non numer. pecun. Bal. in auth. ſed nouo. C. ſi certum petatur. & magis ſtandum eſt confeſſioni partis, quàm mille teſtibus contrarium deponentibus. Gabr. de teſt. conclu. 4. num. 75. Burſ. conſ. 111. num. 14. vol. 1. Rol. conſ. 46. num. 10. vol. 4.

Fuit replicatum primò, aſſertum actum non ſolùm eſſe nullum, ſed etiam non verum, cum in eo legatur, Abbatem dicere, & confiteri, & ſic fuiſſe præſentem;& tamen veritas eſt, Abbatem non fuiſſe pręſentem, prout deponit Meda Actuarius, & Præſes ipſe fatetur, & ſucceſſiuè non potuiſſe dicere, nec confiteri; facit quod dicūt de notario aſſerente, aliquem fuiſſe præſentem, qui tamen erat abſens, Rip. in l. qui pręſens. nu. 3. ff. de verb. oblig. & Bart. in l. iuriſgentiū. §. quòd ferè. ff. de pact. quos refert, & ſequitur Clar. in §. falſum. verſ. ſic etiam, ſed ex

23 actu † nullo, & non vero nulla poteſt inſurgere confeſſio. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Bart. conſ. 12. num. 54. Surd. deciſ. 40. num. 8. Turret. conſil. 92. numero ſeptuageſimo. volumine primo.

Quod magis verum redditur, cum Abbas prius in aliis ſuis comparitionibus negauerit, omnia contenta in articulis, ſiue informationibus Præſidis fuiſſe, & eſſe vera, vnde neceſſariò concludendum eſt, Abbatem nullam habuiſſe notitiam dicti actus.

Et huic primæ replicationi non obſtat, quòd de ſtilo Curię Archiepiſcopalis Mediolani actus concipiatur in caput litigantium, licèt ipſi ſint abſentes.

Tum quia dictus ſtilus non fuit legitimè, & concludenter probatus, cū fidès exhibita eſſet nimis generalis, & † in probatione ſtili debent deduci actus in indiuiduo, in quib. ſit obſeruatus: Et ratio eſt, vt argui poſſit an actus ſint ſimiles, quibus ſtilus cenſeatur introductus. Pariſ. conſ. 112. nume. 12. cum ſequen. volum. 4. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. nume. 2. cum ſequen. quod omninò hic obſeruandum erat; Tum quia dictus ſtilus videtur eſſe contra ius commune: Tū quia vario modo fuit obſeruatus, vt infra dicetur: Tum quia reſpicit in præſenti caſu deciſionem cauſæ, quo ſtante † requirebatur exactior, & indiuidua probatio. Aſin. in prax. §. 2. cap. 15. num. 4. Oſaſch. deciſ. 22. num. 3. Menoch. d. præſumpt. 8. numero octauo. Maſcard. de probat. concluſ. 33. nu. 8. vol. 1. 24 25

Tum quia ille ſtilus eſt intelligendus ſolummodo de actibus fauorabilibus, non autem de præiudicialibus, prout ſunt confeſſiones.

Et iſte intellectus ſuadetur primò, ex depoſitione Bernadigij ſuper interrogatoriis Pręſidis, cui Bernadigio, vti teſti † diſtinguenti obſeruationem 26
ſtili, magis ſtandum eſt, & credēdum, quàm Medæ. Farinac. de oppoſ. con. teſt. quæſt. 65. num. 191. Et ſimiliter vti teſti Pręſidis in hoc nouo articulo ſtili, iuxta dicta per Maſcard. de probat. concl. 1235. num. 5. vol. 3.

Secundò quia ſtilus ille vti contrarius iuri communi eſt ita † interpre- 27
tandus, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit. l. 2. C. de noxalib. c. dilectus. de conſuetudine. Soc. ſen. cōſil. 38. num. 3. vol. 1. Honded. conſ. 7. nu. 5. Becc. conſilio 1. numer. 8. Surd. deciſio. 39. num. 11.

Tertiò, quia ſtilus † propriè verſa- 28
tur circa ordinatoria iudicij, non autem deciſoria. Menoc. dicta præſump. 8. numero 4. & 13. inter quæ ordi-

natoria, & deciſoria, ob diuerſas rationes, diuerſa ſemper fit diſpoſitio. Menoch. d. præſumpt. 8. num. 13. Maſcard. d. concl. 33. num. 8.

Secundò principaliter replicatum fuit per Abbatem, illum actum quamuis verum, & validum ſibi non nocere,
29 quia † cum nec ab ipſo, nec à Bernadigio fuerit in actis productus, ſed à procuratoribus, ſiue agentibus Præſidis, vt Meda in ſuo primo examine, & Bernadigius deponunt, non debet eſſe de actis quoad ipſum Abbatem. Aſin. in dict. prax. §. 14. cap. 3. per totum.

Cui replicationi nō obeſt, tam Bernadigium in ſuo vltimo examine deponere, ipſum Abbatem fuiſſe præſentem dictæ productioni, eámque confirmaſſe, quàm Medam Actuarium in vltima depoſitione idem aſſerere.

Quia quoad perſonam Bernadigij fuit dictum, quòd † cum Bernadigius
30 totum contrarium eius, quod deponit in vltimo examine, prius dixerit, tam extraiudicialiter cum iuramēto, quàm iudicialiter, vel neutri eius dicto ſtandum eſt, vti poſitus ſit inter duo iuramenta. Abb in cap. per tuas. numero 11. in fin. de teſtib. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 13. num. 9. Clar. §. fin. quæſt. 53. verſ. primus caſus. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 108. num. 9. & 23. Gabr. de maleſ. concl. 29. numer. 1. & concl. 91. num. 4. vbi de magis communi teſtatur. Farina. de oppoſit. con. teſt. quæſt. 66. nu. 211. & 214. Vel cum dictus Bernadigius nō ſolùm id, quod dixit in extraiudiciali atteſtatione iurata, confirmauerit cum iuramento coram iudice, ſed etiam confirmauerit in ſua repetitione facta inſtante Præſide ſuper ſuis interrogatoriis, dum dixit. [*Mi rimetto à quanto all' hora diſſi,*] & iterum interrogatus reſpondit, [*dico, che coſi diſſi, come ſtà in eſſa mia depoſitione,*] eius † primo dicto ſtandum eſt, non autem vltimo. 31
Clar. d. quæſt. 53. ver. quartus eſt. Gab. d. concl. 29. Farin. d. quæſt 66. numero 124. cum ſeq.

Confirmatur, Tum quia primum dictum bis medio iuramento fuit cōfirmatum à Bernadigio, & † geminatio arguit maiorem veritatem, tollitque omnem errorem. Pariſ. conſ. 71. num. 16. volum. 3. Surd conſ. 73. numero 64. vol. 1. Becc. conſ. 70. numer. 17. cum ſeq. 32

Tum quia repetitio fuit facta inſtante Præſide, vnde † ſtandum eſt ei magis, quod contra ipſum eſt. Clar. d. q. 53. verſ. quartus eſt caſus. & Menoc. d. conſ. 10. num. 10. 33

Et ſi opponeretur, relationem Bernadigij ad iam dicta non eſſe attendendam, ex quo fit ad examen nullum ex defectu citationis Præſidis.

Poſſet reſponderi, id † verum eſſe, quando primum dictum, ad quod teſtis ſe refert, eſſet nullum ex cauſa falſitatis, ſecus ſi eſſet nullum ex defectu ſolemnitatis, vt hic, quia tunc primū dictum conualidatur vt ex nunc cum repetitum intelligatur: in repetitione autem non deficit congrua ſolemnitas, nempè citatio partis, prout ita doctè diſtinguit Salycet. in l. iuſiurandi. num. 9. verſ. ſed iuxta hoc poteſt. C. de teſtib. quem ſequitur Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 109. numer. 4. 5. & 10. & dictæ doctrinæ Salyceti vti † diſtinguenti ſtandum eſt, tam in conſulendo, quàm in iudicando, ſecundùm Curt. conſ. 10. num. 2. Turr. conſ. 22. numer. 28. vol. 1. Farinac. de oppoſ. con. teſt. quæſt. 65. num. 191. 34 35

Atque abſolutum eſt hodie, valere depoſitionem † teſtis referentis ſe ad iam 36

ſam dicta,& confirmantis ea. Menoch. d.caſ.109. vbi dicit, ſaltem eſſe arbitrarium, & in puncto ita practicari teſtatur. Theſaur. deciſio. 255. numero octauo.

Inſuper ſi opponeretur, quòd Bernadigius licèt in eius repetitione confirmauerit primum dictum, tamen incontinenti ſe correxit, vnde vltimum eius dictum venit attendendum.

37 Poſſet reſponderi, allegatam † cauſam correctionis per dictum Bernadigium fuiſſe nimis triuolam, Vnde non eſt attendenda correctio. Farinac. de oppoſit.con.teſt. quæſt. 66. num.241. & 244. vbi firmat, quòd tunc bonum eſſet, teſtem torqueri. Felin. in capit. præterea.numer. vndecimo.de teſt. b. cog. Couar.d.lib.2.variar. reſol.ca.13. num.8.

Vltimam Medæ depoſitionem pariter fuit dictum non eſſe attendendam.

Primò, quia ſtantibus oppoſitis cõtra Bernadigium dictus Meda remanet vnicus teſtis, ſed tam de iure natu-
38 rali, quàm diuino cautum eſt, ne † credatur vni teſti.c.nouit. de iudic. cap. in omnem.de teſtib. Maſcard. de proba.concl.32.num.38.colum.1. Gabr.de teſtibus.conclu.1.numero vndecimo, cum ſeq.

39 Secundò, quia deponit per † verbũ, teneo.glo.& Doct.in l.teſtium. C.de teſtib. Rol.conſ.57.num.31.lib.1. Turret.conſ.93.nu.37.volum.1. Rot.Gen. deciſ.26.num.16.

Quibus non obſtaret ſi diceretur, dictum Medam licèt vnicum plenè probare, ex quo eſt notarius Actuarius dictæ Curiæ.

Quia eſt animaduertendum, quòd
40 dicta aſſertio † Medæ eſt teſtimonialis, non autem habens fomentum officij tabellionatus, vnde non probat, vt in puncto dicit Maſcar.de prob.conclu.35. nu.81. vol.1. Et facit, nam † notario non creditur in his, de quibus non fuit rogatus. Ioan.de Amic.conſ. 137.nu.2. Turr.conſ.38.num.7.volum. 1. Becc.conſ.6.num.1. Menoch.de præſumpt.lib.2. præſumpt. 79.nu.17. Maſcard.de prob.concl.4.numer. 20.volum.2. 41

Neque ſimiliter obſtat, Medam vti teſtem Abbatis plenè probare contra eum.

Quia illa concluſio vera eſt, quando teſtis inductus vnum pateretur defectum, ſecus ſi plures, nam teſtis † laborans pluribus defectibus pro non examinato habetur. Rol.conſ.3.num. 49.lib.3. Turr.conſ.24. num.9. vol.1. in puncto Non.conſ.24.nu.24. 42

Cæterùm dictus Meda plures patitur defectus. Nam primò eſt vnicus. Secundò deponens per verbum, teneo. Tertiò deponens † ad ſui exonerationem, cum non potuerit recipere dictum actum citra falſi ſuſpicionem. Fel.in c.cum à nobis.num.5. de teſtib. Crau.conſ.99.num.2. Maſcar.de probat.concl.1358.num.1.vol.3. Menoch. de arb.iud.caſ.99.num.6. Oſaſch.deciſ.79.num.4. Rot.Gen deciſ.49. n.1. Quartò, quia poſitus inter duo iuramenta. Quintò, quia poteſt dici teſtis Præſidis, cum ipſo † inſtante fuerit examinatus ſuper ſuis interrogatoriis, & in hoc caſu puto veram opinionem Borg.deciſ.12.nu.40.par.1. 43 44

Tertiò principaliter fuit replicatũ, in actis † non conſtare de aliquo mãdato Abbatis in perſona Bernadigij, vt ex dictorum actorum inſpectione colligitur. Hercul.de prob.neg. num. 123.& 176. Becc.conſ.40.num 2. Surd. deciſ.21.nu.1. vnde † tam acta, quàm ſententia lata ad fauorem Præſidis corruunt. Vant. de nullit.in rubr.ex 45 46

defect.mand.numer. ſexageſimo.cum ſeq.

Quartò,ſuppoſito Bernadigium eſſe procuratorem Abbatis, & actum ſupradictum eſſe verum,&productum ab ipſo Bernadigio,tamen adhuc non videtur ex illo probata intentio Præ-
47 ſidis,quia confeſſio † voluntaria procuratoris non præiudicat domino. Bart.in l.certum. §.ſed an ipſos.num. 2.ff.de confeſſ.Felin. in cap.1. num.15, verſ.prima declaratio. vt lite conteſt. Bellam.deciſ.582.& deciſio.695.Maſcard.de probat.concl.369.nu.14. cum ſequen.volum.1.Et ratio eſt,quia talis
48 † confeſſio ſapit vim donationis, & procurator cum libera neque donare, neque remittere poteſt.Alex.conſ.22. num.8.lib.1. Dec. conſilio 402.num. 9.Burſ.conſilio 395.numero 38. lib.4. Confeſſio autem reſultans ex dicto actu dicitur voluntaria omninò, cum
49 † fuerit facta nullo cogente,vel inſtāte.Fel.in d.c.1.num.15.

Et in hoc eſt conſiderandum, quòd licèt de ſtilo potuiſſet concipi illa cōfeſſio in perſona Abbatis,tamen verū eſſet, quòd illa diceretur confeſſio procuratoris, non autem propria ipſius domini:Tum quia aliàs repugnaret omni veritati, & daretur occaſio fraudibus: Tum quia aliàs ille ſtilus
50 induceret plura ſpecialia,† contra notata in l.1.C.de dot.prom. Iaſ.in l.ſingularia.nu.6.ff.ſi cert.pet.Becc.conſ. 28.num.13.

Quintò, & vltimò replicatum fuit, ſuppoſitis omnibus ſupradictis,quòd adhuc non poſſet dici probata intentio Præſidis: Nam ad hoc, vt poſſit †
51 agi actione negotiorum geſtorum contra dominum ignorantem,& obtineri,debet concludenter probari, rē geſtam fuiſſe vtilem domino.l.ſecunda. & l.ſed an vltro.§.ſi quis, ff.de negot.geſt. & ibi Doct. ſed dictus Præſes non probauit, neque poterat probare,rem vtilem feciſſe, ex quo verè vt ipſe quoque fatetur,exceſſit in impenſis,cum feceritCanalem altiorem, & latiorem, & loco alterius conſtruxerit Tombonum, & ſic res fuit onerofa potiùs Abbati,tam in principio, quàm in fine,& durior ob longè maiores impenſas in futurum faciendas pro conſeruatione, & reparatione.

Et friuola fuit iudicata reſponſio Præſidis,nempè,quòd licèt ſit exceſſus in impenſis, tamē attenta duratione ędificiorum nouiter conſtructorū,res dicitur vtilis:Tum quia talis duratio eſt de futuris contingentibus, vnde non poteſt in ea aliquod fieri fundamentum, cum futura † ſint incerta. 52
Iaſ.in l.Stichum.numer.1.ff.de legatis primo.

Tum quia in actione † negotiorum geſtorum non conſideratur euētus, ſed an res ſit vtilis, vel onerofa à principio.dicta l.ſed an vltro. §. primo.& l.Pomponius.ff.de negotiis geſtis. 53

Quamobrem cum ex ſuperius deductis appareat pro intentione Præſidis,nec plenam, nec ſemiplenā probationem militare, imò nec quidem præſumptiones † niſi ſaltem imper- 54
fectas de iure,& debiles, vnde excluditur omnis coniunctio, ſecundùm Grat.conſilio 45. numero 10. volum. 2. fruſtra fuit petitum iuramentum ſuppletorium per procuratorem Pręſidis in hac ſecunda inſtantia, cum illud † non ſit præſtandum, niſi ſemi- 55
plena reſultet probatio. Surd.conſ.12. num.56. Turret. conſ.5. num.3. vol.1. latè Maſcar.de prob.concl.954. nu.5. cum ſeq.vol.1.

In tertio dubio fuit reſolutum, malè fuiſſe

fuiſſe condemnatum dictum Abbatem in ſcutis mille auri vigore prætenſæ iniuriæ illatæ Præſidi.

Aut namque Præſes dicit, ſibi fuiſſe illatam iniuriam ex quærela porrecta per Abbatem; Et ille non potuit condemnari.

Primò, quia Abbas porrexit quærelam in genere contra culpabiles, &
56 non contra Præſidem, ſed incertæ † perſonæ iniuria fieri non poteſt. l. itẽ apud. §. cui non ſine cauſa. & ibi Bart. & alij. ff. de iniur. Boer. conſ. 4. num. 18. Farinac. quæſtio. 105. num. 170. cum ſeq.

Accedit, etenim in proceſſu legitur proteſtatio Abbatis, quòd ex dicta quærela nunquam habuerit animum, nec intentionem iniuriãdi Pręſidem,
57 iniuria † autem ſine animo iniuriandi non committitur. l. 1. §. 1. ff. de iniur. Gram. decis. 37. num. 6. cum ſequ. Farinac. de accuſat. quæſtio. 16. num. 67. Gabr. conſil. 166. num. 5. volum. 2. Farinac. d. quæſt. 105 numer. 115. Pariſ. conſilio 149. numero 17. cum ſeq. volum. 4. Et animus non iniuriandi probatur iuramento eius, qui iniuriam intuliſſe dicitur. Menoc. de præſump. libr. 5. præſumpt. 40. numero trigeſimoſecundo.

58 Quæ proteſtatio † non eſt contraria facto, vt prætenditur, ſed eſt declaratoria actus ambigui videlicet, quærelæ generalis, vnde prodeſt Abbati. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Bart. in l. non ſolùm. §. morte. nu. 18. ff. de oper. nou. nunc. & in puncto vide Menoch. de præſump. lib. 5 præſump. 40. nu. 31. cum ſeq.

Secundò, quia dicta quærela fuit expreſsè porrecta ſolùm contra eos, qui compilarunt, ſcripſerunt, & detulerunt actum in manibus Actuarij, quod apertè probatur ex verbis præambulis dictæ quærelæ ibi [*per verificatione della impoſtura, & falſità fatta da quelli, che hanno compilato, ſcritto, & portato detto atto in mano di detto Attuario,*] & ſic tollitur omnis dubietas, an quærela fuerit porrecta contra Pręſidem ob aliqua verba dicta poſt quærelam porrectam, nam ſunt attendenda dicta verba præambula quærelæ:
Tum quia † ex præfatione colligitur vera mens diſponentium. l. item quia. §. fin. ff. de pact. Turret conſil. 86. numer. 12. volum. 1. Becc. conſil. 20. num. 2. Menoc. de præſumpt. lib. 6. pręſump. 2. Caputaq. deciſ. 215. num. 8. par. 3. Tũ 59
quia † verba præcedentia declarant ſubſequentia, & magis influunt, quàm è contra. l. ſi ſeruum. §. final. ff. de leg. 1. Cœphal. conſi. 369. num. 12. volum. 3. Soc. ſen. conſ. 47. num. 5. volu 1. Crau. conſ. 2. num. 5. Soci. iun. conſ. 83. nume. 16. vol. 1. 60

Aut dicit, ſibi fuiſſe illatam iniuriam ex quibuſdam verbis contentis in reſcripto obtento à S. D. N. per Abbatem: Et pariter ſententia venit reuocanda.

Primò, quia ſententia lata habet relationem ſolùm ad quærelam, ibi [*ex quærela minus vera,*] & ibi [*ob dictæ quærelæ falſitatem*] non autem ad aliqua verba contenta in dicto reſcripto, vel aliis Abbatis comparitionibus, vnde non poteſt modò fieri fundamentum in aliis verbis extra quærelam, & ſucceſſiuè ſequitur, quòd ſit
† ſententia nulla, cum ſe referat ad acta non vera, nempe ad quęrelam non tangentem perſonam Præſidis. Gabr. de ſenten. concluſione decima. numero octauo. & 16. Turret. conſilio quadrageſimoſecundo. numero primo. volumine primo. Vant. de null. in rub. ex defect. ſent. numer. centèſimouigeſimooctauo. 61

Secundò, quia cum Præſes impu-
62 gnauerit † dictum reſcriptum vti obreptitium,& ſubreptitium,non poteſt modò ex eo in aliquo ſe iuuare. cap. ex eo.de reg.iur. in 6. cap.cum olim. de cenſ.latè Gabr.de regul.iur. concl. 1.& in puncto firmat Felin. in cap. examinata.num.3.de iud & in cap.ſuper literis. num.16.de reſcript. Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.31.num.1. part. 1. Menoch.de præſumpt.lib.2.præſump. 45.num.16.

Tertiò, quia verba illa reſcripti nempè, [*& ideò conatus fuit porrigere querelam,&c.*] ſunt verba erronea,cũ querela verè non fuerit porrecta contra Præſidem, vtſupra latius conclu-
63 ſum eſt,ſed errans † nihil fatetur.l.error.C.de iur. & fact.ignor. Maſcard. de probat.concl.378.vol.1. & per errorem excluditur conſenſus, & ratificatio actus.Surd.conſ.28.num.122.Pariſ.conſ.150.num.22.volum. 4.

Poſtremò,quia ſupplicatio ad ſuperiorem non dicitur libellus famoſus. Rom.conſ.96. Boſſ.de iniur.nume.4. Magon.Florent.deciſio.25. numer.11.

Aut demùm dicit,ſibi fuiſſe illatam iniuriam ex quibuſdam verbis contentis in certis comparitionibus Abbatis, vel inhibitionibus obtentis ab eodem; Et pariter condemnatio fuit nulla.

Primò, quia illa verba ſunt generalia,& non continentia ſpeciem aliquã delicti,ſiue iniuriæ,ſed ad inferendam
64 † iniuriam requiruntur verba certa.l. Prætor edixit.ff.de iniur. Natt.conſil. 671.num.1.vbi alios allegat. Felin.in cap.cum te.numer.18.de iniur.vbi dicit,verba generalia eſſe interpretanda in mitiorem partem. Gabr. conſilio 166. numero ſexto. volumine ſecundo.

Secundò, nam prætenſa verba fuerunt dicta à procuratore ipſius Abbatis,vnde ei non nocent, cum requiratur † ſpeciale mandatum ad faciẽdum incidere dominum in pœnam. Felin. 65
in cap.1.nu.8.vt lite non conteſt. Pariſ.conſ.100.num.7. lib.3. Rol.conſil. 43. num 2.lib.1.Burſ.conſ.74. nu.77. libr.1. & de communi Lancell. de attent.par.j.cap.1.num.12.

Tertiò, quia ſuppoſito, illa verba contẽta in comparitione facta coram Vicario Criminali die xxiij. Iulij eſſe dicta per Abbatem, tamen nihil faciunt, cum † fuerint dicta per modum 66
repulſionis, & defenſionis: nam Præſes in ſua comparitione coram eodem Vicario priùs dixerat, inhibitionem eſſe reuocandam, quia criminalitas falſitatis cauſata fuit culpa, & facto ipſius Abbatis.Iaſ. in l.vt vim. numero 36.ff.de iuſt.& iur. & in l.illud eleganter.num.5. ff.quod quiſque iur.

Quartò, etenim cum verè actus præfatus eſſet falſus per ſupradicta,eóque ſit vſus P. & actu falſo vtens dicatur falſitatem committere. l.maiorem.l.ſi falſos.C.de falſ.Angel.de malef.in ver.falſario.nume 42.Clar.in §. falſum.verſ.vtens. non poterat † eſſe 67
locus actioni iniuriarum. l.pen. C. de iniur.l.ſi tibi.C.de lib.cau.Oldr conſ. 53.col.2.in princ. Rom.conſ.96.col.2. Abb.in c.cum te.num.28.Felin. num. 18.de re iud.Socin.ſen. conſilio 146. num.12.lib.1. Bertaz. conſ. crim.214. num.2.Boer. conſ.4.num.34. Boſſ. de iniur.nume.3. Iodoc.in pract.crimin. cap.136.num.2.Magon. Flor. deciſ.25. num.8.Farinac. d. quæſt.105. numero 219.

Quintò, ſuppoſitis omnibus, adhuc, tamen non veniebat condemnandus
Abbas de iniuria, quia quælibet † iu- 68
ſta cauſa excuſat,vt aliquis non teneatur

tur actione iniuriarum.l.cum, qui illud.§.fin.l. ſi quando l.item apud. §. ſi quis Aſtrologus.& §.adiicitur.ff. de iniur.Alb.in l.ſi conuicij.nume.10. C. de iniur.Couar.var.reſol. lib.1. cap.2. nume.6.& hanc opinionem veriorem eſſe firmat Farinac. de accuſat. quæſt. 16.num.67.cum ſeq.vbi alios allegat, & vlterius dicit, cauſam etiam iniuſtã excuſare. quod latè comprobat quæſt. 90.nu.38.cum ſequen. vbi teſtatur etiam de communi.Pariſ. d.conſil.149. num.18. Et ratio eſt,quia ex iuſta cauſa excluditur animus iniuriandi. Magon.Flor.deciſ.25.num.10.Hinc ſuper
69 † actione iniuriarum vix poſſe obtineri literas in Curia Romana, teſtantur Abb.in cap.grauis.num.2.de reſtit. ſpoliat.& Felin.in d.c.cum te numer. 17. aſſerit,quòd Vicecancellarius non dat literas contra verbaliter tantùm
70 iniuriantes. prætenſa † autem iniuria eſt verbalis,licèt ſit in ſcriptis. d.l. item apud. §.conuicium. & in puncto Rom.conſ.378.num.1.

Cæterùm in Abbate plures concurrunt iuſtæ cauſæ, nempe, quia ipſe non fecit dictam confeſſionem, cum tunc eſſet abſens imò de contraria eius mente conſtat ex actis.

Item facit tàm atteſtatio Bernadigij toties cum iuramentis confirmata, quàm prima depoſitio Medæ, vt ſupra; Inſuper quia Abbas erat ignarus
71 dicti ſtili vti † quid facti latè Maſcar.
72 de probat.concluſ.1338.volum.3. ſed † ignorantia facti præſumitur. Gabr.de regul.iur.concluſ.5. Menoch. de præſumpt lib.2 præſumpt.23. Maſcard.de probat.concl.879.vol.2.Turret.conſ. 96.num.6.cum ſeq.volum.1.Accedit, nam licèt in genere ſtilus poſſit eſſe
73 notus,tamen in indiuiduo † præſumitur ignorantia. Felin. in cap.ſuper literis.numero octauo.de reſcript.Præterea dictus † ſtilus vario modo fuerat obſeruatus, vt deponit Bernardigius, vnde poterat † dubitari de eius validitate.Boer.conſ.8.num.14.Borg. deciſione ſecunda. numer.51.cum ſeq. part.1. 74 75

In quarto, & vltimo dubio videbatur reſoluendum, d. P. teneri dicta actione, & ſucceſſiuè condemnandum fore in ſumma petita,ex quo in pluribus comparitionibus eius procurator dixit plura iniurioſa verba contra A. nempe, † quòd A. præfatus induxerit 76
Bernardigium ad faciendam atteſtationem contra veritatem, quòd veritati impoſturam fecerit, de dolóque, & impoſtura conuincatur,& quòd infectam conſcientiam haberet. d.l. itẽ apud.§.ſi quis in libello.Alex.conſ.11. num.4.lib.1.

Et hoc tantò magis videbatur decidendum, cum † dictus P.fuerit pertinax in obiiciendo dicta crimina, etiam in allegationibus iuris. l.qui cum maior.§.accuſaſſe.l.ſeruitutem. §.petiiſſet. ff.de bon.lib. l. Papinianus. §. meminiſſe.ff.de inoffic. teſtã.Anchar. conſ.325.num.1.cum ſeq.vbi plura cumulat contra ſimiles detractores in iudicio. 77

Nec poſſet defendi ex eo, quòd dictus A. interrogatus ipſo inſtante, an vellet vti dicta fide,ſiue extraiudiciali atteſtatione Bernadigij,reſponderit minus legitimè, nempe, velle vti in partibus fauorabilibus,quo caſu † pro 78
non reſpondente habetur, & pronunciandum erat in eius maius odium. Boſſ.de falſ.numer.147.& 155. Afflict. deciſione 189. numero primo. Gabr. de malefic. concluſione 7. numero primo.

Primò,quia cum non conſtiterit dictam fidem † eſſe falſam, ſed potius 79
veram ex ſupra allegatis, non poteſt

dici A. vſum eſſe actu falſo, & feciſſe imposturam. Cœph.conſ.230.num.22. vol.2. Surd.deciſ.282.num.19.

80 Secundò, quia non † veniebat ita notandus A. per dictam reſpōſionem, cum dicta fides contineret factum alienum, vnde excluditur omnis dolus, & ſucceſſiuè crimen. Felin.in c.præſentium.nume.11.de teſt.Gabr.d.concluſ.7.num.17. Menoch. d.caſ.315.nu.30 Capic.deciſ.67.num 7.

Tertiò, quia cū dictus Bernadigius ſuper contentis in fide depoſuiſſet etiam coram Iudice, & de depoſitis per

81 eum eſſet ignarus dictus A. vtique † veniebat admittenda de iure dicta reſponſio qualificata ob plura iuramenta, & atteſtationes Bernadigij. vide Surd.deciſ.16 per tot.

Tamen viſum fuit pronunciare, d. P. non teneri aliqua actione iniuriarum ob verba prolata in d. comparitionibus.

82 Primò, quia † dicta verba fuerunt dicta per procuratorem non habentem ad id ſpeciale mandatum.

Secundò, quia illa verba fuerunt dicta per modum defenſionis, & repulſionis.

Tertiò, quia ſaltem dicitur excuſabilis ob plures iuſtas cauſas concurrentes ad eius fauorem, nempe ſtilus dictæ Curiæ ſibi notus, & vltimæ depoſitiones Bernadigij, & Medæ, de quibus omnibus ſupra diſcuſſum eſt. Pariſ.in d.conſ. 149. numero decimooctauo.

ARGVMENTVM.

Clericus aſſaſſinus an poſſit puniri à iudice laico.

Item, ſi talis clericus remittatur iudici laico per iudicem eccleſiaſticum, ac ſic etiam tradendus proceſſus factus contra dictum clericum per eundem iudicem.

SVMMARIVM.

1 *Homicida an poſſit ordinari.*

2 *Clericus aſſaſſinus an poſſit à iudice ſæculari puniri.*
Et quando numero octauo. 9.10. *&* 12.

3 *Clericus primæ tonſuræ gaudet priuilegio fori, & Canonis.*

4 *Homicida ſi ordinatur recipit characterem.*

5 *Irregularis ordinatus eſt ſuſpenſus ab executione ordinum.*

6 *Prima tonſura non imprimit characterem.*

7 *Excommunicatus poteſt ordinari.*

11 *Conſuetudo contra ius diuinum non valet.*

13 *Papa poteſt delegare iudici Laico cauſam criminalem clerici.*

14 *Remiſſio rei eſt facienda cum proceſſu. Et quando hoc verum ſit. numero* 20.

15 *Irregularitas incurritur, ſi traditus Curiæ ſæculari punitur pœna ſanguinis.*

16 *In foro conſcientiæ tutior pars eſt eligenda.*

17 *In conceſſione de iure ſpeciali ſit ſtricta interpretatio.*

18 *Diſpenſatio non extenditur ad conſecutiua. Et numero vigeſimoprimo.*

19 *Limitata diſpēſatio limitatum parit effectum.*

22 *Beneficium Principis quando ſit ſtrictè interpretandum.*

RE-

RESOLVTIO II.

CVM ſpontè ſe cōſignaſſet in ſortiis Curiæ Epiſcopalis Papiæ R.D. ad purgandum ſe à publica voce, & fama, quæ diuulgabatur per Ciuitatem, quòd ipſe per Sicarios mandaſſet fratrem occidi, & iugulari in nocte Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri, vnà cum F. famulo reperto poſtea in flumine Ticini abſque capite. Et Sanctiſſimus D. Noſter Clemens VIII. fœl. record. mãdaſſet Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Papienſi, vt ex gratia conſignaretur DD. Miniſtris Curiæ Sęcularis ſub hiſce verbis, videlicet, [*ex ſpeciali gratia committimus, & mandamus, vt d. D. Curiæ Sęcularis Miniſtris tradi, & conſignari cures, & facias, quod vt tuta conſcientia, & ſine incurſu cenſurarum, & irregularitatis facere valeas, id tibi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium cōcedimus, & indulgemus.*] Contigit de duobus principaliter dubitari.

Primò, An dictus R.D. inſignitus clericali tonſura tantùm, gauderet in præſenti caſu priuilegio fori.

Secundò, An d. Vicarius Epiſcopalis Papiæ vigore mandati ſupradicti poſſet conſignare proceſſum factum in Curia Eccleſiaſtica contra d. D. ſupradictis Miniſtris petentibus, tutè, & abſque incurſu irregularitatis.

In primo dubio dicebant dicti Miniſtri, dictum D. nullatenus gaudere dicto priuilegio.

Primò, ex quo tempore, quo ſuſcepit clericalem tonſuram, fuerat iam proceſſatus, & condemnatus de homicidio †. voluntario, licèt poſtea
1 fuiſſet gratiatus, Vnde vti irregularis debuit perpetuò carere omni ordine. capit. ex tenore, & cap. quæſitum, de temp. ordin. quod expreſsè cauetur in Sac. Conſil. Trident. de reformat. ſeſſ. 14. capitulo ſeptimo, & Azor inſtit. Moral. libro ſecundo, capit. 17. quæſt. 3. dicit, iuris diuini eſſe ne homicida, vel bigamus promoueatur ad ordines, Vnde requirebatur prius in ordinando d. D. diſpenſatio Papæ, cum ſolus ipſe diſpenſet ſuper homicidio voluntario. Nauar. in Manual. capit. 25. numero 70. licèt vix, & ratò diſpenſet, ſecundùm Henriq. in Sum. Theol. Mor. de irregul. libro 14. cap. 18. num. 1.

Secundò, etenim ſolent Epiſcopi imponere excommunicationem latæ ſententiæ contra accedentes ad ordines, qui ſint impedimēto occulto detenti, ſecundùm Henriq. in d. Sum. libro 10. capitulo 20. numero primo. Vnde multò minus potuit dictus D. ordinari, vti irregularis, & excommunicatus.

Tertiò pro ſolidiori fundamento adducebatur, quòd quàmuis dictus D. potuiſſet ritè promoueri ad dictam tonſuram, nihilominus poſſet † adhuc à iudice ſæculari puniri, cum hic 2
agatur de aſſaſſinio. capit. 1. & ibi Doctor. de homicid. in 6. Couar. variar. reſolut. libro ſecundo, cap. 20. numero 9. Brun. à Sol. quæſt. 34. numero quinto. cum ſeq. Clar. in §. aſſaſſinium. in princip. & in §. fin. quæſt. 36. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. numero 77. cum ſeq. Scaccia, de iudic ca. ciuil. crimin. & hæreſ. lib. 1. cap. 11. numero 55. cum ſeq. Gabr. de malef. lib. 7. concluſ. 1. numero 24. Farin. de inquiſit. quæſt. 8. nume. 82. cum ſeq.

Cœterùm contraria opinio viſa fuit verior, cum de iure communi clericus †. primæ tonſuræ gaudeat 3

priuilegio tàm fori. Decian.in d.cap. 9.numero primo.& Scaccia,in d.cap. 11.nu.19. & 44. quàm Canonis Abb. in cap. cum contingat. nu. 1. de ætat. & qualit.ordin.Caualc.in deciſ. 10.n. 21. par.5.

Et ad primum obiectum reſpondebatur, dictum Sacrum Conciliũ Tridentinum in d. capitulo ſeptimo, & iura ſuperius allegata, intelligi debere de promouẽdis ad ordines,non autem de iam promotis, nam de iure
4 communi per collationem † imprimitur character,cum interueniat materia,& forma, præſertim ſi ordinans fuit ignorans impedimẽti, vt hic.Hẽriq. in d.Sum.libro 14. cap.6. numero 5.

Quinimò Ordinans fuit in bona fide attenta atteſtatione Curiæ ſæcularis Papiæ.in qua dicebatur,dictum D. ab hodie retrò nunquàm fuiſſe proceſſatum,bannitum, nec condemnatum pro aliquo delicto.

Benè verum eſt, quòd ob dictũ im-
5 pedimentum † irregularitatis remaneret ſuſpenſa ordinum ſuſceptorum executiò. d. cap. ex tenore, & d.cap. quæſitum.Gabr. conſ. 181. num.4.& conſilio 189. numẽ. ſecundo,& quinto, volumine ſecundo. quicquid dicat Vinc.de Franc.deciſ.18.nu.4.& 8. par.1.

6 Et quàmuis ex prima † tonſura non imprimatur character,imprimitur tamen quædam poteſtas actiua cũ clericatu, & illius priuilegio; ſecundùm Henriq. in d.lib.10. cap.9. nu 4. quæ poteſtas eſt irreiterabilis. Nauar. lib. primo, de temp. ordin. conſilio 23. numero tertio, & conſilio 29 numero 2.

Ad ſecundum reſpondebatur pri-
7 mò, excommunicatum † poſſe ordinari, licèt incurrat irregularitatem, niſi probabilis ignorantia eum excuſet. cap.cum illorũ.& ibi gloſ. & Doctor. de ſent. excomm. Tabien. in ver.excommunicatio.§. 1. numero 8.

Secundò, Epiſcopum ſolere, antequàm ordines conferat, impartiri ordinandis abſolutionem ad cautelam à cenſuris, & diſpenſare ab irregularitate prouenientе ex caſu occulto,iuxta formã Sac.Conc. Trid. de reform. ſeſſ.24. cap. 6. Henriq.in d.lib. 10.c. 20. num. 2. nòn obſtante Bulla Sixti Quinti.incip.Sanctum,& ſalutare. cũ illa fuerit reducta ad viam iuris per aliam Bullam Sanctiſſimi D. N. Clementis. VIII.

Vltimum diluebatur primò, nam illa opinio venit intelligenda, quando † præceſſiſſet trina monitio, vel 8
concurreret incorrigibilitas clerici, ſecundùm Albert. in cap. quoniam. num.37. 68 & 72.cum ſeq. de hæret. & poſt alios Farinac.in d. quæſt.8. nu. 93. Azor.inſt.Mor.libro quinto, cap. 13.colum.fin.

Secundò tollebatur, nam dicta opinio vera dicitur, quãdo † præceſſiſſet 9
ſentẽtia declaratoria iudicis eccleſiaſtici ſuper aſſaſſinio,vt in puncto firmat Capic. deciſ.112.num.2. & 6.Caualc. in d. deciſ.10.num.27. quod indubitatè dicebatur eſſe ſeruãdum hic, cum dictus D. eſſet in fortiis Curiæ Eccleſiaſticæ,iuxta dicta per Farinac. in d.q. 8. nu.85. Gabr.in d.concluſ.1. num.37. Addit.ad Diaz. in pract.crimin.can.cap.98. verſ.nota tamen vtiliter.

Et præterea, cum apprimè † dubi- 10
taretur, an cõſtaret de aſſaſſinio, nam adhuc non conſtiterat de mãdatariis. Farinac.de inquiſit.quæſt. 3. nume.1. cum ſeq. Caualcan.d.deciſ.21. nume. 18. & deciſ. 11.num.19. par. 5. nec de aliis de iure requiſitis ad probandum aſſaſſi-

nium, nempè, quod fuerit data, vel promiſſa pecunia. Pariſ.conſilio 166. num. 2. cum ſeq. volumine quarto. Gabr. de malefic. concluſ. 1. numero ſecundo.cum ſeq.lib.7. Capic. deciſ. 155 numero 22. Grat. conſilio 52. nu. 47. volumine ſecundo, licèt aliud ſit ſecundùm communem vſum loquendi, Grat. in d.conſil 52.nume. 51.cum ſeq.

11 Neque vlla eſſet attendenda † conſuetudo in contrarium, cum clerici ſint exempti à iuriſdictione ſæculari de iure diuino, & humano, tàm in tēporalibus, quam in ſpiritualibus. Doctor.in cap.eccleſia.de conſtitut.& in cap. quamquàm. de cenſ. in 6. latè Azor.inſtit.Moral libro quinto, capitulo 12. verſic. ſed dubitari poſſet. & capit.17.quæſt.2. Farinac. in d. quæſt. 8. num.84 cum ſeq. Scaccia in d.cap. 11. num. 70. Card. Alb.conſ. 13 & præſertim hoc verum eſt in cauſis criminalibus.l ſtatuimus.C.de Epiſc.& cler. Azor. in d. verſ.ſed dubitari, & legitur expreſsè in Bulla Cœnæ Domini.num 19.

Tertiò dicitur.d. cap. primum, ſecundùm germanum intellectum, eſ-
12 ſe reſtringendum † in clerico mandante Chriſtianum occidi per aſſaſſinos Infideles, & Saracenos, prout ita dixerunt Ioan Andr.ibidem. numero 10. & Anchar. numero 3. Arct. conſilio 163. Couar.variar. reſolut.d. lib. 2.cap.20. num. 10. Decian. in d. cap. 9 numero 79. cum ſeq. Brun. in d. quæſt.34. num 2. cum ſeq. & faciunt dicta per Azor.in d.libro quinto, cap. 13. colum.fin.

In ſecundo dubio ſuppoſito pro ve-
13 ro, Papam † potuiſſe mandare, vt dictus clericus poſſet à iudice ſæculari iudicari, & puniri. cap.non.2.quæſt.3. gloſ. in cap. valde.diſtinct.94. Azor inſtit.Moral.d.capit.12.verſiculo primo, quia.Felin.in c.ſi quis. nume. ſecundo, de maior.& obed. Farinac. in d.quæſt. 8. numero quarto. licèt aliquibus viſum fuiſſet tutius pro iuriſdictionis Eccleſiæ conſeruatione, in hiſce partibus delegare cauſam eccleſiaſtico, & ſeculari iudici coniunctim vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè. Vide Decian. tract. crimin. tom. 1. libro quarto, capit. 9. numero 76.

Allegabatur per dictos Miniſtros, D. Vicarium vigore dicti mandati poſſe proceſſum tutè, & liberè conſignare.

Tum quia † reus de iure eſt ſemper remittendus cum ſuo elogio, ſiue proceſſu.l. Diuus l.non dubium.ff.de cuſtod. reor.Tiber.Decian. in tract. crimin.tom.1. libro quarto, cap. 19.n. 21.cum ſeq. 14

Tum quia talis videtur eſſe mens Summi Pontificis, tàm ratione connexitatis, quàm vigore diſpoſitionis l. beneficium.ff.de conſtitut.Princip.

Verùm, negotio cum doctis & grauibus viris participato, fuit reſolutū, expectandum fore ſpecialem ordinationem Sanctiſſimi D. N. Papæ, ſeu ſacræ Cōgregationis ad effugiendam irregularitatem, quæ † aliàs incurreretur ex cōſignatione dicti proceſſus. cap.ſi quis vi uā, & ibi gloſ.diſtinct. 50. cap.aliquantos. diſtinct.51 & cap. ſententiam, ne cleric. vel Monac. Innocent. in capit. at ſi cleric. de iud. Syluestr. in verſ.homicidium.§.3.numero primo. Tabien.in verſ. irregularitas.§.3 numero quarto. Couar.in 2.par.relect.de homic.§.5.num.1.Decian.in d.cap.19.nume.22. Nauar. in Manual.cap.27. numero 211. Quinimò nec proteſtatio aliqua prodeſſet, ſecundùm Couar.in d.§.5.numero 4, 15

& Nauar.in d.c.27.num.217.

Quæ reſolutio viſa fuit verior tam
16 in foro poli,in quo † tutior pars ſemper eſt amplectenda. Abb. in cap. innotuit.de elect. Azor.inſtit. mor.lib. 2.cap.12.verſ.quæritur an inter, & per tot.quàm in foro fori.

Tum cum dicta conſignatio perſonæ fuerit conceſſa ex gratia,& ſic iure ſpeciali:nam de iure humano,& diuino clericus non poteſt à iudice ſæculari puniri.Farinac.in d.quæſt 8.num. 4.latè Azor.in d lib.5.cap 12 per tot.
17 in † conceſſione auté ſpeciali fit ſtricta interpretatio.l.1.C.de dot.promiſ. Iaſ.in l.fin.num.35. ff. de conſt.Princ. Turret.conſ.58 num.4 cum ſequ.vbi ampliat,etiam ſi concurrat eadem ratio.volum.1.

Tum quia Papa diſpenſauit ab irregularitate quoad conſignationẽ perſonæ, vnde illa diſpenſatio non debet extendi ad conſignationem proceſſus,
18 cum † diſpenſatio vti odioſa neque extendatur ad conſecutiua. capitulo primo,de fil preſbyt. in 6. Syueſt. in ver.diſpenſatio. §.5.numero 9. Felin. in d.c.at ſi clerici.§.de adulteriis.numero 16.

Quod verum eſt,etiamſi adeſſet maior ratio.Hoſt.in cap poſtulaſti.de reſcript. Dec.conſilio 512. Nauarr. de reddit.eccleſ.quæſtio.tertia.mon.10. num.1.

Præſertim quòd D.Vicarius erat merus executor, & ſubdelegatus à di-
19 cto Epiſcopo cum limitata † facultate circa conſignationem perſonæ, vnde non poterat egredi terminos. facit l. in agris.ff.de acquir. rer. domin. cum vulg.

Et allegata ex aduerſo dicebantur friuola.Nam diſpoſitio. dict l.Diuus.
20 procedit,† quando remiſſio fieret iure ordinario, ſecus ſi iure ſpeciali, & ex gratia,vt hîc,nam prædicti termini inter ſe longè differunt Iaſ.in dict. l.beneficium numero vigeſimoſeptimo. Vel forſan venit intelligenda, quando vterque iudex,nempè remittẽs,& is,cui fit remiſſio,eſſent ſub dominio eiuſdem Principis. faciunt dicta per Couarr.pract.quæſt. cap. vndecimo,numero 9.& Clar.in §. final. quæſt.38. verſi hoc tamen.ſecus ſi ſub diuerſo Principe. nam tunc aliter dicendum eſſe videtur:quinimò tunc etiam ſummaria probatio delicti eſſet facienda coram remittente.Doct.in l. 1.C. vbi de crim.agi op. Aret.in ca.fi. num.20.de foro compet. Couar.in d. c 11.num.8.

Obiectum autem connexionis tollebatur,quippe quòd diſpenſatio † nõ 21
extenditur ad connexa,& conſecutiua ſeparabilia,vt hîc,pręcipuè cum iudex ſæcularis confeciſſet ſuum proceſſum. Felin.in dict.cap.at ſi clerici. §. de adulteriis,numero decimoſexto. Nauarr.de redd.eccleſ. d.quæſtio 3.mon. 10.numero ſecundo,& de orat.miſcel. 60.num.80.

Et diſpoſitio dictæ l.beneficium.nõ benè hic adaptatur,cum gratia ſit cõtra ordinem rectæ iuſtitię.l.congruit. ff.de offic præſid. Farinac. de inquiſ. quæſtio.ſexta,numero vigeſimooctauo.verſic.minus obſtat.& ſic potius agitur de priuilegio,quod ſtrictam recipit † interpretationem.l.ſi quando. 22
C.de inofficioſo teſtamento. late Iaſ. in dict.l.beneficium.numero trigeſimotertio. &, quòd quando agitur de gratia ſpeciali ſit facienda ſtricta interpretatio, vide Rot. Rom.in antiq. deciſ.371.Præterea in omnem euentũ beneficium eſſet hîc ſtrictè interpretandum, cum conceſſum fuerit de re inſolita concedi, & ad partis exactam poſtulationem.l.ſi aliquando. Cod.de op.

op. public. Iaſon in d. l. beneficium. numero 32. limitat. 3. & 4.

ARGVMENTVM.

Procurator an ſit admittendus in criminalibus.

Item, Homicida quando præſumatur habuiſſe animum occidendi.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quando ſit admittendus ad allegãdum abſentiæ cauſas, vel aliter. Et num. 2. 4. 5. & 6.*

3 *Pater an admittatur pro filio in criminalibus. Et num. 7.*

8 *Homicida quando præſumatur percuſſiſſe animo occidendi. Et numero 11. 12. 13. 14. & 15.*

9 *Animus non occidendi ex quibus præſumatur.*

10 *Vulnerans non tenetur de homicidio, ſi vulneratus obierit ex ſui culpa.*

RESOLVTIO III.

R.N. percuſſit in capite cum Mallio, quo luditur ad Trucchum R. C. ex qua percuſſione remanſit vulneratus dictus C. & poſt paucos dies obiit. fuit in hac facti ſpecie dubitatum de duobus.

Primò, An pater dicti N. qui in termino præcepti tranſmiſſi comparebat pro filio, eſſet admittendus, & audiendus.

Secũdò, in quã pœnã eſſet cõdẽnãdus dictus N. ſtante ipſius cõtumacia.

In primo dubio dicebatur.

Primò, dictum † patrem fore audiendum quantum ad allegandas cauſas abſentiæ. l. pen §. ad crimen. ff. de publ. iud poſt alios Farinac. de var. ac diu. quæſt. quæſt. 99. num. 276. cum ſeq. cum quilibet admittatur ad allegandas dictas cauſas, etiam ſine mandato. Farinac. in d. quæſt. 99. nu. 278. cum ſeq. & præſertim cum dictus N. eſſet minor. Farinac. ibidem num. 287. 1

Secundò, quia † quando agitur de excommunicationis pœna poteſt interuenire procurator. Zabar. in cap. veniens. num. 9. de accuſat. Farinac. in d. quæſt. 99. num. 208. hic autem, agebatur de incurſu excommunicationis contẽtæ in Canone, ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. Præſertim cũ reus ſit clericus. Grat. conſ. 71. n. 3. vol. 2. 2

Tertiò, nam pater † de iure admittitur pro filio abſente citato, ſi agitur de ſuo intereſſe. Theſaur. deciſ. 265. num. 7. & 19. Magon. Lucen. deciſ 36. & deciſ. 94. num. 3. latè Farinac. in d. quæſt. 99. num. 154. cum ſeq. 3

Cæterùm videbatur reſoluendum contrarium ex vulgata illa concluſione, quòd † in capitalibus non admittitur procurator. l. 1 ff. an per alium cauſa appell. d. l. penul. §. ad crimen. cap veniens de accuſat. cap. in criminalibus. 5. quæſt. 3. & cap. ſi quando. 2. quæſt. 6. Grat. d conſ. 71. num. 1 Farinac in d. quæſt 99. num. 1. cum ſeq. & dicta concluſio vera eſt etiam in clericis & Sacerdotibus. Farinac. in d. quæſt. 99. nume. 121. quicquid dicat Grat. in d. conſ. 71. num. 2 cum ſeq. 4

Et ad primum † reſpondebatur, nõ fuiſſe præſtitum iuramentum calumniæ, quod requirebatur. Alber. in l. ſeruum. §. publicè. num. 13. ff. de procurat. Farinac. in d. quæſt. 99. num. 121. 5

Ad ſecundum † reſpondebatur, hic non ſolùm agi de incurſu excommunicationis, ſed etiam de pœna triremium ex cauſa homicidij, quę dicitur corporalis, & loco deportationis ſucceſſit, quando autem agitur de pœna deportationis non admittitur procurator. Caſtr. in d. l. ſeruum. §. publicè, numero 7. Farinac. in d. quæſt. 99. numero 44.

7 Ad vltimum † reſpondebatur, hic non agi de præiudicio patris, iuxta dicta per Farinac. in d. quæſt. 99. nume. 163. Præterea in omnem euentum eſſet præſtanda fideiuſſio de præſentãdo filium citatum in caſu condemnationis. de communi idem Farinac. in d. quæſt. 99. num. 164.

In ſecundo dubio dicebatur, d. R. N. eſſe puniendum pœna extraordinaria.

8 Primò, ex quo † habuit animum percutiendi, non autem occidendi, licèt ex percuſſione mors ſit ſecuta. l. 1. §. Diuus. & l. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Boſſ. in tit. de homicid. num. 37. Clar. in §. homicidum. verſ. dicitur etiã culpoſum. Pariſ. conſilio 161. numer. 11. volumine quarto. Theſaur. deciſ. 224. numero quarto.

Et hoc ſi locum habet de iure ciuili, multò magis procedere debet de iure Canonico, quo mitius proceditur. Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 8.

Quod autem dictus N. habuerit animum percutiendi, non autem occi-
9 dendi, demõſtrabatur primò † ex baculo, quo fuit facta percuſſio. d. l. 1. §. Diuus. cap. ſignificaſti. de accuſat. Boſſ. in d. tit. de homicid. nu. 37. Clar. in d. §. fin. verſ. dicitur etiam culpoſum. Foller. in pract. crimin. parte 4. num. 82. Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 864. num. 4. Marſ. conſilio 7. num. 45. lib. 1. Ioann. de Amic. conſilio 23. num. 13. & conſilio 85. nu. 9. Pariſ. conſ. 161. nume. 13. cum ſeq. volum. 4.

Secundò ex loco delicti, nam fuit facta percuſſio intus Collegium clauſum, & in loco, vbi aderat frequentia collegarum, & inſeruientium. Franc. Caſſon. de indit. tract. 3. cap. 9. & tract. 4. cap. 2.

Tertiò, cum dictus N. non reiterauerit percuſſiones. Boſſ. in d. tit. de homicid. num. 37. & 55.

Quartò, nam prædicti erant antea amici. Boſſ. in d. tit. de homicid. num. 38. in fine. Maſcard. in d. concluſ. 864. num. 14. Ioan. de Amic. conſ. 65. nu. 11. & conſ. 86. nume. 14. Menoch. de præſumpt. libro 5. præſumpt. 40. numero 22. cum ſeq.

Secundò principaliter dicebatur, quòd d. C. obierit † ex malo ſuo regi- 10
mine, & eius culpa. facit cap. ad audiẽtiam, & cap. ſignificaſti. de homicid. Petr. Caleſ. inter conſil. crim. diuerſ. conſilio 45. numero 6. cum ſeq. lib. 2. Franc. Becc conſilio 51. numero 21.

Verùm videbatur, dictum N. fore condemnandum in pœnam triremiũ,
ex quo homicida † tenetur probare, 11
hominem à ſe percuſſum non occidẽdi animo fuiſſe percuſſum, cum alioquin præſumatur percuſſus dolo, & animo occidendi. l. 1. C. de ſicar. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. numero 46. Maſcard. in d. concluſ. 864. num. 31. cum ſeq.

Accedit, quòd † eadem die de ma- 12
ne interuenerunt contentiones graues, & verba iniurioſa inter præfatos, adeò vt medio Decani Collegij non potuerit inter eos ſubſequi pax, & in actu percuſſionis dictus N. habebat ſocios congregatos. Clar. in d. §. homicidium, verſ. ex propoſito. circa finem. Maſcard. in d. concl. 864. nu. 13.

Menoch.

Menoch.d.præſumpt.40.num.27.

Item accedit, quòd dictus N. habebat in manibus baculum, & ſedato animo inſidiosè percuſſit. Maſcard. in d.concluſ.864. numero decimo, cum ſeq.

Et adducta in contrarium tolluntur principaliter ex eo, quòd percuſſio
13 fuerit facta in capite: nam tunc licèt † percuſſio inferatur bacúlo, non tamen dicitur ceſſare animus occidendi. d. cap. ſignificaſti. de homic. Marſil. in l. 1. §. Diuus. num.15. ff. de ſicar. Grammat. vot.23. numero 2. Petr. Calet. in d.loco conſ.52. numero 10. Maſcard. in d.concl.864. num.8. cum ſeq. nam in maleficiis inſpicitur euentus, & effectus, non autem voluntas. Pariſ. conſilio 161. numero 3. volum.4. Et præſertim cum percuſſio ſit facta circa partes cerebri. Maſcard. in d.concluſ. 864. numero 16. Vide Menoc. de præſumpt. d.lib.5. præſumpt.40. num.11. cum ſeq.

Nec facit declaratio Boſſ. in d.titu.
14 de homic. num.38. dum dicit, id † verum eſſe, quando percuſſio fieret eo deteriori modo, quo fieri poteſt. & numero trigeſimonono, inquit, id vendicare ſibi locum, quando baculum eſſet admodum graue, quæ omnia hic ceſſant.

Quia ob mortem ſecutam præſumitur ſemper facta percuſſio deteriori modo; Hinc Boſſ. in d. nume.38. vtitur verbo, credo: Quod præſertim dicitur
15 † eſſe verum hic ſtante contumacia dicti N. nam contra contumacem omnia iura clamant. Veſtr. in prax. lib. 3. cap.2. num.24. Farin. quæſt.11. num. 3. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

An exemptus ſubiaceat Ordinario ratione delicti.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus quando ſubiaceat Ordinario ratione delicti. Et numero 3. 4. & 7.*

2 *Iuriſdictio in criminalibus quando cenſeatur conceſſa.*

5 *Ratio generalis ampliat dictum particulare.*

6 *Pro præſente quando abſens habeatur.*

8 *Verba non debent eſſe fruſtratoria.*

9 *Poſſeſſor eſt manutenendus.*

RESOLVTIO IV.

STANTE, quòd Pius Papa V. fœl. record. exemerit, & totaliter liberauerit Collegium Ghiſleriorum erectum in Ciuitate Papiæ, ac illius ſcholares ab omni iuriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentium Archiepiſcopi Mediolanenſis, & Epiſcopi Papienſis, ac quorumcumque aliorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & ipſorum Vicariorum, officialium, iudicũ, & perſonarum quorumcumque vbilibet conſtitutorum, & quauis dignitate, auctoritate, nec non excellentia etiam Cardinalatus honore præfulgentium: & ſibi, ac Sedi Apoſtolicæ, immediatè ſubiecerit.

Videtur omninò reſoluendum, R. Thodeſchinum ſcholarem dicti Collegij inquiſitum de delicto patrato in loco S. Chriſpinæ Diœceſis Mediolani † non potuiſſe, neque moleſtari 1
poſſe à Domino Vicario Archiepiſcopi Mediolanenſis, cum ex iam dictis conſtet, Summum Pontificem ſe con-

ſtituiſſe immediatum ſuperiorem, iudicémque Ordinarium. capit. ſi Papa. de priuil. in 6. ibi, [vel ad Rom. Eccleſiam ſpecialiter, aut ſine medio, vel etiam ſimpliciter pertinere,] per hoc plenè debet exempta huiuſmodi Eccleſia iudicari. Abb in ca. ſignificaſti. num. 8. cum ſeq de foro comp. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. numer. ſexto. de conſtit. Henriq. in ſumm. Theol. Mor. de indulg. libro ſeptimo. cap. 25. num. 1.

Neque ambigendum eſt, præfatam exemptionem eſſe quoque intelligendam quoad criminale iudicium: Tum
2 quia verbum, † iuriſdictio, importat coerctionem. Doctor. omnes in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. Tum ponderando verba illa, [ſuperioritate, poteſtate, & correctione,] quod verbum, correctio, præſignat iudicium criminale. l. ex omnibus. ff. de off. præſid. l. 1. C. vt omnes iud. &c. Tum ponderando illam dictionem, omni, quę, cum ſit generalis, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mand. c. ſolitæ. de maior. & obed. Natt. conſilio 478. numero ſecundo. Pariſ. conſil. 35. numero. 5. volum. 1. & conſ. 53. num. 21. volum. 2.

Poſtremò, nam per Pium V. fuit conceſſa Protectori dicti Collegij facultas cognoſcendi de cauſis criminalibus dictorum ſcholarium, quæ conceſſio intelligenda eſt priuatiuè quoad alios, cum dicta facultas fuerit cōceſſa fauore perſonarum. Bald. in l. 1. §. vbi autem. num. 7. C. de cad. toll. latè Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 18. num. 17.

Neque ſupradictæ reſolutioni dicitur obſtare, quòd priuilegiatus † amittat priuilegium, ſi committat delictū in loco non exempto, & tunc poſſit ab Ordinario loci puniri. authen. qua in
3
prouincia. & ibi Bal. C. vbi de crim. agi op. Abb. in c. fin. num. 11. Felin. nu. 6. de foro compet. Iaſ. in l fin. num. 52. ff. de conſt Prin. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 17. num. 30. cum ſeq. Octau. Cader. conſ. 9. num. 33. cum ſeq. & eſt tex. aureus in cap. 1. de priuil. in 6. qui locus delicti eſt potentior aliis in criminibus puniendis. Farin. de inquiſit. q. 7 num. 1.

Accedit, quòd in d. loco S. Chriſpinæ d. R. Toueſchinus poteſt dici habere domicilium, cum ibi habeat omnia fere bona, Vnde, cum concurrat delictum & domicilium, & ſic duplex cauſa, videtur omninò ceſſare priuilegium, iuxta dicta per Io. Mar. Rimin. conſilio 463 numero 6. cum ſequent. volum. 2.

Primò, quia diſpoſitio d. cap. 1. procedit † in priuilegio exemptionis 4
conceſſo reſpectu certi loci, non autem in priuilegio conceſſo perſonis, ſeu loco, & perſonis ſimul, præſertim in vniuerſali, vt hîc: nam tūc vbicumque commiſſum fuerit delictum, Ordinarius nullatenus poteſt ſe intromittere, cum perſona ſit eadem; & iſtam declarationem magiſtraliter tradit Abb. in d. cap. fin. nu. 11. verſ. quoddam eſt priuilegium. Quæ declaratio ſuadetur ex d. cap. 1. §. in eos, & cap. ne aliquis. de priuil. in 6. ibi [religioſis quibuſcumque non perſonarum tantum, ſed ordinum priuilegiatorum, vel locorum ratione exceptis, &c.]

Quæ iura licèt loquātur quoad cenſuras, tamē intelligūtur etiā quoad delicta; Tū quia dictę cēſurę non feruntur, niſi rationę delictorū, vt in pūcto dicit Abb. in d. c. fi. nu. 11. verſ. aduerte tamē diligēter; Tū per auctoritatē gl. in d. c. ne aliquis. in ver. ratione. dū inquit. & ſic nulla correctio; Tum quia rationes dictorum iurium, cum † ſint 5

gene-

generales, ampliant dictum quamuis particulare. Iaſ. in l. id quod. numero 7. ff. de leg. 1. Surd. conſilio 67. numero 20. cum ſeq.

Item præfata declaratio ſuadetur etiam ex dictis per Innoc. in cap. ex ore. de priuil. & Abb. in c. tuarum. eodem tit.

Et præſertim dicta declaratio videtur protinus ſequenda in præſenti caſu, cum dictus ſcholaris acceſſerit ad
6 dictum locum † cauſa ſolatij. in puncto gloſ. in d. c. 1. §. in eos, in verbo, reſideat. nam tunc habetur pro præſente in loco ipſo exempto, ſecundùm doctrinam Bald. in auth. habita. n. 21. C. ne filius pro patre, &c.

Secundò reſpondetur, diſpoſitionem d. cap. 1. non eſſe attendendam
7 hic, cum † dictum priuilegium conceſſum Collegio, ſcholaribus, & bonis vt ſupra, licèt non ſit in corpore iuris clauſum, tamen habet clauſulas derogatorias. arg. eorum, quæ not. in cap. nonnulli. de reſcript. & in puncto Abb. in d. c. fin. num. 11. verſ. ex quo infert Cyn.

Tertiò dicitur, hîc agi de leui delicto, quo in caſu ceſſare diſpoſita in d. cap. 1. voluerunt Innoc. in cap. recepimus. num. 4. de priuil. Abb. in d. cap. fin. num. 11. & Felin. ibidem. num. 7.

Quartò, nam quòd talis exemptio ſit intelligenda in delicto vbilibet commiſſo, videtur apertè colligi ex Bulla erectionis dicti Collegij. Tum ex illis verbis, videlicet, [vbilibet con-
8 ſtitutorum, &c. nam aliàs † illa verba eſſent fruſtratoria, cum alij iudices nequeant habere iuriſdictionem, niſi ratione loci delicti, quod non eſt dicendum. l. ſi quando. ff. de leg. 3. dicto c. ſi Papa. Pariſ. conſilio 12. numero 182. cum ſeq. volumine 2. Crauet. conſilio 297. numero 4. Cœphal. conſilio 257. numero vigeſimo octauo. Turret. conſilio trigeſimo quarto. numero 3. volum. 1.

Tum ex illis verbis, nempè, [omnibus, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & indultis potiri, & gaudere poſſint, & valeant, quibus vtuntur, & gaudent alij ſcholares, quorumcúnque Collegiorum, & vniuerſitatum, tàm de iure, quàm de conſuetudine.]

Additur pro corroboratione prædictorum, quòd quatenus in petitorio res reciperet altiorem indaginem, in poſſeſſorio tamen iudicio res videtur indubitata, cum Cõſeruator dicti Collegij ſit in quaſi poſſeſſione cognoſcendi de delictis commiſſis per dictos ſcholares extra Collegium, prout patet ex remiſſione facta per Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Alexandriæ Conſeruatori dicti Collegij de quadam cauſa criminali mota contra R. Panizzonum ſcholarem ſub prætextu delicti patrati in Ciuitate Alexandrię, Vnde † manutenendus venit. cap. cum bonæ. de elect. cap. de multa. de præben. Doct. in c. cum in noſtris. de conceſſ. præbend. Pariſ. conſilio quadrageſimo ſeptimo. numero octauo. volumine quarto. cum dubium non ſit, ex vnico actu probari iuriſdictionem, prout aliàs dictum eſt.

ARGVMENTVM.

Teſtes in criminalibus quando non probent.

Item, Ex quibus quis conuincatur de aſſiſtentia, & auxilio ad homicidium.

SVMMARIVM.

1 *Teſti vnico creditur contra partem producentem.*
2 *Confeſſio poteſt ſcindi in criminalibus.*
3 *Teſtes plures numero quando præferantur.*
4 *Teſtes contrarij non probant.*
5 *Quid ſi reducantur ad cõcordiam.*
6 *Teſtes patientes plures defectus non probant.*
7 *Teſtes inhabiles quando probent ad defenſam rei. Et num. 8.*
9 *Delictum ſi eſt commiſſum in rixa à pluribus, quomodo puniendum. Et num. 10. 11. & 12.*
13 *Pœna extraordinaria eſt imponenda ſi quis volens occidere Titium occidat Caium.*
14 *De aſſiſtentia, & auxilio ad delictum quando quis teneatur. Et num. 15. 16. & 17.*

RESOLVTIO V.

DILIGENTER inſpecto proceſſu tam offenſiuo, quàm defenſiuo Clerici Soncini querelati de duobus homicidiis, nec non audito pluries eius D. Aduocato, fuit tandem pronunciatum, dictum Clericum fore, & eſſe condemnandum ad triremes per decennium.

Quæ ſententia iuſtificabatur primò, quia conuincitur dictus Clericus per plures teſtes de viſu, & conteſtes de dictis homicidiis: dum deponunt, [*tutti quattro inſieme ſparornò gl' archibugi contra i S. nire N. alla volta della barca, de quali archibuggiate reſtorno morti Michele, & Gio. Maria.*]

Quod coadiuuabatur, Tùm ex depoſitione Alexandri teſtis producti per d. Clericum, cui etiam † vnico plenè creditur de iure. Farin. qu. 68. num. 75. Rom. conſ. 104. numer. 6. vbi ampliat. 1

Tum ex ſententia condemnatoria ſecuta contra eundem Clericum in contumacia. Farin. de ind. quæſtio 37. num. 161.

Tum ex confeſſione † eiuſdem, quæ poteſt ſcindi, ſecundùm Clar. in §. fin. quæſtio. quinquageſima quinta. verſ. poſſet quoque reus. 2

Et dum pro defenſione dicti Clerici allegaretur, tres teſtes examinatos ad eius fauorem deponere, [*ch'eſſo R. ſparò il ſuo archibuggio nell' acqua.*]

Fuit reſponſum.

Primò, teſtes examinatos † pro fiſco eſſe maiores numero, & veriſimiliora, deponere, Vnde eſſe præferendos. Pariſ. conſ. 67. num. 112. volum. 3. Gabr. de teſtibus. lib. 1. conclu. 4. num. 28. & 50. 3

Secundò, aliquos ex teſtibus d. Soncini eſſe varios, ac † contrarios ſibi ipſis, & inter ſe, Vnde non probant. Farin. de oppoſ. contra dicta teſtium. q. 65. num. 2. & queſt. 66. numer. 13. Pariſ. conſ. 53. num. 19 cum ſeq. volum. 4. quod verum eſſe dicitur etiamſi poſſent reduci ad † concordiam, quæ in omnem euentum prodeſt ad euitandum falſum, non autem ad probationem, ſecundùm Farin. in d. quæſt. 65. num. 265. 4 5

Præſertim, quòd contrarietas erat, vel in ſubſtantialibus, vel in notabili circunſtantia, ut in Farin. in d. q. 65. n. 18. & 21. ſeu circunſtantiis, ſuper quibus dicti teſtes erant omninò interrogandi. Farin. in d. q. 66. num. 25. Pariſ. conſ. 62. nu. 17. cum ſeq. vol. 4.

Tertiò reſponſum fuit, dictos tres

teſtes

6 teſtes † plures pati exceptiones, nempè vtilitatis. quæſt. 57. num. 59. Item paupertatis. Farin. ibidem. numer. 70. cum ſeq. Demùm quia duo ex eis deponunt per verbum, videtur. Farinac. quæſt. 68. num. 62. cum ſequ.

7 Et quamuis aliàs teſtes † inhabiles admittantur ad probandam rei innocentiam. Bertaz. conſ. crim. 482. numero 44. volum. 1. Gabr. de teſtibus. concluſ. 8. Farinac. quæſt. 43. num. 16. quæſt. 57. num. 22. quæſtio. 62. limit. 5. numero 90. & quæſt. 68. num. 77.

Nihilominus dictum fuit, dictam
8 concluſionem non † habere locum in præſenti caſu: Tum quia dicti teſtes plures patiebantur defectus, & inhabilitates: Tum quia dictus Clericus erat multùm indiciatus ſuper dictis homicidiis, quinimò conuictus dicebatur. Farin. in d. q. 62. num. 92. Tum demùm quia per ſimiles teſtes non induceretur niſi præſumptio ad mitius puniendum. Farinac. in d. quæſt. 43. num. 16. & in d. quæſt. 62. nu. 98.

Neque ſupradictis obſtare dicebatur, quòd ſi † plures in rixa delinquāt,
9 & ignoretur à quo fuerit commiſſum delictum, vt hic, omnes quidem tenentur, ſed pœna extraordinaria veniunt plectendi, & ſic pęna pecuniaria. Theſau. deciſ. 31. Menoch. de arbit. iud. cent. 4. caſ. 362. nu. 20. Alex. conſi. 15. nume. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 148. nu. 3. vol. 4. Turret. conſil. 12. nume. 28. vol. 2. Farinac. de pæn. temp. quæſt. 96. nu. 57. Surd. conſilio quadrageſimo. numero 43.

Quod præſertim obſeruandum eſſe in præſenti caſu addebatur, ob ſpōtaneam comparitionem dicti Clerici. Non. conſ. 101. num. 2. Gabr. conſil. 178. num. 26. lib. 1. Turret. in d. conſil. 12. num. 39. conſ. 44. nu. 36. & conſ. 61. num. 10. vol. 2.

Primò, quia † hic non agebatur de 10
homicidiis commiſſis in rixa, ſed deliberato, ac ſedato animo, & proinde omnes tenentur de occiſo. Menoch. in d. caſ. 362. num. 25. Farin. quæſt. 96. num. 72. cum ſeq. Deliberatio autem, in præſenti caſu arguebatur ex reiteratione, nam bis exonerauerunt archibugios. Menoch. de arb. iud. d. cent. 4. caſ. 362. num. 33. Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 864. num. 8. Item colligebatur, cum eſſent plures armati. Menoch. in d. caſ. 362. nume. 40. & 52. &, quòd magis eſt, armati armis prohibitis. Turret. in d. conſ. 12. nume. 35. cum ſeq. Demùm, cùm extaret inimicitia inter dictum Clericum, & dictum N. Menoch. in d. caſ. 362. numero 49.

Secundò dictum fuit, dictam concluſionem veram eſſe, quando † occi- 11
ſus haberet vnicum tantùm vulnus. Sed hic erant duo occiſi, qui plura habebant vulnera læthalia, & propterea omnes tenentur de occiſo, pœnáque ordinaria veniunt plectendi. Clar. in §. homicidium. verſic. aut verò plura. Menoch. in d. caſ. 362. numer. 14. & 17. verſ. ſextus eſt caſus. Farinac. de pæn. temp. q. 96. num. 38. cum ſeq.

Præterea non obſtat, quòd dicta † 12
homicidia non fuerint commiſſa in perſonis, quas dictus Clericus & ſocij volebant occidere, & proinde † veni- 13
ret imponenda pęna extraordinaria, ſecundùm generalem conſuetudinem Italiæ, de qua teſtantur Theſau. in deciſ. 243. Clar. in §. homicidiū. verſi. dicunt etiam aliqui. Maſc. d. concl. 864. nu. 6. cum ſeq. Surd. conſ. 40. n. 33. vbi reddit rationem.

Tum quia non cōſtabat ex actis, quem voluiſſent præfati occidere, quod in defenſione debuerat plenè probari per d. Clericum.

Tum quia pœna triremium dicitur pœna extraordinaria in pręſenti caſu, iuxta dicta per Theſaur. in d.deciſ.31. numer.4. quem refert Farinac. in d.q. 96.num.58. Clar.in d.§.homicidium. verſ.culpa dicitur.

Secundò principaliter dicta ſententia iuſtificabatur, nam non poteſt inficiari, quin ſaltem dictus Clericus teneretur de aſſiſtentia, & auxilio.

14 Tum ex quo fuit † aſſiſtens cum armis dictis homicidiis, & ſic redditi fuerunt ſocij audaciores. Clar. §.fin. quæſt.90. verſ aut verò.& verſ.quæro nunquid.Pariſ.conſ.164. nume. 10. vol.4.Maſcard.de prob. volum.3. cōcl.1139. num.1. cum ſeq. & nume. 8. ampliat, etiamſi arma non ſtrinxerit, nec aliquem fecerit actum.

Accedit, cum dictus Clericus non probauerit in defenſionibus, ſe fuiſſe præſentem, ſed non animo opem ferendi.Pariſ.conſ.152. colum.7.vol. 4. Natt.conſ.458. Gabr. de teſtibus.lib. 1. concluſ.4. nu.85.Maſcard. de probat.vol.1.concluſ.159.nume. 23. cum ſeq.

15 Tum quia ſic † armatus poſt commiſſa præfata homicidia aſſociauit ſuos ſocios delinquentes. Non.conſ. 96.num.10. & conſ.101.num.18.cum ſeq.Caualc.deciſ.28.nume. 1.par 5. & Maſcard.d. concl. 1139. nume. 12.cum ſeq.Natt.conſ.458.num.7.

16 Nec facit, quòd, † vt quis teneatur de aſſiſtentia, debeat per fiſcum probari, quòd præceſſerit tractatus, & conſpiratio. Bertaz. conſ.crim. 192. volum.1.& conſ.324. num. 1. volum. 2. Eugen.conſ.90. num.4. Pariſ.cōſ. 152. num.30. & conſ.164. num.13, volum.4. Rimin.iun.conſ.349. num.7. lib.3. Tiber.Decian.conſ.67. nu. 20. & conſil. 125.nu.9 lib.3.Turret.d.cōſ. 12.cum.30. Caualc. in d.deciſ. 28. nu. 19. quod hic non fuit probatum.

Quia communis opinio Doctorum eſt in contrarium, vt videlicet quis † 17 ex ſola aſſiſtentia cum armis dicatur opem, & auxilium ferre, prout, ita iudicem iudicare debere, firmat Menoch. de arb.iud.lib.2.cent. 4. caſ.350. num.2. Et hæc opinio indubitata dicitur in præſenti facto, ex quo dictus Clericus ſtetit ſic armatus propè delinquentes. Non.d.conſ.96. num. 6. & d.conſ.101. nume. 13. vbi teſtatur de cōmuni.Clar.in d.§.fi.q. 90.verſ. quæro nunquid.Viu.deciſ.90.num.6. lib.1. Pariſ. in d.conſ.164. num.17.& conſ.166. num.29. Natt. d.conſ. 458. num.2. cum ſeq. vbi ampliat, etiamſi diſſuaſiſſet, ne fieret homicidium.

ARGVMENTVM.

Calumniator verus, & præſumptus quis dicatur.

SVMMARIVM,

1 *Calumniator verus dicitur, qui ſciēter intendit falſum crimen.*
2 *Scientia probatur per coniecturas.*
3 *Et quæ ſint coniecturæ. Et numero 4. & 15.*
5 *Calumniator præſumptus quis dicatur. Et num.7. & 16.*
6 *De aſſaſſinio quando dicatur agi.*
8 *Calumniator eſt condemnandus in expenſis.*
9 *Et quid de conſuetudine. Et numemero 10.*
11 *A calumnia excuſat iuſta cauſa. Et num.13. & 21.*
12 *De inimico lex præſumit omne malum. Et num.20.*
14 *Teſtes falſos producēs quādo poſſi puniri*

puniri pœna falſi. Et num.22.

17 *Teſtis vltimum examen eſt attendendus.*

18 *Teſtis ſubornatus nihil probat.*

19 *Teſtis examinatus coram iudice Laico non probat coram Eccleſiaſtico.*

RESOLVTIO VI.

QVIDAM Galeatius porrexit querelam coram D. Vicario Archiepiſcopali Mediolani contra Presbyterum Ioãnem in & ſuper eo, quòd dediſſet mandatũ cuidam Fabritio de occidendo ipſum querelantem, promiſſa certa pecunia. In proceſſu cauſæ examinato dicto Fabritio, conſtitit de falſitate querelæ, & impoſtura ex pluribus, & ſignanter ex dicto ipſiuſmet Fabritij, Vnde fuit abſolutus dictus Ioannes, & condemnatus dictus Galeatius in expenſis. Qui Galeatius ſentiens ſe grauatum appellauit à dicta condemnatione; & cauſa appellationis fuit per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum delegata D. Vicario Papienſi. Qui viſo proceſſu, antequàm deueniret ad cauſæ expeditionem, dedit huiuſmodi motiuum.

Videtur, ſententiam latam contra Galeatium ad fauorem R. Ioannis quoad condemnationem expenſarum fore omninò confirmandam.

Primò, quia dictus Galeatius videtur verus † calumniator, ex quo per malitiam, & ſcienter intendit falſum crimen contra præfatum Ioannem, nempe, mandatum ad occidendum. Proſp. Farinac. de accuſ. quæſtione 16. num.10. vbi plures allegat. Menoch. de arb. iudic. lib.3. cent.4. caſ.321. numer.1. cum ſeq.
1

Quod autem id eſſet falſum crimen, plenè conſtitit ex proceſſu, & ſignanter ex confeſſione Fabritij Palearij prætenſi mandatarij, nec non ex ſententia contra eundem lata.

Nec prodeſſe dicitur dicto Galeatio, ſe ignoraſſe, quòd dictus Fabritius fuiſſet ſubornatus à Patre Modeſto.

Quia ex proceſſu colliguntur validæ ſuſpitiones, & coniecturæ de ſcientia dicti Galeatij, quæ ſuſpitiones † 2
ſufficiunt ad probandam ſcientiam, ſecundùm Farinac. in d. quæſt.16. nu.59. & Maſcard. de probat. libr.3. concl. 1293. num.1.

Et prima eſt coniectura, familiaritas † dicti Galeatij cum dicto Modeſto, & intrinſeca inſimul conuerſatio. l. octaui. C. vnd. cogn. Maſcard. in d. conclu.1293. num.9. 3

Secunda eſt coniectura, inimicitia † 4
grauis exiſtens inter dictum Galeatium, & Presbyterum Ioannem, prout ipſemet Galeatius nixus eſt probare, faciunt dicta per eundem Maſcard. de proba. lib.1. concluſione 24. numero 4.

Tertia deſumitur ex depoſitione dicti Fabritij, dum dicit, [*potria eſſere che lo ſapeſſe Galeazzo, perche trattaua con il P. D. Modeſto.*]

Secundò adducitur, nam dictus Galeatius ſaltem dicitur † præſumptus calumniator, ex quo accuſationem non probauit. Farinac. in d. quęſt. 16. numero ſecundo. latè Maſcard. d. concluſione 24. numero tertio. concluſione 25. numero primo. cum ſequ. concluſ.36. numero 44. & concluſione 254. num.1. cum ſeq. vol.1. Menoc. in d. caſ.321. numero quarto. Honded. conſ.112. num.41. 5

Præſertim dicta inimicitia. Maſcard. in d. concl.24. num.4.

Nec obſtat, hic agi † de aſſaſſinio, ſecundùm Gabr. de malef. lib.7. concl. 6

1.num.1.cum ſeq.Menoch.de arb.iud. d.cent.4.caſ.360. numer.42.quo caſu
7 quis † non pręſumitur calumniator, licèt non probauerit.Farinac.in d.qu. 16.num.57.Maſcard.in d.concluſ.254. numero 24.Menoch.d.caſ.321.numero 21.

8 Quia id ſolùm excuſaret à calumnia, ſed † non à condemnatione expenſarum.Farinac.in d.q.16. num.70. licèt nu.71.contrarium teneat,ſed cõtra communem faciũt dicta per Maſcard.in d.concl.254.num.26.

Neque obeſt,quòd de conſuetudine
9 † non ſoleat condemnari in expenſis præſumptus calumniator,de qua conſuetudine teſtatur Farinac. in d. q.16. num.12.Maſcard.in dict. concl.25.numero 3.& Honded. conſ.112. numero 37.& 43.

Tum quia dicta conſuetudo non fuit probata.prout requirebatur,cum conſuetudo ſit facti, vt aliàs dictum eſt,neque minus allegata in actis.

10 Tum quia illa † conſuetudo non excuſaret ab expenſis.Farinac.in dict. quęſt.16.numero 13. Maſcar.in d.conclu.25.num.4.

Pro reſolutione motiui pręfati per D.Aduocatum dicti Galeatij allegabantur plura.

11 Primò, quòd † iuſta cauſa excuſet à calumnia,expenſis, & omni pœna.l. 1.§.ſed non vtique. C. ad Turpil. latè Farinac.de accuſat.quęſt.16.nume.34. cum ſeq.Ioan.Bapt. Coſta in tract.de fact.ſcien.& ignor.cent.1. diſt.18. nu. 4.& Honded.in d.conſ 112.numer.39. inquit,quòd accuſator habet pręſumptionem legis pro ſe, nempè, quòd crediderit iuſtam accuſationem proponere.Pro dicto autem Galeatio cõcurrere dicebantur plures cauſę, nẽpè depoſitiones Fabricij, Ioãnis Pauli,& Laurentij,qui videntur cõteſtes. Pręſertim quod dictus Fabritius ratificauit coram iudice Eccleſiaſtico dicta per ipſum coram iudice ſeculari. Item dicta inimicitia,cum lex † pręſumat omne malum de inimico.l.inimicitia.ff.de his quib.vt indign.Farinac. de indit.& tort.quæſt.49. numer.88. cum ſeq.Menoch.de pręſumpt libr.6. præſ.29.num.26.Quod corroborabatur, Nam † quæ ſit iuſta cauſa remittitur arbitrio iudicis. Bald.in l.1.C.de aduoc.diuerſ.iud.Farin.in d.quæſt.15. num.40. Et præterea cum accuſans excuſetur ab expenſis de conſuetudine vniuerſali, ſi quid vltra querelam Curiæ ſubminiſtrauit, prout innuit Farinac. in d.quæſt.16.numer.13. Et præſumptiones excluſiuæ calumniæ præferantur aliis præſumptionibus contrariis. Honded.d.conſ.112.num. 42. 12 13

Secundò,quia dictus Galeatius non fuit † interrogatus, an vellet vti teſtibus,prout debuerat interrogari,vt teneretur de falſo,ſecundùm Boſſ.in tit. de falſ.num.155.Clar.in §.falſum.verſic.vtens dicto & verſ vtens falſo. & Burſat.conſ.189 nu.9.lib.2. 14

Cæterùm fuit replicatum,motiuum ſubſiſtere.

Primò, quia † ex actis conſtat de vera calumnia,præſertim ſtante d.inimicitia. Maſcard.concluſ.24.num.4. & ſtantibus etiam tot mendaciis, & contrarietatibus dicti Galeatij, tàm ſibimetipſi, quàm cum teſtibus: ex mendacio autem præſumitur dolus. l. ſeruus.§.ſi permanſerit.ff.de dolo. latè Farinac.de indit.& tort.q 52.n.3. 15

Secundò, quia non poteſt † euitari quin ſaltem fuerit præſumptus. & temerarius calumniator. Leum, quem. ff.de iudic.Bertazzol.conſ.67. num.3. volu.1. Vnde potuit in expenſis condẽnari.Io.Bapt.Coſta in tract.de fact. 16

ſcien.

ſcien. & ignor. cent.1. diſtinct.18. numero 2. & 8.

Et primum fundamentum tollebatur.

Primò, quia non conſtat ex proceſſu de aliqua cauſa ſaltem iuſta ad fauorem dicti Galeatij: Nam ſuper depoſitione dicti Fabritij nullum poteſt fieri fundamentum.

Tum quia eſt ſibi contrarius, & varius, vnde neutri eius dicto ſtandum eſt. Vide Farin. de opp. cont dicta teſt. quæſt.66. par 4. num.125. & 128.

17 Quinimò potius eſſet † attendendũ vltimum examen, vti emanatum animo corrigendi, & pro veritate, ac ſalute animæ ſuæ, cum reperiretur in periculo vitæ. Farinac. in d. par. quarta, num.142.

18 Tum quia eſt teſtis † falſus, prout ipſe confitetur in vltimo eius examine, vnde nihil omninò probat. Clar. §. fin. quæſt.53. verſ. frequentiſſimè. Farinac. de opp. contra dict. teſt. quæſt.67. §.3. numero 58. cum ſequ. & dicto Fabritio creditur in præiudicium ipſius, & etiam aliorum, concurrentibus tot coniecturis ex proceſſu reſultantibus Farinac. de ind. quæſt. 46. numer.60. cum ſeq Depoſitiones autem Ioannis Pauli, & Laurentij non potuerunt attendi, cum non eſſent repetiti coram iudice Eccleſiaſtico & ſic eorum de-

19 poſitio † vti facta coram iudice incompetenti, non poterat nocere dicto Ioanni. Maſcard. de probat. conclu.33. num.24. cum ſeq. vol.1.

Similiter inimicitiæ fundamentum

20 friuolum viſum fuit: Tum quia † cauſa inimicitiæ nõ erat nota dicto Ioanni. Farinac. in d. quæſt. 49. num.96. Io. Bapt. Coſta d. diſt. 18. nu.6. Tum quia non eſt probatum, quòd extaret cauſa euidens. Farinac. in dict. quæſtio.49. num.129.

Secundò dicebatur, fundamentum primum concludere quoad excuſandum à calumnia, non autem ab expenſis. Menoch de arb. iud. libro 2. cent.4. caſ.321. num.9. & 34. Farinac. in dicta quæſt.16. num.44. niſi cauſa eſſet plus quàm iuſta, vt per Farinac. in d. quæſt. 16. num.70.

Tertiò, quia dictus Galeatius querelauit dictum R. de mandato ad occidendum D Ludouicum, de concubinatu, luſu, & aliis deliciis: & tamen ſuper prædictis nulla extat depoſitio, neque coniectura in proceſſu contra eum.

Secundum fundamentum tollebatur.

Primò, nam etiamſi dictus Galeatius interrogatus † dixiſſet, ſe nolle vti dicto teſte, tamen adhuc eſſet puniendus de falſo. Gabr. de malef. lib.7. conclu.7. num.8. Surd. deciſ.263. num. 1. & deciſ.282. num 2. 21

Secundò, quia illud verum eſt † in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus non ſolent fieri talia interrogatoria. Viu. deciſ.71. num. 3. Borgn. deciſ.39. num.5 cum ſeq. par. 5. de delict. 22

Tertiò, quia ſaltem id procedere dicitur quoad effugiendam pœnam falſi, non autem condemnationem expenſarum, iuxta dicta per Farinac. in d. queſt.16. num.44. & 70.

ARGVMENTVM.

Stuprum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri dicenti, ſe fuiſſe cognitam carnaliter à tali, non creditur.*

2 *Nec facit dictum eius indicium ad torturam. Et num.3.*

4 *Pro Sacerdote præſumitur omne bonum.*
5 *Teſtes de bona fama præferuntur.*
6 *Depoſitio extraiudicialis quod probet.*
7 *Stuprum probatur cõiecturis. Et numero 8. & 9.*
10 *Fama an probet adulterium.*
11 *Fama quomodo ſit probanda.*
12 *Teſtis de auditu non probat.*
13 *Singula quæ non proſunt, vnita iuuant.*
14 *Arbitrium debet eſſe regulatum à iure communi.*
15 *Tortura purgat omnia inditia.*

RESOLVTIO VII.

FVIT querelatus de pluribus delictis R. P. & ſignanter quòd deflorauerit N. filiam D. eamque tota nocte retinuerit in domo.

Et ad probandum ſtuprum allegabatur, Primò depoſitio ipſiuſmet N. dicentis, ſe fuiſſe defloratam à dicto P.

Cæterùm reſpõdebatur per Aduocatum dicti R.

1 Primò, quòd mulieri † dicenti ſe fuiſſe cognitam carnaliter non ſolùm nõ creditur quoad plenam probationem. Alexand. conſilio centeſimo quinquageſimo ſeptimo. volumine quinto. Boerius deciſione ducenteſima nonageſima nona. numero ſexto. Pariſ. conſilio quinquageſimo quarto, numero quinquageſimo, volumine quarto. Turret. conſilio quadrageſimo quarto, numero decimo ſeptimo, volumine ſecundo. ſed † neque
2 facit indicium ad torturam illius depoſitio. Marſ. conſilio ducenteſimo primo, numero trigeſimo tertio, cum ſequent. Grat. conſilio quinquageſimo ſeptimo, numero vigeſimo octauo, volumine ſecundo, Pariſ. conſilio centeſimo ſexageſimo tertio, volumine quarto, Burſat. conſilio ſexageſimo nono, num. 19. volum. 1. Honded. conſ. 100. nu. 11. cum ſeq. vol. 1. Et ratio † eſt, quia dicitur dicta mulier ſocia criminis, & dictum ſocij criminis non facit inditium ad torturam etiam in criminibus exceptis. Clar. in §. fin. q. 21. verſ. ſed quid in crimine. Roland. conſ. 16. & conſ. 73. volum. 1. Turr. d. conſ. 44. nu. 24. Benè verum eſt, quòd probata copula ſtaretur iuramento mulieris, ſe tunc fuiſſe virginem. Maſcar. de probat. lib. 3. concl. 1337. nu. 6. quod verum eſt in cognita per vim. Pariſ. conſ. 160. nume. 29. volum. 4. 3

Corroborabatur hæc reſponſio, tã attenta perſona querelati, qui eſt Sacerdos, vnde pro † eo præſumitur o- 4
mne bonum. Maſcardus de probationibus libro primo, concluſione ſexageſimaquarta, numero ſexto, concluſione quinquageſimanona, numero decimoſexto, & concluſione trecenteſimaduodecima, numero octauo. Farinac. quæſtione octuageſimaquinta, numero ſecundo, quàm attenta perſona dictæ N. quam per teſtes, & atteſtationem Communitatis probatum fuit, eſſe infamis vitæ, & ſolitam facere copulam corporis ſui, quibus teſtibus ſtandum eſſe, imò, aliis deponentibus de † bona fama eiuſdem 5
mulieris præferri, voluerunt Rom. conſilio centeſimo ſexageſimoſeptimo, numero decimo. & ibi addit. Boſſ. de inquiſit. numero trigeſimoquinto.

Secundò reſpondebatur, ex actis conſtitiſſe, dictam N. dixiſſe pluries, ac pluribus, quòd ea, quæ depoſuerat contra

contra dictum R. non eſſent vera, ſed fuiſſe coactam à patre ad ita deponendum, & hæc † depoſitio, licèt ſit
6 extraiudicialis, tamen debilitat dictum eius iudiciale, & attenditur ad fauorem querelati, in puncto Rom. in dicto conſilio centeſimo ſexageſimoſeptimo, numero ſeptimo. & ibi addit.

Secundò contra dictum R. allegabatur depoſitio Ioannis Antonij de Banſis, & Ioannis dicentium, vidiſſe per fixuram portæ N. exeuntem de domo dicti R. verſus hortum, nec non depoſitio Ioannis Bartholomæi dicentis, ſe vidiſſe mulierem exeuntem vtſupra, ſed non cognouiſſe quænam eſſet ex quibus videtur manifeſtè
7 probari ſtuprum, cum hoc † coniecturis, & præſumptionibus probari poſſit. Maſcardus de probationibus, concluſione trecenteſima duodecima, numero decimonono, cum ſequent. concluſione quatercenteſima quinquageſimaſecunda, numero decimo, volumine primo, & in dicta concluſione milleſima trecenteſima trigeſimaſeptima, numero primo. Pariſ. conſilio quinquageſimoquarto, numero ſexageſimoſecundo. volumine quarto. Grat. conſilio quadrageſimotertio, numero trigeſimo, conſilio quinquageſimo, numero tertio, volumine ſecundo.

8 Cæterùm fuit replicatum primò, id verum † eſſe in præſumptionibus violentis, & proximis, iuncta tamen fama, vt per Maſcard. de probationibus concluſione quinquageſimaſeptima numero ſexto cum ſequent. volumine primo. Grat. dicto conſilio quadrageſimotertio, numero trigeſimoſeptimo, & conſilio quinquageſimo, num. 32.

Aſſerta autem præſumptio non eſt violenta, ſed remotiſſima, imò inuerisſimilis, cum veriſimile non ſit, mulierem adire domum viri, ſed bene virum adire domum mulieris, & maximè † cum hic non concurrat fama, 9
qua deficiente deficit probatio, ſecundùm Maſcardum de probationibus, dicta concluſione ſexageſimaſecunda, numero ſexto & ſeptimo, & non ſit verificata ſeductio. Grat. dicto conſilio quadrageſimotertio, numero trigeſimoprimo.

Secundò, quòd delictum præſumeretur quoad perſonam mulieris, non autem dicti Sacerdotis. faciunt dicta per Abb. in cap. tertio loco. numero decimo de probationibus. & Maſcardus de probationibus. dicta concluſione ſexageſimaprima, numero octauo.

Allegabatur tertiò contra dictum R. publica vox, & fama probata per quatuor teſtes, licèt duo teſtes videantur ſufficere, vt per Maſcard. de probationibus, concluſione quatercenteſima quinquagèſimaſecunda, numero duodecimo.

Sed reſponſum fuit primò, famam † 100
ſolam, non concurrentibus aliis, non eſſe ſufficientem ad probationem adulterij. Maſcardus dicta concluſione ſexageſimaſecunda, numero quinto, cum ſequent. nec minus facere indicium ad torturam, ſecundùm Maſcardum de probationibus, concluſione ſexcenteſima quinquageſimatertia, numero vigeſimoprimo, & concluſione ſexcenteſima quinquageſimaquarta, numero quinto cum ſequent. volumine ſecundo Farinac. de indit. & tort quæſtione quadrageſimaſeptima, numero decimoſeptimo cum ſequent. & numero nonageſimoprimo. vbi ampliat, id verum eſſe etiam in caſibus difficilis probationis.

11 Secundò fuit replicatum, dictam † famam nõ fuiſſe legitimè probatam, & cum circunſtantiis requiſitis. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 749. num. 11. cum ſeq. Pariſ. conſ. 153. num. 12. cum ſeq. & conſ. 169. num. 45. cũ ſeq. vol. 4.

Maximè ſi, famam traxiſſe originẽ poſt litem conteſtatam, allegaretur. Maſcard. in d. concluſio. 749. numero 30. Farinac. in d. quæſt. 47. num. 31. & 89.

Accedit etiam, nam contra dictam famam militant inuериſimilitudines. Grat. d. conſ. 43. numero 59. Et bona fama probata dicti Sacerdotis. Grat. conſilio 45. numero 3. & conſilio 50. num. 16. volum. 2. Farinac. in d. quęſt. 47. numero 181. Pariſ. d. conſilio 153. num. 18.

Quartò allegabatur contra dictum R. depoſitio quatuor teſtium de au-
12 ditu, qui † licèt non probent plenè. Grat. conſil. 38. numero 34. volum. 1. Farinac. quæſt. 69. nume. 1. cum ſeq. Pariſ. conſ. 54. nu. 17. volum. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 62. numero 4. volumine 1. tamen inducunt præſumptionem. Farin. in d. quæſt. 69. num. 32.

Quintò proponebatur, d. R. ſaltem eſſe torquendum pro vlteriori verita-
13 te habenda; Tum quia, quæ ſingula † non proſunt, vnita iuuant. Maſcard. de probat. concluſ. 62. num. 6. volum. 1. & concluſ. 1030. num. 22. & num. 27. volum. 2. Afflict. deciſ. 13. numero 24. Pariſ. conſ. 152. num. 24. cum ſeq. vbi declarat. & conſil. 153. nume. 37. cum ſeq. volum. 4. Grat. conſil. 47. num. 4. cum ſeq. volum. 2.

Tum quia inditia ſunt arbitraria. Farinac. in d. quæſt. 37. num. 192. cum
14 ſeq. licèt † arbitrium debeat eſſe regulatum à iure communi, num. 199. & quæſt. 47. num. 29. Pariſ. conſil. 151. num. 14. volum. 4.

Et, cum hoc videretur vrgere, fuit deuentum ad torturam, ex qua cum nihil emerſiſſet, fuit d. R. abſolutus.

Præſertim cum tortura † purget 15
omnia inditia. latè Farinac. de ind. & tort. quæſt. 40. num. 2. etiamſi illa eſſent vrgentiſſima, prout de magis cõmuni opinione, & vniuerſali conſuetudine teſtatur idem Farinac. in d. quæſt. 40. num. 6. cum ſeq. Benè verũ eſt, quòd ad omnem bonũ finem fuit iniunctum d. R. vt per certum tempus non accederet ad locum. C. ſub pœnis grauibus, &c.

ARGVMENTVM.

Aſſiſtens homicidio an aliqua pœna ſit plectendus.

SVMMARIVM.

1 *Si in rixa fuerit aliquis occiſus, quæ pœna veniat imponenda. Et nu.* 6. 7. & 8.

2 *Et quid ſi conſtet de occidente.*

3 *Contra contumacem omnis præſumptio reſoluitur.*

4 *Occidens præſumitur occidere ob propriam inimicitiam inimicum ſuum.*

5 *Vicarius Papiæ an poſſit punire ſuum ſubditum delinquentem in aliena Diœceſi.*

RESOLVTIO VIII.

CVm in rixa cõcitata occaſione Choreę per R. Petrũ fuiſſet occiſus ictu archibugij quidã Boſonus, fuit dubita-

dubitatum, An eſſet puniēdus clericus Paſqualis, qui fuit præſens dictæ rixę, ac homicidio armatus enſe.

1 Et videbatur † reſoluendum, ſuppoſita etiam incertitudine, fore plectendum pœna ſaltem extraordinaria. Pariſ.conſ.148.nume.3. volum.4.Petr.à Placha.de delict.cap.12. verſ.ſextus eſt caſus. Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent. 4.caſ.362.num.19. cum ſeq. Farin. q. 96.num.1.cum ſeq.

Cæterùm inclinatum fuit ad omnimodam liberationem dicti Paſqualis.

2 Primò, quia ex † proceſſu offenſiuo plenè conſtitit, dictum Petrum fuiſſe auctorem rixæ, & ex ictu archibugij exonerati per eundem occiſum remanſiſſe d.Boſonum. Menoch. in d. caſ 362.num.23 cum ſeq.

Secundò, quia dictus Paſqualis ſe conſignauit in fortiis Curiæ Epiſcopalis, dictus autem Petrus fuit in contumacia condemnatus, Vnde contra

3 eundem Petrum omnis † præſumptio reſoluitur. Bal.in l.voluntatis.col.fin. C.de fideicom. Marſ. in pract. crim. §.diligenter.num.48. Rip.in l.admonendi.num.174.ff.de iureiur. Gram. vot.6.num.19. Alex.conſi.15.colum.4. vol.1.

Tertiò, nam dictus Petrus habebat iam inimicitiam cum d. Boſono,

4 vnde † præſumitur ob propriam inimicitiam eum interfeciſſe Gram. conſ.63 num.12. nam quilibet præſumitur actum facere pro ſuo intereſſe. l.& magis.ff.de ſolut. Bart.in l 1 §.nunciatio.colum.2. ff.de op.nou.nunciat. Farinac.de in it.quæſt.49.nu.86.cum ſeq.quamuis Surd conſil.40. num.28. teneat in facto, in rixa contingente non attendi inimicitiam præcedentem.

Quartò addebatur, delictum fuiſſe commiſſum in Diœceſi Therdonenſi, vnde † non poteſt procedere D. Vicarius Epiſcopalis Papiæ. Farinac. de inquiſit.quæſt.7. num.19. vbi teſtatur de magis communi. 5

Quamuis hoc fundamentum videretur friuolum; Tum quia de iure Canonico, quòd ſeruatur in foro Eccleſiaſtico, Vicarius Papiæ eſt iudex competens. Magon.Lucenſ.deciſ.36.num. primo.Vincent.de Franchis. deciſ.66. par. 1. Farinac. in d quæſt.7. numero 21. vbi teſtatur de magis communi opinione, ac obſeruantia; Tum quia iudex loci delicti fuit negligens. Non. conſ.98.num.4. Farin. in d.q.7.num. 23.circa finem.

Et pro maiori veritate dictę reſolutionis dicebatur concurrere, Tàm depoſitio D. Gallicani teſtis examinati pro Curiæ informatione, qui dicit [*che detto Paſquale fece aſſai, acciò non ſeguiſſe rumore, ne ſe veniſſe à qualche inconueniente trà il detto Pietro, Boſono, & altri,*] cui teſti plenè creditur contra fiſcum. Crau.conſ.69. col 5. & de vera, & communi opinione teſtatur Gabr.de teſtibus. concluſ. 1. numero 23. libro primo. Quàm bona fama d. Paſqualis probata per tot teſtes. Iaſ. conſil.78 num.27.lib.3. Farinac. de in.quæſt.47.num.181.cum ſeq.

Et allegata in contrarium reſpondebatur non obſtare; Tum quia hic † non aderat incertitudo, cum conſtaret ex actis plenè de inceptore rixæ, & interfectore, videlicet dicto Petro. Menoch in d.caſ 362.nu.2 & 23. Tum quia † ictus Paſqualis aſtitit armatus enſe, non cauſa auxilij, ſed præter cogitatum, & ſcientiam ipſius Non.conſil.101.nu.16.Pariſ.conſ.152.num.30.& conſil.164. num.1. vol.4 Burſ.conſ. 216.nu.58. vol.2.quæ ſcientia requirebatur. Carrer.in §.homicidium. num. 6 7

48.& 54. Petr.à Placha.de delict.libro 1.cap.16. Menoch. d.cent.4.caſ.350. n. 2.cum ſeq. Addebatur † ſtandum eſ-
8 ſe iuramento inquiſiti, an deliberatè acceſſerit. Ruin. conſ.1.nu.3. volum.5. Non.conſ.96.nu.4.Burſat.d.conſ.216. nu.58.Gram.deciſ.25.nu.2.

ARGVMENTVM.

Obtinens à iudice Laico ſequeſtrari fructus Eccleſiæ an incurrat excommunicationem. Et præceptum pænale quando dicatur nullum.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Cœnæ Domini, quæ excommunicat ſequeſtrantes fructus Eccleſiæ non comprehendit, niſi iudicem, nõ autem procurantem ſequeſtrum. Et quando ſit excommunicatus procurans. num.10.*
2 *In correlatiuis, & connexis idem eſt iudicium.*
3 *Extenſio quando fiat in pœnalibus.*
4 *Verba vbi non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio.*
5 *Omnis: dictio eſt vniuerſalis, & includit omnia.*
6 *Iudex an poſſit ſequeſtrare perſonam clerici. Et num.7.*
8 *Puniri quis non debet niſi ex actu conſummato. Et quando. num.14.*
9 *Fundamentum intentionis quis probare tenetur.*
11 *Verbum, præſumere, includit dolum.*
12 *Quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*
13 *Clericus violans iuriſdictionem ſui Epiſcopi quomodo ſit puniendus.*
15 *Tolerantia ſuperioris quando excuſet. Et num.18.& 27.*
16 *Præceptum eſt nullum factum ſine cauſa, & cognitione rei, vel ſine clauſula iuſtificatiua. Et num.17. 23.& 25.*
19 *Præceptum dicitur ſententia interlocutoria.*
20 *Et quando expiret per mortem iudicis. Et num.22.& 26.*
21 *Præceptum quando tranſeat in iudicatum.*
24 *Iudici quando credatur de ſcandalo.*

RESOLVTIO IX.

IN vna criminali contra Præpoſitum N. fuit dubitatum.

Primò, An dictus Præpoſitus inciderit in excommunicationem Papalem, ex quo iudex ſæcularis, ipſo inſtante, ſequeſtrauit fructus Canonicatus R. A. exiſtentes pænes laicam perſonam.

Secundò, ſuppoſito incidiſſe in dictam excommunicationem, An veniret puniendus pœna aliqua.

Tertiò, An foret condemnandus in pœnam ſcutorum centum, ex quo, nõ obſtante præcepto iudicis Eccleſiaſtici, recepit in domo mulierem C.

In primo dubio dictum fuit.

Aut loquimur quoad excommunicationẽ cõtẽtã in Bulla Cœnę Domini ſub n.17. ibi, [qui fruct', &c. ſequeſtrãt, &c.] Et fuit reſolutum, non incurriſſe.

Primò, quia dicta †Bulla loquitur in iudice ſequeſtrante, non autem in procurante ſequeſtrum, prout in puncto firmauit Nauar. de hęret. excomm. lib.5.conſ.34.& in Manu. cap.27. num. 51. Graff. in deciſ.caſ.conſc.cap.18.nu. 144. lib. 4. ponderando relatiuum, qui,

qui, appoſitum in dicta Bulla, quod reſtringit. l. ea tamen. ff. de leg. 3. Grat. conſil. 52. numero 19. volum. 2. Natt. conſil. 478. numero 10. Surd. conſil. 1. num. 100.

Nec tacere dicebatur, quod ſimus in
2 † correlatiuis, ſiue cõnexis, in quibus idem eſt iudicium. l. 1. C. de tranſact. Crau conſ. 275 num. 5. & vno expreſſo dicitur expreſſum alterum. Ant. de Butr in c. translato de conſtit. Felin. in proœm. decret. §. Gregorius. num. 3. Gabr. de leg. concl. 3. nu. 1. cum ſeq. lib. 6. Dec. in rubr. ff. ſi cert. pet. num. 3. Surd. conſ. 52. num. 62. Pariſ. conſ. 2. num. 16 vol. 3.

3 Item quòd quãdo agitur † de fauore Eccleſiæ & animarum, fit extenſio etiam in pœnalibus. Iaſ. in l. cum quidam. numero 24. ff. de lib. & poſthum. Surd. conſ. 25. num. 42. Fabien. in ver. excommunicatio. §. 1. nume. 38. Graff. deciſ. aur. lib. 1. cap 8. num 22.

Quia cum hic agatur de odioſis, & de præiudicio, ac ligamine animæ nõ fit extenſio, ſed verba ſunt intelligendã, prout iacent. vulg. cap. odia. & ibi Dyn. de reg. iur. in 6. & in puncto Felin. in d. §. Gregorius. num. 9. Gabr. in d. concl 3. num. 8.

Verùm prædictis videntur obſtare dicta per Abb. in c. non dubium. nu. 3. de ſent. excomm.

Præterea eſt animaduertendum, actorem, & reum eſſe correlatiua. Gabr. in d. concl. 3. num. 31. & 44. nõ autem iudicem, & actorem.

Secundò, quia Bulla præfata loquitur de fructibus beneficiorum ſpectãtibus ad Eccleſiaſticas perſonas prout ſic notat Tolet. in Summ. de calib. in Bulla Cœnæ. excom. 9. numero 12. & in d. ſequeſtro non fiebat mentio de fructibus beneficiorum, vnde cũ ver-
4 ba † non conueniant, neque conue-nit diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Afflict. deciſ. 355. num. 8. Nauar. in d. conſ. 34.

Cæterùm dictum fundamentũ fuit reputatũ friuolum; Tum quia ex verbis præcedentibus, & ſubſequentibus dicti ſequeſtri, colligebatur, fuiſſe ſequeſtratos fructus Canonicatus, cum pluries fieret mentio de Canonicatu, & de celebratione Miſſarum; Tum quia fuerunt ſequeſtrati omnes fructus dicti Canonici, quæ † dictio, 5
omnis, cum ſit vniuerſalis, includit omnia. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Natt. conſ. 478. nume. 2. Becc. conſil. 62. nu. 39. Surd. conſ. 31. num. 27.

Tertiò allegabatur, nam iudex † 6
laicus poteſt quibuſdam concurrentibus, & præcipuè ſtante periculo moræ, capere, & ſequeſtrare perſonam clerici. Abb. in c. cum nõ ab homine. nu. 15. de iud. & Borgn. deciſ. 3. nume. 26. par. 1.

Sed neque placuit hoc fundamentũ; Tum quia non aderat aliquod periculum quoad dictos fructus, vnde ceſſat d. argumentũ. Euer. in ſua cent. in loco, à ſimili; Tũ quia id † verũ eſt, dũ- 7
modo ſtatim præſentetur clericus ad iudicem ſuum. Abb. in d c. cum non. nu. 15 Felin. in c ſi verò. nu. 2. de ſent. excom. Farin de inquiſit. q. 8. nu. 122.

Quartò adducebatur, dictum ſequeſtrum non habuiſſe effectum, cum illo non obſtante Canonicus exegerit fructus, nemo † autem punitur, niſi ex 8
actu conſummato. l. maiorem. C. de falſ. Boſſ. de falſ. num. 155 & de indit. num. 58. quod præſertim verum eſt de generali cõſuetudine. Farin. de indit. q. 37. num. 129. & Turret. conſ. 96. nu. 23. vol. 1.

Et in materia turbatæ iuriſdictionis, vide Gabr. conſ. 166. numero 1. & conſ. 167. num. 9. vol. 2. Et in materia

excommunicationis, vide Nauar. de ſent.excomm.lib.5.conſ.60.num.2.de conſtit.lib.1.conſ.7. num.3. Menoch. de arbitr.iud. cent. 4 lib.2. caſu.360. num.89.

Cœterùm neque arridebat hæc ratio.

Primò, quia ex parte dicti Præpoſiti actus fuit conſumatus, cum ſequeſtrum fuerit conceſſum, & intimatū. faciunt dicta per Farinac. de carcer.q. 28.num.3.Decian.in tract.crim.tom. 2.lib.9. cap.28.num 4.& c.30.in prin. Clar.§.fin.q.92.verſ.ſcias tamen cum ſeq. & ſic quo ad ipſum nihil agēdum ſupererat.Menoch.d. caſ.360. numero 20.

Secundò, quia dictus Præpoſitus tenebatur probare, Canonicum nō fuiſſe impeditum in exactione dictorum
9 fructuum, vt poſſet excuſari, cū † eſſet fundamentū intentionis ſuæ. Gabr.de probat.concluſ. 6. Crau.conſ 1. num.7.Hercul.de prob.neg. nume.2. Becc.conſ.105.nu. 11. Surd.deciſ.104. num.21.& deciſ.260.num. 8.Eo maximè quòd ſuppoſito ſequeſtro ſupponebatur impedimentum, ſicut ſuppoſita cauſa ſupponitur effectus. l. illud. ff.ad leg. Aquil.l. 1. §. ſed quid. C. de lat.lib.toll. Iaſ. in l.in re coniuncti.n. 108.ff.de leg.3.

10 Aut loquimur quoad † excommunicationem contentam in dicta Bulla Cœnæ ſub.num.15.ibi, [trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore.] & ibi,[ordinatis vſi fuerint.] & ibi,[vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur.] pro quorum verborum intellectu videndus eſt Tolet in Summ. de caſib.in Bulla Cœnæ excom.9.nu. 9.cum ſeq.

Et fuit reſpōſum, dictum Præpoſitum vix ſaluari poſſe ab incurſu dictæ cenſuræ ob dictas clauſulas nimis prægnantes, & generales, quæ plures operantur effectus. cap. ſi Romanorum. 19.diſtinct.Becc.conſil.34.num.10.

Aut loquimur quoad excommunicationem contentam in c.ſi quis & in c.inolita. 11.q.1.ac in S.Concilio Tridentino ſeſſ. 22.c.fi.de reformat. ibi, [fructus præſumpſerit impedire.]

Et pariter dictum fuit, dictum Præpoſitum irretitum eſſe, cum dicta iura ſint nimis clara.

Et dum replicaretur, dicta iura loqui per † verbum, præſumere, quod 11
includit dolum. Nauar.de Reg. comment.4.q.15.tom.5. ver. ſeptimò nota; ſed quælibet † cauſa etiam iniuſta 12
excuſat à dolo.Gabr.de malef.cōcluſ. 8.Becc.conſ.4.nu. 16. Farinac.de indit q.37.nu.121.Pariſ conſ. 149. num. 18.vol.4.Grat. conſ. 37. numero 21. vol.1.

Fuit reſponſum, hic concurrere dolum, cum fecerit actum prohibitum. gloſ.in l.venia.C.de in ius voc. Pariſ. in d.conſ.149.num.20.cum ſeq.

In ſecundo dubio fuit dictum, Præpoſitum † eſſe puniendum pœna ex- 13
traordinaria ob violationem iuriſdictionis, ſecundùm Gram.deciſ.61.nu. 18.de iure autem incurritur etiā amiſſio cauſæ.d.c.inolita.c. ſi diligenti. & ibi Abb.nume. 6.& 18.de foro comp. Roman.conſ.369.num.39. Farinac.de inquiſit.q.8.nu.1.Cuch.inſtit. ma.lib. 3.tit.de priuil. cler.num. 14. & imponitur pœna ictus triginta nouem. c. nullus.c.Syluester.c.ſi quiſquā.c.peruenit.11.q.1.itē faciunt dicta per Decian. tract.crim.tom.2.lib.9.c.39.numero 10.

Quæ pęna extraordinaria venit † 14
imponenda pro delicto etiā non conſumato, ſecundùm Farinac. de delict. q.17.num.49. & de carcer.q.30. num.

31. & q.

31.& q.33.num.84. Et in materia turbatæ iuriſdictionis, quòd ſufficiat trahere ad iudicem incompetentem, licèt non impediatur competens, eſt opinio communior, & verior. l. in criminali, & ibi Doct. C.de iuriſd. omn. iud. Abb. in d.c.ſi diligenti. nu.6.& 18. Rom.conſ.369.num.39. Feder. de ſen. conſ.90. Gabr.conſ.167.nu.26.&conſ. 180.num.1.vol.2.vbi dicit, poſſe agi actione iniuriarum.

15 Et allegata tolerantia Curiæ †Epiſcopalis, licèt aliàs ſoleat excuſare, ſecundùm Burſ.conſ.321.nu.16. volum. 4.Sim.de Pret.conſ.81. Tamen de ea non potuit haberi conſideratio: Tum quia de illa non conſtitit in actis: Tum quia per Epiſcopum non poteſt præiudicari iuriſdictioni, & immunitati Eccleſiæ. vt aliàs dictum eſt.

Minus fuit viſum cōſiderabile, quòd hîc non adſit dolus quoad Præpoſitū, qui dolus requirebatur, ſecundùm Gab.conſ.166.num.12.& 34.conſ 167 numero 2 & 30.& conſ.180. numer.2. volum.2.

Quia ex facto ipſo ſatis præſumitur dolus. Grat.conſilio 36.numero 21.volum. 1.& conſilio 61.numero 14.volumine 2.

In tertio dubio dicebatur, dictum Præpoſitum non poſſe condemnari ad ſoluendam pœnam pecuniariam contentam in præcepto.

Primò, quia dictum præceptum erat
16 nullum ipſo iure; Tum † vti factum ſine cauſa, & non adhibita cognitione rei. Barto.in l.filiusfamilias.§.Diui.ff. de leg.1.Inno.in c.tua.verſ. item monitio.de cohab.cler.vel mul. Io.de Amic.conſ.27.nume.18. Pariſ.de Put.de Synodis.in ver.prçceptum.cap.2.num. 4.Farinac.de delict.q.18.num.53.Tum
17 quia † in dicto præcepto non legitur clauſula iuſtificatiua. Iaſ.in l.nec quicquam.num.6.ff.de off.proconſ. Veſtr. in praxi lib.7.cap.1.num.3. Felin.conſ. 5.nu.5.vnde potuit ſperni. Surd.conſ. 40.num.40.cum ſeq.

Secūdò, quia Curia Epiſcopalis poſt dictum præceptum tolerauit commercium dictæ mulieris in domo Præpoſiti, quæ † tolerantia excuſat à pœna. 18
Bertaz.conſ.126.nu.6.vol.1 crim.Bec. conſ.4.nu.15.cum ſeq. Pariſ. conſ.54. num.48.vol.1.

Tertiò, quia dictum præceptum † 19
dicitur ſententia interlocutoria. Iaſ.in d.l.nec quicquam. Veſtr.in d.lib.7.c.1. num.21. Pariſ.de Puteo. d.c.2.num.8.
vnde † illud expirauit per remotionē 20
D.Vicarij. Doct. in l.fin.ff.de pœn. Alex.in l.more.num.4.ff.de iur.om.iud. Felin.in c.cum à nobis. de ſen.excom. & in c.Eccleſia.numer.34.de Conſtit. Bald.conſ.116.vol.1. Becc.in d.conſ.4. num.11 cum ſeq.

Prçſertim cum eſſet factum ſine cauſæ cognitione. Abb.in c.ex literis.nu. 10.Boich.numer.4.de conſtit. Becc.d. conſ.4.num.11.

Per Fiſcum autem allegabatur, quòd dictus Præpoſitus eſſet omninò condemnandus in dictam pœnam præcepti.

Primò, quia dictum præceptum trāſiuit in iudicatum, ex quo † non fuit reclamatum ab eo, quando fuit intimatum. Veſtr.in d.lib.7.cap.1.num.21. Afflict.deciſ.167.nume.4. Vnde venit exequendum. Surd.conſ.61.nu.2. Tur. conſ.61.num.87.volum.1.Becc.conſil. 70.num.7.Vant.de nullit.in rubr.fin. num.27.

Et hoc verum dicitur, etiamſi opponeretur de nullitate. Gab.de ſent.cōcl. 10.nu.4.Turret.conſ.76. nu.18. vol.1. Menoch.de præſ.lib.2.præſ.47.num.3. Contard.in l.1.lim.7. num.58. C.ſi de mom.poſ.

YY

Secundò, quia in Curia Epiſcopali Papienſi ſemper fuit obſeruatum, vt
22 ſimilia præcepta exequantur † per ſucceſſores in officio ob præſumptam cõfirmationem. Gabr. conſ 32. nu 30. vol. 2. ſed ſtylus facit ius. vulg. iurib. & doctr.

Et ad primum fundamentum dicti Prępoſiti reſpondebatur.

23 Primò, in dicto † præcepto fuiſſe appoſitam cauſam, nempè ſcandalum, ratione cuius valent acta facta non ſeruatis ſeruandis. Felin. in c. nihil. nu. 4. de præſcript. Grat. conſ. 1. nume. 39. volum. 2. Pariſ. conſ. 58. num. 8. & 48. vbi decl. volum. 4.

24 Et licèt aliàs † non credatur iudici aſſerenti de ſcandalo. Menoch de adipiſc. poſſ. rem. 6. num. 14.

Tamen hic creditur, ſtante publica fama, & non reclamatione partis à dicto præcepto. Dec. in l. ſi pactum. nu. 6. C de pact. Præterea ſaltem de timore ſcandali creditur ſuperiori, vt per Grat. conſil. 10. num 10. volum. 1.

Accedit, quòd cauſa generalis in pręceptis ſufficit hodie de conſuetudine. Farin. in d. q. 18. num 55.

25 Secundò, quia † valet præceptum iudicis ſine cauſa, & rei cognitione in his, quæ ſpectant ad eius officium puta ad morum corectionem, & tollendum peccatum. c. frater. c. quia. 7. q. 1. Innoc. in c. ad aures. nu. 2. de temp. ord. & in c. 2. nu. 9. de reſt. in integ. Pariſ. de Put. in d. ver. pręceptum. c. 1. num. 7. Quod maximè verum eſt concurrente delicti notorietate Pariſ. in d. cap. 1. num 1. Et ita ſemper obſeruatum fuit in ſimilibus cauſis in dicta Curia: ſtylus autem obſeruandus eſt. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 8. num. 17. Gabr. conſ. 197. num. 1. vol. 2. Caput aq. deciſ 88 num. 5. par. 3. Pariſ. conſ. 14. num. 9. volum. 4.

Secundum fundamentum tollebatur: Tũ quia † Vicarius Generalis Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam à lege. c. 2. de off. Vic c. tua nobis. de off. ord. Vant. de nullit. in rubr. ex def. iuriſd. deleg. n. 75. Bello. in rubr. de off eius, & c. nu. 24. Gabr. conſ. 32 nu. 7. & 18 vol. 2. Sbrozz. de off. Vic lib. 2. q. 55. nu 9. Vnde nõ dicitur expiraſſe pręceptum per eius receſſum. Bartol. in d. l. fi. Becc. in d. conſ. 4. nu. 9 & conſ. 84. nu. 9. Tum quia in dicto pręcepto fuit appoſita pæna pecuniaria momentanea, vnde non expirauit per receſſum dicti Vicarij imponẽtis. Abb. in d. c. ex literis. nu. 10. & ibi addit. Felin. ibidem. num. 15. verſ tertiò limita. Pariſ. de Put. in d. ver. præceptum. c. 2. num 6 26

Vltimum infringebatur; Tum quia † non fuit probata dicta tolerantia, ex quo non fuit probata ſcientia ſuperioris. Non. conſ. 83. num. 7. cum ſeq. Turret. conſ. 69. num. 53. vol. 1. Pariſ. conſil. 136. num. 14. vol. 4. Surd. deciſ. 236. nu. 16. Tum quia non fuit doctum de tolerantia diutina, quæ requirebatur. Pariſ. conſ. 37. num. 8. vol. 4. 27

ARGVMENTVM.

Auxilium præſtare homicidio quando quis dicatur.

SVMMARIVM.

1. *Auxilium non ſolum præſtatur facto, ſed etiam verbis.*
2. *Teſtes duo plenè probant.*
3. *Auxilium præſtare dicitur, qui fuit præſens delicto, & non obuiauit. Et quando hoc verum ſit. num. 29. 30. 31. 32. & 33.*

4 Rixa

4 *Rixa in dubio præſumitur ſimplex potius, quàm ſecuta præuio tractatu.*
5 *Homicidium præſumitur potius ſecutum accidentaliter, quàm data opera.*
6 *Tractatus eſt probandus per Fiſcum.*
7 *In caſu rixæ accidentalis quilibet tenetur pro facto ſuo tantùm.*
8 *Inimicus teſtis non probat. Et numero 9.*
10 *Conſanguineus teſtis non probat.*
11 *Teſtis inhabilis quando probet. Et num. 12. 13. & 14.*
15 *Mulier meretrix non eſt idonea teſtis.*
16 *Teſtis inueriſimilia deponens dicitur de falſo ſuſpectus.*
17 *Teſtis deponens alternatiuè nõ probat. Et num. 18.*
19 *Numerus teſtium quando ſuppleat defectum. Et num. 20. 21. & 22.*
23 *Pater præſumitur bonum capere conſilium pro filio.*
24 *Maximè ſi eſt diues. Et num. 25.*
26 *Teſtes pro innocentia præferuntur alijs.*
27 *Bona vita, & fama purgat omnia indicia.*
28 *Spontanea conſtitutio prodeſt.*

RESOLVTIO X.

IN vna criminali fuit dubitatum, An Vincentius poſſet puniri pœna homicidij, eò quia prǫſtitiſſet auxilium cooperatiuum duobus filiis ſuis rixantibus cum Fœlice, qui ex vulneribus receptis in rixa mortuus eſt.

Et licèt, per Fiſcum, & adhærentes diceretur fore puniendum dicta pœna.

1 Primò, quia † auxilium præſtatur nõ ſolùm facto, ſed etiam verbis. l. 1. §. hoc reſcriptum. l. cum dominus. ff. ad Sylan. Natt. conſ. 240. numero 14. auxilium autem præſtans punitur eadem pœna, qua principalis delinquens. l. 1. §. pœnas. C. de rap. virg. Corn. conſ. 8. libro 3. Crau. conſ. 220. num 12. Gomeſ. lib. 3. Comm. c. 3. de homic. numero 48. Berto. conſ. 192. num. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 154. num. 21. & conſ. 166. num. 6. volum. 4. Clar. §. fin. qu. 90. ver. quæro. Grat. conſ. 52. num. 1. volum. 2. & nu. 16. cum ſeq. vbi declarat. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 349 num. 3. vbi teſtatur de magis recepta opinione. Natt. conſ. 458. num. 9. Surd. conſilio 40. numero 45.

Dicebatur autem probari per quinque teſtes, dictum Vincentium dixiſſe filiis ſuis rixantibus hæc verba, videlicet [*Fratelo di amazzare queſto traditore*] licèt duo † tantùm teſtes ſufficerent. Gomeſ. d. lib. 3. c. 12. de probat. delict. num. 9. Dec. conſ. 342. in princip. Carrer. in pract. crim. in princi. numero 162. 2

Secundò, quia † fuit præſens dicto homicidio, & non curauit ei obuiare, cum poſſet. c. non. 23. quæſt. 3. c. qui poteſt. de ſent. excomm. Farin. de indit. & tort. quæſtio. 51. numero primo, cum ſequent. 3

Tamen contrarium fuit reſolutum, ex duobus principaliter.

Primò, quia † in dubio rixa potius præſumitur ſimplex, quàm præuio tractatu ſecuta. Blanch. de indit. num. 54. & 190. Mandell. conſ. 46. numero 12. & conſ. 47. numero 6. Burſat. conſil. 316. numero 34. libro 3. Luch. conſ 60. numero 7. tom. 1. conſil. crim. Quod maximè verum eſt in præſenti caſu ſtante breuitate temporis, quæ excludit omnem præſumptionem colloquij & tractatus, vt per Marſ. conſ. 24 columna 2. libro 1. 5

Et accidẽtaliter † potius prǫſumitur 6

ſecutum homicidium, quàm data opera, & præcedente tractatu. Felin. in cap. ſicut dignum. num. 6. de homicid Anch. in c. 3. de præſumpt. Carrer. in §. homicidium. num. 69. Cau conſ. 947 num. 12. vol. 5. Rim. iun. conſil. 34. volum. 1. Burſat conſ. 94. num. 21. volum. 1. & conſil. 134. num. 26. volum. 2. Decian conſ 104. num. 19. volum. 3. Petr. à Plac. c. 43. num. 7 Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 17. Marſ. in l. ſi in rixa. num 14. ff de ſicar. & in pract. in §. conſtante num. 45 Farinac. quæſt. 90. nu. 75 cum ſeq.

6 Et ideò, tractatum † debere probari per allegantem, ſiue ſit Fiſcus, ſiue alter, firmarunt Carrer. in d. numer 69. Blanch. in l. fin. num. 225. ff. de quæſt Burſ conſ 65. num. 6 volum. 1. Decian conſ. 104 numer 14. vol. 3. Petr. à Plac. de delict. cap. 12. in princ.

7 In caſu † autem rixæ ſimplicis, & accidentalis, quilibet tenetur pro facto ſuo tantùm. Burſat. d. conſil. 36. num. 32. Iul. Scarlat. conſ. 112. num. 26. num. 1. conſ crim. Petr. à Plac. in d. c. 12. nu. 5. Anch. conſ. 216. Carrer. in d. §. homicidium. nu. 48. cum ſeq. Marſ in d. l. ſi in rixa. num. 13. Bald. in l. non ideo numer. 26 C. de accuſat. Corn. conſil. 198. colum. fin. vol. 2. Pariſ. conſ. 148. num. 4. vol. 4.

Secundò, quia non probatur legitimè, dictum Vincentium dixiſſe ſupradicta verba, cum teſtes examinati pro Fiſco multas patiantur exceptiones.

8 Tum quia primus teſtis † eſt inimicus, vnde nullo modo probat. l. 3. & ibi Doct. ff. de teſtibus late Farinac de oppoſ. cont perſ. teſt. quæſt. 53 nume. 3. cum ſeq. Menoch. de arb. iudic. quæſt. 28. Franc Becc. conſ. 85. num. 6. Rolan. conſil. 24. num. 25. lib. 1. & conſ. 69. numero 30. libro 2. Pariſ. conſilio 164. num. 1. volum. 4. Quod † verum eſt, 9 etiam ſi in tortura depoſuiſſet. Bald. conſil. 41 lib. 1 Boſſ. de inquiſit. num. 32. Farinac. in d. quæſt. 53 num. 10. Et de inimicitia conſtare aſſerebatur, ex quo dictus teſtis erat conſanguineus Felicis occiſi. Pariſ. conſ. 52. num. 54. lib. 4. Blanch. de indit. num. 174 & in l fin. ff. de quæſt. Becc. d. conſilio 85. numer. 13 late Farinac. in d. quæſt 53. numero 3. cum ſeq & quæſt. 54. num. 29. vbi, etiam ſi per lineam tranſuerſalem Pariſ. conſilio 87. numero 26. volumine tertio.

Et licet dictus primus teſtis eſſet etiā 10 † conſanguineus dicti Vincentij, tamen, cum magis eſſet coniunctus dicto Felici occiſo, ob inæqualitatem non probat Farinac. in d. quæſt. 54. numero 47.

Et dum obiiceretur, teſtes † inhabi- 11 les admitti, ſi veritas aliter haberi non poteſt, prout hîc. Clar. §. fin. quæſt 24. verſ. ſciendum eſt Farinac. d. q 54 numero 76. & quæſt. 62. lim. 3. numer. 50. cum ſeq.

Fuit reſponſum, friuolum eſſe dictum obiectum in præſenti caſu, ex quo † inhabilitas reſpicit inimicitiā. 12 Menoch. in d. quæſt. 28. numero 2. latè Farinac. in dict. quæſt. 53 numero 7. Eo maximè quòd in cauſa præcedebatur ad querelam. Farinac. ibidem, numero 71.

Item id verum eſſet, † quando te- 13 ſtes non potuiſſent haberi actu, nec habitu, quod non eſt verum hîc, cum rixa fuerit facta in via publica. Natt. conſilio 202. numero 13. Farinac. in d. quæſt. 62. lim. 3. num 62. cum ſeq. Præterea debebat † allegari, & probari qualitas illa, quòd veritas aliter haberi non poterat, vt per eundem Farinac. in dict. quæſt. 62. lim. 3. numero 57. & 69.

Tum

15 Tum quia tertius teſtis erat † mulier,& meretrix. Clar.in §.fin. quæſt. 24. verſicul. item meretrix. Farinac. quæſt.56. artic. 10. numero 359. cum ſeq.

16 Tum quia penultimus teſtis † depoſuit inueriſimilia, vnde dicebatur etiam de falsò ſuſpectus. Doctor. in c. auditis de præſcript. Crauet.conſ.134. num.36.

17 Tum demùm quia vltimus † depoſuit cum alternatiua, ex qua cum oriatur incertitudo. l.ſi ita. ff. de ſtipul.ſer. l.tutor ita. ff de teſtam.tut. l.cum quidam. ff. de verbor. ſign. non inducitur probatio, vulg. l. non hoc. C. vnde legit. cap. in præſentia. de prob. in puncto. Farinac. quæſt.68. §.1. numer.18. cum ſeq.

18 Quinimò probatio † dubia interpretatur contra producentem. Bart. in l.ſi inter ſtipul. §.ſi Stichum. ff. de ver. oblig. Ruin.conſ.32. volu. 4. & conſ. 149. volum.5.

Et dum per Fiſcum diceretur, quòd
19 teſtes eſſent plures, numerus † autem ſupplet defectum teſtium. Crau.conſ. 281.colum.penult. Sim. de Pret.conſil. 91.num.33. Gabr. de teſtib. concluſ.6. numero 5. Bertaz.conſilio 41.num.19. lib.1.

20 Fuit reſponſum, id verum † non eſſe in teſtibus pluribus defectibus notatis, vt hic. Dec.conſ.33. num.4. Rolan.conſ.3.num.51.lib.3. Cœphal.conſil.65.num.28.lib.1. Maſcard. de prob. concluſ.1359.num.20. lib.3. Item non
21 † procedere, quando omnes teſtes eſſent in aliquo inhabiles. Crauet.conſ. 99.num.10.& conſil.281.num.6. Bcc. conſ.85.num.19. Gabr. de teſtib. concluſ.5. numero ſeptimo. Dec. conſilio 133. numero 5. Burſat. conſilio 321. numero trigeſimoprimo, libro tertio.
22 Vlterius reſponſum fuit, numerum † non ſupplere in criminalibus, ſaltem ad condemnandum. Rom.conſ.451.n. 8. Ang.conſ.127. num.2. Gabr. de teſtib. d. concl.6. nu.5. Maſcard. de prob. concl.894. num.14. vol.2.

Et pro maiori innocentia dicti Vincentij allegabantur plura.

Primò, quia non fuit veriſimile, ipſum dixiſſe dicta verba ſuis filiis.

Tum quia pater † præſumitur bonũ capere conſilium pro filio ſuo. l.fin. ff. de cur. fur. l. nec ea. ff. de adult. Tiraq. in l.ſi vnquam. in præfat. num.25. C. de reuoc. donat. 23

Tum quia ipſe Vincentius † erat ditiſſimus, & ſimiles non præſumuntur ita faciliter delinquere, Carter. in §. homicidium. numero 32. Gram. conſilio 57. numero 8. Barbat. conſilio 20. colum.1. libr.2. Menoch. conſilio 361. numero 3. 24

Tum quia commune † votum parentum eſt velle theſaurizare filiis, nõ autem illos reducere ad miſeriam. l. reſcriptum. ff. vnde lib. l. nihil. §.1. ff. de oper. lib. Bertazol. conſ.8. num.20. volum.1. 25

Secundò, quia fuerant plures teſtes,
† examinati pro dicti Vincentij innocentia, qui præferuntur. Gabr. de teſtib. concl.4. numero 21. & 44. & concluſ.5. num.84. Burſat. conſ.20. nu.14. & conſ.70. num.9. lib.1. 26

Tertiò, quia per dictos teſtes fuit etiam probata bona vita, & fama eiuſdem, quæ † omnia indicia videtur purgare. Marſ. in pract. crim §. diligenter. num.196. Pariſ.conſ.153. volum.4. Socin. ſen. conſ.189. num.40. vol.2. Grat. conſ.57. vol.2. 27

Quartò, quia † ſe ſponte conſtituit in carceribus. Marſ. in d. §. diligenter. num.208. Crau.conſ.6. & conſ.75. nu. 19. Corn.conſ.198. num.23. vol.4. Soc. ſen. conſ.277. vol.1. 28

Quibus ſic firmatis.

Ad primum fundamentum Fiſci reſpondebatur.

29 Primò, quòd, cum rixa † fuerit accidentaliter ſecuta, non poteſt quis puniri de auxilio: nam qui caſualiter reperitur præſens delicto, non dicitur præſtare auxilium. Bald. in l. ob hæc verba, num. 5. ff. de his, qui not. infam. Innocen. in cap. petitio. in fine. de homicid. Roman. conſ. 117. Pariſ. conſ. 152. num. 32. & conſ. 164. num. 12. cum ſequent. lib. 4. Angel. de malefic. in ver. dictus Andreas armatus. num. 4. Anchar conſ. 206. Carrer. in §. homicidium. num. 46. & 55. Non. conſ. 96. numero 3. & 8. Surd. conſ. 40. numer. 45. cum ſeq.

Secundò, quia non poteſt hîc procedi de auxilio, cum non conſtet adhuc de principali delinquente. Boſſ. de delict. num. 34. Bald. conſ. 229. colum. fi. volum. 3. Pariſ. conſ. 71. num. 10. volum 4. Surd. conſ. 40. num. 47. Clar. d. §. fi. quæſt. 90. verſ. ſcias. Farinac. de inquiſit. q. 3. num. 4.

Secundum etiam tollebatur:

30 Primò, quia de † iure ciuili quis nõ tenetur obuiare delicto, etiamſi poſſet id facere ſine periculo. l. 1. §. ſed in eo, & ibi Bart. ff. ad Syllan. Caſtr. in l. fina. C. de his quib. vt ind. Bald. in l. vt vim. quæſt. 8. ff. de iuſtit. & iur. latè Farinac. de indit. quæſt. 51. num. 4. cum ſequen.

31 & numer. 9. ampliat, quòd † neque de iure Canonico ad id tenetur: bene verum eſt, quòd in foro conſcientiæ quis peccaret. Barbat. in cap. 1. nume. 64. de off. deleg. Iaſ. in d. l. vt vim. colum. penultim. Farinac. in dict. quæſtio. 51. numero 25.

32 Secundò, quia † non tenetur quis obuiare delicto, ſi ei immineret periculum, vt hîc. Cagnol. in l. culpa. ff. de regulis iuris. latè Farinac. in d. quæſt. 51. num. 64.

Tertiò, quia † in omni caſu eſſet imponenda pœna mitior, & extra ordinem. idem Farinac. in d. quæſt. 51. numero 68. 33

ARGVMENTVM.

Percutiens clericum quando incurrat excommunicationem, cuius abſolutio ſit reſeruata Papæ, vel Epiſcopo.

SVMMARIVM.

1 *Offendens clericum quando incurrat in Can. ſi quis ſuadente. Et num. 3. 4. & 5.*

2 *Cauſa honoris, & vita æquiparantur.*

6 *Sacerdos eſt nobilior quocumque laico.*

7 *In foro animæ attenditur honor Dei.*

8 *Iniuria grauis dicitur, quando exceſſus eſt notorius. Et num. 17.*

9 *Notorietas continet in ſe ſcandalum.*

10 *Iniuria grauis dicitur, ſi offenſio eſt facta in platea, & loco publico.*

11 *Et quando hoc ſit verum. Et numero duodecimo, decimo ſexto, & decimooctauo.*

13 *Iniuria dicitur grauis, ſi eſt facta Abbati, &c.*

14 *Iniuria an ſit grauis, vel leuis, relinquitur arbitrio Epiſcopi. Et numero 15.*

19 *Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis non eſt dignitas.*

RESO-

RESOLVTIO XI.

QVIDAM Sacerdos altercans verbis cum Nobili Papienſi laico dixit ei, *ſe eſſe nobiliorem ipſo*, Quibus verbis ita percitus dictus Nobilis, percuſſit d. Sacerdotem in facie cum pugno, ex qua percuſſione exierunt de ore dicti Sacerdotis aliquæ guttæ ſanguinis.

Fuit dubitatum de duobus.

Primò, An dictus Nobilis ob dictam percuſſionem ſit innodatus excommunicatione contenta in cap. ſi quis ſuadent. 17. quęſt. 4.

Secundò, ſuppoſito eſſe excommunicatum, An præuia reconciliatione, & ſatisfactione partis poſſit abſolui ab Epiſcopo Papienſi, vel potius abſolutio ſit reſeruata Summo Pontifici.

In primo dubio dicebatur ad fauorem dicti Nobilis, illum non eſſe excommunicatum.

1 Primò, quia † dicta iniectio, ſiue percuſſio non fuit doloſa, prout videtur expoſcere, d. cap. ſi quis. cum fuerit ſubita turbati animi, ob dicta verba Sacerdotis. Ricard. in 4. ſent. diſtin. 18. art. 12. quęſt. 5. quem refert, & ſequitur Nauar. in Manuali. c. 27. num. 80. Nam primi motus non ſunt in poteſtate noſtra. Sylu. in ver. excommunicatio. §. 6. num. 6. Vnde neque peccaſſe mortaliter dici poteſt, ſecundùm Nauar. in d. c. 27. num. 85. Tolet. in Sum. in tit. de ſeptem peccatis mortalibus. cap. 1. numer. 5. & cap. 6. num. 31. lib. 5.

Præſertim cum percuſſio fuerit ita leuis. Nau. de ſent. excomm. lib. 5. conſ. 64. Caiet. in Sum. in verſ. excommunicatio. caſ. 4. Couarr. in c. alma mater. §. 1. num. 3. Excommunicatio autem requirit peccatum mortale. Sylu. in ver. excommunicatio. §. 3. numer. 11. Caiet. in eodem verſ. not. 6. caſ. 4. Nauar. d. cap. 27. numer. 76. & de ſent. excom. conſ. 18. num. 3. conſ. 20. num. 1. & conſ. 24. num. 2.

Secundò, quia † cauſa honoris, & vitæ æquiparantur. Nauar. in d. Manuali. cap. 15. numer. 3 Crauet. conſil. 2. numero 18. quinimò honor eſt propriæ vitę anteponendus. latè Farinac. de accuſ. quæſt. 15. num. 6. Gram. deciſ. 98. num. 3. ſed cuilibet pro defenſione ſua, imò & propinquorum, licèt offendere clericum. Innocent. & Abb. in cap. olim de reſtit. ſpoliat. Tabien. in verſ. excommunicatio. §. 5. caſ. 1. num. 12. cum ſeq. vbi etiam pro defenſione rerum firmat, poſſe percuti clericum. Idem tenet Nauar. in d. cap. 27. num. 82. verſ. decimaſexta. Vnde multò magis licere debet pro defenſione honoris. Nauar. in d. cap. 15. num. 4. Graff. deciſ. au. lib. 2. cap. 48. num. 40. & tunc non dicitur offenſio, ſecundùm Caualcan. deciſ. 27. num. 1, cum ſeq par. 5. Vide Farinac. de diu. crim. quæſt. 105. numero decimonono. 2

Cæterùm fuit reſolutum cõtrarium, cum dicta iniectio fuiſſet violenta, & cum ſanguinis effuſione, atque illicita, cum potuiſſet ille Nobilis tueri honorem ſuum cum mentita, & ſic verbis, vt infra dicetur, abſq; eo quòd deueniſſet ad percuſſionem, & ſic ſaltem adfuit † exceſſus Sum. Anton par. 3. tit. 24. §. 1. cap. 1. in puncto Nauarr. in Man. in d. capit. vigeſimoſeptimo. numero octuageſimoquinto. Foll. in pract. crim. in titul. de defenſ. numero vndecimo. Quicquid dicat Boer. deciſione 196. nam eius dictum intelligitur in foro fori. 3

Et primum partis fundamentum tollebatur: Tum quia † iniectio manuum violentarum in clericum habet in ſe malum animũ inferendi iniuriam. Nauar. in d. capit. 27. nu 76. verſ. 4

ſecunda. Facit, quod dicitur de homicidio, vel alio facto prohibito, quod, habere dolum in ſe, dicitur, vt ſupra dictum fuit in Reſolut. 9. numero 12. & 15.

Tum quia illa turbatio animi non prouenit ex iuſta cauſa, vnde non ex-
5 cuſat, quinimò † incurritur pœna etiam ordinaria. Clar. in §. fin. quæſt. 60. verſ. eſt etiam ita. Farin. quæſt. 20. numer. 48. & d. quæſt. 105. num. 150. Vel eſt ſaltem minoranda pæna. Farin. de pæn. temp. quæſt. 91. nu. 33. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 9. Accedit, quòd excommunicatio incurritur etiam per actum, in quo nulla eſt malitia, ſecundùm Azor. inſtitut. Moral. lib. 1. cap. 7. verſic. quod ſi obiicias.

Secundum ſimiliter tollebatur: Tum quia non videbatur agi de aliqua cauſa honoris dicti Nobilis, cum verè di-
6 ctus offenſus eſſet nobilior † offendẽte, attenta Sacerdotali dignitate. c. ſuſcepiſtis. diſtinct. 10. Abb. in cap. ſolitæ. colum 2. de ma. & obed. Dec. in cap. cum non ab homine. in princ. de iud. Sbroz. de off. Vic. lib 2. quæſt. 26. num. 12. Grat. conſ. 71. numer. 3. volum. 2. & num. 5. vbi dicit, Deos appellari, & Reges dici, per cap. Sacerdotibus. 11. quæſtione 1. & c. duo ſunt. 12. quæſtione prima.

7 Tum quia † in foro animæ attenditur ſolùm honor Dei: hinc præcipitur dilectio inimici. Matth. 5. Luc. 6.

Tum quia id poſſet eſſe verum in iactura honoris magna, quæ non eſt hic, vt patet ex ſupradictis. Nauar. in d. c. 15. num. 3. cum ſeq.

Demùm quia illa verba, *ſum nobilior tes* non ſunt de ſe iniurioſa, cum comparatiuum præſupponat poſitiuum. Farinac. d. quæſtione 105. numero 173.

In ſecundo proponebatur per dictum offenſum, non poſſe dictum Nobilem abſolui à dicta excommunicatione, niſi per Papam, ex quo iniuria erat grauis. Et hoc nitebatur oſtendere.

Primò, quia, quando † exceſſus eſt 8
notorius, dicitur iniuria grauis. Abb. in c. cum illorum. num. 9. de ſent. excomm. Sylu. in ver. abſolutio. §. 4. nu. 2. Tabien. in ver. enormis. num. 1. & in ver. excommunicatio. §. 5. caſ. 1. num. 45. Graff. decis. aur. conſc. lib. 2. cap. 48. num. 51. Et ratio eſt, quia notorietas † continet ſemper in ſe ſcandalum. 9
glo in d. c. cum illorum. in ver. mutilationem. dicta autem offenſio fuit notoria, cum fuerit facta multis præſentibus, & videntibus, prout teſtes depoſuerunt. Farinac. d. quæſt. 105. numero 189.

Secundò, quia grauis † iniuria dici- 10
tur, ſi percuſſio fuerit facta in platea, vt hic, ita in puncto exemplificat text. in §. atrox. inſtit. de iniur. & in l. 1. §. prætor. & §. fin. ff. eod. Abb. in d. cap. cum illorum. numer. 9. Sylu. in d. ver. abſolutio. §. 4. num. 2. cum ſeq. Tabien. in d. ver. enormis. num. 1. & in d. verſ. excommunicatio. §. 4. caſ. 1. num. 45. Graff. deciſ. au. in d. cap. 48. numero 51. Sum. Anton. d. par. 3. titul. 24. cap. 1. Borgh. de irreg. par. 6. in rub. de abſolutione ab excommunic. num. 8. Farinac. d. q. 105. num. 186. cum ſeq.

Et licèt Nauarr. in d. cap. 27. numero nonageſimoſecundo. dixerit, ſe credere, quòd † iniuria facta in loco pu- 11
blico ſit grauis, duobus tamen concurrentibus, nempe ſi ſit notabilis, & gignat aliquod magnum ſcandalum, & alleget Lap. alleg. 76. quam opinionem Nauarri ſequitur Philiar. de excommunic. lib. 3. cap. 33. in fine.

Tamen eius dictum nõ placuit, Tum quia

quia eſt contra communem opinionẽ Canoniſtarum, & Summiſtarum, ſecundùm Theſ caſ.conſc.lib.3. cap.28. nume.6. Tum quia quando percuſſio eſt notabilis dicitur iniuria grauis abſque eo, quod fuerit facta in loco publico, vt legitur in extrauag.perlectis.

Et in allegatione Lapi non poteſt
12 fieri fundamentum,cum † ibi percuſſio fuerit facta apud Eccleſiam,nõ autem in Eccleſia, vt omnes ſupponũt, & ſignanter Graff.in d.c.48. num.51. in fin. Inſuper Lap.fundat intentionẽ ſuam in priuilegio conceſſo clericis cõmuniter viuentibus. Abb.in d.cap. cum illorũ.nu 13.Sylu. in d.ver. abſolutio. §.4.nu.3. verſ. vndecimus. per tex.in c. quoniam. de vita,& honeſt. cleric.Sum.Anton.in d.par.3.tit.24. c. 1.verſ.tertiusdecimus.& verſ. vltimus caſus eſt Borgh.d.par. 6.in rub.de abſol.ab excomm. num. 8. verſ.quartus decimus eſt.

13 Tertiò, quia † iniuria grauis dicitur,ſi eſt facta Abbati,vel alteri in dignitate cõſtituto,vt habetur in d. extrauag.perlectis.Nauar.in d.cap. 27. num.92.Tabien.in d.verſ.enormis n. 1. Graff.in d.cap.48.num.49.& dictus offenſus, cum eſſet Canonicus,erat in dignitate conſtitutus. c. ſtatutum.de reſcript.in 6. Vel ſi eſt facta Sacerdoti, prout erat dictus offenſus, idẽ Farinac.d.queſt.105.num.195.

14 Quartò,quia licet,tan dicatur iniuria leuis, vel grauis, dependeat ab arbitrio Epiſcopi,vel Confeſſarij habẽtis facultatem abſoluendi.Nauar.in d. cap.27.num. 92. Tabien.in d.verſ.enormis,num.1.Graff.in d.cap. 48. nu. 52.Abb. in d c.cum illorum. num. 11. Sum.Ant.in d.par.3.tit.24.cap.1.verſ. Hoſtienſ.dicit.

15 Tamẽ in dubio † eſt iudicanda grauis,ne præbeatur occaſio faciliter lædendi Eccleſiaſticos, & ad tollendum periculum.d. extrauag.perlectis. Nauar.in d.cap.27.nu.92. Abb. in d.cap. cum illorum.num.11. Graf.in d.c. 48. num.52.Borgh.in d.par.6.in rubr. de abſolut.ab excomm.num.8.Præſertim cũ percuſſio in facie dicatur atrox iniuria de ſe.Farin.in d.q. 105. numero 207.

Cœterùm habito etiam voto peritorum,fuit reſolutum, iniuriam fuiſſe leuem, & ſucceſſiuè abſolutionẽ poſſe impendi ab Epiſcopo. Et adducebatur pro veritate dictæ reſolutionis.

Primò d.extrauag. perlectis.vbi percuſſio † ſimplex manualis dicitur leuis, 16
ſi nulla ex ea eſt relicta carnis ſugillatio,vel macula, ſiue dentium fractio, vel ſi nõ adfuit magna ſanguinis effuſio,quorum nullum horum hic interuenit;& ſtante d. extrauag. non ſunt attendenda dicta per Farin. quæſt.97. num. 157. in hac materia incurrendi excommunicationem; quicquid aliud eſſet circa iudicium ſæculare.

Secũdò adducebatur auctoritas plurium Doctorum,nempè Lap. in d.alleg.76.Card. cõſ.42.Abb.in cap. peruenit.in fin. de ſent.excomm. Dec.in cap.peruenit,el primo,num. 1. de appellat.Cald.conſ.7. de ſent. excomm. Clar.in §.fin.quæſt. 77.verſ. ſcias tamen.Graff.in d.cap.48.nu.52.Nauar. in d.cap.27.num. 92.Phil. in d.cap.33. circa fin. verſ. eſt quartò notandum. Borgh. in d.par. 6. in rubr. de abſol. excomm.nu.8.Aſten.lib.7.tit.13. quis abſolui poſſit ab excommun. art. 4. verſ.leuis autem.

Et primum fundamẽtum ex aduerſo deductum tollebatur ex eo, quòd percuſſio non † fuerit notoria, cum 17
fuerit viſa à duobus teſtibus tantùm. Sylu.in ver. notorium. §. 4. quæſt.4.

Nauar. in Manual. cap. vigeſimoquinto, numero ſeptuageſimotertio. verſicul. vndecimò peccat. Abb. in cap. veſtra. de cohabit. cleric. Menoch. de arbitr. iudic. libro ſecundo, articulo ſecundo. caſu centeſimo ſexageſimoſexto, numero octauo. Maſcard. de probation. concluſ. milleſima centeſimaprima, numero decimoſeptimo, cum ſequent. volumine ſecundo, vbi, ad inducendum notorium teſtes ſeptem ad minus requiri, firmat.

Secundum pariter fuit dilutum, ex
18 quo † dicta percuſſio non fuit facta in platea, ſed in porticu plateæ. faciũt dicta per Doctor. in l. cætera. §. hoc Senatus. ff. de legat. primo. vbi Iaſ. número ſexto, dicit ex mente aliorum, factum in porticu domus non dici factum in domo. Abb. in capitul. primo. numero quarto. de prim. & oblat. & in rubric. de conſecr. Eccleſ. numero tertio, Eò maximè quòd ſumus in odioſis. & in puncto allegabatur doctrina Ioann. Andr. relata per Maſcard. de probat. concluſ. milleſima centeſimaquinta, numero quinto, volumine ſecũdo. dum dicit, aliud eſſe fieri in platea, aliud in angulo plateæ.

Tertium ſimiliter fuit facillimè
19 confutatum. Nam † Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis non eſt dignitas. d. cap. ſtatutum. Cuch. inſt. ma. libro ſecundo, titulo primo. numero decimononono. Ioan. de Sel. in tractat. benefic. quæſtione ſexageſimaprima, numero ſecundo, vide conſilium ſecundum. Colleg. Bononiæ. numero quinquageſimonono. inter conſ Zabarel. Niſi lato ſumpto vocabulo. Achil. de Graſſ. de reſcript. deciſione prima, numero ſexto.

Vltimum tollebatur, cum conſtiterit ex ſupradictis, iniuriam fuiſſe leuem.

ARGVMENTVM.

Blaſphemus poteſt ab Epiſcopo puniri.

Item, Quomodo præſcribatur iuriſdictio.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt cognoſcere de crimine blaſphemiæ contra Laicum, cum ſit mixti fori. Et numero tertio.*

2 *Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur.*

4 *Tortura poteſt dari in pœnam de iure communi.*

5 *Iudex poteſt ex ſuo arbitrio pœnas legis augere, & minuere ex cauſa.*

6 *Palatium Epiſcopi eſt exemptum ab omni iuriſdictione temporali.*

7 *Epiſcopus poteſt in quolibet loco ſuæ Diœceſis exercere iuriſdictionem.*

8 *Facultas exercendi iuriſdictionem in alieno territorio, quo tempore præſcribatur. Et num.* 11.

9 *Tempus immemorabile habet vim priuilegij.*

10 *Demanium quanto tempore præſcribatur, & ius exercendi iuriſdictionem in eo.*

12 *Eccleſia Romana habet dominium directum, & ciuilem poſſeſſionem Regni.*

13 *Epiſcopus quomodo ſigillat in negotiis ſui Comitatus.*

14 *Epiſcopus pro tuenda iuriſdictione temporali poteſt vti gladio ſpirituali.*

15 *Delictum Epiſcopi non nocet Eccleſiæ, ſiue Epiſcopatui.*

RE-

RESOLVTIO XII.

REVERENDISSIMVS Dominus Epiſcopus Aprutinus, qui vti Comes habet ſub temporali iuriſdictione multos dicti Epiſcopatus vaſſallos, mandauit tribus ictibus funis plecti quendam Ioſephum vaſſallum ob blaſphemias per ipſum prolatas in Deum, & Sanctos, & alia per eundē delicta perpetrata. Inſurrexit N. Gubernator Terami prætendens, ex dicta tortura illata in dicta Ciuitate fuiſſe turbatam Regis iuriſdictionem, ſumpto prętextu, quòd nullus Baro poſſit exercere iuriſdictionem in ſuos vaſſallos in Ciuitate Demanij, prout erat dicta Ciuitas.

Fuit apprimè controuerſum. An id Domino Epiſcopo licuiſſet.

Et negotio maturè perpēſo, inclinatum fuit in opinionem affirmatiuam, ex pluribus.

Primò, quia abſolutiſſimum eſt in
1 iure, crimen † blaſphemiæ eſſe mixti fori, & proinde dictus Epiſcopus potuit deuenire ad dictum actū, non ſolum vti Baro, ſed etiā vti Epiſcopus. cap. 2. de maled. Clar. in §. blaſphemia. verſ. hoc crimen. Didac. Couar. pract. quæſt. cap. 10. nu. 2. Anchar. conſ. 196. num. 6. Cald. de foro compet. conſ. 11. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. n. 1. facit c. attenditur. 17. quæſt. 4. & cap. contra idolorum. 26. quæſt 5. Cū igitur Epiſcopus præfatus ſit ſuo iure vſus, friuolè prætendebatur, turbatā fuiſſe Regis iuriſdictionem, ete-
2 nim † nemini facit iniuriam, qui iure ſuō vtitur. l. iniuriarum. §. is qui. l. quod reipublicæ. ff. de iniur. Bald. in cap. licèt cauſam. nu. 4. de probat. Farin. quæſt. 105. num. 130.

Et dum obiiceretur, dictū blaſphematorem fuiſſe puniendum pœna triremium, iuxta pragmaticam Regni.

Fuit reſponſum, dictam pragmaticā eſſe intelligendam in ſolito blaſphemare, prout voluit Arnon. caut. 33. Farin. de delict. q. 20. nume. 43. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 5. nume. 5. in fine.

Præterea Epiſcopus † non ligatur 3
dicta pragmatica, ſecundùm Doctor. omnes in cap. Eccleſia. de conſtit. Gram. deciſ. 100. numero 3. ſed tenetur ſeruare ius commune, ſecundùm
quod † tortura poteſt dari in pœnam. 4
c. illi, qui 5. quęſt. 5. ibi; diuerſis cruciatibus tortor exigere; & ibi glo. in ver. exigere. c. cum beatus. 45. diſt. Luc. de Pen. in l. 1. C. de immunit. lib. 12. Pariſ. de Put. in tract. de Synd. ver. tortura. in princ. Iaſ. in l. 2. num. 14. ff. de iuriſdict. omn. iud.

Poſtremò, quia quilibet † iudex po- 5
teſt pœnas à legibus inductas augere, & minuere pro ſuo arbitrio, iuxta facti, & perſonarum qualitatem. l. etſi & ibi gloſ. C. ex quibus cau. infam. irrog. l. hodie. ff. de pœn & in pœnis ſtatutariis, vide Bartol. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in fin. ff. de his. qui not. infam. l. fin. ff. de recept. Tiraq. de pœn. numero 22. Natt. conſ. 458. numero 11. Vnde multò magis poterit Epiſcopus, & Baro, qui dicuntur iudices perpetui, & maiores. Caſtr. in auth. hodie. num. 1. C. de iud. Boſſ. de pœnis. nu. 9. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 96. numero 16. Farinac. de delict. quæſt. 17. num. 4. cum ſeq.

Dictus autem Epiſcopus fuit motus ád minorandam pœnam ex pluribus cauſis; nempè ex paupertate dicti vaſſalli, numeroſa eius familia, & ſubitania, quæ cauſæ iuſtæ ſunt ad minorandam pœnā, etiā vnaquæque de per ſe.

Abb.in c fin.num. 4. cum ſeq. de delict.puer.Capic.deciſ.27.nu. 19. Ant. de Nig.de commut.pœn.in cap.exercere volentes. nume. 33.Felin.in cap. qualiter,& quando.num.41. de accuſ. & num.45. vbi dicit; in dubio præſumi cauſam.Farinac. in d.quæſt. 20.numero 48.

Confirmatur,nam omnis pœna hodie eſt arbitraria, & in arbitrariis iudex redargui non debet. Farinac. d. quæſt.17.num.27.

Secundò,quia dicta tortura fuit illata intus palatium dicti Epiſcopi,vnde tollitur omnis differẽtia Demanij, cũ
6 palatium † Epiſcopale, licèt ſitum in Ciuitate Demanij,non dicatur tamen de Demanio,ſed ſit exemptũ ab omni iuriſdictione temporali,ſiue Imperatoris,ſiue Regis,cũ Eccleſia ſit Domina, & iuriſdictionaria. Andr. de Iſern.in add.ad Cõſtit. Regni in procem.col.16.lin.50. num. 60. Accedit, quòd palatium Epiſcopi gaudet immunitate,ſicut Eccleſia.cap.id conſtituimus.17.quęſt.4.Clar.in §.fin.quęſt. 30. verſ. ſcias etiam. Farin. de carcer. quæſt.28.num.48.Decian.tract.crim. tom.2.lib.6.cap.25.num.14. quicquid dicat in cap.29.num.15.

7 Tertiò, quia Epiſcopus † poteſt in quolibet loco ſuæ Diœceſis pro Tribunali ſedere,& liberè exequi,quæ ad eius ſpectant officium.c.cum Epiſcopus.& ibi Doctor.de off. ord. in 6. c. qua fronte.de appell.Abb.in c.meminimus.de appell.vbi firmat,Epiſcopũ poſſe citare ſubditum ſuum repertum in Curia Papæ. Ant. de Nig. in c.vt exercitium.num.3. Afflict.in conſtit. iudices vbique.num.11. Caputaq. deciſ.306.num.1.par.1.deciſ.201.par.2.& Nauar.de off.iudic.lib.1.conſil. 3. numero 1.

Quartò in puncto allegabatur doctrina Affl. in Conſtit.de quæſt. not. 1 vbi firmat,Comites,& Barones poſſe ius dicere inter ſuos vaſſallos in terris Demanij, ſine licentia Regis;& addit,hanc conſtitutionem eſſe ignoratam à certis Auditoribus Regię Curiæ.Foller.in ead.conſtit.nu.14. quod tangit Bald. in d. c. meminimus nu. 1.& doctrina Affl.eſt in vſu quoad Epiſcopum Aprutinum, vt infra dicetur.

Quintò,quia Epiſcopi Aprutini per tẽpus immemorabile fuerunt in poſſeſſione ſeu quaſi quieta, & pacifica exercendi iuriſdictionem in ſuos vaſſallos in dicta Ciuitate,prout notiſſimum eſt,ſed per † tale tempus,quinimò ſpatio xxxx. annorum acquiritur 8
facultas exercendi iuriſdictionem in alieno territorio.c.1.de præſcrip.in 6. c.vt litigantes.de off ord. Bald.in c. 1. num.1 de teſtib.cog.Iaſ.in l.extra territorium.nu.18.ff.de iuriſd. omn. iud. Gabr.de præſcript. concl.1. num.9.& maximè quando agitur de fauore Eccleſiæ, ſecundum Afflict. in Conſtit. Regni.rubr.48.de off.reprob.num.4. & Capic. deciſ.161.num.3.

Confirmatur ex longa ſciẽtia,& patientia Miniſtrorum Regiorum, quæ habet vim conceſſionis, vt aliàs dictũ eſt;& † tempus immemorabile habet 9
vim priuilegij.Andr. de Iſern.in cap. 1.§. præterea.nu.16. de probib. feud. alien & in Conſt.Reg.nu. 16. Afflict. in prælud.conſtitut.quæſt. 2.& quæſt. 24.num. 7.Gabr.in d.concluſ.1.nu. 1. cum ſeq.

Accedit etiam, Nam ſi † Demaniũ 10
ipſum præſcribitur tempore immemorabili.Andr.de Iſern.ſuper Cõſtit. Reg.in rubr.de probat. per inſtrumẽta publica.cap.1.colum.1.lin.70.quantò magis præſcriptũ dici põt ius exercẽdi iuriſdictionẽ in dicto Demanio.

Et hæc

Et hæc reſolutio reddebatur veriſſima,ex pluribus.

Primò, quia Ferdinandus Rex de anno 1408. confirmauit omnia priuilegia, & immunitates dicti Epiſcopatus circa ſuos vaſſallos, & omnes antiquas conſuetudines, in eiſque mandauit manuteneri : Quæ confirmatio tranſit ad ſucceſſores, ſtante clauſula, ex certa ſcientia. Afflict. deciſ. 128. numero 7.& 12 Gabr.de clauſ.lib.6.concluſ 1.num.33.

Secundò, quia dicta Ciuitas poteſt dici territorium dicti Epiſcopi,ex quo intitulatur dictus Epiſcopus, Princeps Terami. cum olim eſſet verus Dominus, ſaltem ob reædificationem dictæ Ciuitatis factam per eum.

Hinc eſt,quòd etiam hodie in eadeputat iudicem ſecundarum cauſarum, & olim creabat Notarios,ac iuramentum Gubernatori præſtabat, vt notorium eſt.

Tertiò, quia territorium vaſſallorum dicti Epiſcopi eſt promiſcuum & coniunctum cum territorio vaſſallorũ
11 dictæ Ciuitatis, & ſi ratione † confederationis licet exercere iuriſdictionem in alieno territorio.Iaſ.in d.l.extra territorium.num.21. quantò magis ratione vnionis, & coniunctionis Bald.in l.cum neceſſitatem. in fin. C. de fideicom.Felin.in c.tranſlato.col.2 de conſtit.
12 Quartò, quia Eccleſia † Catholica, & Apoſtolica habet directum dominium Regni, vt per Andr. de Iſern. in proœm.Conſtit.Regni. column.7. lin.10.

Quintò, quia non idem iudicandum eſt de ſimplici Barone, quod de Epiſcopo & Barone coniunctim, cum in mixto debeat præponderare qualitas Eccleſię,tanquàm dignior.c.tranſlato. de Conſtit.c.quod in dubiis,de conſecrat. Eccleſ.

Hinc Epiſcopus † & Comes ratione Eccleſiæ ſigillat quoad negotia Comitatus vti Epiſcopus. Abb.in c. inter dilectos num.5.de fid.inſtr. 13

Hinc clericus, licet non poſſit exercere iuriſdictionem temporalem, poteſt tamen,ſi illa eſſet annexa Eccleſię. Abb.in cap.clericis.numer.5.ne cleric. vel Monac.

Hinc pro tuenda † iuriſdictione in vaſſallos ſuæ Eccleſiæ poterit vti gladio ſpirituali. c. dilecto filio. de ſent. excomm.in 6.& cap.non minus.de immunit. Eccl. Caiet. in ver.excommunicatio.cap.40.circa fin. 14

Hinc ſi † Epiſcopus delinquat in Baronalibus,non poteſt priuari Eccleſia ſuis iuribus,& priuilegiis,quia,cum pertineat illa iuriſdictio ad proprietatem Eccleſiæ,requiritur licentia Summi Pontificis.gloſ.in cap.priuilegium. 11. q. 3. & cap. cum tempore de arbit. Bald.in l.iubemus.num.3 C.de Sacroſ. Eccleſ.Oſaſch.deciſ.138 num.19. cum ſeq.Ad quem autem appelletur in hac materia vide Couar pract. quæſt.cap. 4. numer.2. & textum ſatis clarum in cap.Romana. § debet de appel.in 6. à cuius deciſione non eſſet in dubio recedendum.Pariſ.conſ.27. num.10. volumine 3. 15

ARGVMENTVM.

Forenſis an poſſit excommunicari ob contumaciam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia præſumitur in dubio iuſtè lata.*

2 *Exceptio declinatoria dicitur amiſſa*

in pœnam contumaciæ.
3 *Clericus poteſt prorogare iuriſdictionem alterius Epiſcopi.*
4 *Contumax verus dicitur, qui fuit citatus perſonaliter.*
5 *Exceptio declinatoria quãdo ſit proponenda. Et num. 6.*
7 *Contumax reputatur pro præſente.*
8 *Foreſis inuentus in loco an poſſit citari coram iudice loci. Et num. 10. & 11.*
9 *Vagabundus poteſt vbiquè citari, & puniri.*
12 *Contumacia eſt peccatum mortale.*
13 *Peccat mortaliter tacens veritatem.*
14 *Excommunicari quis poteſt ob contumaciam.*
15 *Contumax non auditur.*
16 *Excommunicatio eſt vera pœna cõtumaciæ.*
17 *Sententia excõmunicationis in contumacia eſt interlocutoria.*
18 *Excommunicatio lata ab vno iudice quando poſſit declarari nulla ab alio.*

RESOLVTIO XIII.

FVIT processatus Rector Burgi Frãchi de cõcubinatu, & filio ex cõcubina ſuſcepto, & cum deponeretur, R. Ioannẽ de Ferrariis baptizaſſe dictum filium, fuit d. Ioannes citatus perſonaliter in dicto loco ad perhibendum veritatis teſtimonium ſub certis pœnis, & cenſuris, qui, cum noluiſſet cõparere, fuit in cõtumacia condẽnatus, & ex cõmunicatus à D. Vicario Epiſcopali Papię.

Et, cum D. Vicarius Vigleuani declaraſſet dictã excõmunicationẽ nullã, licèt ſub friuolis prætextibus, Cõtigit de duobus pro veritate rei diſcuti.

Primò, An d. Ioannes fuerit ritè, & rectè excommunicatus.

Secundò, An dicta declaratio facta per D. Vicarium Vigleuani poſſet de iure ſuſtineri.

In primo dicebatur ex parte dicti Vicarij Vigleuani, dictam ſentẽtiam excommunicationis fuiſſe nullam, & iniuſtam, ex tribus; & primò, tanquàm latã à iudice incompetente; ſecundò, quia excommunicatio non poteſt infligi, niſi exiſtente peccato mortali; tertiò, nam antequàm deueniretur ad dictam ſententiam, erat prius deueniendum ad mulctæ conſecutionem implorato brachio dicti Vicarij Vigleuani.

Cæterùm, re maturè perpenſa, fuit reſolutum, dictam ſententiam excõmunicationis fuiſſe, & eſſe omni parte iuſtam, & legitimam, prout † in dubio præſumitur, ſecundùm Gabr. lib. 2. de ſent. concluſ. 4. Maſcard. de probat. lib. 3 concluſ. 1296. Franc. Becc. conſ. 70. num. 7. & Surd. deciſ. 106. nu. 9. quæ concluſio veriſſima dicebatur eſſe in præſenti negotio, cum dicta ſententia ſit lata contra contumacem, qui non appellat. l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appell. Veſtr. in prax. lib. 3. c. 2. n. 24. Marant. de ord. iud. par. 6. verſ. & aduertatur circa contumacias nu. 19. 1

Et primum caput nullitatis ex defectu iuriſdictionis tollebatur.

Primò, ex eo, quòd nõ fuerit oppoſita in ſcriptis declinatoria fori per R. Ioannem corã D. Vicario Papiæ, vnde hodie non venit attendenda, cum in pœnam † contumaciæ dicatur de iure amiſſa exceptio declinatoria. 2 gloſ. & Doct. in l. ſi finita. §. item videamus. ff. de damn. infect. Ang. in l. cum, qui. ff. de priuil. cred. Theſau. deciſ. 265. nu. 2. Innocent. in cap. 2. nu. 3. de dilat. Afflict. deciſ. 133. nu. 2. Veſtr. in d.

in d.lib 3 cap.2.nu.25. Marant.de ord. iud.par. 4 diſt. 12. num 11. & 24. vbi adducit rationẽ, quia inducta dicitur
3 tacita prorogatio,quam† poteſt facere clericus alterius Epiſcopi, & allegat c Romana.§ contrahentes, de foro compet.in 6.Farinac.q 81. nu.199. vbi videtur tenere contra latẽ Capic. deciſ.9.num.1.cum ſeq.& num. 13. & aliam rationem adducit Innocent. in d.c.2.num.4. & Bellam.deciſ.671.qui loquitur in expreſſa. licèt Bald. in l. ſi qui ex conſenſu.num.10 in fin. C. de Epiſc.audien. dicat, non poſſe prorogari quoad poteſtatem excommunicandi,quia illa poteſtas venit ſolùm à Deo, quod intellige quoad perſonam iudicis ſæcularis tantum.

4 Dictus autem Ioannes erat† contumax etiam ver s, ex quo fuit citatus perſonaliter.Marant.in d. verſ. & aduertatur. circa contumacias. nume. 8. Veſtr.in prax.lib. 7.c.3.num 22. & 53.

Nec profuit dicere, exceptionẽ declinatoriam non fuiſſe proponendam coram D. VicarioPapiæ, cum dicta citatio fuiſſet temeraria notoriè. Bartol.in l.3 ff.de iud.Felin.in.c. cum ordinem.num 13. verſ. nihilominus tenendum eſt.de reſcr pt.

Tum quia id verum eſſe dicebatur
5 †in exceptione notoria loci non tuti, non autem in aliis exceptionibus. Imol.in d.c.cum ordinem & cap. cum ſuper.in fin.de o f. deleg.quem refert. Felin.in d.cap cum ordinem.num. 13. verſic.tertia concluſio.

6 Tum quia dicta concluſio† vera eſt in abſente,nõ autem in præſente, qui omninò tenetur exceptionem declinatoriam opponere.Felin.in l.c cum ordinem.nume.2. verſ.tertia declaratio,vbi teſtatur de cõmuni, & dictus
7 Ioann s dicitur fuiſſe præſens, cum † contumacia reputetur pro præſentia. c veritatis de dolo, & cõtumac. anth. qua in Prouincia.C. vbi de crim agi. op. Marant. in d. verſ. & aduertatur circa contumaciam.nu.30 & in puncto Innocent.in cap.2 num.4 circa finem.de dilat.

Secundò, quia in præſenti caſu nulliter allegabatur exc ptio incompetentiæ.

Tum quia dictus Ioannes fuit inuentus in loco Burgi Franchi Diœceſis Papienſis, vnde tibi potuit legitimè 8
citari,iuxta illud Domini.vbi te inuenio,ibi te iudico,& in pũcto eſt tex.in c.Romana.§.cõtrahentes,ibi, niſi inueniantur ibidẽ de foro compet in 6. Innoc.in c.fin.circa finẽ.vbi etiã Abb. n 21. de foro cõpet.&,hoc verũ eſſe in libero homine citato ponit Bart. in l. 1.num 2.C.vbi quis de curiali.&c.

Nec valuit dicere, id verum eſſe in homine vagabũdo citato,vel in Deo, aut Imperatore, nõ autem in alio iudice,prout diſtinguit Bart.in l. 1.num. 4.C.vbi de crim.agi.op.

Primò,quia dictus §. cõtrahẽtes loquitur generaliter, vnde nõ venit reſtringẽdus l.de pretio.ff. de pub. in rẽ act.Surd. conſ.34.n 3.vol.1.Becc. cõſ. 16.n.4. Præſertim quòd aliàs ille textus ſeruiret de vento, cũ † vagabun- 9
dus poſſit vbiq; citari & puniri. Clar. in §.fin quæſt.39.verſ. cæterũ ſi reus. Fa inac.de inquiſit.quæſt.7.n 13. Decian.in tract crim.tom. 1.lib.4.c.13.n. 5.Quinimò ex verbis dicti §. colligitur cõtrariũ, põderãdo verbum illud, Diœceſim, &c. vagabũdus enim propriè non dicitur habere Diœceſim. Farinac.in d. q.7.num.14.

Secundò nam de ſtylo & conſuetudine antiquiſſima Curiæ Epiſcopalis Papiæ quilibet † inuentus in Diœceſi 10
citatur, qui ſtylus eſt attendendus,cũ faciat ius. Afflict. deciſ. 78. numero

D.Vicarium Vigleuani nulliter, & iniuſtè declaraſſe, dictam ſententiam nullam.

Primò,tam reſpectu iuriſdictionis, cum eſſet incompetens, vt patet, quã reſpectu rei, cum ex ſupradictis clarè conſtaret de iuſtitia dictæ ſententiæ, & ſucceſſiuè iniuſtitia dictæ declarationis,& inſuper cum declaratio prę dicta fuerit facta non viſo proceſſu. Abb.in c.cum contingat. numer.2.de off.deleg.

Secundò , etenim, vt ritè poſſit deueniri ad dictum remediu m declarationis , debebat prius conſtare & de notoria nullitate ex actis , & de ſcandalo orto.Nauar.in c.cum contingat. rem.2.num.4.de reſcrip.& in Man.c. 27.num.3.in fin.S.Anton.in ſum.par. 3.tit.24.c.73.in fin.de ſcandalo autem non creditur iudici, ſed deſumi debẽt informationes. Menoch.de adipiſc. poſſ.rem.6.num.14.cum ſeq.vbi alios Doctores citat.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus poteſt officialem ſuum laicum punire.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt tenere familiam armatam.*
2 *Epiſcopus poteſt punire officialem ſuum laicum in officio delinquentem.*
3 *Præſertim ſi prorogauit iuriſdictionem.*
4 *Epiſcopus pro delicto poteſt imponere pœnam exily contra laicum.*
5 *Pœna omnis videtur eſſe hodie arbitraria.*

RESOLVTIO XIV.

VINCENTIVS collateralis Curiæ Epiſcopalis Papiæ fuit, vti præuaricator,& delinquẽs in officio, cõdemnatus ad triremes triennales per D.Vicarium Epiſcopalem, & deinde ad preces multorum,necnon intuitu pietatis , fuit dicta pœna commutata per Reuerendiſſimum D. Epiſcopum in exilium per annum à Diœceſi Papiæ , præſtita fideiuſſione de ſeruando,&c.

In hoc caſu contigit de duobus dubitari.

Primò, Nunquid d.Vincentius potuerit à d.D.Vicario puniri.

Secũdò,An Epiſcopus potuerit imponere dictam pœnam exilij.

In primo dubio , ſuppoſito pro vero,prout veriſſimum eſt,Epiſcopos † 1
poſſe tenere familiam armatam , tam ex vniuerſali conſuetudine,de qua teſtantur Berret.conſilio 3.num.10.Iorda.de ma.ca.ad Papæ defer.cap.8.numer.40.& Theſau.for.Eccleſ. par.1. cap.9.num.22.quàm de iure communi : prout poſt alios firmarunt Fuſch. de viſit.cap.32. num.13. Sbroz. de off. vic.quæſt.152.& quæſt.191.lib.2. Iordan.in d.c.8.num.7 & 60.Theſau.in d.cap.9.num.19 .& c.16.num.16. par. 2.Direct.inquiſit.par.3. quæſtion.56. comm.55.Quicquid dicant Felin.in c. ſignificaſti.num.4.de offic.delegat.& plures alij.

Quæ opinio ſuadetur.

Primò,nam cum Epiſcopus habea diœceſim , dicitur habere territoriũ. c.omnes.16.quæſt.1. cap. fin. de conſtit.in 6.Iord.in d.cap.8. nu.26. Theſaur.in d.c.9.num.30. Barb. in c.cum contingat.num.13.de off.ord.

Secundò, quia ſi Epiſcopus poteſt iudicare, & punire delinquentes. c.1. de off.ord.c.ſtatuimus.16.quæſt.1.ca. quiſquis.& c.attendendum.17.quæſt. 4 c quoniam.18.diſtinct.c.1 de adult. capit. in Archiepiſcopatu.de rapt.Felin.in cap.irrefragabili.num.5 de off. ord.fatendum eſt,poſſe tenere dictam familiam.arg.l. 2.ff.de iuriſdict. omn. iudic.& faciunt dicta per Iord.in d.c. 8.num.39.

Tertiò,etenim abſolutiſſimum eſt, Inquiſitorē hæreticæ prauitatis poſſe dictam familiam tenere, vt in Clem. 1.§.1.de hæret.Innocent.in cap.ſignificaſti.num 4. vbi etiam Felin. num. 3.de offic.delegat.Iord.in d.cap 8. nu. 41.Berret.conſilio 4.num.38.Direct. Inquiſ.d.par.3.quæſt.56.comment.55. Epiſcopi autem ſunt Inquiſitores Ordinarij d Clem.1.§.1.Direct.Inquiſit. d.par.3. quæſt.4.comment.53.& quæſtion 5.

Quarto, videbantur ponere gladium ad radicem diſpoſita per Sacr. Concil. Tridentin. de reformat. ſeſſ. 25.cap.3.ibi,per ſuos proprios,&c.vide Iord.in d.cap.8.num.36. Theſaur. in d.cap.9.num.24.& in d.cap.16.numer.18 Berret. in d. conſil.4. num.5 21.& 28.

1 Fuit reſolutum affirmatiuè,cum ſit clarum penes ſcribentes, ✝ Epiſcopū,
2 ſeu eius Vicarium Generalem poſſe officialem ſuum laicum in officio delinquentem liberè carcerare,& puniri. Archid.Ioan. Andr.& alij.in cap.ſi Epiſcopus.de off. ordin.in 6. Barb.in cap cum contingat.numer.11.& 13.de off.ordi. & faciunt dicta per Couarr. pract.quæſt.cap.10.num 2.

Quando autem officialis dicatur in officio delinquere, eſt videnda Rot. Rom.in nouiſſ.dec.574.par.1. & quæ pœna ſit imponenda pro delicto præuaricationis,vide Farina. de inquiſit. quæſt.4.num.15.

Et hoc indubitatum dicitur eſſe in præſenti facto; Tum quia Epiſcopus Papienſis vltra aſſiſtētiam iuris communis habet pro ſe conſuetudinem immemorabilem puniendi ſuos officiales laicos delinquentes in officio, prout extant plures proceſſus in Epiſcopali Cancellaria ad quod facit cap. 2.de except. in 6. & dictum Couarr. pract.quæſt.in d cap.10.num.2.verſic. primum vbi, Tum quia dictus Vincentius prorogauit ✝ iuriſdictionem 3
Domini Vicarij.Docto.in cap fin.de except.Felin in cap.ſignificaſti de foro compet.Barb.in d.ca. cum contingat.num.87. verſ.limita etiam niſi illi.Aufr.de poteſt.Eccl.in laicos.num. 25.verſ 31.

In ſecundo fuit pariter reſolutum affirmatiuè, cum apertum ſit in iure, Epiſcopum ✝ pro delicto poſſe impo- 4
nere pœnam exilij.cap.primo,de calumn.ca.cum non ab homine. de iud. cap.Felicis.de pœnis in 6. cap. in Synodo.63.diſtinct. cap.accedens.50.diſtinct Aufr.de poteſt. Eccl. in laicos. numer.27.verſ.trigeſimoquarto & in Clem.prima.de offi.ord. Diaz in praxi Canon.cap.137. Sbroz. de off. Vic. lib 2.quæſtio.159. & in puncto firmat Abb. in cap.2.num. 4.de cler.excommun.miniſtr.Foller.in praxi criminali,Can.par.2.verſ.& ſi confeſſi aut cōuicti nume.121.cum ſeq.quem refert, & ſequitur Clar.§.fin. quæſt.67.verſ. relegationis.in fin. Hinc Felyn. dum in d. cap.1. tenet contrariam opinionem loquitur per verbum, videtur.

Quæ reſolutio comprobabatur. Tū quia omnis pœna hodie videtur eſſe 5
arbitraria & arbitrium extenditur vſque ad mortem, ſecundùm Foller. in d.par.

d.par.2.verſ.& ſi conteſſi.num.138.& poſt alios Farinac. de Inquiſit. quæſt. 5.num.8.

Tum quia dictum exilium fuit impoſitum, quo ad dictam Diœceſim tantùm.& per modicum tempus, Vnde modica dicitur pœna. Farin.de delict.quæſt.19 num.17.

Et licèt Barbat. in d. cap. cum contingat.nu.79.dicat, Epiſcopum poſſe leuiter caſtigare, ſequendo gloſ.in ca. ſicut.7.quæſt.prima; Tamen non eſt attendendum eius dictum in pręſenti caſu, nam ipſe loquitur, Vel in perſonis non habẽtibus iuriſdictionem, puta in domino circa ſeruum, in patre circa filium, & magiſtro circa diſcipulum; Vel in Pręlatis inferioribus, prout clarius explicat num.116.

ARGVMENTVM.

Conſiderantur ali qui caſus cõcernentes immunitatem Eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1 *Bannitum occidens an ſit tutus in foro conſcientiæ.*

2 *Excommunicationem incurrit extrahens violenter confugientem ad Eccleſiam.*

3 *Interpretatio lata eſt facienda in fauorabilibus.*

4 *Fur famoſus an poſſit extrahi de Eccleſia.*

5 *Conſuetudo an ſit attendenda in tali materia. Et num.7.*

6 *Publicari ſufficit Conſtitutiones Papæ in Acie Campi Flori.*

8 *Proœmium declarat Conſtitutionem.*

9 *Bannitus ex vulneribus non poteſt extrahi ab Eccleſia de iure communi.*

10 *Reſtitutio extracti eſt facienda Eccleſiæ: Nec ſufficit dimiſſio libera.*

RESOLVTIO XV.

IN materia immunitatis Eccleſiaſticæ proponebantur aliqui caſus.

PRimus fuit. Duo banniti confugerunt ad Eccleſiam Parochialem loci Roueſchalę, à qua noluerunt recedere, imò in ea noctu dormire præſumebant, non obſtantibus pręceptis tranſmiſſis à Superiore Eccleſiaſtico ſub pœna excommunicationis latæ ſententię. Euenit quòd dicti banniti fuerunt nocte quadam à dicta Eccleſia extracti a ſuis inimicis, & extra eam interfecti. Fuit dubitatum de tribus.

Primò, An dicti occiſores eſſent tuti in foro conſcientiæ.

Secundò, An ob dictam violentam extractionem eſſent excommunicati, vel potius excommunicandi.

Tertiò, cùm aliqui principales occiſores obtinuiſſent literas abſolutionis à Sanctiſſimo Domino Noſtro, An poſſent vigore dictarũ literarum abſolui, non ſolùm ſupradicti, ſed etiam omnes alij ſocij, & complices.

In primo fuit reſolutum, ſupradictos eſſe † tutos in foro conſcientiæ, 1
ex quo vigebat Ordo Principis, vt banniti poſſent impunè offendi, & dicebatur, id eos feciſſe bono fine, &

zelo iuſtitiæ, ſine odio, & iracundia aliqua. Syluestr. in ver. aſſaſſini. numero 3. & in ver. homicidium. §. 1. numero 5. & 7. Tolet. in ſumm. in rubr. de quinto præcepto. lib. 5. cap. 6. numero 18. Farinac. de delict. quæſtione 23. numero 15 & quæſt. 103. numero 348. cum ſequen. vbi diſcutit, an de iure Canonico valeat tale ſtatutum. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. numer. 14. de Conſtit. Sot. libro 5. quæſtio. 1. articulo 1. de iuſtit. & iur. Boſſ. de foro compet. numero 142. & de hæret. numero 29.

Et licèt contrarium teneant allegati per Menoch. de arbit. iudic. libro 1. quæſt. 90. num. 6. & Caualc. deciſio. 11. num. 24. par. 5.

Tamen eorum opinio intelligenda eſt, quando id fieret cum odio, & iracundia, quæ poterant præſumi in dictis inimicis potius, quàm zelus iuſtitiæ, vt declarat idem Menoch. d. numero 6. & 48. vbi amplius dicit, tales eſſe puniendos tanquàm delinquentes. vide Decian. in tract. crim. tom. 1. libr. 2. cap. 12. num. 10.

In ſecundo fuit reſolutum, ſupradictos occiſores † incurriſſe excommunicationem. Tum per text. in cap. definiuit. ibi, Eccleſiaſticæ excommunicationi ſubiaceat. 17. quæſt. 4. Tum quia præfati dicebantur violatores immunitatis Eccleſiæ. cap. final. de immunit. Eccleſ. Farinac. de carcer. quæſtio. 28. numero primo. Violatores autem dictæ immunitatis incurrunt excommunicationem, tàm de iure, vt per Felin. in cap cum pro tantis. num. 3. de ſentent. excommun. vbi tenet id indubitatum, ſi eſt commiſſa violentia, vt hîc. Decian. in tract. crim. tom. 2. libro 6. cap. 28. ſecundùm Conc. Trident. de reform. ſeſſ. 22. capit. fin. & ſeſſ. 25. cap. 30. ac Bullam Cœnę Domini numero 15. 16. & 17. & Synodum Papienſem par. 4. cap. 20. Quicquid dicat Syluestr. in ver. immunitas numero 12. per cap. id conſtituimus. ibi, ſeparetur. 17. quæſt. 4. & vide ſuper hoc Farinac. d. quæſt. 103. num. 323. Remig. de immun. eccleſ. fallen. 8 & ſequen. Nauar. de immunit. eccleſ. libro quinto. conſilio 3.

Benè verum eſt, quòd Bulla Gregorij XIIII. ſuper immunitate Eccleſię edita de anno 1591. nono Kalend. Iunij non habet locum contra dictos occiſores, cum illa liget ſolùm officiales & Miniſtros Curiæ ſæcularis, prout colligitur ex præfatione, & aliis verbis dictæ Bullæ.

Sed caueant alij violare templa Dei, nam Deus ſolet id grauiſſimè vindicare. D. Paulus, ad Corinth. cap 3. Decian. tract crim. tom. 2. lib. 6. cap. 24. numero 20.

In tertio proponebatur, poſſe abſolui dictos ſocios, & complices, cum de eis fieret mentio in narratiua, & pręfatione dictarum literarum, & † in fauorabilibus præſertim animæ, eſt facienda lata interpretatio. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. 3

Sed inclinabatur in contrariam opinionem, ex quo in concluſione reſcripti, quæ attendenda eſt, ſecundùm Frãciſc. Becc. conſilio vigeſimoprimo. numero 38. & conſil. 55. nume. 2. nominabantur ſolùm principales, ad quos videbatur ſolùm referri clauſula illa: & eorum quilibet.

SEcundus fuit caſus. De licentia D. Vicarij Epiſcopalis Papiæ fuit extractus N. fur † famoſus, vt prætendebatur, de quadam Eccleſia Regularium, ad quam confugerat, & conductus ad carceres Epiſcopales, iuxta formam dictæ Bullæ Gregorij XIIII. fuit dubitatum, An extrahentes incur-

incurriſſent excommunicationẽ contentam in d.Bulla.

Et quidam dicebat,fuiſſe incurſam. Tum quia abſolutum eſt in iure, laicum gaudere immunitate Eccleſiæ, ſicuti clericum Clar.§.fin.q.30.verſi. quæro an fures. Remig. de immun. fall.21.Decian.tract.crim.lib.6.ca.26. num.1.

Et licèt fur famoſus de conſuetudine poſſit extrahi de Eccleſia, ſecundùm Farina.de ca. cer.quæſt 28. num. 51.& 57.Caualc.deciſ.21. num.15.par. 5.tamen hodie nõ poteſt extrahi,cum non ſit caſus comprehenſus in dicta Bulla. Præſertim,quòd dicta conſue-
5 tudo † dicebatur nulla, vti contraria iuri Diuino.Farinac. in d. quæſt. 28. num.74. Quinimò per dictam Bullam tollitur expreſsè omnis conſuetudo.Farinac.in d.quæſt. 28. numero 74.in fine.

Tum quia non fuit ſeruata forma Bullæ præfatæ, ex quo in actu extractionis non interuenit aliqua perſona Eccleſiaſtica ab Epiſcopo,vel eius Vicario deputata, prout requirebatur.

Et dum obiiceretur,dictam Bullam non eſſe in vſu in Statù Mediolani, neque in eo publicatam.

Fuit reſponſum,eſſe in vſu: Et ego pluries obſeruari vidi in Ciuitate Papiæ,prout de hoc extant proceſſus, & ſententiæ in Cancellaria dicti Epiſcopatus.

Et quoad publicationem dicebatur
6 ſatis † eſſe, quòd fuerit publicata in Acie Campi Flori in Vrbe. Abb.in c. nouerint.de ſentent.excommun. Fla. Pariſ.de reſignat.benef.lib.11. quæſt. 9.nu.11.cum ſeq. Gomeſ. in procem. reg.Cancel.quæſtio.11.Addit.ad Capell.Tholoſan. quæſt.444. Cuch.inſtit.ma,lib.1.tit.3.num.19. Sot. de iuſtit.& iur.lib.1. quæſt.1.art 4.Nauarr. de conſtit.conſ.1.num.19.& fuit reſolutum coram R.P.D.Penia in vna Papien.bonorum de anno 1598. die 16. Ianuarij, quicquid dicat Oſaſch.deci. 141.num.2. Vel ſatis eſt,fuiſſe moram in communi, ſecundùm Pariſ. conſil. 49.num 2.vol.4.

Prçſertim cum hic ageretur de iure Eccleſię & honore Dei Doctor.in cap.nouit.de iud.& de peccato, vnde vbique ſeruanda eſt.Surd. conſil. 282. num. 13. An autem dicta Bulla liget ignorantes quoad pœnam excommunicationis,eſt videndus Put. deci.281. par.1.

Cçterùm contrarium fuit reſolutum:Nam Miniſtri Eccleſiaſtici, qui extraxerunt, fuerunt in bona fide, cũ in Ciuitate Papię extet conſuetudo extrahendi de licentia tamen Iudicis Eccleſiaſtici ab Eccleſia confugientes, licèt caſus non eſſent ita graues,
quæ † conſuetudo valida eſt Remig. 7
in d.Fall.21.Clar.d.§.fin. quęſtio. 30. verſ.vlterius quęro.Couar var.reſol. lib.2.cap.20.numer.16.Diaz in pract. crim.can.cap.115.prçſertim quoad extractionem clericorum.Decian.in d. lib.6.cap.28.num.6.

Et dictum fuit, Bullam non obſtare, quia illa comprehendit ſolùm, & loquitur de Miniſtris Sæcularibus extrahentibus, ad compeſcendam eorũ audaciam, prout colligitur ex pręfa-
tione,†ſiue procemio eiuſdem, quod 8
declarat Conſtitutionem Ioan.de Amic.conſ.142.num.1.Socin.ſen.conſ. 21.num.4.& conſ.40.num.7. volum. 1.& habetur mens,& cauſa finalis legis.l.cum hi.ff.de tranſactio. Turret. conſ.86.num.12.volum.1.Becc.conſil. 21.num.7.& 37.Menoch.de præſump. lib.6.par.2.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ. 5.nu.2.& deciſ.457.nu.1.par.1. Pariſ.

de reſign.benef.lib.3.quæſt.5. num.9. Faciunt dicta in ſimili per Nauar. Ne clerici,vel monachi.conſ.4. nume.1. cum ſeq.lib.3.per Farin.quæſt.92.nu. 187. vbi dicit, tales Bullas eſſe ſtrictè intelligendas,& non extendendas. & numero 188. cum ſequent. refert aliquos caſus.

Tertius fuit caſus in Prætore Valentiæ, qui de Eccleſia Collegiata dicti loci, cum conſenſu tamen Præpoſiti dictæ Eccleſiæ, & Vicarij Foranei, extraxit violenter Romulium bannitum capitaliter ex cauſa vulnerum illatorum.

Et fuit in dicto caſu reſolutum.

Primò, dictum Romulium non † potuiſſe extrahi de iure communi, cum eſſet bannitus ex cauſa vulnerũ. Io.Igne.in l.1.§.ſi dominus.num.7.ff. ad Syllan. Couar. variar.reſolut. libro 2.cap.20.num.7. Quicquid tenuerint aliqui Doctores relati per Farinac.de carcer.quæſtio.28 numero 25. Nam eorum opinio videtur nimis oneroſa Eccleſię,& irrationabilis, ex quo capitaliter bãnitus cauſa homicidij neque poteſt extrahi, ſecundùm communem opinionem, de qua per Farinac.in d. queſtio.28. numero 47. Etiamſi eſſet homicida ex propoſito, niſi id proditoriè commiſiſſet, vt de communi teſtatur idem Farin.in dict. queſt.28.numer.23.Et vide Decian.in tract.crimin.dict.lib.6.cap.28.numero 17.

Fuit ſecundò reſolutum, poſt ſedulam facti conſiderationem, dictum Prętorem ſaltem ad cautelam fore, & eſſe abſoluendum ab excommunicatione, ex quo plurimùm dubitabatur de eius incurſu.

Tum quia dictus caſus non erat cõprehenſus verè in dicta Bulla, neque illius forma fuerat ſeruata.

Tum quia dictus Præpoſitus non habebat facultatem concedendi licẽtiam extrahendi, nam requirebatur ſpecialis deputatio per Epiſcopum, prout colligitur ex verbis Bullę prędictæ.

Tum quia dicebatur, fuiſſe conceſſam licentiam ſub conditione, nempe,quòd extractus conſignaretur Miniſtris Eccleſiaſticis,vel reſtitueretur Eccleſię, habito ordine à D. Vicario Papiæ,qui dedit talem ordinem, cum caſus non eſſet de comprehenſis in Bulla prædicta. Quinimo addebatur, quòd etiamſi dictus Prætor dictum extractum † dimiſiſſet liberum, ſed 10
non reſtituiſſet Eccleſię,adhuc incurriſſet excommunicationem, ſecundùm Nauar.de immun. Eccleſ.conſilio primo.

ARGVMENTVM.

Examinantur aliqua circa irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis efficitur Diaconus miniſtrans Extremam vnctionem. Et num.2.*

3 *Teſtes ſunt concordandi.*

4 *Irregularis efficitur Diaconus baptizans ſolemniter in Eccleſia, etiam ſi id fecerit iuſſu Curati dictæ Eccleſiæ. Et num.5.& 6.*

7 *Irregularis efficitur Diaconus benedicẽs aquam ad fontẽ ſolemniter.*

8 *Vicarius Generalis an poſſit diſpenſare ſuper dicta irregularitate.*

9 *Occultum dicitur, quod notum eſt etiam apud quinque.*

10 *Clericus excommunicatus inſeruiens*

niens Sacerdoti celebranti Sacrũ non ſit irregularis.

11 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare hodie ſuper irregularitate incurſa ob promotionem ad ordines ſacros ante tempus.*

12 *Baptizatus an dicatur puer, qui emiſerat ſolum partem corporis à parte retro.*

13 *Irregularitas quando ex culpa incurratur. Et num.14.*

15 *Dans operam rei licitæ non incurrit irregularitatem.*

16 *Irregularitatem non incurrit occidens inuaſorem ad neceſſariam defenſionem.*

17 *Dolus requiritur ad incurrendam irregularitatem.*

18 *Iudex in dubio non debet iudicare aliquem irregularem.*

19 *Aſsiſtens homicidio quando dicatur irregularis.*

20 *Irregularitas an incurratur ſolùm in caſibus à iure expreſſis.*

21 *Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper irregularitate proueniente ex homicidio caſuali.*

22 *Epiſcopus poteſt ordinare mancum in pede, cum poſſit defectus tegi veſtibus.*

23 *Percutiens clericum non inſignitum prima tonſura, licèt incedentem in habitu, nõ incidit in can. ſi quis ſuadente.*

RESOLVTIO XVI.

IN materia irregularitatis aliqui euenerunt caſus.

PRimus fuit in quodam presbytero N. qui ex duobus capitibus principalibus reſultantibus ex proceſſu dicebatur incurriſſe irregularitatem.

Primũ erat caput, nã per duos cõteſtes cõſtitit, ipſum † in Diaconatus ordine ſolummodò conſtitutum miniſtraſſe Sacramentum Extremę vnctionis cuidam laico. c.1. & ibi Doct. omnes. de cler. non ord miniſtr. Et ratio eſt, quia munus miniſtrandi dictum Sacramentum eſt proprium presbyteri, & Parochi tantùm. c. quæſiuit de verb. ſign. Tabien. in ſum. in ver. vnctio extrema. num.6. Nauar. in Manu. cap.22. num.12. cum ſeq. & expreſsè ſanciuit d. Concil. Trid. de ſacr. extr. vnct. ſeſſ. 14 can.1. 1

Neque poteſt dari aliqua varietas, ſeu contrarietas † in dictis teſtibus, cũ 2
in ſubſtantialibus eſſent concordes, & conteſtes. Bart. in l. eos. ff. de falſ. latè Farin. de oppoſ. cont. dict. teſt. quæſtione 66. parte j. numer.24. prout in dubio præſumuntur tales. Farinac. ibidem quæſt.65. par.2. num.75. Et teſtes
† ſunt ſemper concordandi etiam per 3
impropriationem verborum. c. cum tu. & ibi Doct. omnes. de teſtib. latè Farinac. d. quæſt. 65. par.2. num.43. & quædam fides, ſiue atteſtatio extraiudicialis non poterat de iure haberi in conſideratione, præſertim contra dicta teſtium iurata.

Secundum eſt, nam dum eſſet duntaxat Diaconus † baptizauit quendam 4
in Eccleſia Parochiali dicti loci ſolemniter. d. cap.1. & ibi Doct. omnes. Nauar. de cler. non ord. min. lib.5. conſ.1. Et ratio eſt, quandoquidem eſt proprium officium Sacerdotis baptizare, ſicut ad eum ſolum ſpectat conſeruare Euchariſtiam. c. conſtat. de conſecrat. diſtinct.4. S. Thom. in Summ. parte 3. quæſtione 67. art.2. Illuſtriſſ. D. Cardinalis Bellarm. de ſacr. Bapt. cap.7. Suarez. tom.3. diſp.23. ſect.2. vbi inquit, quòd Diaconus non habet ius baptizandi ex vi conſecrationis, & ex proprio officio, quod etiam firmat

S.Thom.in d.quæſt.67.art.1. & Henriq. in ſum.Theolog. mor. libro 2.de Bapt.Sacram.cap.28.nu.3.in litera F.

Nec poſſe excuſari videtur, quòd
5 † baptizauerit ſolemniter iuſſu,& impoſitione Curati dicti loci.d.c.conſtat. & c Diaconos. diſt.93.

Tum quia de dicta licentia non conſtat in actis, quæ tamen exhibenda erat vti fundamentum ſuæ intentionis.vulg.iurib.

6 Tum quia. quòd Diaconus † baptizans ſolemniter de licentia, ſiue iuſſu Parochi,incurrat irregularitatem, tenuit expreſsè Nauar. de cler. non ord. min.lib.5 conſ.1.& conſ.2 & idem firmauit Henriq.de Bapt.Sacr.d. lib.2.c. 29. num. 1. dicens, nunquàm licere Diacono baptizare ſolemniter, etiam in caſu neceſſitatis. Et licèt idem Nauar.in conſ.70.de ſent.excom. videatur tenere contrarium in foro poli; Tamen ſi benè eius opinio conſideretur,non eſt fundata neque iure, neque auctoritate, & tandem neſcit figere pedem,imò dicit, cum in foro contẽtioſo eſſe irregularem, & facit dictum Lapi alleg.28.in fi.Et verba dicti c.cõſtat.& d.c.Diaconos, vz.[abſque presbytero.]vel debent intelligi priuatim, non autem ſolemniter, vel abſque presbytero,ideſt,adhibeat ſuum miniſterium presbytero miniſtranti baptiſmum, prout declarat S.Thom.in d.artic.1.verſ.reſpondeo.

Tum demùm quia,ſuppoſito,ſed nõ conceſſo,Parochum poſſe hodie committere Diacono ſolemnem adminiſtrationem baptiſmi, tamen id reſtringendum eſſet, quando concurreret neceſſitas, vel alia cauſa grauior, quæ vim neceſſitatis ſaperet, ſecundùm S.Thom. in d.art.1. verſ. ad tertium. & Suarez. in d.diſput. 22.ſect.2. verſ. reſpondetur. prout exemplificat gloſ. in d. cap. Diaconos. & doctè firmat Sot in 4.ſent.diſt.4.quæſt.1.art.1. vbi dicit, olim id fuiſſe permiſſum in primitiua Eccleſia,vbi raritas erat Sacerdotum, & multitudo baptizandorum, ſed hodie vſum illum eſſe abolitum ob tantam copiam Sacerdotum, qui hodie ſunt in Eccleſia Dei,& præſertim in loco P tunc aderant quatuor, & vltra Sacerdotes.

Et ex his apertè colligitur,friuolam fuiſſe illam diſtinctionem allegatam in d. conſ.70. per Nauar. cum licuerit id facere ſolemniter,ſiue vti Diaconus feciſſet, & cum res ſit deducta ad forum contentioſum, non poteſt Epiſcopus ſuper irregularitate diſpenſare.Lap.d.alleg.28.& Sacr.Concil.Trident.de reformat.ſeſſ.24.cap 6.

Additur, quòd neque in foro conſcientiæ eſſet tutus dictus R.M. Tum quia non potuit reperire Doctorem tenentem expreſsè ſuper baptiſmo ſolemni.Tum quia vnius Doctoris opinio non eſſet probabilis, ex ſupradictis, & propterea non eſſet ſequenda, ſecundùm Tolet.in ſumm.lib.3.ca.20. num. 7.

SEcundus fuit caſus in quodam N. Diacono, qui alba, & ſtola indutus benedixit in Eccleſia Sanctæ Mariæ Gualterij Papiæ aquam ad fontem ſolemniter, preſentibus duobus,vel tribus perſonis.Et fuit dubitatum.

Primò, An dictus Diaconus eſſet irregularis.

Secundo, An dictus Vicarius Epiſcopalis poſſet vigore ſuæ facultatis ſuper dicta irregularitate diſpenſare.

In primo fuit reſolutum, dictum
Diaconum † incurriſſe irregularitatem, cum benedictio Aquæ, & illius exerciſmus ſpectet ſolùm ad ordinem Sacerdotalem, ſecundùm Spe- 7

culat.

culat. in Ration diuin. off.lib.4.cap. 4. Rebuff. in praxi benefic.libr.primo. cap.23.de immiſſione in poſſeſſ.numero 27. Theſaur.fori Eccleſiaſt.par.prima,cap.6.num.15. & legitur in Miſſali in rubr.ad benedictionem Aquæ, firmátque Syluestr. in ver. irregularitas. quæſt.12.num 14 Miniſtrans autem in ordine,quem non habet,efficitur irregularis.c.1. cum ſeq. de cler. non ord. miniſtr & cap.miniſtrare. 26. quæſt 6. Syluestr in d.numero 14. Graff.deciſ. caſ.conſc. part prima lib.4.cap 27 numero 31.Specul. tit.de diſpenſ. §.4.numero decimotertio. verſic. Item non ordinatus.

In ſecundo fuit reſolutum, poſſe
8 † D. Vicarium, præſertim abſente Epiſcopo, diſpenſare ſuper dicta irregularitate, iuxta diſpoſitionem Sacr. Concil. Trident. de reformat. ſeſſ.24. cap.6.Nauar in Manual.cap.27.numero 194.& 239.Sum.Coron.par.3.de ſuſpenſ.nu.6 in fine, & par.4.de ſacram. pœnit.num 26. Graff. deciſ.caſ.conſc. par.prima lib.primo,cap.13.num.30 & 39.& lib.4.cap.15.numero ſeptuageſimoquinto.

Et dum obiiceretur, d.Sacr.Concil. Trident. in d.c.6.loqui de caſibus occultis,non autem publicis & notoriis, prout dicebatur eſſe dicta benedictio.

Fuit reſponſum. in materia dicti ca-
9 pit.6.occultum † dici,quod notum eſt etiam apud quinque.cap.quis aliquando. §. hæc ergo. de pœnit diſt.j gloſſ. in cap.manifeſta.2. quæſt.j. in puncto Graff.in d.c.15.num.51.Henriq.in ſum. Theolog. mor libro decimoquarto. capit. vigeſimo. numero quarto. & in materia prophana, vide Gand. de malefic. in rubric. de rumore occulto.

Præterea licèt benedictio fuiſſet publica tamen malitia, & delictũ non erat publicum, cum aſtantes ignorarent.Diaconum facere exceſſum. Nauarr.in d.c.27 num.241.in fin.

Non negabatur tamen,factum dicti Diaconi fuiſſe delictum.d c.1 & cap. 2.de cler.non ord.min. Nauarr. in d. cap.27.num.194 141 & 142.vbi, aliàs non potuiſſe diſpenſari,firmat.

Tertius fuit caſus,An quidam N. Clericus † excommunicatus incurriſſet irregularitatem, cum inſeruiuiſſet Sacerdoti celebranti Miſſam. 10

Et fuit negatiuè reſolutum, cum inſeruire Miſſæ ſit actus exercibilis etiam per laicos. Ang.in ver.irregularitas.num.40.verſ.tertiodecimò.Nauar.in Manu. cap 27.num.244.verſic. dixi aliquid.

Quartus fuit caſus, Quidam N. promotus ad ordines ſacros ante tempus legitimum diſpenſari ſuper irregularitate cõtracta petiit à D.Vicario Epiſcopali.Qui reſoluit,quòd † licèt olim potuiſſet diſpenſare, cum factum eſſet occultum, iuxta ſancita per Sac.Concil.Triden.de reformat. ſeſſ.24.cap 6.Nauar.in Manu.cap.27. num.155.& 162 Henriq.ſum. Theol. mor.lib.14.cap.9.num.3 cap.18 num. 3.& c.ſeq.de irreg. & de indulg.cap. 13 numer. tertio.Borgh.de irreg.par. 6.de temp.ord.num 29.

Tamen hodie non poſſe per Bullam Sixti V.fœl. recordat. incip.ſanctum,& ſalutare.in illis verbis,videlicet[nec ſuper irregularitate per præmiſſa contracta,etiamſi crimen penitus occultum fuiſſet,&c.

Quintus fuit caſus.Cum quædam mulier eſſet in partu, puer non emiſit caput, nec manus, nec pedes, ſed tantùm partem corporis à parte

retrò, & cum mortis periculum videretur imminere, obſtetrix aſperſit aqua dictam partem pueri, & baptizauit de more; deinde puer natus eſt; Curatus certioratus de omnib⁹ ſubſecutis propoſuit, illum ſub conditione baptizare, licèt poſtea ſimpliciter baptizauerit.

Fuit dubitatum, An dictus Curatus incurriſſet irregularitatem.

Et quidam doctus vir tenebat opinionem negatiuam: ex duobus.

12 Primò, quandoquidem aliqui Doctores concludunt, † dictum puerum non fuiſſe verè baptizatum. Vide Armill. in ver. baptiſmus. num. 28. Tabien. ibidem §. 5. num. 10.

Secundò, quia ſufficiebat prima intentio Sacerdotis, cum intentio, & actus concurrerint eodem die. Henriq. ſumm. Theolog. mor. de baptiſmo. cap. 31. lib. 1. litera L.

Cæterùm ad cautelam fuit diſpenſatus dictus Curatus ab irregularitate, iuxta S. Concil. Trid. cum verè ille eſſet baptizatus. Nauar. de baptiſ. libr. 3. conſ. 1. num. 1.

SExtus fuit caſus. N. Sacerdos conduxit Villicum ad texēdam ſepem, & dum dictus Villicus adaptaret faſciculos arundinum ſimul, ſuperuenit dictus Sacerdos, & cœpit pede agitare d. faſciculos, ex qua agitatione d. Villicus amputauit digitum dexteræ ſuæ manus, & poſt paucos dies ex dicto vulnere obiit.

Fuit dubitatum, An dictus Sacerdos eſſet irregularis.

13 Et qui iam practicus dicebat, † eſſe irregularem, & allegabat pro ſua opinione. cap. continebatur. cap. ad audientiam. c. presbyterum. c. ſignificaſti. el 2. de homicid. volunt. Et adducebat inſuper pro fundamento, quòd debitam diligentiam non adhibuerit. Summ. Coron. de irreg. reg. 3. Sylu. in ver. homicidium. §. 2. verſ. poteſt.

Pro altera verò opinione, quæ videbatur verior.

Primò adducebatur c. lator. & c. tua de homicid. volunt.

Secundò, quia non videbatur poſſe † aſcribi aliqua culpa dicto Sacerdoti, cum daret operam rei licitæ in illo actu. c. clericus. diſtinct. 91. & c. nunquàm. de conſecrat. diſt. 5. Sylu. In ver. homicidium. §. 2. num. 15. Henriq. ſum. Theolog. mor. lib. 14. de irreg. cap. 15. nu. 1. in ſimili Nauar. de homic. lib. 5. conſil. 7. 14

Tertiò, quia in omni caſu culpa fuiſſet remota, & non ordinata ad caſum. d. cap. tua. §. fin. Nauarr. in Manu. cap. 27. numer. 193. 211. & 235. Henriq. in d. c. 15. num. 1. verſ. nec fit irregul. Pariſ. conſilio 96. num. 14. vol. 4. Nau. de homic. conſ. 10. num. 1. & conſ. 13. num. 1. lib. 5.

SEptimus fuit caſus. R. N. cum fuiſſet præſens cum enſe denudato prę manibus homicidiis duorum Hiſpanorum in rixa ſubſecutis, fuit per D. Vicarium declaratus irregularis; Fuit dubitatum, An dicta declaratio eſſet iuſta.

Et d. R. N. nitebatur docere de iniuſtitia dictæ ſententię.

Primò, quia ipſe aſſumpſit arma ad defenſionem propriæ vitæ, & ſic, cum † daret operam rei licitæ, & cum debita cautione, dicitur immunis ab omni incurſu irregularitatis. Henriq. ſum. Theol. mor. de irregul. libro 14. cap. 15. num. 1. & 3. vbi ampliat, id verum eſſe, quamuis excederet, aut negligens venialiter eſſet in vitando periculo præuiſo, aut quòd præuidere, & præcauere debuiſſet. 15

Quod comprobat ex lem. j. de homicid. vbi occidēs † inuaſorem ad neceſſariam 16

ceſſariá defenſionem non incurrit irregularitatem. Nauar. in Man.c.27. num.213.

Secundò, quia licèt in d.R.N. poſſet applicari aliqua culpa, tamẽ adhuc ſuſtineri poſſet, non incurriſſe aliquam irregularitatem.

17 Tum quia ad illam † incurrendam requiritur dolus. Abb. in c.paſtoralis. de appell. quem refert Nauar. in conſ. 18.num.5.de ſimon. qui dolus non dabatur hic ſtante rixa caſuali, & in loco præſertim publico. & patenti; vel ſaltem requiritur notabilis, ſeu lata culpa mortalis. Henriq. in d.c.15. num.5. nam venialis non ſufficit, ſecundùm eundem Henriq. in d.c 15. num.1.

Tum quia requiritur plena voluntas, & quòd effectus ſecutus procedat ex his, quę homo perfecta ratione debiti debet remouere. S. Thom. 2. 2. quæſt.64 art 8. Henriq. in d.c. 15. nu. 1. & in c.3 num.7. vbi dicit, ad incurrendam irregularitatem ex actu licito, vel illicito requiri, vt voluntario, liberoque actu ſit moralis cauſa propinqua efficax.

Tertiò, quia dicebatur ex proceſſu conſtare quinam fuerint, qui occiderint dictos Hiſpanos in puncto Henriq. in d.lib.14 de irreg.c. 14. num.3. vbi allegat Couar. d.clem.1.par.2.§.2. nume. 3. & Foller. in pract. crim. can. par.2.cap 22.num.10.

Quartò allegabatur in terminis dictum Nauar de homicid. lib. 5. conſ. 32. vbi ponit caſum facientem ad rem, licèt in fine dicat, expedire, vt ad tollendas lites fori exterioris, impetraretur diſpenſatio ad cautelam.

Confirmabantur omnia ſupradicta,

18 nam † in dubio iudex non debet iudicare aliquem irregularẽ. Pariſ. conſ. 96.num. 10.vol.4 Henriq. d.lib.14.de irreg.c.3.n.3. vbi ponit caſum de occiſo à pluribus. & firmat, iudicẽ in foro exteriori nõ debere dãnare hominem de irregularitate, quia, cũ ſit odiũ iure humano impoſitũ, reſtringi debet ad caſum indubitatũ & iure expreſſũ; & addit, in foro fori neminẽ iudicandũ eſſe irregularẽ vide Nauar. de homic. conſ.12. numero 12. lib.5.

Pro iuſtitia autẽ, & rectitudine dictæ ſententiæ allegabatur per D. Aduocatum Fiſcalem dictæ Curiæ.

Primò, quod dictus R. N. eſſet irregularis, ex quo † delicto opem tulit; 19
cum aſtitiſſet armatus, in pũcto Henriq. in d.lib 14. de irregul.c. 14. nu. 3. vbi dicit, præſentia alios animatos occidiſſe, omneſque fuiſſe vnam cauſam moralem, per tex. in cap. ſignificauit: el ſecũdo, de homic. Nauar. de homic. conſ.29 n.1. vbi dicit, irregularẽ eſſe, qui aliquo modo adiuuat ad occidendũ, per text. in c.tua, & c.ſicut. §. 1. de homicid. & in aſtãte rixæ. vide Nauar. de homic. conſ.14 cũ ſeq & in homicidio licèt caſuali ſi daretur opera rei illicitæ, vide Theſau. fori Eccl. par.2. c.40 n 42. & Foller. in d. cap.22. n.10.

Quod confirmabatur; Tum quia d. R.N. erat in capite rixæ, & propè occiſores, & homicidas; & vlterius fuit cauſa vnionis, & congregationis tot ſcholarium ſolitorum rixare, & tunc armatorum diuerſis armorum generibus. prout colligitur ex proceſſu: ex geſtatione autem armorum præſumitur malus animus glo. in cap.1. de pace Conſt. Sard. conſ.40. num. 7. Tum quia potuiſſet euitare, & præcauere periculum, ſe abſentando, dum prima rixa ſedata fuit prudentia aliquorum: faciunt dicta per Nauar. de homic. conſ.11. num.5. & conſ.29. num.1.

Secũdò adducebantur dicta per Nauar. de homic. lib.5. conſ.30. & de ſent. excomm. conſ.68.

20 Et quàmuis † in materia irregularitatis non ſit licita extenſio, cum illa incurratur ſolùm in caſibus à iure expreſſis.latè Pariſ.conſ.96.nume. 9. & 30.volum.4. Azor.inſt. Mor. lib.2. c. 11.in lit. A. Tamen licet de ſimilibus ad ſimilia arguere,ſecundùm eundem Pariſ.in d.conſil. 96. numero 31.cum ſeq.

Accedit, nam in vtroque foro ſemper eſt tenenda tutior pars,vt refert Henriq.in d.lib.14. de irregul. cap.3. nu. 4. Tolet. in Sum. lib.1.cap.29.nu. 4.& faciunt dicta per Farin.de temp. q.96.num.17.& 60.

OCtauus fuit caſus.Clericus N.acceſſit noctis tempore aſſociatus à quibuſdam ſcholaribus ad domum mulieris C. ad explendam libidinem, & cum fores eſſent clauſæ, & dicta C. nollet aperire,vnus ex dictis ſcholaribus dixit dicto Clerico hæc verba, [*ſaria bene tirare vna archibuggiata nella ſerratura della porta, perche s'aprirà.*] & dictus Clericus reſpondit, [*tira.*] & cũ exoneraſſet dictus ſcholaris archibugium,remanſit occiſa dicta C.quæ erat in dictis foribus appodiata, ne aperirentur. Dictus Clericus fuit de dicto homicidio proceſſatus, & cum prædicta non potuiſſent probari,fuit abſolutus.

Fuit in hoc caſu dubitatum de duobus:

Primò,An Epiſcopus poſſet diſpenſare dictum Clericum ſuper irregularitate à dicto delicto occulto prouenientе.

Secundò,An dictus Epiſcopus poſſet eundem Clericum diſpenſare,cum ex vulnere recepto à quibuſdam incognitis remanſiſſet in pede ſiniſtro mancus.

In primo dubio, poſt maturam caſus conſiderationem, fuit deuentum in illam ſententiam, vt † Epiſcopus poſſet diſpenſare vigore Sac.Concilij Tridentini de reformat.ſeſſ.24 c 6. 21

Primò,quia ille acceſſus, & exoneratio non tendebat ad mortem,ſed ad explendã libidinem. Doct.in cap. fin. de homic in 6.Pariſ.conſ.96.num.14. volum 4.Borgh.de irreg.par.6.num. 35.in tit.de homic. Sot. de iuſt. & iur. lib.5.quęſt.1.art.9.Nauar.in Man.cap. 27.nume. 240. & de homic. conſ.36. nume.9. lib.5. & in terminis Decian. in tract.crim.lib.9.c.36. numero 6.in fine.

Secundò, nam dans operam illicitã rei ita periculoſæ, vt ex ea communiter ſequi poſſit homicidium,non dicitur committere homicidium voluntariũ, neque per induſtriam. Henriq. in Sum. Theol. Mor.lib.14.c. 14. de irreg num. 1.dictum autem Conciliũ excipit ſolũmodo irregularitatẽ prouenientem ex homicidio voluntario.

Nec obſtat,in dicto Concilio excipi irregularitates prouenien̄tes ex delicto occulto, deducto tamen ad forũ contentioſum; Quia id verum eſt, ſi adhuc inquiſitio, & proceſſus vigeret. Sayr in Theſau.caſ.conſc. lib.7.c. 7.num 5.

Præterea non obſtat, quòd in peccatis in opere externo conſiſtentibus ſufficiat voluntarium, ſiue directo,ſiue indirecto,ſiue per ſe,ſiue per aliud, ſecundùm Azor. inſt. Mor. lib.1. cap. 14.quæſt.6 Quia ex hoc arguitur peccatum,quod non negatur hic contractum eſſe,ſed dubium eſt, an homicidium dicatur voluntarium in præſenti caſu,quoad impediẽdam abſolutionem,ſiue diſpenſationem Epiſcopi ab irregularitate.

In ſecundo pariter fuit reſolutum, Epiſcopum † diſpenſare poſſe. Roſel. in ver.vitiatus corpore.nume.2. Ang. in co- 22

in eodem verb.num.2. Tabien. num. 1. Armill.num.4. Nauar.in d.c 27 nu. 200. & in terminis, quòd Epiſcopus poſſit diſpenſare cũ Religioſo vt celebret cum pede ligneo, cum defectus valeat occultari veſtibus, vide Sylu. in verb. corpore vitiatus.num. fin. & licèt ſit difformitas, ſecundùm Henriq. in d. lib.14 c.8. tamen non eſt publica, nec talis, quòd ſcandalum generet in populo.

NOnus fuit caſus. P. Sacerdos percuſſit quẽdam puerum incedentem in habitu clericali, & tonſura, ſed nondum inſignitum prima tonſura, & cum die ſequenti celebraſſet Sacrum, fuit dubitatum, An eſſet irregularis.

Et dicebatur, eſſe irregularem, Quia licèt ille non eſſet verè clericus, tamẽ erat deſtinatus clericus, & inſeruiebat quotidie in Eccleſia Cathedrali, & ſucceſſiuè gaudebat priuilegio Canonis, ſi quis ſuadente. ſecundũ Archid. quem refert, & ſequitur Felin. in c. cũ adeo. num.2. de reſcript Gabr. de præſumpt. lib.1. concl. 12. numero 6. Decian. in tract. crim. tom.2. lib. 6.c. 17. num.14.

23 Verùm inclinauit † in contrariã opinionem, ſecutus glo. in cap. ſi verò, el. 2. vbi Abb. num.6. de ſent. excom. & Graff. deciſ. aur. par.1. lib 2 cap.49. numero 29.

Tum quia ille puer non dicebatur verè clericus, prout de communi teſtatur Gabr. in d. concl.12. numero 4. vbi plures auctoritates congerit. Et verba præſertim in odioſis ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda. l. non aliter. ff. de leg. 3. Turret. conſilio 8. numero 36. & conſ.72. numero 7. volumine 1.

Tum quia erat probanda illa deſtinatio.

Accedit S. Concil. Trident. de reformat. ſeſſ. 23 cap 6.

ARGVMENTVM.

Contractus quando dicatur vſurarius.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarum crimen eſt difficilis probationis.*

2 *Teſti deponenti de facto proprio credendum eſt.*

3 *Venditio præſumitur ſimulata, ſi venditor remanſit in poſſeſſione. Et nu. 11. & 12.*

4 *Idem ſi penſio locationis eſt exceſſiua. Et num. 13 & 14.*

5 *Idem ſi venditor id confeſſus eſt. Et num. 9 & 10.*

6 *Contractus talis iudicandus eſt, qualis ex forma eius apparet.*

7 *Contractus arguitur iuſtus ex iuſtitia pretij.*

8 *Coniecturæ hominis an ſint attendendæ.*

RESOLVTIO XVII.

IN vna inſtrumenti vſurarij dicebatur per Promotorem Fiſcalem, crimen † vſurarũ eſſe difficilis probationis. Corn. conſ.23. ad finem. volum.1. & proinde ex præſumptionibus, & coniecturis poſſe deueniri ad cõdemnationem in dicto crimine. cap. illa vos. de pign. Dec. conſil. 18. in princ. Corn. conſ. 288. colum.6. volum.3. Grat. conſ. 45. num.4. volum.2 Quales autẽ debeant eſſe dictæ coniecturæ, videntur repoſitæ in arbitrio iudicis, ſecundùm Menoch. de præſũp. lib.3. præſũpt.122. n.6.

Et quòd inſtrumentum venditionis furet vſurarium, allegabantur plures coniecturæ.

Prima fuit, dictum ipſiuſmet vendi-
2 toris, cui, † vti deponenti de facto proprio, plenè credendum eſt. Innoc. in cap. inquiſitione. de accuſat. Butrig. in c. cum cauſam. de teſtibus. Aret. cõſilio 71. colum. 2. Surd. conſil. 7 numero 45. Gabr. de teſtibus lib. 1. concl. 1. num. 18.

3 Fuit ſecunda, remanſio † venditoris in poſſeſſionem poſt contractum venditionis. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu. Bal. in l. emptione. C. plus valere, quod agitur, &c. Surd. deciſ. 34. num. 4. Turret. conſ. 87. nu. 2. vol. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 39. & dicta præſumpt. 122. num. 110. Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 439. num. 1. cum ſequent.

Quod verum eſt, etiamſi venditor conſtituerit ſe nomine emptoris poſſidere ſub titulo locationis. Corn conſil. 203. colum. 1. volum 3. Maſcard. in d. concluſ. 439. num. 9. & 24. vbi declarat.

Tertia fuit coniectura, exceſſiua
4 † penſio, quæ ſoluitur à dicto venditore ſub titulo locationis, habito reſpectu ad rem venditam. l. cum de indebito. §. ſi verò. ff. de prob. Maſcard. in d. volum. 1. concluſ. 442. num. 1. Menoch. in d. præſumpt. 122. num. 49.

5 Fuit quarta, confeſſio † ipſius emptoris, dum examinatus dixit, [*pig'iai il campo in pegno*,] & dictæ confeſſioni ſtandum eſt. l. generaliter. C. de reb. cred. cap. per tuas. de probat. Bald. in l. Deo. C. de epiſc. & cler. & conſ. 192. lib. 2. Becc. conſ. 3. num. 21 Turret. conſil. 16. num. 5. volum. 1. Surd. deciſ. 10. num. 12.

Cæterùm inclinatum fuit pro validitate dicti inſtrumenti.

Tum quia omnis contractus in dubio debet iudicari licitus, & iuſtus, non autem vſurarius. Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi ff ſi cert p t & in conſil. 487. lib. 1. laſ in l 1. colum. 5 C. de ſeru. fugit. & conſil. 153 lib. 4. Gozad conſ 55. colum. 3. Pariſ conſ. 54 num. 1. volum. 1. Grat. conſ nu 157. n. 12. vol. 2. Surd. conſ. 184. num. 8. vbi diſtinguit inter forum animæ, & contentioſum. Gabr. de malef. concl. 2. numer 3. cum ſeq. vbi declarat. lib. 7.

Tum quia verba ſonant in contractum venditionis, talis † autem eſt iu- 6
dicandus contractus, qualis ex forma ipſius apparet. cap. in ciuitate. de vſur. Bald. in cap. 1. de feud. da. &c. Soc. ſen. conſil. 90. colum 3. lib. 3 Becc. conſil. 35. num. 1. & conſil. 94. num. 2. Pariſ. in d. conſ. 54 num. 2. Turret. conſ. 98. nu. 9. vol. 1. Menoch. in d. præſumpt. 122. num. 2.

Tum quia conſtabat ex eo non ſolùm de actuali numeratione pretij. Alexand. conſ. 36. volum. 2. ſed etiam de
iuſtitia ipſius pretij, ex qua † arguitur 7
contractus iuſtus, & verus. l. ſi fundus. §. fin. ff. de pignor. Bald. conſilio 464. colum 2. lib. 3. Crauet. conſil. 145. columna 2.

Et adductis in cõtrariũ reſpõſũ fuit.

Primò, tunc in probatione vſurarum admitti præſumptiones, & coniectu-
ras, † quando illæ eſſent receptæ, & ap- 8
probatæ à lege, non autem ſi forent coniecturæ hominis. Bald. conſ. 21. colum. 2. lib. 4. quem ſequitur Crau. conſil. 145. col. 1. Grat. conſ. 45. num. 5. cum ſeq. vbi pulchrè declarat, volumine ſecundo. Quod intelligas iuxta cumulata per Farin. quæſtione 86. numero octuageſimooctauo & Maſcard. d. volum. 1. concluſio. 438. numero vndecimo.

Secundò

Secundò fuit reſponſum, coniecturas allegatas non eſſe attendendas.

Prima namque tollitur ex eo, quòd
9 † dictuſmet venditor porrexit querelam,& ſic ei non eſt credendum. Bald. in l. dictantibus. C. de teſtam. Alex. conſ.72 colum.4.& conſ.107.colum. 2.volum.1.Crau.conſ.6. numero 102. Farin.quæſt.60. numero 64.cum ſeq. vbi ampliat, vt nec faciat inditium ad inquirendum; præſertim quòd dicitur ſocius criminis. Farinac. ibidem. numero 82.Grat.conſil.60.num.1.volum. 2.

10 Præterea † dictus venditor iurauit in contractu omnia,& ſingula eſſe vera & non contrauenire,vnde non potuit allegare contractum ipſum vſurarium, & ſimulatum, non obtenta prius abſolutione à iuramentis,vt per Butrig in cap.cum contingat.de iureiur.Alex in l.nemo.colum.5.ff.de leg. 1.Dec in cap.dilecti.not.3. de except. Bald.conſ.118.colum.2.lib. 4. Crauet. in d.conſilio 6 nume. 14.Turret.conſil 1.num.26.& conſil.19.num.15.volum.1.

Secunda coniectura tollitur.

11 Primò etenim † illa procedit, quãdo non conſtaret de venditione,ſecus ſi conſtaret de ea per inſtrumentum, vt hic, prout ſic ſingulariter declarat Abb.in conſilio 49.in fine par.1.Dec. conſ.648. circa finem. Maſcard. in d. concl.439 num.21.

12 Secundò illa † non eſt vera,quando venditor conduxit rem venditam ab emptore,eique pẽſionem ſoluere ſingulis annis promiſit. Bart in d.l.ſicut. §.ſuperuacuum. circa finem. Abb.in d. conſil.49.Dec.conſil.463. numero 20.Corn.conſi 303. numero 7.volum. 3.Maſcard.in d.concl.439. numero 22 Præſertim quòd contractus locationis eſt à iure permiſſus. Crau. conſ. 145. numero 4.Alex. conſil. 121.volumine 5.Soc.ſen.conſ.88. & conſil.103.volumine 4.

Tertiò, ſimplicem remanſionem in poſſeſſione non eſſe ſufficientem ad præſumendum contractum vſurarium,nec minus ſimulatum, niſi alia concurrant;vt per Maſcard.in d.concluſ.439.num.8.qui teſtatur, ſic fuiſſe deciſum per Rot. Rom.

Tollitur tertia.

Tum quia † penſio fuit conſtituta ſecundùm loci conſuetudinem, quæ attendenda eſt, & excuſat. Bartol. in l.quis ſit.§.apud Labeonẽ. ff. de ædil. edict. Iaſ.in l.1. quæſt.4. C.de Sum. Trinit. & fide Cath. Dec.conſil. 170. colum.3 Abb.conſ. 15.par.1. Farinac. quæſt 95.nu.7.

Tum quia illa †. vera eſt, quando bona empta fuiſſent locata ſub tenui penſione & minori quã valeret.Bald. conſ.301.colum.2. volum. 5. quem ſequitur Crau.conſ.156 colum. 4. Menoch.d.præſumpt. 122.numero 84 hic autem res eſt locata ſub iuſta penſione, attenta dicta loci conſuetudine, prout attendenda eſt. Surd. deciſ. 80. num 3 & deciſ 166 num.36. Menoch. de præſumpt. libro.3 præſumpt.45. 14

Tum quia ſola iniuſtitia penſionis non eſt ſufficiens ad præſumendum contractum vſurarium. Crau. conſ. 145 colum.2. Menoch. in d præſump. 122.num.51.in fine.

Vltima coniectura tollebatur, quia dicta cõfeſſio fuit erronea, & propterea non attendenda. Bartol. in l. non fatetur.ff.de confeſ.Non.conſ.67.nu. 28.Surd.conſ.5 nume. 42.Maſcard.de prob.volum.1.quæſt.7.numero 19.De errore autem ſatis conſtat ex ipſo inſtrumento venditionis. Bellam deciſ. 691.Surd.in d.conſ.5.numero 43.Maſcard.in d.quæſt.7.numero 50.

ARGVMENTVM.

Iudex Laicus mandans capi clericum, & capiens, quando incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, aut Cã. ſi quis ſuadente.

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendam excommunicationem requiritur actus completus.*
2 *Bulla Cœnæ Domini.nume.19. quomodo intelligenda. Et numero 4. & 5.*
3 *Lex generaliter loquens eſt generaliter intelligenda.*
6 *Mandans non comprehenditur in ſtatuto loquente de faciente.*
7 *Et quando.*
8 *Iudex Laicus quando poſſit impunè capere clericum. Et num.9.*
10 *Abſolutio ad cautelam quando dãda.*

RESOLVTIO XVIII.

CVM Prætor Valentiæ laceſſitus verbis iniurioſis à R. Cæſare Stancho Canonico Eccleſiæ Collegiatæ dicti loci, mandaſſet ſuis birruariis, vt eum caperent, animo tamen conſignandi Superioribus Eccleſiaſticis, Vnus ex dictis birruariis iniecit manus in d. Cæſarem, qui ſe adeò defendit ab eo, vt non potuerit capi.

Fuit dubitatum in hac facti ſerie.

Primò, An dicti Prætor, & birruarius ſint excommunicati excommunicatione Papali contenta in Bulla Cœnæ Domini, num. 19.

Secundò, An ſaltem inciderint in excommunicationẽ Can. ſi quis ſuadente.17.q 4.

In primo dubio fuit reſolutum præfatos non incidiſſe in dictam excommunicationem.

Primò, quia dicta Bulla † loquitur de capiente, & ſic de actu conſumato, non autem de attentante. argum. cap. perpetuo. de elect. in 6. Sylu. in ver. excommunicatio. §. 6. nu. 2. in princ. Philiar. de cenſur lib. 3 cap. 33. not. 3. Facit, nam delicta non conſumata de conſuetudine totius Italiæ non puniũtur, præſertim ſi ſint leuia. Bartol. in l. 1. §. Diuus. ff. de quæſt. & de communi teſtatur Turret conſ. 9. num. 66. & conſ. 57. num. 1. vol. 1. 1

Secundò, quia, ſecundùm aliquos ſcribentes ſuper expoſitione d. Bullæ, illa † eſt intelligenda, quando caperetur clericus à iudice Laico pro cauſa criminali, in qua veniret puniendus pœna capitali, ſeu mutilatione membri, ſecus ſi alia pœna leuiori, cum leuia non ſint in conſideratione. Pariſ. conſ. 165. num. 14. vol. 4. 2

Verùm dictus intellectus non placuit, cum dicta Bulla loquatur non ſolùm de cauſis capitalibus, ſed etiam de criminalibus in genere, vnde † generaliter venit intelligenda de quacumque cauſa criminali, ſiue graui, ſiue leui. l. de pretio. ff. de publ. in rem act l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt. B. cc. conſ. 94. num. 10. Crauet. conſil. 20. nume. 9. Præſertim quòd in quacumque cauſa criminali militat eadẽ ratio quoad perſonam clerici, ratio autem magis attendenda eſt, quàm diſpoſitio. Alex. conſ 129. nume. 5. lib. 7. Turret. conſ. 76. num. 27. vol. 1. 3

Tertiò, quia † verba illa [proceſſare, capere, ſententiare, & exequi,] appoſita in dicta Bulla ſunt intelligenda copulatiuè, ſecundùm Tolet. in Sum. in ex- 4

in explicatione eiuſdem Bullæ.excommunicat.11.

Cæterùm eſt animaduertendum. Primò, quòd in Summa Toleti impreſſa de anno 1601. non legitur talis intellectus. Secundò,dictum intellectũ non eſſe attendendum: Tũ quia dicta Bulla loquitur per dictiones alternatiuas.Becc.conſil.42.nu.11. Turret.conſ.95.num.10.volum.1. Menoc. de retinend. poſſeſſ.remed.1.nume.10 Felin.in cap.inter cæteras. numer.2.de reſcript. Tum quia eſſet deſtructiuus immunitatis Eccleſiaſticæ, & priuilegij clericalis.

5 Quartò, quia dicta Bulla † eſt intelligenda, quando caperetur clericus animo retinendi carceratum, non autem conſignandi quamprimùm eius Superiori Eccleſiaſtico, hic autem fuit ordinatum capi animo conſignandi, quo ſtante non intrat dicta Bulla,ſecundùm Abb. in cap.cum non ab homine.de iud.Nauar.in Man. cap. 27.num.83.Graff.ſuper d.Bulla.numero 138.

Quintò,quandoquidem dictus Prætor videtur omninò excuſandus, cum
6 fuerit ſolùmmodo † mandans,qui non comprehenditur ſub ſtatuto loquente de faciente.Nauar.in d.c.27.numero 51.latè Decian.in tract.crim.tom.2. lib.9.c.32.&diximus in lib.1.Reſol.69. num.1.

7 Et quamuis † mandans percuti clericum incidat in d.Can.ſi quis ſuadente.ſecundùm Doctor. in cap.mulieres. de ſent.excomm. Sylu. in d.ver.excõmunicatio.§.6.num.5.Nauar.in d.cap. 27.num.78. Tamen id eſt,quia ſic fuit expreſſè deciſum quoad incurſum excommunicationis contentę in d. Can. ſi quis. ſecundùm Nauar.in d.cap.27. numero 51. faciunt dicta per Decian. in d.cap.32.num.3. Quod cum non reperiatur expreſſè declaratum quoad excommunicationem in dicta Bulla contentam, & agatur de odioſis, non eſt facienda extenſio. cap.odia. de reg. iur.in 6. Præſertim quòd quando dicta Bulla voluit includere mandantes, & conſulentes,expreſſim nominauit,idem Nauar.in d.num.51.

In ſecundo dubio, dicebatur pręfatos neque incidiſſe in d.Can.ſi quis.

Primò,quia dictus Prætor mandauit capi d. Cæſarem animo conſignandi, vtſupra, abſolutum eſt autem in iure, iudicem † laicum poſſe capere clericũ 8
delinquentem ad effectum prędictum. Sylu. in d.ver. excommunicatio. §.6. numero 14. Dec.in d.cap. cum non ab homine.numer.10.quia id fit ſuadente Deo,& publico bono. Nauar.in Man. cap.25.num.24.Clar.in §.fin.quęſt.28. verſ.ſi verò.Graff.deciſ.caſ.conſc p.1. 1.lib.2.c.48.num.4.& in explicatione dictæ Bullæ.num.138.Bernard.Laur.de poteſt.ſæcul.in Eccl.num.20. Aufrer. in eodem tract.verſicul.quartò in clerico in crimine reperto.fol.320. Menoch.de arbitr.iudic. lib.2.cent.2.caſ. 180.numer.23.Farinac.q.8.num.115.& 122.

Benè verum eſt,quòd tenetur clericum conſignare Superiori Eccleſiaſtico ſaltem infra xx.horas. Bernard.in d.tract. numero 20. vbi teſtatur,ſic de conſuetudine ſeruari.Quamuis Farin. in d.quæſt.8.numer.118. referat,communem opinionem Canoniſtarum eſſe,quòd conſignatio ſit facienda quantò citius,& hoc tutius eſſet ad effugiẽdum periculum cenſurarum.

Secundò,nam † ſi licet priuato capere clericum debitorem abſque incurſu 9
excommunicationis.Sylu.in d.ver.excommunicatio.§.6.numero 14. quantò magis licuiſſe dicendum eſt dicto Pretori capere clericum pro ſui hono-

ris defenſione. Nauar. in d. cap. 27. nu. 82. & in cap. 15. numer. 4. dicit, famam eſſe altioris gradus, quàm bona temporalia. Quod idem repetit in cap. 18. num. 10. Anch. conſ. 188. colum. 4. vbi inquit, crudelem dici, qui negligit famam ſuam.

Verùm re maturè perpenſa fuit inclinatum, vt præfati abſolutionem
10 † obtinerent ſaltem ad cautelam, cũ in d. Prætore poſſet dari animus vindicandi ob verba iniurioſa in ipſum prolata. Bart. in l. lex. ff. de iniur. & in l. ſi quis. nu. 4. ff. de falſ. & forſan verba prætenſa non eſſent iniurioſa ſaltem inſpècto animo dicti Cæſaris: Atque in dicto birruario caderet immoderatum factum, & exceſſus in captura. faciunt dicta per Nauar. in cap. ſi quis. de pœnit. diſt. 1. colum. 4. verſ. & ita concedimus.

Quibus accedit, quòd in dicto Cæſare non aderat ſuſpicio aliqua fugæ. Menoch. d. caſ. 180. num. 22. Farin. in d. q. 8. num. 117.

ARGVMENTVM.

Alloquens bannitos an ſit puniendus.

SVMMARIVM.

1. *Ex verbis generalibus nihil relinquitur intactum.*
2. *Allocutio cum bannitis præſumitur facta malo animo. Et num. 3. & 7.*
4. *Auctoritas ſuperioris excuſat.*
5. *Actus tribuitur committenti, non autem exequenti.*
6. *Actus ſubſequens præſumitur factus ex cauſa præcedenti.*
8. *Præfatio aperit voluntatem diſponentis.*
9. *Verbum, præſumere, requirit dolum.*
10. *Doli cauſa ceſſante, ceſſat præſumptio doli.*
11. *Ex fine bono præſumitur præordinatio bona.*
12. *Conuenticula quando illicita, & punienda.*

RESOLVTIO XIX.

FVERVNT carcerati Domini de Robertis, eo quia allocuti fuerint bannitos contra formam bannimẽtorum.

Et per D. Aduocatum Fiſcalem dicebatur pręfatos incidiſſe in pęnam d. bannimentorum.

Tum attentis verbis illis dictorum bannimentorum, nimirum, [ſub quouis quęſito colore, & prętextu, &c.] ex quibus † vti vniuerſalibus nihil relinquitur intactum. Bald. conſ. 30. vol. 1. Caſtr conſ. 430 col. 3. vol. 1. vbi ait, ex prohibitione generali non eſſe excipiendum, quod ipſa non excepit. 1

Tum quia dicta allocutio † eſt de genere prohibitorum, Vnde præſumitur de iure, quòd fuerit facta malo animo. Ruin. conſ. 2. in prin. vol. 5. Farin. de in. it. q. 52. num. 70. 2

Neque credendũ eſt † dicẽti, ſe fuiſſe allocutũ cũ bannitis iuſta ex cauſa. l. ſi non conuitij. C. de iniur. Barto. in l. Aurelius. §. idẽ quęſiit. ff. de lib. leg. 3

Cæterùm fuerũt dicti carcerati abſoluti.

Primò, quia ipſi fuerunt allocuti cũ dictis bãnitis de licẽtia, & mãdato Domini Gubernatoris ex cauſa treguæ, auctoritas † autẽ Superioris excuſat à pœna. gloſ. in c. dixit. 24. q. 5. Farin. de indit. qu. quinquageſimaſecũda. num. 4

83.& facit licitum, quod aliàs eſt illicitum.l.non videtur.§.qui iuſſu. ff.de regulis iur.cap.quiſquis. de regul.iur. in 6.Doct.in l.iuſtè poſſidet. ff.de acquir.poſſeſ.Farin.quæſt.97. nu.1. cum ſequ.

5 Quod comprobatur,nam † actus tribuitur committenti, non autem exequenti.Crauet.conſ.122.nu.1. Anchar. conſ.329.col.2. Decian.in tract.crim. tom.2.lib.9.cap.32.num.6.

Neque dubitandum eſt,dictam allocutionem fuiſſe factam ex cauſa dictæ
6 licentiæ,cum actus † ſubſequens præſumatur factus ex cauſa præcedenti. l. quædam. C. de rei vend.l.1. C.de acquir.poſſeſ. l. ſi à te. ff.ſi ſeruit.vendit. Crauet.conſ.234. colum.3.

Secundò arguitur ſic. Aut enim attendi volumus ius commune; Et non
7 datur incurſus pœnæ, cum † de iure communi non puniatur commedens cum bannito,aut alens eum. Signorol. conſ.125.columnn.1. puta caupo, pater, filius,vel frater, &c. Menoch. de arbitr.iud.lib.2.cent.4.caſ.348.nume.12. cum ſeq.

Aut volumus attendi bannimenta præfata: Et pariter non poteſt agi ad dictam pœnam,quia illa non incurritur,niſi quando malo animo,& gratia ſeditionis,atque ad turbandum ſtatum pacificum quis bannitos alloquitur.

Quod ſuadetur: Tum ex dictorum
8 bannimentorum præfatione, † quæ cauſam indicat finalem, ac voluntatem diſponentis aperit. l.item quia.ff. de pact.l.fin.& ibi Doct. ff.de hæred. inſt.Pariſ.conſ.69.num.5. & conſ.134. num.4.vol 4.

Tum ex illis verbis appoſitis in dictis bannimentis, nempè, [ſi quis audeat, vel præſumat, &c.] nam dicta
9 † verba præſupponunt dolum.Felin.in rubr.de præſumpt. Dec. in cap.2.de iud.Marſ.ſing.287. Crau.conſil.6.numer.18.Turret.conſ.8. num.15. vol.2. Plot.in l.ſi quando.numer.50.C.vnde vi.Dicti autem carcerati fuerunt allocuti bannitos, vt reducerent eos ad treguam,prout reduxerũt. Vnde cum ceſſet † cauſa doli, ceſſare debet omnis doli præſumptio, & pœna. Alex. conſil.69.colum.2.lib.2.Crau conſ.75. num.14. 10

Tertiò, quia Fiſcus non probauit, prout tenebatur, quòd dicti carcerati ſciuiſſent, illos fuiſſe bannitos. Turret.d.conſil.8.numer.9.Farinac.de inquiſit.quæſt.1.num.28. Clar.in §.fin. quæſt.31.verſ.ſcienter,& doloſè.& faciunt dicta per Menoch. in d.caſ.348. num.15.

Et præmiſſis accedit,quòd ſi ex actu facinoroſo ſequatur bonus effectus, pœna non eſt imponenda, nam † ex fine bono præſumitur præordinatio bona.l.ſi quis.Cod.de adult. Felin. in cap.1.num.14.de præſumpt. Ruin. conſ.1.cum ſequ. volum.5. vbi ponit caſum in occupante Caſtrum proditoriè cauſa occidendi bannitos, quod idem firmat Nell. de bannit.2.parte 2. temp.quæſtio.13.item decretum † puniens conuenticulas non habet locum in conuenticula facta ad aliquod licitum committendum. Iaſ. conſ.20.colum.fin.& conſ.86.colum.1. volum.3. Bal.conſilio 319.volumine 1. Alexand. conſ.111. volum.1. Crau. conſil.4. numero 15. 11 12

ARGVMENTVM.

Aliqui caſus in materia furti.

SVMMARIVM.

1 *Pro furto quis non poteſt puniri, niſi*

conſtet de corpore delicti.
2 *Furtum quando dicatur probatum.*
3 *Pro furto quando quis poſſit torqueri.*

RESOLVTIO XX.

IN crimine furti.

PRimus cõtigit caſus in quodam Sebaſtiano impicto, quòd ſubtraxiſſet nonnullas ſcripturas: Et dicebatur, forè abſoluendum.

1 Primò, quia † ex proceſſu non cõſtitit de corpore delicti, ſiue furto commiſſo Communitati, prout neceſſarium erat l.1 §.item illud. ff.ad Syllan. Boſſ. de delict.num 1.& 14.Brun de indit & tort. parte 2.quæſtione 5.numero 8. Clar. in §.fin.quæſt 4.& quæſt. 64.verſ.debet autem. Crau conſ.260. in princ Bertaz.conſ 39 num.5. Gabr. de malef.concluſ.17.num.13.Grat.conſil.95.numer 5.volum 2.Farinac.de inquiſit.quæſt.1.num.6. & quæſt.2. numero 14.

Quod verum eſt, etiamſi dictus Sebaſtianus confeſſus fuiſſet furtum ſcripturarum. Crauet. in d.conſil.260. in princ. Boſſ. in d.tit.de delict.num.15. Bertaz d.conſ.39 num.6. Farin.in d q. 2.num.7.cum ſeq. Becc. conſ.70.numero 3.

Secundò, quia teſtes, qui depoſuerunt ſuper dicto furto de publica voce,& fama,non probant: Tum quia non reddunt cauſam ſcientiæ, prout tenebantur reddere, aliàs dicitur vana vox vulgi, quæ nihil operatur, ſecundùm Pariſ. conſ.27. num.100. volum. primo. Quod verum eſt, etiamſi teſtes non eſſent interrogati, vt redderent cauſam ſcientiæ. Maſcard.de probat.volum.2.concl.749.num.12. cum ſeq.vbi alios citat. Surd. conſilio 151. num.75. & Natt. conſil.362.numer.9. Tum quia fama non probat, niſi concurrentibus aliis adminiculis. Clar.in §.fin.quæſt.21. in princ. Maſcard. d. vol.2.concl.753. numero 2 & 19. cum ſeq. Quinimò neque probat adminiculis concurrentibus in cauſa criminali.Felin.in c.veniens.nu.12.de teſtibus.Maſcard.in d.vol.2.concl.754.numero 3.

Secundò, quia N. teſtis examinatus pro Curia deponit, Franciſcum Cancellarium dictæ Communitatis confeſſum fuiſſe.ſe habuiſſe dictas ſcripturas, ſed illas tradidiſſe, & conſignaſſe d. Sebaſtiano. Vnde conſtat quiſnam habuerit ſcripturas, de conſignatione autem facta Sebaſtiano non eſt credendum dicto Cancellario, cum tractet de ſe exonerando l. omnibus. C.de furt.Bartol.in l.deferre. §.idem. ff.de iure fiſci Crau.conſ.112.num.10. Turrer.conſil.4.num 30. & conſil 20. num.12.volum 1.ex dicta enim depoſitione poteſt ſibi reſultare laus & opprobrium.Io.de Amic.conſ.137.num. 23. Maſcard. de prob. volum 3 concl. 1357.nu.1.

Accedit, quòd quatenus eſſet vera dicta conſignatio, tamen non poſſet conſiderari aliquod furtum,cum ex dicto actu excludatur animus contrectandi.Crau.conſ.3.num.5.& 24.

SEcundus fuit caſus in quodam Antonio imputato de furto rerum mobilium facto in domo cuiuſdam Nobilis.

Et dicebatur,d.Antonium eſſe liberandum.

Primò, quia non † conſtitit in proceſſu, quænam bona fuiſſent tunc in dicta domo.Grat.conſ.95.numero 5.& 27.vbi declarat, & conſ.100. num.4. volum.2. Becc.in d.conſ.70.nu.22.Farin.in d.quæſt.2.num.14. verſ. & propterea. 2

pterea.Caualc.deciſ.16.num.5.par.5.

Secundò, quia non fuit appoſitum in accuſatione, quòd dicta bona furto ſubtracta pertinerent ad d. Nobilem iure dominij, vel quaſi. Marſ.conſ.26. num.11.lib.1. Soc.ſen.conſ.8. numero 4.volum.1. Natt. conſ. 407. numero octauo.

Tertiò, quia non conſtitit, d. Antonium detuliſſe dicta bona ad domum ſuam, cum contrectatio de loco ad locum ſit de ſubſtantia furti. Iaſ.in l.3. §.ſi rem, num.1.cum ſeq. ff.de acquir. poſſeſ. Ioan.de Amic.conſ.60 num.5. & animo furandi. Caualc. in d.deciſ. 16.num.5.

Tertius fuit caſus in quodam Camillo, in cuius ſtabulo fuit reperta Aſina Vincentij, quæ fuerat furto ſubtracta iam per aliquot dies.

3 Et dicebatur, dictum Camillum † non poſſe torqueri.

Primò, quia licet res furtiua reperta pœnes aliquem ſit indicium ſufficiens ad torquendum. Grat.conſ.93. num.18.vol.2.Clar.in §.furtum. verſ. ſed nunquid. & §.fin. quæſtion.21. in fine.

Tamen id verum non eſt, quando ille, apud quem dicta res furata fuit reperta, eſſet bonę vocis, conditionis, & famæ. Marſ.ſingular.392 Plot.in l.ſi quando, numero 882. C.vnde vi.Rol. conſ.45.numero 41.volum.1. Turret. conſ.54.num.7.&18.volum.1.vbi inquit, prę ſumi recepiſſe animo conſeruandi.& de communi Clar.in allegatis locis.Natt.d.conſ.362.nu.5.

Per teſtes autem examinatos ad defenſam d. Camilli non ſolùm conſtitit de bona fama, & conditione ipſius in genere, ſed etiã in ſpecie circa furta.Rol.in d.conſ.45.num.41.

Secundò, quia dicta Aſina erat modici valoris, cum foret, vt aſſerebatur, [*vecchia, & ſcianghatta,*] Vnde tortura ipſa fuiſſet maior pœna. Crau.conſilio 41.numero 9.& conſilio 157.numero 12.Pariſ conſilio 171.numer.22. volumine 4. Grat.conſilio 45 numero ſeptimo.volum.2.Farina. de indit. quæſtio.38.numero 6. & quæſtio.42. numero 6.

Et quamuis de conſuetudine aliter ſeruari teſtetur Farin.in d. quæſt. 42. numero 19. Tamen in contingentia facti bonum eſt abſtinere, ſecundùm Soc.ſen.conſ.8.nume.2. vol.1.Præſertim in perſona bonæ famæ, & quando conſuetudo non eſt ita probata.

Nec obeſſe dicebatur depoſitio cuiuſdam mulieris nomine Luciæ.

Quia patiebatur plures defectus.

Primò, quia fœmina non probat in criminalibus.Grat.conſilio 93.numero decimoquinto.volumine ſecundo. Maſcard.de probat. concluſ. 767. numero primo.volum.2.& conclu.1358. num.30.volum.3. latè Farinac.quæſt. 59.num.1. Præſertim quòd dicta Lucia erat pauperrima, & vilis. Maſcard. d.vol.3.concl.1356.num.36.

Secundò, quia deponit inueriſimilia.Surd.conſilio 61.numero 38 & cõſilio 132.numero 21. iudex autem debet attendere quod veriſimile eſt. Crauet.conſ.61.numero 9.& conſilio 73.numero 41.

Videbatur in præſenti caſu, ſuppoſita conſuetudine, eſſe deueniendum ad torturam licèt leuiter, ſtantibus ſupradictis: Præſertim quòd in ſimilibus delictis, quæ occultè fiunt, ſufficiant coniecturæ aliquando ad condemnandum. Grat.conſilio ſexageſimoprimo, numero decimoquinto, cõſilio nonageſimotertio, numero vndecimo, & conſilio nonageſimoſexto, vol.2.& in materia furti vide Natt.d. conſ.407.num.5.& 13.

QVartus fuit caſus in R.Ghia, qui in primis videbatur cōdemnandus in pœnam exilij pro furto bonorum mobilium per eum commiſſo noctis tempore, quamuis ex proceſſu conſtaret de vnica eius confeſſione, ex quo illa fuit facta ſpontè, & ſine tormentis. Clar.§.fi.quæſt.65. verſic. ſed quæro nunquid. Farinac.quæſt.81. num.8.cum ſeq.

Neque dictæ confeſſionis reuocatio admitti potuiſſet, niſi prius conſtitiſſet de errore, ſecundùm Clar. in d.§. fin.q.55.in fin. Et ad dictum errorem probandum debet dari terminus ipſi reo confeſſo competens, poſito tamē ipſo ad largam, ſecundùm Farin.quęſtio.38.numer.100. & dict.quæſt.81. num.315.

Et fuit impoſita dicta pœna mitior; Tum quia d.Ghia erat Sacerdos. vide cumulata per Caualc.deciſio.21.par.5. Tum quia ſponte confeſſus eſt. Clar. in d.§.fin quæſt.60. verſ. non deſunt. Farinac. in d.quæſt.81.num.26.& 172. Direct.inquiſit.par.3.com.12.column. 5. vbi ampliat, etiamſi dicta confeſſio fuiſſet facta ſpontè, ſed metu probationum. Tum quia furtum erat vnicum. Clar.in §.furtum.verſi.ſed quæro. vide Farinac. quæſt. 23. numero 3.

Non obſtante, quòd fuiſſet factum de nocte, quia dicta circunſtantia non aggrauat hoc delictum, ſecundùm Farin.q 18.num.71.

Dicebatur ſecundò, d.Ghiam poſſe interrogari, tam de aliis furtis, ſecundùm Clar. in dict.§.fin. quæſtion.ſexageſimaquarta. verſicul. ſucceſſiuè quæro, & Farinac.quæſtion.trigeſimaſeptima, numero centeſimo ſexageſimotertio, & centeſimo ſexageſimooctauo, quàm de ſociis criminis Clar.in d.§.fin.quæſt.21.verſi.dictum Farinac. in dict.quæſtio.trigeſimaſeptima, num.174.

QVintus fuit caſus in alio Sacerdote, qui dicebatur ſuper furto pecuniarum commiſſo per R.S. & de eo condemnato in contumaciam, torquendus, cum ex proceſſu reſultarent contra eum indicia legitima, & ſufficientia.

Primum quorum erat, conuerſatio, quam dictus Sacerdos habuerat cum dicto S.Bald.conſi.95.num.6.volum. 1.Farin.quæſt.43. num.174. & quæſt. 52.num.85. Præſertim cum dicta conuerſatio fuerit continua, & antiqua. Farin.q 2.num.16.& d.quæſt.52.num. 88.& 91.

Secundum fuit, allocutio ſecreta d. Sacerdotis cum d R. S. eadem nocte, qua fuit furtum factum. Bald.conſilio 250.numero primo, volumin.1.Farin. quæſt.43.num.175.

Et quamuis teſtes deponentes ſuper dicta allocutione viderentur pati nonnullas exceptiones; Tamen dicebatur, eſſe admittendos, cum in delictis difficilis probationis admittantur teſtes inhabiles. Farin. quæſt.59. numero 8.Maſcard.de prob. concl. 749. numero 18. volum. 2. Non eſt autem ambiguum, furtum commiſſum de nocte eſſe difficilis probationis. Farinac.q.37.num.159.

Tertium fuit indicium, abſentia d. Sacerdotis à loco poſt furtum patratum. Far.n.d.q 2.num.20.

Quartum fuit, publica vox, & fama contra eundem. Farin.quæſt.47.num. 11.& 206.

Addebatur, quòd indicia ſunt arbitraria. Farin quæſt.36. numero 252.& quæſt. 37. numero 192. Et in delictis difficilis probationis iudex debet eſſe promptior ad torquendum. Farin. in d.quæſt.37.num.150. Ferret. conſil.51. num.15.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Confeſſio erronea an poſſit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio erronea, probato errore, poteſt reuocari vſque ad ſententiam.*
2 *Etiamſi eſſet pluries repetita.*
3 *Error dicitur probatus, vbicumque apparet, rem aliter ſe habere. Et num. 5.*
4 *Error etiam in facto proprio poteſt allegari.*
6 *Scriptura officialis à publico deputati probat.*
7 *Iudex in deprahendenda veritate debet inſpicere quod veriſimile eſt, non autem quod eſt poſsibile.*
8 *Fraus non præſumitur, maximè pro re modica. Et num. 9.*
10 *Ad fraudem euitandam magis præſumitur error, quàm malitia.*
11 *Numerus ſupplet defectum teſtium.*
12 *Coloni teſtes an probent. Et numero 13.*

RESOLVTIO XXI.

DVo per Fiſcum prætendebantur contra Antonium.

Primò, quòd extraxerit granum ſiue frumentum de vno loco ad alterum abſque licentia ſuperioris contra formam bannimentorum.

Secundò, quòd non aſſignauerit integram grani recollecti in ſuis bonis quantitatem contra formam Decretorum.

Et licèt dictus Antonius eſſet in cōfeſſis quoad primum caput, vnde veniret condemnandus, etiamſi inordinatus eſſet proceſſus Farin. de inquiſit. q. 1. num. 35. Tamen dicebatur, omninò eſſe reſoluendum.

Et pro fundamento præmittebatur primò, quòd confeſſio † deliberatè facta, probato errore, poteſt tanquàm erronea reuocari ſemper vſq; ad ſententiam. Bal. & Iaſ. in l. error. C. de iur. & facti ign. Dec. in l. 1. C. de error. calc. Rom. conſ. 391. colum. 1. Gabr. de confeſ. concl. 6. nu. 6. & 11. lib. 1. Farin. de ind. & tort. q. 38. nu. 101. cum ſeq. & q. 81. num. 315. 1

Quod verum eſt, † etiamſi confeſſio iurata fuiſſet ſæpius repetita. Alexand. conſ. 102. col. pen. verſ. circa aliud. vol. 1. Pariſ. conſ. 131. nu. 35. volum. 1. Ruin. conſ. 10. col. pen. lib. 3. Rol. conſ. 69. nu. 51. vol. 3. Farin. in d. q. 81. num. 318. 2

Secundò, quòd ſicut error † dicitur probatus, vbicúmque apparet rem ſe aliter habere, ita & confeſſio erronea. Bart. in l. cum fatetur. ff. de cōfeſſ. Alex. in d. conſ. 102. Rol. d. conſ. 69. num. 48. Dec. conſ. 408. Pariſ. in d. conſ. 131. col. pen. Crau. conſ. 157. num. 7. & conſilio 188. num. 9. 3

Qui error † etiam in facto proprio poteſt allegari eo ipſo, quòd probetur, rem aliter ſe habere, ſi tractetur de damno vitando, vt hic cōtingit. Bart. in d. l. non fatetur. & l. ſed etſi. ff. de cond. indeb. Rol. in d. conſ. 69. Crau. conſ. 157. nu. 8. & conſ. 188. nu. 10. Natt. conſ. 630. nu. 11. & conſ. 674. nu. 13. Farin. in d. q. 81. num. 343. cum ſeq. vbi declarat. 4

De errore † autem confeſſionis manifeſtè dicebatur conſtare per retroſcriptionē bullettinorū factā à notariis ad id deputatis, & clarū eſt, per dictam retroſcriptionē ꝓbari, rē aliter ſe habere, ſicut per inſtrumentū, cū illa per notariū fuerit facta. Ruin. conſ. 127. nu. 16. vol. 3. Pariſ. conſ. 88. num. 37. vol. 1. 5

Alex.conſ.81.num.18.volum.6. Rol.d. conſ.69.num.51.

6 Quinimò † ſcriptura Officialis à publico deputati fidem facit, licèt talis perſona non ſit publica. Bart.& alij in l.quædam.§.numularios.ff.de eden.Alex.conſ.179.in princ. volum.6. Soc. ſen.conſil.159.in princ.volum.2. Dec. in cap. cum cauſam.columna 2.de probat.

Et licèt poſſibile eſſet, quòd vltra retroſcriptas potuiſſet alias ſalmas

7 grani extrahere; Tamen iudex † in deprehendenda veritate debet inſpicere non quod poſſibile eſt, ſed quod eſt veriſimile.Bal.in l.ſcripturas.colum.2 C.de fide inſtr. Crau. conſ.61.col.pen. Et non eſt præſumendum, neque veriſimile, quòd extraxerit, quia cum fraus

8 † delictum dicatur, in dubio non pręſumitur. Crau. conſ.21.num.4. maximè in homine bonæ famæ. Crauet. conſ.65.num.12, Farin.q.89.nu.4.cum ſequent.

Quod comprobabatur: Tum quia

9 pro re † modica non præſumitur quis voluiſſe committere fraudem. Natt. conſ.38.nu.10.Ruin.conſ.15 num.3. & conſil.42 num.18.vol.2. Tum quia ad

10 euitandam † fraudem magis præſumitur error, quàm malitia. Dec.conſi. 175.num.5. Pariſ.conſ 169. numer.58. vol.1.Grat.conſ.99.nu.5.vol.1.Menoc. de adip.poſſeſ.remed.4.num.491.& de præſumpt.lib.6.pręſumpt.22. Farin.in d.q.89.num.7.

Quoad ſecundum, pariter dicebatur eſſe deueniendum ad ſententiam abſolutoriam, ex quo rem aliter ſe habere fuit probatum per teſtes, qui licèt colonii plenè tamen probant: Tum

11 quia ſunt numero plures, numerus † autem ſupplet defectum. Alex. conſil. 57.col.6.vol.7.Curt.iun.conſ.368.col. 4.Soc.iun.conſ.146.nu.16.vol.1.Farin. q.55.n 227.Tum quia † partiariis colonis creditur de conſuetudine. Soci. 12
iun.in d.conſ 146.n.17.& conſ.135.n. 8.vol 2 Farin.in d.q 55.nu.217. Tum demum quia eis † eſt credendum magis, vti melius de re informatis. c. in 13
literis. de teſtibus. Marſ. in l.1.§. ad quæſtionem. col.1.ff.de quæſt. Grat. conſ.181.num.65 & conſ.182.num 29. vol.2.& Farin.in d.q 55 nu.228.

ARGVMENTVM.

Vindicandi animus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Vindicta, & inſultus quando, & ex quibus præſumantur. Et numero 2.3.& 4.*

5 *Tractatus an probetur ex ſecuta allocutione. Et num.6.7.& 8.*

9 *Tortura purgat omnia indicia.*

10 *Proteſtatio, citra præiudicium probatorum, quando releuet.*

11 *Ex inſultu excluditur omnis animus præmeditatus.*

RESOLVTIO XXII.

LVcius interſector Flauij non videbatur puniendus pœna homicidij ſaltem ordinaria. Quia per multas coniecturas conſtitit in proceſſu, dictum Flauium fuiſſe prouocatorem, & inceptorem rixæ, iuxta dicta per Farin. quæſt.91.num 7.cum ſeq.Caualc.deciſ.9.num.9.& 63.& deciſ.27. num.1. cum ſeq.par.5.

Primáq; erat cõiectura, quia † dictus Flauius fuerat parum ante percuſſus alapa.

alapa à dicto Lucio, vnde veriſimile eſt, quòd voluerit vlciſci iniuriam, quæ veriſimilitudo eſt multùm attendenda. Felin. in cap. dilecti. de except. Blanc. pract. crim. par. 3. defenſ. num. 14 Alex. conſ. 14. verſ præterea. vol. 3. Bertaz. conſ. 27. num. 16.

2 Secunda erat, nam † dictus Flauius poſt receptam alapam iter cœpit verſus ſuam domum, & dixit [*aſpetta, aſpetta*,] ex quibus verbis pariter demonſtratur eius malus animus. Bertaz. conſ. 1 num. 8. & conſ. 121. num. 4.

3 Erat tertia, quia † dictus Flauius, aſſumpto archibugio de domo, poſuit ſe in angulo viæ, per quam dictus Lucius coactus erat pertranſire, ex quo oſtenditur malus animus. Carrer. in §. circa. num. 142. Blanc. in d. 3. par. num. 16. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 361 num. 43.

4 Quarta erat, quia † dictus Flauius videns Lucium venientem, [*ſi ſcoſtò dalla bottegha, & andò à mezza ſtrada*, & ſic primus mouit ſe de loco ad locum verſus dictum Lucium, vnde dicitur ſe preparaſſe ad inſultum. Bartol in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup feciſ. dic. & in l ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil.

Quinimò innuit verſus eundem, & dixit, [*ab cornuto*.] Blanc. in d. parte 3. numer. 23. Cæpol. conſil. 29. Ioan. de Amic. conſilio 23. in princip. Gramm. deciſ. 22. num. 14. & conſil. 29. nu. 8. Et dictus Lucius non debebat expectare percuſſionem. Corn. conſ. 107. vol. 1. Rim. ſen. conſ 13. nu. 28. Clar. in § homicidium.

5 Et dum Fiſcus niteretur oſtendere, dictum Lucium præcedente tractatu † interfeciſſe Flauium, ex quo ſecretè allocutus fuerat antè patratum homicidium cum Iulio eius ſocio. Bartol. in l. ſi quis mihi. §. pater. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi ventri. §. eorum ratio. ff. de priuil. cred. Blanc. in l. fin. numero 232. ff. de quæſt. Farinac. quæſtione quadrageſimatertia. numero 176.

Primò fuit dictum, id † concludere 6
tribus concurrentibus, nempè, inimicitia capitali præcedente, ſecreta allocutione, & homicidio incontinenti ſecuto, alioquin, altero prædictorum ceſſante, tractatus non præſumitur. Bald. in l. 1. colum. 3. Iaſ. colum. 6. C. de ſeruit. fugit. Rip. in d. l. ſi ventri. §. eorum. not 3. Dec. conſil. 234. in fine Rimin. iun. conſilio 88. volumine primo. Simon. de Pret. conſilio 15. Burſat. conſilio 20. volumine primo. conſilio 216. numero 30. volumine ſecundo. Crauet. conſilio 35 numero quarto. Petr. à Plac. libro primo, capit. 14. numero ſexto. Clar. §. fin. quæſtione 89. in fine. & ampl. Ioan. de Amic. conſ. 59. columu. 3. Menoch. de arbitr. iud. libro 4. cent. 4. caſ 361. num. 49.

Sed hic de inimicitia non conſtitit, quæ † veniebat probanda etiam in 7
ſpecie. Bald. in l. ſi quis. in fine. C. de teſtibus. Gram. deciſ. 34. numer. 21. & conſ. 44. num. 7.

Et †. ſecreta allocutio fuit ad alium 8
finem, & bonam partem, prout præſumendum eſt. Marſ. conſilio 21. numero 12. cum ſeq. Accedit, quòd inditium ſecretæ allocutionis reputatur læuiſſimum. Bald. in l. non hoc. in fine. C. vnde cognat. Ioan. de Amic. conſilio 134. numero quarto. & præſertim quando allegatur contra perſonam bonæ vitæ, & famæ. Maſcard. de probat. volum. 1. concluſione 419. numero 11. cum ſequent.

Secundò fuit dictum, quòd dictus Lucius interrogatus pluries in tormentis de tractatu, ſemper negauit, vnde † dicitur omnia purgaſſe inditia, 9

vt tradit Alexand. in add. ad Bartol. in l. vnius. §. reus. ff. de quæſt. Clar. in d. §. fin. quæſt. 64. Chart. de execut. ſent cap. ban. capit. 2. num. 60.

10 Proteſtatione autē illa, † citra prēiudicium probatorum, &c. non releuat quoad interrogata, vti cōtraria facto. Boſſ. de confeſſ. num. 29. Bertaz conſ. 53 in fine.

11 Tertiò, quia ex dictis verbis, & † inſultu dicti occiſi excluditur omnis animus prēmeditatus Lucij. Menoch. in d. conſil. 361. num. 34. & ſucceſſiuè delictum non dicitur commiſſum attento iure Ciuili. Doctor. in l. 1. C. vnde vi. ſecus inſpecto iure Canonico, ſecúdùm Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 2. cap. 19. numero 5. & vide Pariſ conſil. 165. numero 23. volum. quarto vbi dicit, non eſſe fugiendum pro honore.

ARGVMENTVM.

Pax quando dicatur fracta.

SVMMARIVM.

1 *In pœnalibus non fit extenſio.*
2 *Qualitates omnes cenſentur repetitæ in lege addita.*
3 *Pax non dicitur fracta ex noua cauſa.*

RESOLVTIO XXIII.

IN materia pacis fuit dubitatum, An particularis quidam, qui contrauenerat, teneretur ad pœnam, de qua in Conſtitutione Prouinciæ Marchiæ libro quarto, capit. 76.

Et dicebatur, non teneri.

Primò, quia pæna dictæ Conſtitutionis habet locum in pace facta inter Ciuitates, Caſtra, Terras. & Villas per Rectorē. ſiue eius auctoritate, in pœnalibus † autem non fit extenſio de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam. c. odia. de reg. iur. in 6. Pariſ. conſ. 29. numero 12. volum. 3. Soc. ſen. conſ. 49. numero 10. vol. 1. Becc. conſ. 35. num. 19. 1

Et licèt per cap. 77. dicta Conſtitutio extendi videatur ad particulares; Tamen animaduertendum proponebatur, dictum cap. 77. eſſe intelligendum ſecundùm diſpoſitionem dicti cap. 76. & ſic vbi pax fuiſſet facta inter ipſos particulares per Rectorem, vel de eius auctoritate: omnes † enim qualitates influunt, & repetitē cenſentur in lege addita. Alex. conſ. 6. colum. fin. & conſ. 89. num. 11. volum. 2. Dec. conſ. 90. in princ. Soc. iun. conſil. 143. num. 55. volum. 3. Hic autem non fuit facta pax per Rectorem, neque eius auctoritate. 2

Secundò, quia, † cum rixa ſucceſſerit ex noua cauſa, pax non dicitur fracta. Doct. in l. aut facta. §. cauſa. ff. de pen. Pariſ. conſ. 165. nu. 28. vol. 4. Maſcard. de probat. volum 3. concl. 1157. nume. 27. cum ſeq. Pariſ. conſ. 165. nume. 26. volum. 4. Grat. conſil. 47. nume. 23. & conſil. 114. num. 11. volum. 2. 3

Neque Bullam Pij V. obſtare, allegabatur, Quia illa loquitur in inſtrumentis pacis, in quibus pœna eſt ſtipulata R. C. Apoſtolicē, quod non erat hic. in puncto Non. conſil. 110. numero 9.

Tertiò, quia inter dictos particulares aderant quidam minores, qui de iure non potuerunt obligari ſine ſolemnibus. Farin. de inquiſit. quæſt. 15. num. 2. cum ſeq. & num. 56.

Præſer-

Præſertim in Prouincia Marchiæ ſtantibus Conſtitutionibus Prouincialibus.

ARGVMENTVM.

Communitates tenentur defendere territoria, eaque ſecura tenere à latronibus.

SVMMARIVM.

1 *Caſtra, & loca debent tenere territoria ſecura. Et quando. num. 13. 14. 15 16. 17. 18. & 19.*
2 *Lex vbi adeſt, ibi nulla cadit dubitatio.*
3 *Conſtitutio quando dicatur odioſa, vel fauorabilis. Et num. 4.*
5 *Negligentia arguit malum animum.*
6 *Receptatores latronum tenentur ad refectionem damni.*
7. *Delictum quando dicatur continuatum.*
8 *Dolus quando arguatur ex negligẽtia. Et num. 9. & 10.*
11 *Quod ſcitur à maiori parte populi, præſumitur ſciri ab omnibus.*
12 *Potens occurrere, & non faciens, quando teneatur.*

RESOLVTIO XXIIII.

IN vna vertente inter mercatores terræ N. ex vnà, & agentes pro Vniuerſitate S. Petri, & Venæ ex alia ſe defendentes, Dicebatur, dictos mercatores fouere euidentem iuſtitiam;
1 Tàm ſecundum ius commune, quo † cauetur, Ciuitates, Caſtra, & Villas debere tenere itinera, & territoria ſecura. Bartol. in l. 1. in princip. ff. de his, qui deiecer. vel effud. aliàs teneantur de robbaria facta in eorũ territorio, & illata reſarcire damna. l. ne quid. & ibi gloſſ. ff. de incẽd. ruin. & nauf. Calcan. conſil. 39. colum. 2. & conſ. 41 de communi Abb. in c. 1. de reſtitut. ſpol.

Quàm ſecundũ Conſtitutiones Prouinciæ Marchiæ lib. 4. c. 86. vbi particulariter ſuper hoc eſt prouiſum, & ſic cum † habeatur caſus legis, nulla 2
cadit dubitatio Doct. in l. illam. C. de collat. Bald. in l. ancillæ. C. de furt.

Et dicta † Conſtitutio non eſt odioſa, ſed æqua, & fauorabilis, ſecundùm 3
Bald. in l. ſi quis non dicam. C. de Ep. & cler. cum ſit emendatiua damni, & punitiua culpæ, vt not. in cap. diſpendia. de reſcript. in 6. & fauor Reipublicæ ſit, itinera eſſe ſecura.

Nec ex eo, quòd videatur exorbitans à iure communi, dicta Conſtitutio dici debet odioſa.

Quia etiam ſtatutum † filias fœminas excludens eſt contra ius commune, & tamen fauorabile dicitur attenta eius ratione principali. de magis communi Dec. in l. venia. C. de in ius voc. Brun. de ſtat. excluſ. fem. in princ. & patet in Senatuſconſulto Velleiano, quòd fauorabile iudicatur cõſiderata principali intentione. Bartol. in l. qui exceptionem. in prin. ff. de cond. indeb. 4

Nec minus hoc caſu dicitur puniri ciuitas, & Villa ex delicto alieno, contra l. culpa. ff. de reg. iur. Quia imò dicitur puniri ex proprio delicto & negligentia, cum neglexerit ea, quæ curare debuerat, & per dictam † negligentiam datur malus animus intelligi. l. reprehendẽda C. de inſt. & ſubſt. & in propriis terminis dicit Franc. de Cap. conſil. 41. col. 1. in princ. Calcan. conſ. 39. col 2. 5

Et dũ per dictos agẽtes obiiceretur,

non poſſe conueniri homines Venæ, cum in eorum territorio non fuerit facta rapina.

Primò fuit reſponſum, dictos derobatores fuiſſe hilariter receptatos ab hominibus dicti Caſtri, cum præſtatione cibi,& potus, Vnde tāquàm re-
6 ceptatores † tenentur ad refectionem damni vigore Conſtitutionum Prouinciç Marchię lib.4.c. 86.vbi in fine comprehenduntur etiam receptatores, quinimò venirent eadem pæna plectendi, qua ipſi latrones. Menoch. de arbitr. iud. q. 86. numero 23. & cent. 4. caſ. 348. numero 1. cum ſeq. lib. 2.

Secundò fuit reſponſum, in proceſſu conſtare, dictos latrones cum præda pertranſiuiſſe per territorium dicti Caſtri, imò propè mœnia eiuſdem tutè permanſiſſe, Vnde dicti homines
7 dicuntur in culpa, cum delictū † cenſeatur continuatum in diuerſis territoriis, vt in terminis firmat Bald.in d. l.ſi quis non dicam.colum.3.verſ.modo contingit. quem ſequitur Barb. in cap.fin.num.54.de foro compet.

Tertiò, quia, cū dicti homines fuerint negligentes in capiendo dictos latrones, inſurgit contra eos præſum-
8 ptio, quòd fuerint in dolo, † cum eſſent ex lege obligati illos capere. Anch.conſ.158.col.6.in fine. Soc. conſ.2. col.2.lib.1. Imò negligens in capiendo delinquentem dicitur fautor eius. c. quanto.de ſent.excom.c. nec regiminis.1.quæſt.7.c. negligere.2. quæſt.7. c.error.23.diſt.

Inſuper dum per dictos agentes iterum obiiceretur, quòd pro parte mer-
9 catorum duo † fuiſſent probanda.

Primum, quòd ſciuiſſent dicti homines, illud maleficium fuiſſe commiſſum illo tempore,& loco.

Secundum, quòd homines præfati fuerint negligētes, vt tradit Bart. cōſ. 102.col.1.vol 1 Aret. conſ.57. colum. 2.& latè Farinac. de delict. quæſt.24. num.201.

Fuit reſponſum quantum ad primū de ſcientia, non ſuffragari.

Tum quia id procederet, vbi Conſtitutio ſimpliciter diſponeret, Ciuitatē teneri reſarcire damnum factum in territorio, ſed vbi Conſtitutio expreſsè decernit, quod teneātur cuſtodire itinera, & territoria, ne in eis fiant damna,& delicta, vt in dicta Cōſtitutione determinatur, tunc non requiritur ſcientia, quia † illa eſt funda- 10
ta in negligentia, prout firmat Calca. in d. conſilio.39.col.3. verſ.ſed prædicta.

Tum quia dicti homines dicuntur ſatis ſciuiſſe, cum maleficiū fuerit factum ita palam, quod ſciuerit † maior 11
pars vniuerſitatis, vt in terminis dicit Bart.in d.l.ne quid.in l 1.§. in pari.ff. de recept.& d. conſ.102.col.1.

Quantum ad negligentiam fuit dictum, ſatis de ea conſtare, cum fuerit probatum per teſtes, dictos homines accurriſſe ad rumorem, in tantū quòd
† potuiſſent faciliter reſiſtere, & ta- 12
men non reſtiterunt. Bartol.in d.cōſ. 102.Bald.in l.mancipia. C. de ſeru. fugit. Crauet. conſil.132.colum.2 quinimò potuiſſent illos latrones capere. vide Bartol.in l.qui teſtamento.§. fin. ff.de teſtam.& Ruin.conſil.12. colum. 5. volum. 5. qui prædicta comprobat ex not.per Bartol. in l. ſi ab hoſtibus. §.fin.ff.ſolut.matrim & Bald. in l. iuriſq.C.qui adm.& concludit, ad conuincendum aliquem de negligentia ſatis eſſe probare, quod facere potuerit,& non fecerit.

Idem dum per eoſdem agentes opponeretur, quòd non dicta Caſtra, ſed Commune Ciuitatis A. teneretur ad refe-

refectionem damni, ex quo cuſtodia itinerum ſpectabat ad dictam Ciuitatem vti principalem, & cum habeat redditus ex dictis locis.

Primò fuit reſponſum, quòd licèt fortè Reges.& non ſubditi,teneantur
13 ad cuſtodiam viarum,tamen † cōtrarium ſeruatur,ſecundùm Gram.deci. 47.colum.1.

Secundò, per Conſtitutionem in caſu iſto particulari ſancitum eſſe, quòd vnaquæque Ciuitas,Caſtrum,&
14 Villa teneantur † tenere territoria cuiuſlibet ſecura,quæ Conſtitutio valet,& tenet.ſecundùm Barto. in l.1.§. familiæ.ff.de publ.& vectig &tanquā ius proprium ſeruari debet. l.omnes. ff.de iuſt.& iur.

Vlterius dum dicti agentesdicerēt, dictos mercatores fuiſſe monitos, ne accederent per illam viam ob dictos latrones,vnde ipſimet fuerunt in culpa.

15 Primò fuit † reſponſum, quòd non erat ſimpliciter credendum ſic denūtianti,niſi probaret veritatem denūtiationis. Caſtr.conſ.248 incip.vilis, & ponderatis omnibus.column.2.volumin.2.

16 Nec mercatoribus † poteſt imputari, cur illis non crediderint. l.1.§.1. ff.de eo, per quem fact. l.ſi quis inſiciatus. ff.depoſ. quia vana vox populi non eſt attendenda.l.decurionum.C. de pęn.Corn.conſ 329. column. tertia.volum.1.

17 Eo maximè, quòd † dicti mercatores pertranſierunt per viam ſolitam, & ordinariam. Bartol. in l.1.ff.de his, qui deiec.vel effud.Crauet.conſil.115. colum.1:

Secundò,quòd denuntiantes nō expreſſerunt, numerum latronorum. Dec.conſ.222.num.5.

Tertiò,replicatum fuit; denuntiationem fuiſſe factam poſtquam fuerant tranſmiſſi Muli onerati. Corn. in d.conſ.329. Crauet. conſilio ſexto. colum.18.

Demùm dum per dictos agentes obiiceretur,dictos homines † non te- 18
neri facere reſiſtentiam pro recuperatione bonorum, cum exponerent ſeſe morti, vt patet. Bart. in d.conſil. 102.col.2.Alex.conſ.47.colum.2. volum.2 Farin.in dict.quæſtion.24.numer.201.

Fuit reſponſum, quòd, cum † dicti 19
homines fuiſſent in maiori numero, potuiſſent illos expugnare,nedum reſiſtere.prout dicunt teſtes, quibus eſt credendum.Alexand. conſ.47.colum. 4.volum.6.

ARGVMENTVM.

Quando in cauſis criminalibus concedendæ ſint Remiſſoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoriæ quando ſint concedendæ in cauſis criminalibus. Et num.* 3.7.8.9.& 11.

4 *Verbum,videtur, importat arbitriū. Et num.* 12.

5 *Verbum,poteſt,prolatum in lege affirmatiua, non importat neceſſitatem.Et num.*13.

6 *Appellatio an detur à non conceſſione Remiſſorialium. Et numero* 14.

10 *Æquiparatorum idem eſt iudicium.*

15 *Suſpicio calumniæ repellit partem.*

16 *Teſtes ad defenſam admittuntur vſque ad ſententiam.*

RESOLVTIO XXV.

FVIT in vna criminali
Picena apprimè contro-
uerſum, An eſſent con-
cedendæ Remiſſoriç pro
excommunicantis teſti-
bus ad exculpationem R. Iulij carce-
rati, cum dicti teſtes non eſſent de iu-
riſdictione iudicis dictæ cauſæ.

1 Et licèt obiiceretur, nullatenus † eſ-
ſe concedendas Remiſſorias, per ra-
tiones adductas per Salyc. & alios, in
auth. apud eloquentiſſimum. C. de fi-
de inſtr. Gabr. de malef. lib. 7. conclu.
25 num. 2. cum ſequ. latè Farin. de op-
poſ. cont. exam. teſt. q. 77. nu. 71. cum
ſequen. Caualc. deciſ. 9. numero 40.
par. 5.

Idque comprobaretur.

Tū quia teſtes erant ſuſpecti, quin-
imò factum ipſum etiam videbatur
arduum, & ſuſpectum. Capic. deci. 90.
num. 5.

Tum quia petebantur dictæ Re-
miſſoriæ in ſecunda dilatione data ad
faciendum defenſiones, quo caſu † vi-
2 debatur, iudicem poſſe illas denegare
tanquam calumnioſè petitas. Rip. in l.
4. §. hoc iudicium. num. 52. ff. de dam.
infect. Rom. conſ. 272. colum. fi. Grat.
conſ. 139. in fine. volum. 2. Farin. in d.
q. 77. num 22. & 81.

3 Tum quia † hoc dicebatur arbitra-
rium eſſe iudici. latè Farin. in d. q. 77.
num. 24 & 50. cum ſeq.

Quod colligitur etiam ex Conſti-
tutione Prouinciæ Marchiæ libr. 4. c.
20. vbi dicitur, quotieſcumque iudici
videbitur, poſſit examen committi,
4 ponderando † verbum videbitur,
quod importat arbitrium. l. fideicom-
miſſa. §. quamquam. ff de legat. 3. Me-
noch. de arb. iud. libr. 1. quæſt. 8. num.
5 11. item † ponderando verbum, poſſit,
quod in lege affirmatiuè prolatū non
inducit neceſſitatem. Bart. & alij in l.
Gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu. &
propterea † à denegatione Remiſſo- 6
rialium non eſſet admittenda appella-
tio. Spec. de off. iudic §. impedit. verſ.
quid ſi iudex Angel. & Caſtr. in l. non
quicquid. ff. de iud.

Tamē fuit reſolutū pro cōceſſione.

Primò, quia † de conſuetudine ho- 7
die conceduntur Remiſſoriæ, prout
de dicta conſuetudine teſtantur Soc.
iun. conſ. 60 volum. 2. Gram. conſ. 41.
col. pen. Gabr. in d. concl. 25. num. 4. &
Farin. in d. q. 77. num. 73 cum ſeq.

Quæ † conſuetudo eſt omninò ſer- 8
uanda, cum ſit iuris dubij interpreta-
tiua. Andr. Sicul. in rubr. extra de con-
ſuetud. num. 67.

Secundò, quia † in dicta Conſtitu- 9
tione Prou. æquiparatur cauſa ciui-
lis, & criminalis, quoad commiſſionē
examinis, in cauſa autem ciuili indi-
ſtinctè conceduntur Remiſſoriæ. latè
Farin. in d. q. 77. nu. 2. cum ſeq. Veſtr.
in prax. lib. 6. cap. fin. num. 1.

Vnde idem dicendum eſt in crimi-
nali, cum † æquiparatorum idem ſit 10
iudicium. glo. in cap. ſi poſtquam. §.
fin de elect. in 6. & in l. ſi quis ſeruo.
C. de furt. Soc. ſen. conſ. 6 num. 5. vo-
lum. 1. Caualc. de tutore. num. 94. Su-
per veritate autem iſtius argumenti,
vide Veſtr. in d. cap. fin. num. 1. & 2. vbi
dicit, eſſe concedendas ad fauorem
rei, non autem actoris.

Confirmabatur hæc reſolutio, Tum
quia dictæ Remiſſoriæ † concede- 11
bantur ad defenſam, & purgationem
innocentiæ. Gabr. in dict. concluſ. 25.
num. 9. Soc. iun. d. conſ. 60. Farin. in d.
q. 77. & 74. Tum quia teſtes non po-
terant aliter cogi, & ſic veritas occul-
taretur. Farinac. in d. q. 77. numer. 72.
Tum quia dirigebantur dictę Remiſ-
ſoriç

ſoriæ Epiſcopo probatiſſimæ vitæ Alb. in d. auth. apud eloquentiſſimum.

Nec verba dictę Conſtitutionis ob-
12 ſtare dictum fuit Nam † verbum, videtur, non importat plenum, & liberum arbitrium, ſed arbitrium boni viri. Bartol. in extrauag ad reprimendũ.
13 in ver. videbitur, prout etiam † verbum, poteſt, importat arbitrium boni viri. Iaſ. in l. ſi ſic. in princip ff. de iuriſd. omn. iudic. Quinimò relatum ad iudicem importat neceſſitatem. Doctor. in l 1 ff. de iuriſd. omn. iudic. Iudex autem debet arbitrari, tàm ſecundùm ius. Dec. in cap. ne innitaris. de conſtit. Grat. conſil. 45. nu. 17. volum. 2. atque conſuetudinem. Bald. in auth. iubemus. C. de iud. Dec. in l. 1. colum. fin. C. de ſeruit. fugit. quàm ſecundùm æquitatem. Crauet. conſil. 190. colum. penult. Gram. deciſ. 99. Menoch. de arbitr. iudic lib. 1. quæſt. 13. cum ſeq.
14 Vnde † à denegatione illarum poſſet appellari. Dec. in cap. ad hæc. col 3. de appell. Felin. in cap. exceptionem. de except. Farinac. in d. quæſt. 77. nu. 4. quicquid dicant Specul. Ang & Caſtr. quorum dictum verum eſt in libero, & pleno arbitrio, non autem regulato à iure.

At ad obiectum calumnioſæ petitionis fuit reſponſum.

Primò, fuiſſe præſtitum iuramentũ, quod non animo calumniæ peterentur dictę Remiſſoriæ. argum. l. de die. §. iubetur. ff. de iureiurando. Caſtr. in l. iudices. C. de fide inſtr. Veſtr. in d. cap. fin. num. 4.

Secundò, quòd † non quælibet pręſumptio, & ſuſpitio calumniæ, ſiue
15 malitiæ, debet repellere partem, ſed quando illa eſſet vehemens, & magna, vt tradit Abb. in cap licèt cauſam. de probat. Anch. & Ioan. de Anan. in cap. ſuper eo. de crim. falſ. Iaſ. in l. 4 §. cõdemnatum. ff. de re iud.

Tertiò, quia † in criminalibus ad- 16
mittuntur teſtes ad defenſam vſque ad ſententiam. Marſ. in pract. in §. ſequens. conſil. 49. & conſ 60. Cœpol. conſil. 41. & conſil. 61. Capic. deciſ. 81. maximè ſi agitur de vita hominis, put hic. Bald. in l. 1. colum. penult. C. de accuſ. Arct. in d. cap licèt. not. 7. Alexand. conſ. 17 colum 3. volum. 1. Farinac. de oppoſ. contra teſtes. quæſt. 75. numero 419. cum ſeq. Theſau. deciſ. 262.

ARGVMENTVM.

Occidens quemquam pro ſui ipſius defenſione excuſatur.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem ad ſui defenſionem non dicitur maleficium committere.*
2 *Teſtes duo probant.*
3 *Teſtis vnicus quando probet ad defenſam.*
4 *Teſtes conſanguinei quando probent.*
5 *Tortura purgat omnem defectum.*
6 *Aggreſſor præſumitur perſona rixoſa.*
7 *Quis, & quandò præſumatur aggreſſor. Et numero 8.*
9 *Teſtes de auditu faciunt præſumptionem.*
10 *Principalis ſi non delinquit, nec dicitur deliquiſſe acceſſorios.*
11 *Inermis non tenetur de re ſecuta in rixa.*
12 *Inditia ad torquendũ tolluntur, dummodò aliquid pro defenſione reus vrgeat.*

Et coadiuuabatur ex fama dicti Ruberti probata per teſtes, ex qua eliduntur nedum ſuſpiciones, ſed etiam indicia omnia. Bald.in l.fin.ff.de hæred.inſtit.& in l.2.C.de falſ. Dec.cōſ. 175.& conſ.189. Maſcard. in d.concl. 72.num.14.

Et ſtante inculpabilitate dicti Ruberti ceſſat etiam omnis præſumptio mandati, & auxilij præſtiti per alios carceratos, prout Fiſcus prætendere videtur; nam ſi non deliquiſſe dicitur
10 dictus Rubertus principalis, multò † minus dici poteſt deliquiſſe acceſſorios. Barto.conſ.199.in princ.parte 1. Bald.conſ.497.vol.1.Craue.conſ.319. num.12. Farinac.de inquiſit. quæſt.3. num.4.

Eò maximè, quòd nulla ſuberat cauſa conſpirationis. l.verum. ff.de furt. Blanch.in d.pract.in verſicu. ſecunda pars defenſ.in princ. Et fuit per teſtes probatum, præfatos carceratos fuiſſe
11 non ſolùm † inermes dum rixaretur, ſed etiam nullam opem præſtitiſſe, vnde dicitur omninò probata eorum innocentia. Doctor.in l.ſi quis.ff.de furt.Carrer. in §.homicidium. num. 60. & ſublata eſſe omnia indicia allegata per Fiſcum.l.fin. ff. quod metus cau.l. cum de indebito. §.1.ff.de probatio.Crauet.conſ.35.& 146.Carr.in l.obſeruare.nu.155. ff.quorum appell. non recip. Et multò magis indicia ad
12 torquendum, cum illa tollantur † dummodò aliquid pro defenſione rei vrgeat.Alexand.conſ.180.col.3.vol.2. Grammat.not.30.num.30.Boer.deci. 165.in fin.Foller.in pract.§.duo capitula.num.51.Iaſ.in l.fin.in fi. C.com. deleg.

Poſtremò additur, quòd occidens aggreſſorem præſumitur de iure feciſſe animo ſe defendendi.Felin.in c. ſignificaſti. num.13. el 2. de homicid. Menoch.de præſumpt.lib.5.prçſump. 40.num.26.Grat.d.conſ.114. numero vigeſimo.

ARGVMENTVM.

Confeſſio rei quando ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio rei facta per ſuggeſtionem nulla eſt.*
2 *Item nulla eſt, ſi reus fuerit tortus nullis præcedentibus indiciis.*
3 *Item nulla eſt, ſi non fuerit data copia indiciorum. Et num.4.*
5 *Teſtes de auditu non probant, nec faciunt indicium. Et num.6. & 7.*
8 *Pauper non eſt idoneus teſtis.*
9 *Teſtis qui reuocauit primum dictũ, an probet.*
10 *Inimicus præſumitur occidere inimicum ob inimicitiam propriam, nõ autem ex conſilio alterius.*

RESOLVTIO XXVII.

EX pluribus fuit reſolutum, Florianum imputatum de tractatu homicidij in perſona Ioãnis eſſe abſoluendum, & liberandum, non obſtante depoſitione Pauli dicentis, dictum Florianum fuiſſe participem dicti homicidij.

Primò, quia d.depoſitio † facta fuit per ſuggeſtionem, cũ de delicto fuerit interrogatus d. Florianus in ſpecie, non autem in genere, quod non licuit.Bart.& alij in l.1.§.per quęſtionem.ff.de quæſt.Salic.in l.fi.C.de accuſat.Boſſ.de exam.reorum.num.12.

Clar.in §.fi.q.21.verſ.reteta communi. Farin.q.83.num.84. cum ſeq. Ambroſ.de mod.for.proc.lib.2.cap.5.numero 18.

2 Tum quia † fuit tortus nullis præcedentibus indiciis ſuper morte dicti Ioannis.l.penult.& ibi glo. & Docto. ff.de quæſt. Alex.ad Bart.in l.qui aliena.§.Celſus.ff.de acq.hæred.& conſil. 52.circa fin.vol.3.Farin.d.quæſt.83.nu. 1.cum ſeq. Quod verum eſt, etiamſi millies dicta confeſſio eſſet ratificata, & iudex haberet arbitrium. Boſſ. de confeſſ.per tortur.colum.2.Et etiamſi iuramento eſſet confirmata.Turre. conſ.51 num. 2.cum ſeq. vol.2. Farin. d.q 83.num.3.& 9.

3 Tum quia † non fuit ei data copia indiciorum,cum termino ad purgandum illa.l.fin.cum ibi not.ff.de queſt. Alex.conſ.77.vol.1.Abb. in cap. cum in contemplatione.de reg.iur.Boſſ.de indit.& coniect.ante tort.nu.74.cum ſeq.vbi ampliat,etiamſi iudex haberet

4 liberum arbitrium. Et licèt copia † non eſſet petita,tamen iudex tenebatur illam dare ex officio dicto Paulo vti idiotæ,& ruſtico. Marſ.in practic. crim.§.nunc videndum.num.13,Farinac.de indit.quæſt.39. num.93. & 98. vbi teſtatur de communi.

Secundò, quia eius depoſitio quoad dictum Florianum non eſt attendenda.

5 Tum quia † eſt de auditu ab aliis glo.& Doct.in l.teſtium. C.de teſtib. Marſ.conſ.116. colum.1.lib.1. Farin.q. 69.numero 1. cum ſequen. Quinimò

6 plures † teſtes de auditu non coniunguntur ad faciendum indicium. Alex. conſ.82.col.7.vol.1.Et eò magis quòd deponit, ſe audiuiſſe ab interfectoribus, quibus non eſſet credendum vti ſociis criminum, & abſurdiſſimum

7 eſſet † dicere, quòd non credatur auctori,credatur tamen dicenti,ſe audiuiſſe ab auctore. ca.licèt de teſt.Crau. conſ.41.in princip. Olrad.conſil.69. colum.2.

Tum quia † eſt pauperrimus,&malæ famæ.Gram. conſ.17. & conſil.26. Dec.conſ.163. 8

Tum quia † primum dictum reuocauit, & licèt repetitus in tortura redierit ad primum dictum,tamen ei vti periuro non eſt credendum.Gram. conſ.6.& deciſ.31.num.19. Marſ conſ. 31.& conſ.70.lib.1.Fari. quæſt.56.nu. 186.cum ſeq. 9

Tertiò, quia pro innocentia dicti Floriani plura vrgebant. Et primò bona fama eiuſdem.Secundò ſpontanea eius comparitio. Tertiò,quia interfectores dicti Ioannis erant inimici capitaliſſimi dicti occiſi; vnde præſumitur,quòd † id fecerint ob inimicitiam propriam,& non ex conſilio,& mandato alterius. Bart. & Io.de Plat. in l.1.C.ſi propter inimicit.&c.lib.10. & in l.1 §.nunciatio.colum.2.ff.de noui oper.nunc.in terminis Gram.conſ. 63.num.12. Decia.in tract.crim.tom. 2.lib.9.cap.trigeſimoquarto, numero decimonono. 10

ARGVMENTVM.

Pater vigore Conſtitutionum obligatus pro delicto filij, an teneatur pro contumacia filij.

SVMMARIVM.

1 *Iuſſus comparere, & non comparens, delinquit in omittendo.*
2 *Contumacia an ſit delictum.*
3 *Et quando.*

4 *Con-*

4 *Contemptus Iudicis quando dicatur extare.*
5 *Conſtitutio pœnalis non trahitur ad caſum fictum.*
6 *Quælibet cauſa excuſat à contumacia,& mulcta.*
7 *Citatio ſub pœna amiſsionis cauſa an poßit fieri à iudice.*
8 *Pœna differt à mulcta.*
9 *Mulcta non poteſt imponi per omnes iudices.*
10 *Extenſio prohibetur in ſententia pœnali,& correctiua.*
11 *Fiſcus intra annum non applicat ſibi bona damnatorum ex contumacia.*
12 *Dictio:non tamen:æquipollet dictioni:præterquam.*
13 *Et eſt aduerſatiua.*
14 *Pro conuicto, & confeßo quis non poteſt haberi, ſi non ſunt ſeruati termini ſubſtantiales.*
15 *Contumacia ſine aliis probationibus non inducit probationem delicti.*
16 *Condemnatus ex ſola contumacia an includatur in Conſtitutione.*
17 *Contumax infra quod tempus non poßit moleſtari.*

RESOLVTIO XXVIII.

QVIDAM filiusfamilias contumax in non comparendo ad informandam Curiam, &c. fuit cõdemnatus in pœnam pecuniariam contentam in præcepto; Et ſtante Conſtitutione Ægidij in lib.4. cap.18.qua diſponitur, patrem teneri pro filio homicida, & condemnato, fuit dubitatum, An pater teneretur ad ſolutionem dictæ pœnæ.

Et ad fauorem patris allegabatur.

Aut etenim id prætendit Fiſcus vigore dictę Conſtitutionis:Et non benè fundare videtur intẽtionem ſuam. Primò, quia † iuſſus comparere, & nõ comparens. delinquit in omittendo. l. j. §. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Iaſ. in d.l.1.§.ſi procurator.colum.1.Aret.in l.ſi mora.num.7.ff.ſolut.matrim. Alexand. ad Bartol. in l. omne delictum.ff.de re milit. Conſtitutio autem pręfata loquitur de delictis,quæ fiunt committendo.ponderando verba illa;commiſerit;& patratis,&c. Nec licita eſt extenſio.cum grauius ſit delictum commiſſionis, quàm omiſſionis. gloſ. in l. lex. ff.ad Syll.Iaſ.in d.l.ſi mora.num.24. & ibi omnes alij communiter. Ioan. de Amic.conſ 10.num.15. 1

Secundò,quia contumacia † non eſt delictum ſaltem propriè. Bartol.in d. l.omne delictum; hinc non reperitur in tract.de publ.& priu.delict.ſed ſub tit. ciuili. ſi quis iuſd. non obtemp. Nec comprehenditur in ſtatuto faciente mentionem de delicto, ſiue maleficio. Doct. in l.cum filiusfamilias.ff.de verbor.obligat. Bald. in l.ignorantia. circa fin. C. de crim. ſtell. Alexand.in d l.1.§.fin.num.18.Claud. Seiſel.in d.l.ſi mora.colum.pen.Marſil.in l.de vnoquoque. num. 101.ff.de re iud.Corn.cõſ.143.num.8. volum. 2 & conſ.97 volum.4 Farinac.de delict.quæſt. 8 num 28.Decian.in tract. crim.tom.1. libro 1. capit. 8. numero ſexto. 2

Et licèt aliqui dicant,quòd † contumacia ſit delictum, & maleficiũ propriè, & ob id comprehenditur ſub ſtatuto,ſi habet in ſe iudicis contemptum,vt tenuit Claud.de Seiſel. in d. l.ſi mora. col. fin. quem ſequitur Cagnol.in d.l.1.§.fin.circa fin. 3

Primò tamen reſpondebatur, opinionem ſupradictorum eſſe ſingularem, & communem eſſe in contrarium.

4 Secundò, quòd tunc † citatio dicatur habere iudicis contemptum, quãdo quis eſt verus contumax. Claud. de Seiſel. in d. l. 1. §. fin. colum. pen. Hic autem non aderat verus contemptus, nec vera contumacia, ſed ficta, cum citatio fuiſſet facta domi, non autem perſonaliter. Ang. conſil. 186. in princip. Alex. in l. plerique. ff. de in ius voc. Bald. in l. ea, quæ. C. quom. & quan. iud. Vnde dicta Conſtitutio non comprehendit dictam contumaciam, cum
5 † Conſtitutio pænalis non trahatur ad caſum fictum. Bald. in l. tranſigere. num. 12. C. de tranſact. Gram. conſ. 45. num. 27. Corn. conſ. 37. & conſil. 139. volum. 1.

Tertiò, quia citatio facta de dicto filiofamilias fuit nulla.

Tum quia fuit facta in genere, & nulla facta ſpecificatione criminis. Farinac. d. quæſt. 18. num. 53. cum ſeq. vbi
6 diſtinguit. ſed quælibet † cauſa excuſat à contumacia, & mulcta. Alexan. in d. l. 1. §. fin. nume. 11. Crauet. conſ. 254. num. 2. etiam leuis, & iniuſta. Farin. d. quæſt. 18. num. 42.

Tum quia dicta citatio fuit facta ſub pæna confeſſati criminis, quæ citatio idem importat, quod citatio †
7 ſub pœna amiſſionis cauſæ, quod fieri non poteſt à iudice in contumacia. Alexand. in d. l. 1. §. fin. numer. 8. & ibi omnes alij. Vide Farinac. in d. quæſt. 18. num. 36. vbi declarat, quando poſſit imponi.

Tertiò principaliter allegabatur, quòd dicta Conſtitutio loquitur de pœnis delictorum, vnde non extenditur ad mulctam, de qua hic agebatur,
8 cum † longè differat pœna à mulcta. Bartol. in l. iudex poſteaquàm. ff. de re iud. mulcta enim imponitur arbitrio iudicis, ſed pœna ex legis diſpoſitione. l. aliud. §. ſi qua. ff. de verbor. ſignif. Doct. in l. 1. C. ſi de modo mulct. Item mulcta † non poteſt imponi per omnes iudices, ſicut pœna. Bart. & alij in 9
d. l. 1. Canon. in cap. 1. de dolo, & contum. Item mulcta ſecuta ſententia poteſt minui, ſed non pœna. Iaſ. in d. l. 1. numero 31.

Et eò maximè dicitur hîc prohibita † extenſio, cum ſimus in conſtitutione correctoris, & pœnali. Doct. 10
in l. præcipimus. C. de appellat. & in l. ſancimus. C. de teſtam. Bald. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccl. & l. cum à matre. C. de rei vend. Alexand. conſ. 8. num. 2. volum. 1. Becc. conſilio 35. num. 7. Bero. quæſt. 49. num. 1. Et vlterius cum mulcta ſupponat leuius delictum, quam pœna; extenſio autem de grauiori caſu ad leuiorem eſt prohibita, faciunt dicta per Bartol. in d. l. tranſigere. oppoſ. 8.

Quartò, quia ex tenore dictæ Conſtitutionis colligitur, bona condemnatorum ſtatim eſſe Fiſco applicanda, & apprehendenda, ne interim condemnatus perciperet fructus ſuorum bonorum, vnde non poteſt intelligi de condemnato ex contumacia: nam Fiſcus † intra annum non applicat ſibi bona damnatorum ex contumacia. 11
l. 1. & l. intra annum. ff. de requir. reis. Vide Farinac. de inquiſit. q. 11. num. 83. cum ſeq.

Quintò, quia dicta Conſtitutio, poſtquàm dixit, quòd pater teneatur pro maleficio filij, ponit fallentiam, quòd id non procederet, quando filius eſſet condemnatus pro contumacia; & ponderabatur dictio † illa; non tamen; quæ æquipollet dictioni, præterquam; quæ eſt exceptiua. Bartol. 12
in l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. exceptio autem debet eſſe de terminis regulę. Doct. in l. 1. ff. de regul. iur. Bartol. in l. nam quod liquido. §. fin.

do.§.fin.ff. de pęn.leg. Vnde exceptio eſt intelligenda non ſolùm de contumacia ſimplici, ſed etiam de omni alia habente in ſe cõtemptum iudicis, & quæ ſit de genere maleficij. Præ-
13 tereà † dictio, non tamen, eſt aduerſatiua. Bartol. in d.l.1. in princip. ff. ſi quis ius d. Pariſ. conſ. 17. num. 20. vol. 1. de natura autem aduerſatiuæ eſt aduerſari in his, quæ ſunt eiuſdem generis. Bart. in l. mariti. §. fin. ff. de adult. Alexand. conſ. 42. num. 6. & conſ. 117. num. 16. volum. 6.

Aut id Fiſcus prætendit, quia dictus filiusfamilias fuerit condemnatus vti criminoſus: Et dicebatur, friuolam eſſe prætenſionem, quia pœna aſſerta confeſſati delicti eſt merè contuma-
14 cialis. Et prætereà † non potuit haberi pro conuicto, & confeſſo, ex quo nõ fuerũt in condemnatione ſeruati termini ſubſtantiales. Bartol. in l. prima. col. 2. C. quomod. & quan. iud. Foll. in pract. crim. 4. par. 3. prin. numer. 1. Eò
15 maximè, quòd † contumacia ſine aliis euidentiſſimis probationibus non inducit in criminalibus confeſſionem delicti. Barto. in l. Diuus. ff. de cuſtod. reor.

Aut id Fiſcus prætendit pro ſatisfactione legitimæ vigore Bullæ Pij V. fœl. recordationis: Et adhuc non bene fundare ſuam intentionem dice-
16 batur, quia † dictus motus proprius venit ampliatiuè, & loquitur de filiis condemnatis in veram contumaciam, & ex delicto, hîc autem agebatur de condemnato ex ſola contumacia. Salicet. in rubr. C. de crim. ſtell. Farinac. de delict. q. 24. numero 173. cum ſeq. vbi latè, & num. 178.

Præſertim, quòd nondum eſt ela-
17 pſum tempus † ſex menſium, infra quod condemnatus non poteſt moleſtari, tam ex diſpoſitione iuris communis. l. 1. & l. 2. ff. de req. reis. quàm ex diſpoſitione Conſtitutionis Pij Quinti.

ARGVMENTVM.

Tractatur per nonnullos caſus de fideiuſſione præſentandi delinquentem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio expirat mutato iudice, & officio.*
2 *Legatus non dicitur habere ſucceſſorem.*
3 *Diſpoſitio loquens de Legato de latere non habet locum in Gubernatore.*
4 *Fideiuſſor dicitur liberatus ſecuta cõdemnatione capitali cõtra principalem, etiam ipſo iure. Et numero 5. & 11.*
6 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*
7 *Promiſſioni ineſt tacita conditio, ſi res ſit in eodem ſtatu.*
8 *Difficultas quando excuſet promiſſorem. Et num. 9. & 10.*
12 *Ignorantia præſumitur.*
13 *Publica toleratio excuſat.*
14 *Fideiuſſor de repræſentando quãdo excuſetur. Et num. 15. & 16.*
17 *Fideiuſſor, qui ſe obligauit vti principalis, tenetur in omni caſu, in quo tenetur principalis.*
18 *Acceptilatio facta principali liberat fideiuſſorem.*
19 *Pœna apponuntur loco intereſſe.*
20 *De carceris iniuſtitia ſemper excipi poteſt.*
21 *Exceptiones competentes principali, quando competant fideiuſſori.*

RESOLVTIO XXIX.

IN materia fideiuſſionis de repræſentando ſex cumulantur caſus.

PRimus eſt huiuſmodi. Hieronymus promiſit repreſentare Antonium coram Reuerendiſſimo D. Vicelegato, fuit dubitatum, An teneatur ad repreſentandum eum coram Domino Gubernatore, qui ſucceſſit in officio Vicelegati.

Et dicebatur, non teneri.

1 Primò, quia mutato † iudice, & officio, expirat fideiuſſio. l.3. & l.cum apud. vbi Alber.de communi.ff.iud.ſol. Abb. in cap.quoniam Abbas.colum.5. Felin.colum.4.Dec.colum.7.ff.de off. deleg.in terminis Corn.conſ.145.numer.3.volum.3.Afflict.de Conſtit. lib. 1.rubr.de hæret. in ver. inconſutilem. num.47.

Et hæc concluſio dicitur indubitata
2 hìc, quia † Legatus non dicitur habere ſucceſſorem, cum non ſit dignitas perpetua. Barbat.in d.c.quoniam Abbas.num.37.

3 Secundò, quia † diſpoſitio loquens de Legato de latere non habet locum in Gubernatore, cum Gubernator non dicatur Legatus de latere. Corn. conſ.253.colum.1.volum.3.

Tertiò, in puncto vide Farinac. de carcerib.& carcer.q.34.nu.172.& 175. cum ſeq. vbi tradit pulchram diſtinctionem.

SEcundus fuit caſus in Ioanne carcerato, quia non repreſentauerat Mutium, quem promiſerat repreſentare ad omnem Curiæ requiſitionem; Et dicebatur, liberandum eſſe.

4 Primò, quia † ſecuta condemnatione capitali contra principalem, fideiuſſor dicitur liberatus. Abb.in l.ſi deceſſerit.num.14.ff.qui ſatiſd.cog.Clar. in §.fin.qu.46.verſ.quæro.pone. Cæphal.conſ.187. volum.ſecundo. Gabr. conſ.181.libro primo. Quinimò † di- 5
ctus fideiuſſor dicitur liberatus ipſo iure, ſecundùm Alb.in d.l.ſi deceſſerit. in princip.Caſtr.not.1. Alexand. num. 6.Iaſ.nu.10.Clar.in d.quæſt.46.verſic. quæro.pone.Foller.in pract.crim.par. fin.nu.154. Gand.de maleſ. ſub rub.de aliq.quæſtion.var.num.19. Gabr.in d. conſ.181.num.23.

Secundò, quia dicta promiſſio dicebatur cancellata ex Decreto Reuerendiſſimi Gubernatoris, qui licèt mandauerit caſſari fideiuſſionem præſtitam per D.Mutium de ſe præſentando, tamen id intelligitur de omni fideiuſſione, cum † indefinita æquipolleat v- 6
niuerſali. l.ſi quis. §. idem Iulianus.ff. de lib.leg.Bartol. in l.ſi pluribus. ff.de leg.2.Marſil.ſingul.171.Ioan.de Amic. conſilio 59.nume.1.Socin.ſen.conſilio 43.in princip.volum.1. Becc. conſilio 21.num.3 & conſilio 51.numer.15. cum ſequen.Pariſ.conſil.53 num.22.volum. 2 & conſ.12.num.41.volum.3.

TErtius fuit caſus in quodam Alexandro, qui promiſerat repreſentare Cæſarem; Et dicebatur, non poſſe moleſtari, ex quo tempore promiſſionis dictus Cæſar non reputabatur bannitus, licèt tempore requiſitionis fuerit repertus bannitus. gloſ. in l.ſi verò.ff.qui ſatiſd.cog.Alex.in d.l.ſi deceſſerit.num.6. Iaſ.num.10. Et ratio
eſt, quia † dictæ promiſſioni inerat ta- 7
cita conditio, ſi res ſit in eodem ſtatu. Gabr.conſ.181.num.16.vol.1.Vide Farinac.d.quæſt.34.num.39.cum ſeq. vbi latè pertractat hanc materiam.

Et dum Fiſcus obiiceret, difficulta-
tem † non excuſare in dicta promiſ- 8
ſione. l. ſancimus. Cod. de fideiuſſ. Alexan.in l.4.§.Cato.numero 21.ff. de

verbor,

verbor. obligat. Vulpell. conſ.81. numer. 4.

9 Fuit reſponſum, hîc agi † de præſtatione facti impoſſibilis de iure: nam ſicut dicitur impoſſibile factum repreſentatio alicuius mortui naturaliter. Paul. de Caſtr. in l. ſed & ſi quis. in princ. ff. ſi quis caut. Farinac. d. quæſt. 34. num. 34. & 48. ita, & repreſentatio alicuius condemnati. Bald. in l. ſi verò. vbi etiam Alber. num. 6. ff. qui ſatiſd. cog. Iaſ. in d. l. ſi deceſſerit. Et licèt dif-
10 ficultas † non excuſet fideiuſſorem, niſi illa proueniat ex caſu mortis. Bald. in d. l. ſancimus. num. 7. Gabr. in d. conſil. 181. nu. 14. tamen impoſſibilitas excuſat. Clar. in d. quæſt. 46. verſ. quæro, pone. Gabr. in d. conſil. 181. Hercul. de caut. de non offend. cap. 23. Quod verum eſt, etiamſi in promiſſione adfuiſſet iuramentum, quia ſubintelligitur ſemper clauſula, ſi poſſibile eſt. cap. 1. §. fin. de iureiur. Curt. iun. in l. quod te. num. 37. ff. ſi cert. pet. Gabr. in d. conſ. 181. num. 14.

Vlterius dum Fiſcus obiiceret, Cæſarem tempore promiſſionis fuiſſe iam
11 condemnatum, vnde † fideiuſſor non videtur excuſandus. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. num. 11 ff. de verbor. oblig. Socin. ſen. conſ. 288. lib. 2. Vulpel. d. conſil. 81. num. 5.

Fuit reſponſum, Alexandrum fideiuſſorem ignoraſſe dictam condemnationem, & in eo fuit probabilis i-
12 gnorantia: Tum quia † in dubio ignorantia præſumitur. l. verius. ff. de probat. cap. præſumitur. de regul. iuris. lib. 6 concluſ. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 23. & de recuper. poſſ. remed. 16. num. 27. Surd. conſilio 7. numero 35. conſil. 73. num. 42. & deciſione 246. num. 8. Becc. conſ. 18. numer. 7. Turret. conſ. 20. numer. 10. volumin. 1.
13 Tum quia † dictus Cæſar publicè conuerſabatur, & officia exercebat. gl. in l. Barbarius ff. de off. Præt. Cagnol. in l. qui cum alio. num. 15 ff. de regul. iur. faciunt dicta per Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 90. num. 56. cum ſeq. Tum quia ipſe Fiſcus ſciebat dictam condemnationem, vnde ſibi imputet, ſi voluit decipi ſcienter. Caſtr. in d. l. quod te. num. 12.

Tandem dum opponeretur, dictum Alexandrum dici † fideiuſſorem quantitatis, cum promiſerit pœnam, & 14
ſucceſſiue non excuſari etiam per mortem naturalem. gloſſ. & Docto. in l. ſi verò. ff. qui ſatiſd. cog. Hercul. in d. c. 23. in prin.

Fuit replicatum, id verum † eſſe in 15
ſimplici promiſſione quantitatis, ſecus in promiſſione facti, & quantitatis ſimul, ſecundùm Doct. in d. l. ſi verò. Hic autem fuit facta promiſſio de repreſentando, & in caſu non repreſentationis ad pœnam.

Et hæc replicatio ſuadebatur: Tũ
quia † fideiuſſor cenſetur ſe obligare 16
in omnem caſum præcedentem ex natura negotij. Crau. conſ. 45. num. 6.
Tum quia † ſe obligauit vti princi- 17
palis, & ſic tenetur de omni caſu, in quo principalis ipſe tenetur. Crau. cõſil. 272. nu. 3. Tum quia illa verba, ad prædicta, &c. verificantur in pluribus. Crau conſ 225. num. 2.

QVartus fuit caſus in Domino N. fideiuſſore de repreſentãdo Angelam impictam de concubinatu, ſub certa pœna pecuniaria, qui, cum requiſitus non repreſentaſſet eam, fuit condemnatus ad ſolutionem dictæ pœnæ, Et dicebatur dicta ſententia iniuſta.

Primò, quia non videbatur agi de intereſſe Fiſci, iuxta dicta per Farina. d. quæſt. 34. num. 68. & Turret. conſil. 45. num. 3. vol. 2.

Secundò, quia dicta Angela non poterat de iure ad carceres reuocari, cum contra eam non ſuperueniſſent noua inditia. Boſſ. de plurib. viol. num. 114. & de ſent. num. 6. Clar. in §. fin. quæſt. 46. verſic. pariter. Brun. à Sole. quæſt. 17. num. 10. Non. conſ. 103. numero 3. Gabr. conſ. 181. num. 25. colum j. nouiſſimè Farinac. in d. quęſt. 34. nu. 63. cum ſequ.

Præſertim cum præſumeretur, contra dictam Angelam non extare inditia aliqua ad torturam, nam aliàs non fuiſſet relata fideiuſſori. Baiard. ad Clar. in §. fin. quæſt. 46. num. 28. Farinac. quæſt. 33. num. 38.

Dictus fideiuſſor nitebatur etiam ſe tueri ex impedimento iuriſdictionis. Sed id non fuit viſum conſiderabile, præſertim cum, dictum impedimentum diceretur illegitimum, nec de eo formiter conſtitiſſet in actis. faciunt dicta per Pariſ. conſ. 124. num. 11. volum. 1. & conſ. 67. num. 31. & 64. volumine 3.

QVintus fuit caſus in Petro ſimili fideiuſſore Pauli, qui Petrus dicebatur abſoluendus.

Primò, quia aliàs dictus Paulus conuenerat promiſſioni, & condemnatus perſoluit partem pœnæ, cum de reliquo fuiſſet per Gubernatorem ſibi
18 gratia conceſſa, cæterùm † acceptilatio facta principali liberat fideiuſſorem. Bart. in l. & per iuſiurandum. §. 1. ff. de fideiuſſ. Alex. in l. 2. §. ſed tamen. ff. de verb. oblig.

Accedit, nam pœna promiſſa ſemel commiſſa amplius non committitur. l. ſi duo. §. fin. ff. de recept. arb. & ibi Doct. Imol. in l. ſi ſic. ff. de verb. obligat.

Secundò, quia relaxatus ſub tali fideiuſſione non poteſt moleſtari niſi nouis ſuperuenientibus inditijs. Farinac. de inquiſit. quæſtione 4. nume. 25. & dictum eſt ſupra. Neque dicta clauſula; toties, quoties, &c. obeſſe allegabatur. Quia fuit inſerta præſentationi, non autem pœnę. Bartol. in d. l. ſi duo. §. fin. Caſtr. in l. qui fidem. in fi. ff. de tranſact. Iaſ. in l. 2. numer. 184. C. de iure emph. Boer. deciſ. 131. numer. 184. Pariſ. conſilio 165. numero 6. volumine 4.

SExtus fuit caſus in clerico Soncino, qui fuit relaxatus fideiuſſori ſub pęna ſcutorum quingentorum auri, cò ipſo incurrenda, de ſe conſignando in fortiis Curiæ in termino dierum triginta abſq; alia monitione, & interim toties quoties ad omnem requiſitionem officij, etiam noua quacúmque cauſa ſuperueniente, & pro eo fideiuſſerat Ioannes Baptiſta. Et cum in termino non ſe conſignaſſet, fuit dubitatum, An dictus fideiuſſor poſſet condemnari ad ſolutionem dictæ pœnæ.

Et ad fauorem dicti fideiuſſoris allegabatur.

Primò, quòd † in prætoriis ſtipulationibus, qualis eſt de iudicio ſiſti, & de præſentando, &c. pœnę apponuntur loco intereſſe. l. fin. ff. de præt ſtipul. & propterea illæ non exiguntur ceſſante Fiſci intereſſe, etiam ſi prægnantibus verbis concepta ſit promiſſio. Gram. conſ. 66. num. 76 Gabr. conſilio 181. numer. 6. Farinac. d. quæſtio. 34. num. 6. 19

Quod corroborabatur, nam promittens in cauſa criminali dicitur principaliter promiſiſſe pœnã ſoluere. Rim. iun. conſ. 738. n. 27. vol. 2. Sed hic nõ agebatur de Fiſci intereſſe, ex quo conſtabat ex defenſionibus factis de innocentia d. Sõcini; & licèt defẽſiones nõ eſſent publicatæ, tamen iudici ſemper acta patẽt. gl. in cap. euidẽtia. de accuſ.

Maran.de or l.iud.par. 6. verſ. actorũ æditio.nume. 35. actaque faciunt rem notoriam.Pariſ.conſilio. 98. numero 25..volumine tertio. Quinimò iudex ex officio tenetur quęrere innocentiã rei.Farina.quæſtio.11.num.10.

Secundò, quia dictus Clericus fuit iniuſtè carceratus, vnde nec ipſe, nec fideiuſſor tenentur ad ſolutionem di-
20 ctæ pœnæ, de carceris † autem iniuſtitia ſemper excipi poteſt.Seraph. de priuil.iuram.priuil.32.nume. 9. Farinac.quæſt.30.num. 68.& d.quæſt. 34. num.180.

Tertiò,quia poſt dictum terminum dierum triginta Curia paſſa fuit fieri defenſiones per dictum clericum extra carceres,vnde videtur receſſum,& renunciatum dictæ promiſſioni,& fideiuſſioni. vulg.iurib.

Verùm videbatur reſoluendum ad fauorem Fiſci; Tum quia inſtrumentum promiſſionis eſt clarum, & cum tot clauſulis prægnãtibus,quæ important executionem paratam, vt aliàs diximus; Tum quia dictus fideiuſſor tenetur hodie repreſentare ſuũ principalem ex noua cauſa, videlicet, homicidij, cum promiſerit repreſentare eum ex quacumque noua cauſa ſuperueniente.Farinac.in d.quęſt.34.num. 33.Turr.conſ.63. num.17.vol.2.

Et allegata ex aduerſo tollebantur.

Primò; Tum vti non vera in facto; Tum quia dictæ exceptiones competunt principali, non autem fideiuſſo-
21 ri; Et licèt † in ciuilibus exceptiones competẽtes principali competant etiam fideiuſſori. Rimin.iun.in d. conſilio 378.nume. 26.Surd.conſilio 271. num.23.volum.ſecundo:Tamen ſecus eſt in criminalibus.Farinac.in d quæſtio.34.nu.27, & præſertim cum adderetur,dictum clericum non eſſe audiendum per procuratorem.Farinac. in d. quæſtio.34.num.28.

Tollebantur etiam. Nam primum fundamentum dicitur non eſſe verum in facto, cum reus veniret potius cõdemnandus ex iam deductis.

Secundum non ſubſiſtere in iure,cũ fideiuſſor non poſſit excipere de iniuſtitia carceris. Farinac.in d. quæſt. 34. num.181.

Tertium dicitur friuolũ, cum ob non conſignationem in termino eſſet ius Fiſco quæſitum, cui non dicitur renunciatum,niſi expreſsè fiat.Benintend.deciſ.72.num quarto Præſertim quòd Fiſcus poterat pretendere ignorantiam aſſertorum.Put.deciſ.73 par. 3.cum defenſio poſſit fieri per procuratorem.Et facit, nam ſimplex tolerantia de facto non ſufficit, Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 90. numero 57.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſio de non diſcedendo de loco quando expiret.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas iudicis intelligitur excepta in omni promiſſione.*

2. *Fideiuſſor nõ poteſt obligari in plus, quàm principalis.*

3 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*

4. *Fideiuſſor dicitur liberatus, ſi eſt facta nouatio.*

5. *Fideiuſſor dicitur liberatus, ſi eſt facta alteratio primæ obligationis reſpectu rei, vel temporis, vel loci. Et num. 6.*

7. *Fideiuſſor non tenetur, ſi reus aufugit culpa, & facto Iudicis.*

RESOLVTIO XXX.

IN materia fideiuſſionis de non diſcedendo de loco proponitur caſus in quodam Angelo, qui promiſit, non diſcedere de Saletta carcerũ Curiæ ſub pœna ſcutorum quadringentorum, pro quo Ioannes fideiuſſit, & principaliter, & inſolidum ſe obligauit: Et dicebatur, dictum fideiuſſorem non poſſe moleſtari.

Primò, quia Angelus diſceſſit de dicta Saletta ſibi aſſignata pro carcere, cum ab ea fuerit remotus auctoritate, & commiſſione iudicis, in omni
1 † autem promiſſione intelligitur excepta auctoritas iudicis. l fi. & ibi Docto. ff. qui ſatiſd. cog. cap. conſtitutus, & ibi Felin. de reſcript. gloſ. in cap. quæ contra. diſtinct 8. Farinac. quæſt.
2 97. num. 109. cum ſequ. & cum † non teneatur principalis, nec tenebitur fideiuſſor, qui non poteſt in plus obligari, quàm principalis. l. Græcè. §. illud, & ibi Docto. ff. de fideiuſſ. in puncto vide Caualcan. deciſ. 14. numer. 1. & 9. cum ſeq. par. 5. Pariſ. conſil. 164. nume. 21. volum 4 Farinac. de carcer. quæſtio. 30. numero 66. Surd. conſil. 20. num. 10.

Secundò, quia licèt iudex eum remouerit à dicto loco, dummodo poſtea reuertatur, tamen adhuc fideiuſſor non poteſt moleſtari, ex quo fideiuſſio fuit de non diſcedendo, non autem quòd remotus reuerti deberet, & fideiuſſor non tenetur in caſu, in quo non interceſſit. Socin. ſen. conſilio 243. columna penultima volum.
3 2. fideiuſſio † enim eſt ſtricti iuris, cũ cõtrahatur per ſtipulationem. l. quicquid. ff. de verborum obligatio. & idcò non extenditur vltra, quàm in ea ſit expreſsè cautum. Bald. in capit. venerabilem. de elect. & in c p. Rodulphus. de reſcript. Alex. in. conſ. 48 colum 3. volum. 4. Curt. iun. conſ. 36. colum. 3. volum. 1. Caualc. deciſ. 14. num. 17. par. 5.

Tertiò, quia dictus Angelus fuit remotus à dicto loco, & reconductus ad arctiores carceres, in quibus per plures dies ſtetit, & per talem mutationem dicitur facta † nouatio, & ſuc 4
ceſſiuè fideiuſſor liberatus cenſetur. in terminis Grati. conſ. 68.

Et confirmabantur ſupradicta.

Tum quia † alterata prima obliga- 5
tione reſpectu rei, vel temporis ſine conſenſu fideiuſſoris, dicitur liberatus fideiuſſor. Bart. in l. Valerianus. ff. de præt. ſtipul Alexand. in l. vbicumque. ff. de fideiuſſ. Pariſ. conſilio 107. numero vigeſimooctauo, volum. 3. Et idem eſt dicendum, ſi † alteretur re- 6
ſpectu loci, vt hic, arguendo de tempore ad locum l. vinum. & ibi Docto. ff. ſi certum petatur. Bartol. in l. fin. ff. de tritic. act.

Tum quia ſi † reus aufugit culpa, & 7
facto iudicis, non tenetur fideiuſſor. l. ſancimus. C. de pœn. Boſſ. in pract cri. in tit de cau. fideiuſſ. numero ſexageſimoſecundo Iudex autem hic fuit in culpa, quia, cum quilibet carceres abhorreat, poterat de facili cogitare, quòd reus fugam arripere potuiſſet: culpa autem imputatur ei, qui non cogitat, quod de facili poteſt euenire. Alexand. conſ. 52. columna ſecunda, volum. 6.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de non offendendo quando non ſit obligatus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Treguæ, & contractus de non offendendo, ſunt correſpectiui, & vnus non tenetur cauere, niſi alter caueat. Et num. 4.*

2 *In correſpectiuis ceſſante vno ceſſat alterum.*

3 *In pœnis conuentionalibus debet eſſe æqualitas.*

5 *Contractus ſunt facti.*

6 *Iudex non poteſt inducere, quòd nũquàm factum cenſeatur factum.*

7 *Offenſio præſumitur ex propria cauſa.*

8 *Pœna non committitur ex leui, & modica offenſa.*

9 *Noua cauſa ſuperueniens excuſat à pœna, etiam ſi ſit leuis.*

10 *Noua cauſa præſumitur, maximè ſi offenſa correſpondet nouæ cauſæ. Et num. 12.*

11 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*

13 *Motus proprius Pij Quinti ſuper noua cauſa quomodo intelligendus.*

14 *Impubes non incurrit pœnam.*

RESOLVTIO XXXI.

IN materia fideiuſſionis de non offendendo.

PRimus fuit caſus. Quidam Antonius promiſit non offendere Fuluium ex vna cauſa, Alexander cõſanguineus dicti Antonij promiſit non offendere eundem Fuluium, ſed ex diuerſa cauſa. Nicolaus filius dicti Antonij offendit dictum Fuluium. Fuit dubitatum.

Primò, An dictus Antonius teneatur ad pœnam promiſſam, ſtante dicta offenſione.

Secundò, An teneatur etiam Alexander.

In primo dicebatur, Antonium non teneri ad aliquam pœnam cum dictus Fuluius non præſtiterit ſimilem cautionem de non offendendo dictum Antonium.

Primò quia † treguæ, & contractus prædicti de non offendendo, dicuntur correſpectiui, & reciproci, cum vnus non teneatur cauere, niſi alter caueat. Bart. & alij. in l. quia bona. §. ſi quis. ff. de damn. infect. Felin. in rubr. de treg. & pace. colum. penult. in † correſpectiuis autem ceſſante vno, ceſſat, & alterum. l. etiam. §. ex cauſa. ff. de min. l. filio. §. matri. ff. de alim. leg. Crau. cõſ. 230. colum. prima, & conſilio 247. colum. fin. Farinac. quæſt. 107. num. 23. 1 2

Secundò, quia † in pœnis conuentionalibus debet eſſe æqualitas, aliàs non valet, quod geſtum eſt, iuxta tradita per Bart. & Bald. in l. ſi de meis. in princ. ff. de recept. arb. idem Bald. in cap. 1. qual. dom. feud. priu. in vſib. feud. Hic autem aderat iuſtus timor ex vtraque parte, qui erat iuſta cauſa, ſecundùm Pariſ. conſilio 168. volum. 4. Et propterea vtrique fuerat tranſmiſſum præceptum ad præſtandam huiuſmodi fideiuſſionem; † Et promiſſionem de non offendendo ſimpliciter ab vno præſtitam non valere, donec alter eam non præſtiterit, tenuerunt Bald. conſilio 195. volumine ſecundo. Dec. conſilio 531. Vulpel. in tract. de pace. cap. 79. Hercul. de caut. de non offendendo. cap. 31. Moron. de treg. & pace. par. ſecunda quæſt. 43. Laurent. inter conſil. crim. diu. conſilio 66. columna ſecunda, volumine ſecundo. Rontheg. conſilio 68. columna ſecunda, volumine ſecundo. Hercul. de Silu. conſilio 97. numero decimo tertio, inter conſil. crim. diu. volumine ſecũdo. Et ita obſeruari teſtabatur quidã magnus Ad- 3 4

uocatus, vide Farinac. d. quæſt. 107. num.23.

Et dum Fiſcus faceret magnum fundamẽtum in præcepto facto per Prætorem, in quo ſpecialiter cauebatur, quòd interim dictus Fuluius teneretur ad pœnam treguę factę, donec per eum non fuerit præſtita fideiuſſio, vnde videretur inducta pœna reciproca, & correſpectiua.

Fuit reſponſum, per Iudicem fieri non poſſe, vt ex tali præcepto contrauenies teneatur ad pænam treguæ factæ, cum tregua ſit pactum ad tẽpus, quod nõ poteſt fieri, niſi partibus cõſentientibus, & vbi cõſenſus partium non interuenit, non poteſt fingi, quòd interuenerit ex ſola iudicis diſpoſitio-
5 ne, quia † cum contractus ſint facti. l. conſilio. §. fin. ff. de cur. fur. impoſſibi-
6 le † eſt, quòd Iudices poſſint inducere per præceptum, quòd factum futurũ, & nunquàm factum cẽſeatur factum. in terminis Caſtr. conſil. 422. pro confirmatione eorum, columna fin. verſ. præterea. volumine primo. Moron. in d. par. 2. quæſt. 43.

In ſecũdo dubio pariter dicebatur, dictum Alexandrum non teneri ad a-
7 liquam pœnam, quia † præſumitur, dictum Nicolaum offendiſſe Fuluium ex propria cauſa. l. & magis. ff. de ſolut. in puncto vide Bald. in l. ſi prædium. numero 17. C. de ædil. edict. Hercul. de caut. de non offend. cap. 28. n. 7. Moron. de treg. & pact. quæſt. 45. num. 3.

Quod confirmatur, nam in dubio iudicandum eſt pro non fractione. Farinac. quæſt. 107. nume. 398. Menoch. de præſumpt. libro quarto. præſumpt. 161. nume. 26. Maſcard. de probat. volum. tertio concl. 1157. nume. 3. qui in terminis hoc pertractat.

SEcundus fuit caſus in Mattheo, qui promiſerat non offendere Franciſcum, & tamen offendi fecit pugnis per alium; Et dicebatur, dictum Mattheũ non incidiſſe in pœnam.

Primò, quia illa fuit † leuis, & modica offenſa, per quam non committitur pœna. Marſ. conſilio 80. numero 8
17. libro primo. Pariſ. conſilio 165. numero 13. cum ſequen. volumine quarto. Bald. conſilio 195. numero ſexto, volumine 4. Barb. conſilio 74. columna ſecunda, volumine 4. Burſat. conſ. 141. numero 47. volumine ſecundo. Bertaz. conſilio 146. & 176. numero 8. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 27. verſ. & ſic concluſio eſt. Turret. conſilio 56. numero 16. volum. ſecundo, vbi dicit ex tali offenſa ceſſare animum offendendi. latè Farinac. d. quæſt. 107. num. 210. cum ſeq. vbi in puncto. Maſcard. de probat. volum. 5. conſ. 1157. num. 78. cum ſeq.

Secundò, quia offenſio fuit facta ex 9
noua † cauſa ſuperueniente, quæ excuſat, etiamſi ſit leuis. Afflict. deciſ. 206. Hercul. d. tract. de caut. cap. 13. numero tertio. Barbat. conſilio vndecimo columna ſexta, volumine ſecũdo. Corn. conſil. 217. volumine primo, & conſilio 42. volumine ſecũdo. Dec. cõſilio 360. Pariſ. in d. conſ. 165. Rim. iun. conſilio 299. volumine tertio. Socin. iun. conſilio 103. num. 10. volumine tertio. Bero. conſilio 135. numero 14. volumine tertio. Cioff. conſil. 126. numero quinto. Cœphal. cõſilio 190. volum. 2. Clar. §. fin quęſt. 47. Turret. conſil. 56. num. 13. volum. 2. vbi ampl. etiamſi illa cauſa noua ſit iniuſta. Magon. Lucen. deciſ. 100. num. 5. Farinac. d. quæſt. 107. num. 403. cum ſeq. & nu. 410. Non. conſ. 108. nume. 16. conſ. 110. num. 7. & conſ. 111. num. 1. & 26. Maſcard. d. concl. 1157. num. 27. cum ſeq.

Et noua † cauſa, vltra quod præſu- 10
mitur. Bald. in l. ſi prædium col. fin. C. de ædil.

de ædil.edi. Rom.conſil.183. Pariſ.in d.conſ.165. Bertaz.conſil.146.num.23. Alex.conſ.115.col.2.vol.4. Bero.conſ. 198.numer.14. & conſil 200.num.10. vol.3. Turret.d.conſ.56.nume.15. latè Farinac.d.quæſt.107. numer.432. cum ſeq.vbi plura cumulat,& numer.460. cum ſeq.diſcutit quando dicatur noua cauſa.Caualc.deciſ.9.nume.12. & 14. par.5.& Maſcard.d concl.1157.num.9.

11 Quæ † præſumptio transfert onus probandi in Fiſcum.Cioff.in d.conſilio 126. numero 4. Fuit etiam dicta noua cauſa probata per teſtes ipſiuſmet Fiſci,quibus plenè creditur, vt aliàs dictum eſt.

12 Quod magis confirmabatur,cum † offenſa correſpondeat potius nouæ cauſæ,quàm veteri.Bald.in d.l.ſi prædictum. Cæphal. conſ.35. col.1.vol.1. Vulp.de pace.quæſt.47.

Motum autem proprium Pij Quinti fœl.record.quo cauetur,cauſam nouam non excuſare,ſuper quo vide Farinac.in d.quæſt.107.nu.499.cum ſequent.dictum fuit,non obeſſe.

Tum quia hic agebatur de leui, & modica offenſa.

13 Tum quia ille † Motus proprius venit intelligendus de cauſa noua non ſimplici, ſed roborata, vel adminiculata ex cauſa veteri,hic autem erat ſimplex,quæ excuſat principalem.Hercul. in d.tract.de caut.de non offend.capit. 13.numer.3. vbi plures Doctores allegat.

Tum quia ille Motus proprius habet locum in principali,non autem in alio offendente, ſecundùm Hercul. in d.tract.capit. 28.num.7. Turret. conſil.56.num.12. volum.2. licèt Magon. Lucen.deciſ.100.num.20.cum ſeq. reprobet dictam opinionem Herculani validis rationibus, & tollat etiam illum alium intellectum,quòd Conſtitutio intelligatur in cauſa clara,& releuanti.numero 19.ſed in dubia.Vide Farin.d.quæſt.107.num.515.

Tertiò,quia † dictus Matthæus tēpore promiſſionis erat impubes,vt in terminis pon:t Corn.conſilio 167.numero ſeptimo,volumin.tertio.Marſ. in tract.bann.in ver.pace. numer.75. Non.d.conſ.108. Farin. quæſt.15. nu. 2.cum ſeq.Vnde in omnem euentum ſaltem eſſet reſtituendus in integrum aduerſus pœnam præfatam. Turr. d. conſ.56.num.17. 14

ARGVMENTVM.

Bannitus quandò poſſit impunè offendi.

SVMMARIVM.

1 *Vbi quis non venit puniendus, non eſt carcerandus, nec inquirendus.*
2 *Bannitus an poſſit impunè offendi.*
Et quid ſi nulliter bannitus,num. 9. 10. & 12.
Et quid ſi abſolutus,ſed nondum de banno cancellatus.num.16.
Et quid ſi toleratus.num.17.& 18.
3 *Exceptio delicti impunibilis poteſt à quocumque opponi, & quandocumque.Et num.4.5.& 7.*
6 *Exceptio peremptoria impedit proceſſum.*
8 *Exceptionibus contrariis quis poteſt vti.*
11 *Verba illa in ſententia,viſa citatione,an probent citationem.*
13 *Sententia eſt nulla lata ſine proceſſu, & cauſæ cognitione.*
14 *Forma legis non ſeruata, actus eſt nullus. Et numero decimoquinto.*

RESOLVTIO XXXII.

PROPONEBATVR, indebitè carceratos detineri Dominos de Rubeis ob homicidiũ cõmiſſum in perſona Vici.Nam licitè offendens aliquem non dicitur delinquere.l.is,qui.C.de ſicar. l.ſi quis.C.vt nem.priu. & vbi non eſt delictum,ibi non eſt pœna.l. aliud.ff. de verborum ſignificatione. Crauet. conſilio 301. columna ſecunda. Becc. conſilio 102.numero 32.Turret. conſil.8.num.64.volum.1.

1 Et † vbi quis non venit puniendus,
nedum non eſt carcerandus, ſed nec
inquirendus. Bartol. in l. ſi quis. §. ſi
matri. Curt. in l. vbi. C. de tranſac.
Clar. in §. homicidium.verſ.alia quo-
2 que eſt. Sed cum dictus Vicus eſſet †
bannitus,& capitaliter condemnatus,
potuit impunè offẽdi, tàm vigore extrauagant. Iulij Secundi, Leonis XI. Clementis VII. & aliorum Summorum Pontificum, quàm etiam vigore Sacræ Conſtitutionis Prouinciæ Marchiæ editæ contra bannitos. Menoch de arbitr.iudic.libro primo,queſt.90. numero 1.cum ſeq.& num.26.

Et hæc † exceptio delicti impuni-
3 bilis poteſt ad fauorem inquiſiti non comparentis à quocumque opponi. Doctor.in d.l. vbi. Abb. in capitulo tertio. de accuſat. Cæpol. caut. 68. Marſ.conſilio decimo, nume. 6. conſ. 24.numero 4. & conſ.73 numero 76. vol.1.

4 Et † ab ipſo interfectore poteſt quoque opponi poſt latam cõtra eum ſententiam.Marſ.conſ.32.numero 20. volum.1. Roland. conſ. 60.nume.34. volum.2.

5 Quia hæc † exceptio,cum proueniat à Cõſtitutionibus,dicitur peremptoria.Clar.in d.§.homic. verſ.ſciendum
eſt. & † impedit proceſſum. Iaſ. in l. 6
ait. numero 16.ff.de iureiur. Marant. in pract. de except.numero 12.memb. 9.Boſſ.de carc. fideiuſſ. numero decimo ſexto.

Et dum diceretur,dictos carceratos
† non poſſe vti tali exceptione, cum 7
negauerint, occidiſſe dictum Vicum, iuxta not. in cap. ex eo. de reg iur. in 6.

Fuit reſponſum, reos poſſe negare, homicidium commiſiſſe, & ſubinde
excipere de actu impoſſibili, cum † 8
poſſint vti diuerſis, ac etiam contrariis exceptionibus.l. nemo. ff. de except. l. nemo ex his. & ibi Dec. & Cagnol. numero quarto. ff. de reg. iur. in terminis Pariſ. conſilio primo. numero ſeptimo, volum. 4.

Vlterius dum diceretur,dictum Vi-
cum non † potuiſſe impunè offendi, 9
ex quo non fuerat ritè, & legitimè bannitus.Iaſ.in l. 4.§.condemnatum. ff.de re iudic.Plac.in tract. delict.cap. 36.Farinac.quæſt. 103.nu.36. cum ſeq. Clar.in §.homicidiũ. verſ. maior eſt. Menoch.de arbitr.iud.queſt. 90.num. 7.& lib.2. cent. 3. caſ. 283.Blanch.in pract.§.ignorantia.num 36 & nullitas banni arguebatur; tum ex defectu citationis;tum quia Vicus fuit condemnatus in contumacia, ſed ſtatutum nõ habet locum in bannito in contumacia.

Primò fuit replicatum,de iure † nõ 10
eſſe puniendum, qui occidit bannitũ ignorans nullitatem banni. Farinac. quæſtio.103.numero 43.

Secundò,per Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ lib.4.cap.35.expreſsè caueri, quòd bannitus poſſit impunè offendi,etiamſi non legitimè,vel nulliter ſit bannitus;vnde cum adſit caſus legis,nulla cadit dubitatio vulg.iurib.

Et ob-

Et obiectum citationis tollebatur ex illis verbis appoſitis in ſententia, videlicet, viſa † citatione, quæ probant
11 citationem. Iaſ. in d. l. 4. §. condemnatum. vbi dicit, hoc communiter teneri, & ſeruari de conſuetudine.

Obiectum vero contumaciæ confutabatur.

Primò, quia dicta Conſtitutio loquitur in bannito in contumacia.

12 Secundò, quia id verum eſt, quando quis fuiſſet bannitus ſimpliciter pro contumacia, ſecus ſi pro maleficio, ſuper quo fuiſſet proceſſum in abſentia, & per contumaciam, vt in terminis declarat Blanch. in pract. crimin. §. poſtquàm vidimus. num. 9.

Inſuper dum diceretur, Vicum olim capitaliter cõdemnatum fuiſſe poſtea ab illa condemnatione abſolutum per ſententiam.

Primò fuit replicatum, dictam ſen-
13 tentiam abſolutoriam fuiſſe † nullam ipſo iure, tàm de iure communi, ex quo fuit lata ſine proceſſu, & cauſæ cognitione. Vant. de nullit. in rubr. ex defect. procur. numero 14. cum ſequẽ. quàm ex forma Motus proprij Sanctiſſimi Domini Noſtri, cum non appareat, quòd dictus Vicus ſe cõſtituerit carceribus, & quòd fuerint citati hæredes occiſi, prout requirebatur, juxta formã dicti Motus proprij: Nam
14 † forma legis non ſeruata actus eſt omninò nullus, iuxta not. in l. non dubium. C. de legib. Dec. conſilio 429.
15 & 434. in princ. Præſertim † cum d. Motus proprius habeat in ſe expreſſam clauſulam annullatiuam ſententiæ, & omnium geſtorum. cap. dilecto. de pręben. gloſ. in Clem. prima de iurepat. Vnde potuit impunè offendi, cum nullum quod eſt, nihil operetur. cap. quæ contra. cap. non præſtat. de reg. iur. in 6. & in terminis banniti nulliter gratiati, vide Alexand. conſilio 114. volumine primo. Cœpol. cõſilio crimin ſeptimo. Boſſ. de bann. qui adm. numero tertio. hocque expreſsè diſponi videtur per dictum Motum proprium.

Secundò fuit replicatum, dictum Vicum licèt abſolutum † non fuiſſe 16
de banno cancellatum, vnde potuit impunè offendi, niſi probaretur, occiſorem ſciuiſſe, bannitum fuiſſe remiſſum, & gratiatum. Bald. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. Caſtr. in l. ſi duo. ff. de acq. hæredit. & conſilio centeſimo nonageſimo nono, volumine primo. Alex. in l. ſi ex lege. ff. de adulter. & conſilio 65. volumine tertio. Iaſ. in d. l. 4 §. condemnatum. numero trigeſimo ſexto. Marſ. conſilio quinquageſimo quinto. numero 7. libro primo. Gozad. conſilio 61. Dec. in l. qui cum alio. ff. de regul. iur. & conſilio 327. numero ſexto. Ruin. conſilio octuageſimo quinto. libro quarto. Crauet. conſilio centeſimo nonageſimo tertio. numero octauo. Boſſ. de bannit. qui adm. numero tertio. Blanch. in d. §. ignorãtia. numero 180. Menoch. in d. quæſtio. 90. numero 34. Farinac. d. quæſtio. 103. nume. 79. & 345. cum ſeq.

Demũ dum opponeretur, dictũ Vicum tanquã † toleratũ nõ potuiſſe of- 17
fendi, iuxta dictũ Salic. in l. nullus. C. de iud. vide Farinac. d. quæſtio. 103. nu. 140. cum ſequen. & num. 289.

Fuit reſponſum, tunc demùm † to- 18
lerantiam pręſtare ſecuritatem, quando actus tolerantiæ fiat à Superiore, qui poterat rebannire, & actus erat in agere, ſecus ſi erat in pati, quia tunc patientia ſola non ſufficit. Ruin. conſilio 85. nume. nono, volumine quarto. Plot. conſilio 108. numero 104. libro primo, conſilio crim. facultas

autem rebanniĕdi eſt ſublata per ſpeciales Conſtitutiones omnibus Legatis, & quibuſcumque Officialibus, vnde non poteſt argui conceſſa ſecuritas aliqua. Prçterea fuit reſponſum, vt per Menoch. in d. quæſtio. 90. numero 57. quem videas.

ARGVMENTVM.

Remiſſio capti quando, & quomodo ſit concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus captus quădo ſit remittendus ad ſuum iudicem. Et numero 3. 7. & 8.*

2 *Remiſſio banniti eſt facienda cum cauſa cognitione.*

4 *Latrones qui dicantur. Et numero 5. & 6.*

RESOLVTIO XXXIII.

1 SVPER petita remiſſione Philippi banniti dicebatur, illam non † eſſe faciĕdam, quia quicquid ſit de iure communi, hodie de cõſuetudine generali inter diuerſa dominia, & inter iudices non ſubditos eidem Principi non fit remiſſio talium bannitorum. Couar. pract. quæſt. c. 11. quem refert, & ſequitur Clar. in §. fin. quçſt. 38. verſic. hoc tamen, & de conſuetudine Romanæ Curiæ teſtatur Oldrad. conſ. 124. in fine. vide Decian. in tract. crimin. tom. 1. libro. 4. capit. 19. numero 10. cum ſeq.

Et dum opponeretur de conuentionibus factis inter Sanctiſsimum Dominum Noſtrum, & Catholicum Regem Philippum, ac de Motu proprio edito per Sanctiſsimum Dominum Noſtrum Sixtum Quintum fœl. record.

Primò fuit reſponſum, remiſsionĕ † non eſſe ex abrupto faciendam, ſed remittens debet ſummariè ſaltem cognoſcere de delicto, vt tradit Cæpol. conſ. 58. num. 14 & Boſſ. de for. comp. num. 51. ſicque debet perſcrutari cauſas, quç plures ſunt, ex quibus remiſſio denegari poteſt, & quas ſingulas benè explicat Guidop. deciſ. 202. & Oldr. in d. conſil. 124. Decian. in d. cap. 19. numero 15. 2

Hic autem duæ principales concurrebant rationes, & cauſæ, ex quibus erat deneganda petita remiſſio.

Prima erat, quia non conſtabat de aliqua retentione rerum derobatarũ. Cæpol. in d. conſil. 58. num. 18.

Secunda erat, nam conuĕtio ſupradicta loquitur ſpecificè, & nominatim de certis delinquentibus, videlicèt, de hæreticis, rebellibus, ſacrilegis, falſariis, monetariis, raptoribus, pacis violatoribus, latronibus, aſſaſſinis, homicidis, & bannitis; Vnde † aſſerens, 3
vigore dictæ conuentionis remiſſionem eſſe faciendam, debet probaſſe, d. Philippum eſſe talem, quòd comprehendatur in dictis capitulis. Bart. in l. 1. ff. ne quid in flum. publ. Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. Alex. conſ. 161. in princ. volum. 5. Dec. conſ. 13. nume. 3. & conſil. 18. col. 2. Marſil. ſing. 187. Rub. conſ. 16. num. 14. in puncto Cæpol. in d. conſ. 58.

Nec facere dicebatur, quòd dictus Philippus dicatur comprehenſus, cum ob retentionem rerum ſubtractarum à latronibus poſſit dici latro, vel raptor.

Quia propriè † raptores, & latrones 4
dicuntur, qui in ſtratis publicis homines ag-

nes aggrediuntur, ipſóſque violenter ſpoliant, & furantur. Bartol. in auth. ſed nouo iure. C. de furt. Gram. conſilio 37. num. 14. & conſ. 59. num. 4. Re-
5 tinentem † autem res à latronibus, & raptoribus derobatas, non dici latronem, nec raptorem, arguebatur. Tum ex diuerſitate nominum. l. ſi idem. C. de codicil. Tum quia hæc delicta tanquam diuerſa, & ſeparata ſub titulis diuerſis, & ſeparatis ponuntur. Abb. conſilio 57. columna tertia, verſic. tertiò principaliter. volum. 1. Oldrad. cõſilio 210. colum. 1. Gemin. conſ. 54. colum. 2. Tum ex diuerſitate pœnæ. Feder. de Sen. conſ. 63. circa fin. Vnde de vno ad aliud non poteſt inferri, vulg. l. Papinianus. ff. de min.

6 Quod ſtringebatur. Primò, nam † vbi Conſtitutio loquitur de rapina, & derobatione, non habet locum in furto commiſſo abſque vi, & violentia. Boſſ. in tit. de capt. nu. 44. Plot. in l. ſi quando. num. 708. C. vnde vi.

7 Secundò, quia † tales conuentiones de remittendo delinquentes ſunt cõtra dictam vniuerſalem conſuetudinem, quæ vicem legis obtinet. l. de quibus. ff. de legibus. vnde ſtrictè ſunt intelligendæ. l. vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. quicquid. ff. de verborum obligat.

Secundò principaliter fuit reſponſum quoad dictum Motum propriũ,
8 quòd † dictus Philippus fuerit captus longè ante editionem illius, vnde nõ ſubiacet eius diſpoſitioni, cum Principis lex noua reſpiciat futura tãtùm, non autem præterita. l. leges. C. de legibus. l. prima. C. de curat. fur. l. iubemus. C. de teſtam. capit. fin. de conſtitut. gloſſ. in cap. licet Canon. de elect. in 6. quod etiam videtur expreſsè caueri in dicto Motu proprio, dum dicitur in eo, quòd non arctetur aliquis, niſi poſt decem dies à die publicationis.

ARGVMENTVM.

Simonia quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an probetur per ſigna, & coniecturas.*
Et quando hoc verum ſit. numero 7. & 8.
2 *Numerus teſtium ſupplet defectum. Et num. 10.*
3 *Teſtis de auditu facit præſumptionem.*
4 *Socius criminis quando admittatur in teſtem in crimine Simoniæ. Et num. 16. & 17.*
5 *Teſtis ſuper bona fama, & vita excuſant à Simonia.*
6 *Teſti mediatori an ſit credendum.*
9 *Fama an ſit probanda.*
11 *Teſtes ſingulares non probant.*
12 *Mandatum non præſumitur.*
13 *Simonia quando contrahatur in reſignatione beneficij.*
14 *Periurus non probat.*
15 *Declaratio continens turpitudinem non eſt attendenda.*

RESOLVTIO XXXIV.

FVIT querelatus N. Sacerdos de crimine Simoniæ, eò quia fecerit ſibi reſignari beneficium ſimplex à q. R. Clerico, eíque pro dicta reſignatione perſoluendi ſcuta vigintiquinque.

Et per Fiſcum, & querelantem dicebatur, dictum Sacerdotem fore ex deductis condemnandum, quia † Simonia probatur per ſigna, & conie- 1

ęturas.cap.ſicut.de Simon. gloſſ. in c. ſanè 15.quæſtio.3.Clar.in §. Simonia. verſ.fin.Rhedo.de Simon. par.4.cap. 20.num.6.Maſcard.de probat. concl. 1304.num.8.volum.3. Quod maximè verum eſſe dicitur in foro Eccleſiaſtico.Rot.Roman.in nouiſſ.deciſ.191. num 2.par.1.

Et ratio potiſſima eſt,nam Simonia eſt de criminibus, quæ ſolent occultè committi.Crau.conſilio 122. numero octauo.Maſcard.in dict.concluſ.1304. num.2.Flam.Pariſ.de reſignat.beneſ. tom.2.libro 14.quæſt.10.num.23.Decian.in tract.crim.tom.1. libro 5.cap. 86.num.6.

Ex proceſſu autem colligebantur plures coniecturæ,etiam vehementes pro verificatione dictæ Simoniæ.

Prima erat, publica vox, & fama
2 probata per multos teſtes, qui † cum ſint plures numero, ex eo ſuppletur omnis defectus.Gram.conſ.59.numero 19.

Secunda erat, etenim nonnulli teſtes deponunt,dictum Sacerdotẽ mutuaſſe pecuniam dicto clerico mediãte perſona Aromatarij, idque etiam ab audiuiſſe ipſomet clerico. Caputaq.deciſ.267.num.2.par.3.& ab aliis.
3 Teſtis † autem de auditu, ſi non probat,ſaltem facit præſumptionem.Benintend.deciſ.67.num.8.

Tertia erat, confeſſio dicti clerici reſignantis, qui proteſtatus fuit in actis,ſe reſignaſſe beneficium dicto Sacerdoti, quia ab eodẽ ſibi fuerat promiſſum tradere ſcutos vigintiquin-
4 que, ſocius † verò criminis admittitur in teſtem in crimine Simoniæ.ca. 1.de teſtibus.in 6.Pariſ.in dict.lib.14. quæſt.10.num.9.cum ſeq.vbi alios citat,& teſtatur de magis communi.

Cæterùm fuit inclinatum ad abſolutionem.

Primò,quia pro dicto querelato extabant dicta plurium teſtium † ſuper 5
eius bona vita,fama,& optimis moribus.Alciat.conſ. 1. numero 1. cum ſequent.volumin.1.ſecundùm Venetam Impreſſ.

Secundò allegabatur depoſitio Frãciſci Lunerij mediatoris quoad reſignationem prædictam,qui dicit, eam fuiſſe factam liberè,& abſque pactione, & dicto Franciſco † credendum 6
eſt,ſecundùm Farina.de oppoſit.cõt. teſt.quæſtion.60.numero 420.Pariſ. in d.libro 14.quæſtion.10.num.9.maximè cum ſit teſtis Curiæ. Hor. Lut. inter conſ. crim. tom. 1. conſilio 161. num.44.Burſat.conſ.389. numero 8. volum.4.

Tertiò, quia in ipſa reſignatione legitur illa clauſula, liberè,& abſque vlla pactione.Alciat.conſil.2.numero 29.libro primo, ſecundùm Venetam Impreſſ.

Quartò allegabantur dicta per Nat. conſ.299.

Et fundamentum Fiſci tollebatur Tum quia non eſt ſimpliciter verum, quòd in † crimine Simoniæ ſufficiant 7
coniecturæ:nam requiruntur illa tria cumulata per Maſcard.in dict.conclu. 1304. numero 14. & 33. Et præſertim quòd coniecturæ ſint concludentes, neceſſario, & conuincentes, non autem imaginariæ.Clar.in d.§.Simonia. verſ.fin.Vgolin.de Simo.cap. 32. §.4. numero 2. Tum quia † id verum eſt 8
in Simonia,quę committitur circa ordines, ſecus in ea, quę committitur circa beneficia.Thom. Triuiſ.deciſ.5. num.3.lib.1.

Vlterius pro maiori veritate eneruata fuit quęlibet coniectura.

Nam quoad primam de fama dictũ fuit, illam † non fuiſſe legitimè probatam,cum teſtes non depoſuerint,à qui-

à quibus, quando, & quomodo illa ortum habuerit. Addit ad Bertaz. conſilio 162. volumine primo. crim. Maſcard. de prob. volumine ſecundo. concluſ. 749. numero vigeſimoſecundo. Item fama ſola in criminalibus neque facit inditium ad torturam. Bartol. in l. milites. C. de quæſtion. Maſcard. d. volumine ſecundo. concluſione 754. Et quando agitur criminaliter † numerus non ſupplet defectum teſtium. Farinac. quæſtione ſexageſimaſecunda. numero 319. & aliàs dictum eſt.

Quoad ſecundam fuit reſponſum.

Primò, dictos teſtes non probare; Tum quia ſunt de auditu à fratre, & matre querelantis; quinimò de auditu auditus. cap. licèt. de teſtib. Farinac. quæſtion. 69. num. 2. cum ſequen.

11 Tum quia non ſunt conteſtes, ſed † ſingulares. Decian. conſilio 100. num. 19. volumine tertio. Bertazzol. conſil. 3. n. 17. & conſ. 225. num. 2. vol. 1.

Secundò, quia non conſtabat, fuiſſe pecuniam mutuatam de mandato di-
12 cti Sacerdotis, & mandatum † non præſumitur etiam per mille annos. Oſaſch. deciſ. 175. Caputaq. deciſione 350. numero quarto. par. 2. Alciat. in d. conſ. 2. col. 2.

Tertiò, quia in omnem euentum non † contrahitur Simonia, quando poſt liberam reſignationem aliquid daretur reſignanti à tertio. Alciat. in d. conſ. 2. col. 2.

Quoad tertiam fuit reſponſum, proteſtationem, & declarationem dicti clerici non eſſe attendendam.

Tum quia eſt contraria declaratio-
14 ni primæ iuratæ, & ſic facta † à periuro. Bart. in l. de minore. §. plurimùm. ff. de quæſt. Dec. conſil. 37. numero 9. Boſſ. de inquiſit. nu. 33. Oſaſch. deciſ. 101. num. 17. Zuccard. conſil. 55. item continet turpitudinem. cap. intellecto. de iureiuran. Crauet. conſilio 120. num. 3.

Tũ quia facta † à ſocio criminis, & 15
muneris. cap. veniens. de teſtib. Alcia. in d. conſ. 2. num. 4. Salyc. in l. fi. num. 10. C. de accuſat. Aret. conſ. 61. Calcan. conſ. 110. num. 7. Crauet conſ. 791. numero 5. Pariſ. in d. lib 14. q. 10. nu 28. & 43. vbi dicit, multò minus probare, ſi agitur criminaliter. Decian. in tracta. crimin. tom. 1. lib. 6. cap. 86. num. 8. & lib. 3 cap 19. nu. 15.

Tum demùm quia, ſicut confeſſio cedentis non nocet ceſſionario. l. facta. §. ſi hęres. ff. ad Trebel. de communi teſtatur Corn. conſ. 139. num. 4. volum. 1. latè Maſcard. de prob. volum. 1. conclu. 374 ſic † nec confeſſio reſi- 16
gnantis debet nocere reſignatario, ne aliàs eſſet in manu reſignantis priuare reſignatarium iure ſuo. Alciat. in d. conſ. 2. colum. 1.

ARGVMENTVM.

Confitens crimen quomodo ſit condemnandus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus eſt condemnandus.*
2 *Pœna minuitur, ſtante ſpontanea confeſſione, & longa detentione.*
3 *Confeßio eſt interpretanda in partem, quæ excludat delictum.*
4 *Declarationi facientis actum ſtatur in paſſionibus a[n]imi.*
5 *Paria ſunt exprimi in confeßione, vel probare per teſtes.*
6 *Coitus cum meretrice non eſt punibilis.*
7 *Delictum an præſcribatur.*
8 *Ex quo tempore. Et num. 9. 10. & 11.*

12 *Confeſſio qualificata non poteſt ſcindi. Et num.16.&17.*
13 *Exculpatio cognita prodeſt.*
14 *Fama quomodo probetur.*
15 *Solitus delinquere dicitur ille, quem conſtat ſæpius deliquiſſe.*
18 *Iuncta ſimul proſunt.*
19 *Torqueri quando poſſit confitens qualificatè.*

RESOLVTIO XXXV.

FVIT querelatus Rector. N.

Primò, quòd cognouerit carnaliter quandam N. nuptam.

Secundò, quòd cognouerit C. vxorem querelantis.

In primo capite fuit inclinatum ad condemnationem, quia ipſemet Rector confeſſus fuit, ſe rem habuiſſe carnalem cum dicta N. quæ etiam idē
1 depoſuit in proceſſu, ſed in † confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando. vulg. iur. & doctr.
2 Benè verum eſt, quòd pœna † eſſet alleuianda: Tum attenta longa dicti Rectoris detentione; Tum ſtante eius confeſſione ſpontanea. Gabr. de malefic. concluſ. 19. num. 7. Oſaſch. deciſ. 60. num. 9. & Bertazz. conſ. 450. vol. 2. crim.

Neque fuit habita cōſideratio, quòd delictum eſſet graue, cum agatur de adulterio, & dictus Rector debuiſſet confiteri, ſe rem habuiſſe cum dicta muliere, vti meretrice, ſi voluiſſet excuſari aliqualiter.

3 Tum quia confeſſio † eſt ſemper interpretanda in partem, quæ minus delictum includat, & ſic in fornicationem, iuxta adducta per Iaſ. conſil. 158. volum. 2.

Tum quia illa conſideratio de meretrice eſt de paſſionibus † animi, in 4
quibus ſtatur declarationi facientis actum. Iaſ. in §. ſed iſte. Inſtit. de act. Gram. conſ. crim. 160. numer. 9. Maſcard. de probat. volum. 1. concluſ. 94. num. 3. cum ſeq. & numer. 17. & dictus Rector capitulauit, atque probauit, dictam N. eſſe meretricem, & paria † 5
ſunt exprimi in confeſſione, vel probari per teſtes. l. ſi quis. C. de teſtib. Rom. conſ. 104. in fin. Crau. conſ. 201. Boer. deciſ. 245. Alba. conſ. 25. num. 4. vol. 1.

Præterea, ſtante quòd d. N. eſſet meretrix, dicebatur non † poſſe deue- 6
uiri ad pœnam. Clar. in §. adulterium. verſic. quæro nunquid. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 8. c. 7. numero 9. cum ſeq. vbi ampl. Capic. deciſ. 44. num. 4. Turret. conſ. 42. numer. 10. volum. 2. Pariſ. conſ. 160. numero 31. volumine quarto.

Et dum ad fauorem dicti Rectoris deduceretur, ipſum fuiſſe confeſſum dictam copulam, ſed ſupra triennium, vnde tutus dicitur præſcriptione † triennali, per quam cenſetur ex- 7
purgatum delictum, & mali mores præſumuntur emendati. Gram. conſi. ciuil. 50. nume. 7. latè Triuiſ. deciſ. 59. num. 17. cum ſeq. lib. 2.

Fuit reſponſum.

Primò, non † currere tempus Fiſ- 8
co, niſi à die ſcientiæ, quæ hic non dabatur, cum ageretur de delicto in ſui genere occulto, & difficillimæ probationis. Farinac. de inquiſit. q. 10. nu. 13. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 37. num. 21.

Secundò, quia † pro crimine carna- 9
li ſolet competere præſcriptio quinquennalis, non autem triennalis. Farinac. in d. q. 10. num. 15. Decian. in tractat. d. tom. 1. libr. 3. c. 37. nu. 6. cū ſeq.

Tertiò, quia ſunt † in delictis cōfeſ- 10
ſatis

ſatis in quibus non modica eſt cōtrouerſia inter Doctores, an in eis poſſit opponi præſcriptio. Farin. in d. quæſt. 10. num. 14.

11 Quartò, quia de iure Canonico † in criminalibus impedientibus executionem ordinis, vel retentionem beneficij, prout eſt fornicatio, ſecūdùm Doctor. non currit aliqua præſcriptio etiam poſt peractam pœnitentiam. Farin. in d. q. 10. numer. 32. Vide Diaz. in pract. crim. Can. cap. 149.

In ſecundo capite dicebatur, dictū Rectorem fore omninò abſoluendum.

Primò, quia licèt confeſſus fuerit, ſe contuliſſe noctis tempore ad domum dictæ C. & ibidem fuiſſe repertum à marito dictæ mulieris, tamen addidit, ſe illuc contuliſſe cauſa reperiendi ligna ſibi ex agro ſurrepta, Vnde † cum

12 confeſſio ſit qualificata, non poteſt ſcindi. Thom. Triuiſ. deciſ. 46. nume. 10. & 32. lib. 2. Turret. conſ. 45. numer. 16. volum. 2. Vulpell. conſ. 94. num. 10. Clar. §. fin. quæſt. 55. verſic. fortè poſſet. Pariſ. conſ. 52. numero 39. volum. 3. Natt. conſil. 365. num. 2. Roma. conſilio 346.

Confirmatur, nam cum actus ſit indifferens præſumitur potius ad bonū tendere. Farinac. quæſt. 85. numer. 6. cum ſequent. præſertim in Religioſo, quamuis in laico aliud videatur, ſecundùm Pariſ. conſil. 160. numero 24. cum ſequent. volum. 4. Grat. conſ. 50. volum. 2.

Secundò, quia dicta C. examinata negauit, ſe fuiſſe cognitam à dicto

13 Rectore, quæ † depoſitio multū proficit Rectori, poſtquam nihil ei nocuiſſet, ſi aſſeruiſſet, ſe fuiſſe cognitam ab eo. Pariſ. conſ. 54. numero 48. & conſilio 160. numero 30. volumine quarto. Vulpell. conſ. 39. & d. conſilio 94. num. 3.

Et de aſſerta fama contra d. Rectorem non † videbatur, habendam ali- 14
quam eſſe rationem, ex quo deerant circumſtantiæ requiſitæ ad eius probationem. Vulpell. conſ. 30. numer. 12. Thom. Triuiſ. deciſ. 50. num. 11. lib. 2. Et vlterius fama non attenditur, vbi agitur de condemnādo. Vulpel. conſ. 4. num. 6. cum ſeq.

Nec minus, dicebatur, eſſe habendā conſiderationem de ſolito, cum de eo non conſtet: ſolitus † enim delinque- 15
re cenſetur ille, quem conſtat ſæpius deliquiſſe. Gram. conſ. crim. 34. numero quinto.

Cæterùm per Fiſcum dicebatur.

Vel poſſe condemnari ſtante ipſius confeſſione, non obſtante qualitate adiecta: Tum quia illa † continebat 16
factum ſeparatum, vnde poterat ſcindi. Thom. Triuiſ. d. deciſ. 46. num. 29. cum ſeq. Abb. in cap. bone, el ſecundo de poſtul. præl. Farina. de carcer. quæſtio. 32. num. 60. & quæſt. 81. num. 7. & 110. cum ſeq. Tum quia verior eſt opinio, & practicabilis, quòd † in hoc 17
caſu prohibitiuo poſſit imponi pœna licèt extraordinaria. Clar. in d. §. fi. q. 55. verſ. fortè poſſet. Gabr. de malefic. concluſ. 19. num. 7. Turret. in d. conſil. 45. num. 10. Farin. d. quæſt. 81. numero 157. cum ſeq.

Eò maximè attentis circumſtantiis facti, & temporis, conſuetudine delinquendi, ac difficultate probationis ipſius criminis, quæ omnia † ſimul iun- 18
cta debent multùm prodeſſe. Gabr. de probat. concl. 1.

Vel ſaltem torquendum † eſſe, pro- 19
ponebatur, pro vlteriori veritate, iuxta dicta per Thom. Triuiſ. in d. deciſ. 46. num. 27. prout fuit tortus, & cum ex tortura nihil emerſiſſet, fuit liberatus.

ARGVMENTVM.

Quando poſſit procedi ad capturam.

Item, Mortem eueniſſe caſu, aut delicto hominis, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa capturæ præſumitur extare, vt excludatur delictum.*

2 *Ad capturam ſufficit qualibet leuis ſuſpicio, & informatio.*

3 *Contra debitorem Fiſci poteſt incipi à captura.*

4 *Ratione delicti quis ſortitur forum.*

5 *Probatio non concludens non eſt attendenda.*

6 *Pro remiſſione carcerati quando poſſit agi.*

7 *Teſtes Curiæ plenè probant contra Curiam.*

8 *Falſitas committitur tam in ſcribendo plus, quàm in ſcribendo minus.*

9 *Teſtibus deponentibus pro non delicto magis eſt credendum.*

10 *Idem, dignioribus.*

11 *Idem, teſtibus de viſu, & reddentibus cauſam ſcientiæ.*

12 *De corpore delicti vt conſtet, requiritur ſcelus.*

13 *Teſtis informiter deponens non probat.*

14 *Ad excludendum delictum præſumitur, rem eueniſſe caſu.*

15 *Teſtis deponens in cauſa propria non probat.*

16 *Teſtis ſibimet contrarius non probat, imò poteſt puniri de falſo.*

17 *Teſtes ſingulares non probant.*

18 *Iniectio manuum ſine iniuria, ſed iure permittente, non eſt punibilis.*

19 *Quis quando teneatur de caſu. Et num. 20.*

21 *Reus quando ſit abſoluendus tanquàm innocens.*

22 *Clauſula: ſtantibus deductis: quando ſit apponenda in ſententia.*

23 *De contemptu literarum non poteſt agi contra aliquem, ſi non probatur, illum legaſſe literas.*

RESOLVTIO XXXVI.

FVIT captus quidam Rector S. N. de ordine Reuerendiſſimi D. Epiſcopi A. & fuit dubitatum.

Primò, An dicta captura fuerit licita.

Secundò, ſuppoſito dictam capturam fuiſſe illicitam, An dictus Epiſcopus foret puniendus, ex quo dictus Rector fuit poſtea repertus ſemimortuus in fine Rupis.

Tertiò, An, conſtito de veritate caſus, dictus Epiſcopus foret abſoluẽdus vti innocens.

Quartò, An idem Epiſcopus teneretur de ſpretu literarum Auditoris Cameræ.

In primo dubio ad fauorem dicti Epiſcopi proponebatur.

Aut Fiſcus, & adhærentes prætendunt, capturã fuiſſe illicitã, ex eo quia dictus Rector non ſubditus dicto Epiſcopo fuerit captus ſine cauſa; Et non benè fundata dicitur dicta prętenſio.

Primò, quia † de iure pręſumitur extare cauſa capturę, vt excludatur delictũ. Iaſ. in l. non ſolùm. §. ſciendum. n. 11. ff. de oper. nou. nũc. Marſ. in rub. de fideiuſſ. n. 52. Farin. qu. 85. nu. 50. 1

Secundò, quia † ad capturam ſufficit quælibet leuis ſuſpicio, & informatio. gloſ. in l. ſed etſi. ff. de in ius voc. Salyc. in l. nullus. n. 4. C. de exhib. 2

reo.

reo.Marſ.in pract.in §.conſtante.numero 5.Boſſ.de capt.numer.1.Roland. conſ.17.numer.7.lib.1. Clar.in §.fin. quæſt.27.verſic.ſcias autem. Farinac. de carcer.quæſt.27.nu.115.cum ſequ. & num.126.firmat,id eſſe iudici arbitrarium.

Quamuis pro iuſtificatione dictæ capturæ ex proceſſu reſultarent plures legitimæ,&graues cauſæ,puta cõtemptus in Epiſcopum prælatum, & pœna ſcutorum centum,in qua fuerat dictus Rector iam condemnatus,ac aliæ de quibus in proceſſu.

3 Et,quando † quis eſt debitor Fiſci, iudex poteſt contra eum incipere à captura.Bart.in l.fin num.2.ff.ad leg. Iul.pecul. Pariſ. de Put. de ſind. §.captura.in princ. Foller. in prax.in ver. & ſi compareant.num.3. & vide Clar. §.fin.q.95.in princ.

Aut prætenditur dicta captura illicita, quia Rector non eſſet ſubditus dicti Epiſcopi;Et pariter non bene dicitur, quia dictus Rector erat delinquens in Diœceſi Aprutina, vnde †

4 ſubditus erat ratione delicti. l.1. C.de iuriſdict omn.iudic.auth. qua in Prouincia,C. vbi de crim.agi oport.cap.1. de rapt.Clar.in §.fin.quęſt.38.in prin. quæ ratio loci delicti præfertur alteri originis,& domicilij. Doctor. in c. poſtulaſti.de foro compet. Socin.iun. in l.hæres. §.primo, numero quinto. vbi etiam Sebaſt.Sap.numero 10.ff.de iud.Cæpol.conſ. crim.59. & aliàs dictum eſt.

Aut prætenditur dicta captura illicita, quia dictus Rector fuerit captus in aliena Diœceſi, Et ſimiliter non bene dicitur.

Primò, quia teſtes examinati pro Curia dicunt,terras aliquas adiacentes viæ, in qua fuit captus dictus Rector, eſſe Diœceſis Montis Alti,non autem viam ipſam,& ſic cum probatio † non ſit concludens, non eſt attendenda, 5
quia data poſſibili veritate contraria, nunquam dicitur probatio concludẽs, nedum in criminalibus, ſed nec in ciuilibus.cap.in præſentia. de probat l. non hoc,C.vnd.cogn. Gomeſ.de delict.cap.12.numer.25 Farinac. quæſt. 68.nume. 1.cum ſeq.Eò magis quòd adiacentia terrarum non facit Diœceſim, & territorium erat totum Caſtri Sancti Ioannis ſubditi in ſpiritualibus dicto Epiſcopo.

Secundò,quia dato,ſed non conceſſo,locum capturæ fuiſſe alienæ Diœceſis, tamen † eo caſu poteſt agi ad 6
remiſſionem,vel liberationem carcerati,non autem ad aliud.Pariſ.de Put. de ſind.§.ſi iudex.per tot.Gomeſ.de delict.c.9.num.4.

In ſecundo dubio fuit reſolutum, dictum Epiſcopum fore omninò abſoluendum.

Aut namque loquimur quoad mortem dicti Rectoris; Et innocentia Epiſcopi eſt manifeſta, cum teſtes examinati pro Curię informatione per Delegatum tranſmiſſum deponant, dictum Rectorem fugientem caſu cecidiſſe de Rupe,qui teſtes † plenè pro- 7
bant contra dictam Curiam. l.ſi quis. C.de teſtib.Brun.conſil crim.diu.115. num.41.lib.1.Non.conſ.98 nume.10. Cæphal.conſ.110.num.26 lib.1.Crau. conſ 100.num.13.Soc.iun.conſilio 65. numero 11.libro 1. Burſ. conſilio 311. numero 71.lib.3. Gabr.de teſtib.concluſ.1 num.14.

Nec fuit habita aliqua conſideratio teſtium examinatorum à quodam R. Grauiolo.

Primò, quia ille erat iudex ſuſpectus,& intereſſatus,& propterea fecit ſolùm ſcribere dicta contra Epiſcopum,non autem depoſita ad illius fa-

uorem, prout dicunt teſtes repetiti, quo ſtante poſſet eiſdem adſcribi fal-
8 ſitas, quæ † tàm in ſcribendo plus, quàm in ſcribendo minus committitur. l. 1. C. de fal. Bartol. & Bald. in l. Presbyteri. C. de Epiſc. & cler. Marſ. in rubr. ff. de falſ. nu. 8.

Secundò, quia dicti teſtes erant cõiuncti dicti Grauioli, & deponebant ſolùm ſuper publica voce, & fama, ábſque circumſtantiis à iure requiſitis. Item ſunt ſuſpecti de falſo, vnde noluerunt repeti, & iterum ſe ſuppo-ni examini Delegati. Et vlterius dicti teſtes fuerunt examinati ſine auctoritate Summi Pontificis, prout requirebatur in cauſa Epiſcopi, ſecundùm Concil. Trident. de reformat. ſeſſ. 24. c. 5. vbi traditur certa forma.

Tertiò, quia magis erat credendum teſtibus examinatis à dicto Delegato.

9 Tum quia illi † deponebant pro non delicto. gloſ. in cap. in noſtra, & & ibi Abb. numer. 1. de teſtib. Boſſ. de oppoſ. cont. teſt. numer. 9. & in tit. de defenſ. reor. numer. 7. Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 21.

10 Tum quia † erant digniores, cum eſſent Patres Regulares Capucini. d. cap. in noſtra, Bart. in l. ob carmen. §. fin. num. 1. ff. de teſtib. Gabr. de teſtib. concl. 4. num. 34.

11 Tum quia erant teſtes † de viſu, & reddentes cauſam ſcientiæ, vnde veniebant præferendi teſtibus examinatis à dicto Grauiolo deponentibus de incerta, mendicata, & à maleuolis orta, ac ſuſcitata fama, & ábſque cauſa ſcientiæ. Bald. in d. l. Presbyteri. num. 14. Tind. de teſtib. lib. 1. c. 11. n. 7. Gabr. in d concl. 4. num. 59.

Nec pariter fuit habita conſideratio, quòd duo Chirurgi aſſeruerint in viſitatione dicti Rectoris, vulnus in capite repertum fuiſſe factum manualiter.

Tum quia vulnus non fuit cum ſcelere Epiſcopi, ſed ob caſum: & ſcelus † requiritur, vt dicatur conſtare de corpore delicti. l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. Boſſ. de delict. num. 3. Farin. de inquiſit. quæſt. 2. num. 1. 12

Tum quia vnus ex dictis Chirurgis noluit repeti à dicto Delegato, Vnde tanquàm † informiter deponens non probat. cap. 2. & ibi Doctor. de teſt. l. ſi quando. §. ſed cum. C. eod. & alter depoſuit alternatiuè, nempè dictum vulnus potuiſſe fieri manualiter, & cadendo, Vnde ſuccedit, quòd † præſumi debeat potius eueniſſe cadendo, quàm committendo, ad excluſionem delicti. Felin. in cap. cum dilectus. verſ. & per hoc. de accuſ. Abb. in c. 1. num. 7. de cler. non reſid. Menoc. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. numero 1. Foller. in praxi crim. in verſ. quòd ſuffocauit vxorem. num. 9. & 22. 13 14

Aut loquimur quoad iniuriam illatam dicto Rectori ob manus iniectas in ipſum, & d. capturam; Et ſimiliter manifeſta eſt innocentia dicti Epiſcopi.

Primò, quia ex proceſſu non conſtat de aliqua iniuriæ illatione in dictum Rectorem, prout clarè deponunt teſtes examinati à dicto Delegato pro Curiæ informatione.

Et depoſitiones Anelli, & Proſperi examinatorum à dicto Grauiolo nullatenus veniebant attendendæ.

Tum quia illi fuerunt ſocij dicti Rectoris in itinere, Vnde tanquàm † deponentes in communi iniuria, & 15 ſic cauſa propria, erant repellendi. Campeg. de teſtib. reg. 107. fall. 3. Maſcard. de probat. concluſione 1313. numero ſeptimo. libro tertio. Farinac. quæſtione. 60. numero 402. cum ſequent.

ſequent. vbi declarat.

Tum quia erant in eorum depoſi-
16 tionibus ſibimet † contrarij. vnde nõ ſolùm non probant, ſed etiam ſunt de falſo puniendi. l. qui falſo. ff. de teſtibus. l. eos. ff. de falſ. Foller. in practic. crimin. in verſicu. capiat informationem. numero quinquageſimoquarto. Couarr. var. reſol. libro ſecundo, cap. 13. num. 8. Clar. in §. falſum, verſic. teſtes, qui.

17 Tum demùm quia † ſunt ſingulares in ſpecie percuſſionis. Alexand. conſilio ſeptuageſimoſecundo, numero tertio, libro primo. Pariſ. conſilio ſecundo, numero nonageſimo ſecundo, libro quarto. Boer. deciſio. trecenteſima quadrageſimaſecunda, numero 2.

18 Secundò, quia †. illa iniectio manus non fuit cum iniuria, ſed iure permittente, cum dictus Rector faceret reſiſtentiam, & verbis, & facto, dum ligaretur. Pariſ. de Put. de ſind. §. an ſi. Menoch. de arb. iud. caſ. 305. numero ſexto Clar. in §. fin. quæſtion. vigeſimanona. in princip. Salyc. in l. ſi qui. numero primo. C. de his, qui latr. Bald. in l. neminem, numero quinto. Cod. de exhib. rer. Auguſt. de Ang. in verſic. quòd fama publica. numero quinquageſimoquarto. Alb. de Roſ. in 4. par. ſtat. quæſtion. 36.

Aut loquimur quoad incurſum irregularitatis. Et dictum fuit, Epiſcopum fuiſſe immunem ab omni irregularitate.

19 Primò, quia dicta † captura non erat ordinata ad caſum, ſed ad bonum finem, & licitum, videlicet ad complementum iuſtitiæ. Bartol. in l. Diuus. la ſeconda, numero ſeptimo. ff. de ſicar. Soc. ſen. conſil. 156. nu. 26. lib. 2. Aret. conſ. 146. num. 8. Boſſ. in tit. de homic. num. 74.

Secundò, quia † vt agens teneatur 20
de caſu, requiruntur de neceſſitate duo, nempè primò, vt actus, qui prætenditur culpoſus, ordinetur ad id, quod ſequitur: ſecundò, quòd ſit cauſa illius proxima, & immediata. l. verum. la ſeconda. Cod. de furt. Eugen. conſ. 64. nume. 27. Crauet. conſilio octauo. numero vigeſimonono. libro primo. Menoch. de arbit. iud. caſ. 291. numero vigeſimonono. Ioſeph. Ludou. deciſio. Luc. 71. numero ſeptimo.

In tertio dicebatur, dictum † Epiſ- 21
copum eſſe omninò abſoluendum tanquàm innocentem, ex quo ex proceſſu conſtitit, omnia fuiſſe facta, iure permittente. Iaſ. in l. non eſt. numero 5 Cod. de eden. Clar. in §. fin. quæſtione ſexageſimaſecunda. in princip. Alexand. conſilio 181. numer. 9. libro ſecundo Cæpol. conſil. crim 54. numero 16. Bertaz. conſ. crim. 41. numero primo libro primo. & conſil. 538. num. 2. libro 2.

Nec † in ſententia eſt apponenda 22
clauſula: ex hactenus deductis. Quia dicta clauſula ſolet apponi, quandò quis abſoluitur, quia non probatum: ſecus ſi abſoluitur, quia conſtitit de innocentia, vt hic. Clar. in d. §. fin. quæſt. 57. verſ. ſed hic quæro, & quæſtione 60. verſ. forma. Bertaz. conſil. crim. 396. numero quinto, libr. 2. Boſſ. in tit. de ſent. num. 72.

In vltimo fuit reſolutum, nullum adfuiſſe contemptum literarum Domini Auditoris Cameræ.

Primò, quia in proceſſu non conſtitit de dictis literis, & ſic de delicti corpore.

Secundò, quia † dictæ literæ non 23
fuerunt præſentatæ dicto Epiſcopo, qui neque eas vidit, ſed requiritur viſio, & perlectio ipſarum, vt dicet.

retur cõtraueniſſe, eáſque contempſiſſe. l. ne ignorans. C. de donat. l. mater. ff de inoff. teſt. Bar. in l. quæ dotis. nu. 2. ff. ſol. mat requirebatur enim ad cõtemptum ſcientia totius tenoris dictarum literarum. Natt. conſi. 51. nu. 1. & conſ. 456. nu. 18. Tiraq. de retr. lign. gloſ. 2. §. 36. Oſaſch. deciſ. 176. nu. 4.

ARGVMENTVM.

Ex quibus quis conuincatur de aggreſſione.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo plenè probant.*
2 *Dictio, publica, quomodo intelligatur.*
3 *Conſuetudo delinquēdi inducit malam præſumptionem. Et quando hoc verum ſit. num. 28. 29. & 30.*
4 *Inimicus ſemper præſumitur malè cogitare de inimico.*
5 *Lex malè præſumit contra agentes de nocte.*
6 *Actore non probante reus eſt abſoluendus.*
7 *Spontanea comparitio arguit innocentiam.*
8 *Teſtis de viſu plenè probat.*
9 *Teſti deponenti, ſe vidiſſe ad lumen aeris, creditur.*
10 *Teſtis conſanguineus quādo probet.*
11 *Inſultatus quando quis præſumatur.*
12 *Et ex quibus. Et nu. 13. 14. & 15.*
16 *Laicus non probat contra clericum.*
17 *Et quando. Et num. 18.*
19 *Teſtes examinati à iudice laico non probant coram Eccleſiaſtico.*
20 *Proteſtatio ſuper repetitione teſtium an proſit.*
21 *Teſtis inimicus non probat, etiamſi reconciliatus. Et num. 22.*
23 *Teſtis amicus querelantis non probat.*
24 *Socius inimici non probat.*
25 *Teſtes inhabiles admittuntur in delictis difficilis probationis, & commiſſis de nocte.*
26 *Niſi ſint inimici.*
27 *Fama eſt plenè probanda.*

RESOLVTIO XXXVII.

QVERELATVS fuit R. Bonifacius de Albis Canonic⁹ Eccleſię Collegiatæ Iulię nouæ, cò quia hora ſecūda noctis aggreſſus fuerit quendā de Paſſaranis, & contra eū ſclopum rotatū exonerauerit, & poſt lōgam carcerationē dicti Canonici fuit dubitatum, An ex hactenus deductis eſſet abſoluendus, vel potius condemnandus.

Et pro parte querelantis dicebatur, eſſe condemnandum.

Primò, quia per quinque teſtes de viſu, licèt ad aeris ſerenitatem, cōſtabat in proceſſu, dictū Canonicū prædicta commiſiſſe, & tamē † duo teſtes 1
ſufficiebant. cap. 1. & cap. 2. qu. 1. cap. at ſi clerici. de iud. Vnde vti conuictus veniebat omninò cōdemnandus. l. fin. C. de cuſt reor. l. qui ſententiam. C. de pœn. Gram. dec. 36. n. 61. Nā cōuictus, & confeſſus pari paſſu ambulant. Farin. de carcer. q. 33. numero 12.

Secundò, cōtra dictum Canonicum vrgebat publica vox, & fama probata per plures teſtes deponētes, ita dici à populo publicè, quæ † dictio, publica, 2
intelligitur, id eſt, publica voce. Bald. in c. literas. n. 2. de præſumpt. Pariſ. cōſil. 52. in fi. lib. 3. Calcan. conſ. 8. n. 11. Alex. conſ. 192. n. 17. lib. 7. Caſſad. deciſ. 3. de proba. Clar. §. fi. q. 6. ver. debēt etiā.

Tertiò, vrgebat † conſuetudo ipſius 3
Cano-

Canonici in delinquendo probata per teſtes, vnde mala præſumptio oritur contra ipſum l. ſi cui. §. 1. de accuſ. l. nō omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. Alexand. conſ. 77 num. 4. lib. 1. poſt alios Farinac quæſt 23. nume. 21. & inducitur forſan probatio, ſecundùm Crau. conſ. 35. numero 3. Calcan. conſ 63 colum. 3 Gram. deciſ. 16. & 17. numero 6.

Quartò, concurrebat contra eundē inimicitia, quam habebat cum dicto querelante, & inimicus † præſumitur
4 ſemper malè cogitare de inimico. l. ſi inimicitia. ff. de his. quib. vt indign.

Quintò, allegabatur circumſtantia temporis, cum † lex malè præſumat
5 contra agentem de nocte. gloſ. in l. ſi furem. ff. de ſicar. & in c. perniciosam. 17. quæſt. 2. Foller. ſuper pragmat. de ictu ſclop. num. 28. cum ſeq.

Cæterùm fuit reſolutum, dictum Canonicum fore abſoluendum, & liberandum, prout fuit abſolutus ex hactenus deductis, præſtita tamen cautione de ſe repreſentando, nouis ſuperuenientibus inditiis. Et dicta reſolutio fundabatur:

Primò, quia nihil fuit probatū contra dictum Canonicum legitimè, vt
6 infra dicetur: actore † autem nō probante, reus eſt abſoluendus. vulg. l. qui accuſare. C. de eden. c. fin. 6. quęſt. fin. Marſil. conſ. 41. nu. 1. lib. 1. Clar. §. fin. quæſt. 62. in princ.

Secundò quia pro abſolutione dicti Canonici vrgere ſatis videtur eiuſdē
7 ſpontanea comparitio † cum diuturna carceratione. Bart. in l. ſiquis. §. 1. ff. de ædil. ed. Cæpol. conſ 31. nu. 8. Blanch. pract. crim. par. 1. defenſ. nume. 131. Marſil. in §. diligenter. numero ducenteſimo quarto.

Tertiò, quia, dictum Canonicum potius fuiſſe inſultatum ab ipſo querelante, & ſociis non ſolum extant in actis præſumptiones, vt infra dicetur, ſed etiam probationes. Quædam enim Sulpitia examinata ſuper Capitulis exhibitis ad defenſam dicti Canonici deponit, dicta nocte vidiſſe d. querelantem, & ſocios inſultaſſe dictū Canonicum, & exoneraſſe contra eundem ſclopos, ex quibus remanſit vulneratus: Teſtis † autem de viſu plenè 8
probat. Marſ. conſ. 31. num. 1. lib. 1. Et licèt id eſſet ſecutum de nocte, non tamen poteſt dici, dictam mulierem falſum depoſuiſſe; Tum quia etiam teſtes querelantis depoſuerunt, ſe vidiſſe de nocte ad lumē Lunæ; Tum quia † teſti deponenti, ſe vidiſſe ad lumen 9
aeris, creditur. Maſcard. de probat. concl. 1109. vol. 2. prout deponit dicta mulier vidiſſe, &, quòd magis eſt, ex loco propinquo, vt per Farinac. in quæſt. 62. num. 42.

Et dum obiiceretur, dictam mulierem non probare, cum ſit conſanguinea dicti Canonici, fuit reſponſum, eius † depoſitionē valere; Tum quia 10
eſt ad defenſam dicti Canonici. Gabr. de teſtibus. concluſ. 13. numero decimo quinto. Tum quia dicta mulier erat coniuncta pari vinculo conſanguinitatis cum dictis Canonico, & querelante. Gabr. in d. concl. 13. numero 18.

Quartò, quòd imò dictus Canonicus fuiſſet inſultatus allegabātur plures præſumptiones:

Prima erat, quia † remanſit vulneratus, tàm in capite, quàm in manu ſiniſtra: vulneratus autem præſumitur 11
aggreſſus. Vulpell. conſ. 118. nume. 8. Maſcard. de probat. concl. 1128. num. 14. vol. 3.

Secunda erat, quia † dictus querelās 12
erat iuuenis, & robuſtior dicto Canonico. Maſcard. in d. concl. 1128. num. 6.

13 Tertia erat, quia † dictus querelans erat ſolitus arma deferre, & rixas cõcitare. Io. de Amic. conſ. 23. nume. 10. Maſcard. de probat. concl. 1126. num. 26. d. concl. 1128. nu. 5. & concl. 1244. num. 7. vol. 3.

14 Quarta erat, quia † Canonicus erat ſolus, & querelans aſſociatus à quinque iuuenibus Vulpell. in d. conſ. 118. numero 5. Maſcard. in d. concl. 1128. numero 6. & d. concl. 1244. numero 7.

15 Quinta erat, quia † dictus querelans dedit cauſam priori inimicitiæ. Maſcar. in d. concl. 1128. num. 24.

Primum autem fundamentum partis tollebatur.

Primò, quia teſtes examinati erant
16 omnes laici, qui † de iure non ſunt teſtes idonei contra clericum. cap. de cætero. cap. veniẽs. el. 1. de teſtib. Marſil. conſ. 41. num. 2. & 5. lib. 1. vbi magis verum eſſe dicit, quando adeſt copia clericorum, prout eſt in Regno. Maſcard. de probat. concluſ. 1358. num. 44. vol. 3. latè Farinac. quæſt. 61. num. 98. cum ſequ. Quininò in præſenti caſu neque faciunt inditium ad torturam;
17 Tum † quia dictus Canonicus non eſt infamis. Marſ. in d. conſ. 41. nume. 7.
18 Tum quia † dicti teſtes patiuntur alias exceptiones, & ſignanter inimicitiæ. Farinac. quæſt. 53. num. 3. cum ſeq. Et nulla fuit probata conſuetudo in contrarium, nec minus allegata.

19 Secundò, quia † dicti teſtes fuerunt examinati à Iudice laico, & ſic incompetenti. Bald. in auth. clericus. C. de epiſc. & cler. & in c. 4. num. 2. de iud. Boer. deciſ. 90. numero primo. Guido Papa deciſ. 202. Clar. §. fin. quæſt. 36. verſ. vltimò quæro. Gramm. conſ. 42. num. 1. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 34. & 43. Eo maximè quòd dictus iudex laicus dicebatur excommunicatus ob proceſſum factum contra Clericum, iuxta Bullã Cœnæ Domini, numero 19. Et dicti teſtes noluerunt ſe ſubiicere examini iudicis Eccleſiaſtici, licèt requiſiti pluries fuiſſent. Vide Clar. d. §. fin. quæſt. 45. verſ. cæterùm ſi reus. & quæſtio. 50. verſ. item quæro. Vulpell. conſ. 32. numero 1.

E licèt dictus Canonicus habuerit dictos teſtes pro ritè, & rectè examinatis, ac repetitis, &c. tamen nihil ei id obeſt, quia habuit pro repetitis citra præiudicium nullitatis examinis teſtium, & ſaluis iuribus quibuſcumque ipſius, ac præter inimicos; quæ proteſtatio † declarat animum proteſtan- 20
tis nolle habere pro repetitis teſtes inimicos, & nulliter examinatos. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. fin. ff. de acquir. hæred. Vulpel. conſil. 68. num. 7.

Tertiò, quia † dicti teſtes erant ini- 21
mici dicti Canonici. cap. repellan ur c. meminimus. c. cum oporteat. de accuſat. l. 3. ff. de teſtib. Pariſ. conſ. 2. nu. 64. vol. 4. Crau. conſ. 9. nu. 6. Et propterea neque faciunt inditium ad torturam. Marſ. conſ. 2. num. 43. conſ. 12. num. 10. & conſ. 15. num. 16. vol. 1. Etiamſi de crimine læſæ Maieſtatis ageretur. Vulpel. conſ. 33. num. 1. & hæreſis. Direct. inquiſit. par. 3. quæſtio. 63. com. 116. fol. 607. Quod ampliatur per Doct. etiam in inimico præſumpto. Iaſ. conſ. 167. num. 8. lib. 4. Marſil. in d. conſil. 15. num. 7. Gram. conſ. 12. nu. 2. & conſ. 45. num. 17. vide Farin. in d. q. 53. num. 12. cum ſeq. & num. 24. De inimicitia autem conſtitit per teſtes, & inſtrumentum pacis, licèt ſufficiat docere de cauſis. Farin. d. quæſt. 53. nu. 21. & 27.

Nec obſtare dicebatur, quòd inter dictos teſtes, & Canonicum iam eſſet

ſecuta

ſecuta pax. Quia dicta reconciliatio
22 erat recens, vnde † eis non creditur, etiamſi ageretur de criminibus exceptis.cap.1.3.quęſt 5. Felin.in c. eunte. de reſcript. Marſil. in l.1. §. præterea. numero 4.ff.de quæſt.Gram.conſ.57. Direct. inquiſit. par.3. q. 67. comm. 116. numero tertio.fol. 609. Farin. in d.quæſt. 53. numero 59. Et licèt Tullius vnus ex dictis teſtibus non eſſet comprehenſus in pace, tamen nec ei
23 creditur; Tum quia † erat amicus dicti querelantis.Doct. in d.c.repelluntur.Felin.in c.cum oporteat. de accuſat.Farin.de accuſat.quæſt.12. numero 41.& d.quæſt.53. numero 36.cum ſeq. Tum quia in illa nocte erat in ſocie-
24 tate dicti querelantis. ſocius † autem inimici non probat.Vulpel.conſil.33. numero ſecundo.& maximè hic, quia diceretur deponere in cauſa propria. Maſcard.de probat.concl.1129. numero 1.& 20. vol. 2.Farin. q. 60.n. 403.

Nec pariter obſtare dicebatur, quòd
25 † teſtes inhabiles admittantur in delictis commiſſis de nocte, vti difficilis probationis. Maſcard. de prob. concl. 1359.num.1. volum.3. Gabr. de teſtib. concluſ.7.num.1.Farinac.quęſt.53.nu. 7.& quæſt.62.num.28.cum ſeq.

26 Tum quia id verum non eſt in † teſtibus inimicis. c. per tuas. de ſimon. Bart.in l.filius familias.nume.6. ff. de donat Amod.de ſind.num.143. Farin. d.quæſt. 53. nu. 7. Tum quia dicti teſtes plures patiuntur exceptiones, vt ſupra dictum eſt. Gabr. in d.concl.7. num.13.

27 Secundum fundamentum † publicæ vocis,& famę pariter tollebatur; Tum quia nō conſtitit legitimè de ea.Marſil.conſ.41. nume.6. Tum quia diluebatur ex probatione bonæ famæ dicti Canonici, vt infra dicetur.

Tertium fundamentū ſimiliter tollebatur; Tum quia † nō conſtitit plenè de dicta conſuetudine delinquendi ſaltem in eodē genere delicti. Bart. in l.Caſſius in fin. ff. de ſenat. Marſ. conſ.44. num.18.volum.1. Tum quia ſola conſuetudo delinquēdi neque eſt ſufficiens inditium ad torquendum, ſed ex ea oritur ſolùm quædam præſumptio, quæ † minor eſt inditio. Alc. reg.2.præsūpt.7. n.3.Clar.§.fin.q.64. verſ.ſed pone.Farinac.quęſt.23.nu.22. 28 29

Tum demum quia fuit plenè per teſtes probata bona fama dicti Canonici, ex qua † tollitur omnis præſumptio malę famæ reſultantis ex conſuetudine aſſerta. gloſ.in cap. licèt.de accuſat. Gand. de præſumpt. & in d. columna quarta, verſic. ſolutio. Marſ. conſ. 15.numero 10. & conſ.44. num. 17. & 20. lib.1. 30

Reliqua obiecta ex ſupradictis plenè diluta videntur.

ARGVMENTVM.

In crimine ſacrilegij quando poſſit iudex Eccleſiaſticus cognoſcere, licèt ſæcularis præuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium eſt mixti fori.*
2 *In criminibus mixti fori quis poteſt puniri ab vtroque iudice; Et quando.*
3 *Contumax non poteſt opponere exceptionem prauentionis, &c.*
4 *Clericus trahit laicum ad ſe in criminali.*
5 *Præuentio realis quando præferatur verbali. Et num.6. & 7.*
8 *Excommunicatio ſeparat animam à gratia Dei.*

qualitate, primus, qui prȩuenit, ſilere debet.l.2 §.fin.ff.de adult. Farinac. in d.quæſt.7.nu. 65. iudex autem Eccleſiaſticus procedit cum grauiori qualitate: nam inquirit ſuper excommunicatione incurſa ob homicidium perpetratum in perſona dicti Sacerdotis, & excommunicatio eſt maior pœna,
8 quæ poſſit irrogari, cum † ſeparet animam à gratia Dei, quȩ eſt vita ipſius animæ.c.nemo.11.quæſt.3. & ibi gloſ. Farinac.de delict.quæſt.decima nona. numero 12 & 38. Rom.conſ. 369. numero decimo. vbi dicit, excommunicatum tranſire de familia Dei in familiam Diaboli. Ad quod faciunt dicta per eundem Farinac.in d.quæſt.4. num.12.

ARGVMENTVM.

Statutum imponēs pœnam dicenti verba iniurioſa in Concilio Generali an habeat locum in Colloquio, ſeu Concilio particulari.

SVMMARIVM.

1 *Ratio vbi eſt eadem, dicitur caſus cōprehenſus.*
2 *Diſpoſitio dicitur fauorabilis, ſi agitur de fauore publico.*
3 *Similia quæ dicantur.*
4 *Differre per plus & minus, non facit differre ſpecie.*
5 *Similium idem eſt iudicium.*
6 *Statutum, quòd procedatur de ſimilibus ad ſimilia, eſt latè interpretandum.*
7 *Omiſſus caſus dicitur comprehenſus, ſi idem ſtatuentes diſpoſuiſſent interrogati. Et num.39 40. & 41.*
8 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
9 *Dictio; dicto; reſtringit diſpoſitionem.*
10 *Conditio demonſtrat cauſam finalem.*
11 *Pœna non imponitur niſi expreſſè. Et num.32.*
12 *Diſpenſatio non poteſt fieri, niſi ab habente auctoritatem.*
13 *Locus non poteſt imponere pœnam, niſi habeat iuriſdictionem.*
14 *Statutum non confirmatum à Principe non valet.*
15 *Concilium Generale repreſentat totam Ciuitatem.*
16 *Et populum.*
17 *Non autem Colloquium.*
18 *Delictum conſideratur maius, & minus reſpectu loci, & perſonarū. Et num.19.*
20 *Et ſucceſſiuè maior pœna eſt imponenda.*
21 *Extenſio non fit de caſu maiori ad maiorem.*
22 *Ampliatur. Et num.26.*
23 *Extenſio non admittitur, ſi dubitatur an ſit eadem ratio.*
24 *Argumentum de maiori ad minus non valet.*
25 *Delictum de omittendo eſt minus.*
27 *Extenſio non admittitur, ſtante ſtatuto, quòd verba ſint intelligenda prout iacent. Et numero 28.31.32. & 33.*
29 *Statutum, quòd ſint verba intelligēda ad literam, recipit interpretationem iuſtam.*
30 *Extenſio vt poſſit fieri, quid requiratur.*
33 *Argumentum à ſimili quando procedat. Et numero 34. 35. 36. 37. & 38.*
42 *Priuatio dicitur materia odioſa.*

Reſo-

RESOLVTIO XXXIX.

IN vna Decreti facti per GeneraleConciliũ Turris contra Innocentium ex cauſa verborum per eum prolatorum in Cõcilio Colloquij, ſiue Parlamenti, fuit dubitatum, An diſpoſitio, ſiue pæna ſtatuti ſub tit. de malef. rubr. 81 impoſita contra facientem rumorem, & proferentem verba iniurioſa aduerſus aliquem in Concilio Generali, habeat locum contra proferentem verba in Concilio Colloquij; & ſucceſſiuè, An decretum ſubſecutum ſit nullum, vel legitimum.

Et pro parte Vniuerſitatis dicebatur, dictum Decretum, fuiſſe legitimum.

Primò, quia licèt ſtatutum loquatur de Concilio Generali, tamen probabiliter
1 videtur, in eo † quoque comprehenſum eſſe caſum Concilij Colloquij, cum vtrobique verſetur eadẽ ratio. Aym. conſ. 186. numero 11. quod verum eſſe dicit etiam in materia pœnali, & correctoria. Bald. conſ. 384. colum. 2. volum. 5. & in l. de quibus. numero 35. ff. de legib. Crau. conſ. 700. num. 7.

2 Accedit, cum † hic ageretur de fauore publico; Vnde diſpoſitio dicitur fauorabilis, & extendibilis, licèt pænalis ſit, & exorbitans. Iaſ. in l. fin. nu. 23. C. de edict. Diui Adr. toll. Crauet. de antiq. temp. lib. 4. Menoch. de adip. poſ. remed. 4. num. 41.

Secundò, quia dicta Cõcilia videntur ſimilia; Tum quia ſtatutum ea æquiparare videtur, dum ſub tit. de malef. rubr. 129. voluit, eadem pęna teneri pandentes Decreta, & dicta Concilij Generalis, & Concilij Colloquij; Tum quia in vtroque idem Magiſtratus, & ciues interueniunt: ſimile autem habetur pro expreſſo in ſtatutis. Iaſ. in l. in eum. numero 4. ff. de in ius voc.

Et licèt in quantitate nõ ſint paria, cum maior numerus in vno, quàm in alio interueniat, nihilominus ex hoc non debent dici diſſimilia, quia † ſimilia dicũtur, quę licèt in aliquo diſ- 3
crepent, tamen in multis concordant. Bald. in l. curatoris, colum. 2. verſ. tertia concluſio. C. de neg. geſt. Alex. in l. quod Nerua. ff. depoſ. Item † ea, quæ 4
differunt per plus, & minus, non dicũtur differre ſpecie, & ſubſtantia, ſecũdùm Dec. in l. 1. nume. 44. C. de ſent. quę pro eo, quod inter. & ibidem Cagn. nu. 85. Bald. in l. 1. num. 25. C. de act. & oblig. Hinc diſpoſitum in vno cenſeri debet diſpoſitum in altero, cum † 5
de ſimilibus idem debeat eſſe iudiciũ. cap. inter. de reſcriptis. Doct. in cap. translato, & ibi Felin. numero 16. de conſt. Euer. in ſua cent. in loco, à ſimili.

Confirmatur, nam in dicto loco extat aliud ſtatutum, quo ſpecialiter diſponitur, vt in caſibus criminalibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia, quo ſtante † ſtatutum hoc venit largè 6
interpretandum. Bal. in l. leges. C. de legib. vbi Caſt. dicit, quòd ſtante dicto ſtatuto eſt facienda extenſio etiam in caſibus odioſis, & contra iura communia, itaut admittatur hominis extenſio, ſecũdùm Bald. in l. omnes col. 9. quem ſequitur Caccialup. ibidem. num. 119. ff. de iuſt. & iu.

Tertiò, quia idem † ſeruatur in ca- 7
ſu omiſſo per ſtatutũ, quod in expreſſo, quoties veriſimile eſt, quòd ſi de caſu omiſſo quæſitũ fuiſſet, idem decretum, & ſtatutum fuiſſet per ſtatuẽtes. gloſ. communiter approbata, in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Alexand. conſ.

conſ.24.nu.34.volum.2. Rom.conſil. 105.Tiraq.in l.ſi vnquam. in prin.nu. 56.C.de reuoc.don.in præſenti autem caſu idem veriſimiliter deciſum fuiſſet.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum,ex pluribus.

Primò,quia dictum ſtatutum loquitur de Concilio Generali, & diſpoſi-
8 tio † ſtatuti non eſt trahenda, niſi ad ea,quæ verba dictant.l.illam. Cod.de collat. l. ſi ſeruum. §. non dicit.ff.de acqu.hæred.l.quòd conſtitutum. ff.de teſtam.mil.Oldrad.conſ.202. Crauet. conſ.90.colum.1.volum.1.Bald.in d.l. omnes populi. paulò ante finem. in l. 1.C.de hære.inſt.colum.pen.& l.cum ancillis.col.2.ver.ſed quid ſi ſtatutum. C.de inceſt.nup.Tiraquel.in d.l.ſi vnquam.in verbo,libertis.numer. quarto.

Secundò,quia dictum ſtatutum dicit, ſi quis fecerit rumorem in dicto Concilio,&c. ponderando dictionem
9 † illam,dicto,quæ adiecta verbo,Cōcilio,reſtrictionem inducit ad Conciliũ,de quo eſt ſermo. Rip. in l.filiuſf. §. Diui.num.111.ff.de leg.1. Rol.conſ. 97.num.22.vol.4.Pancir.conſ.132.nu. 18.Rim.iun.conſ.392.num.34.volum. 4.Eò maximè, quòd dicta pœna irrogatur à ſtatuto ſub conditione, ſi rumor factus fuerit in dicto Concilio, ex quo colligitur, rationem finalem dicti ſtatuti fuiſſe honorem Concilij
10 Generalis, quia † conditio ſui natura cauſam dicit, & demonſtrat finalem. l.2.§.fin.ff.de donat. Iaſ. in l.Titia.§. idem reſpondit.el 2.num.4.ff.de verbor.oblig.Crau.conſ.705. num.12.

Tertiò, quia hic agebatur de pœna priuationis ab officiis,vnde ſtatutum loquens de Concilio Generali non eſt trahendum ad Concilium Collo-
11 quij,cum pœna † priuationis iuris ſui nunquam contra aliquem dicatur impoſita, nec locum habeat, niſi vbi lex expreſsè eã imponit, aut dicit imponendam.§.cum igitur.auth.de non elig.ſec.nub.glo.in c.in ſumma.19.qu. 1.& in cap.fin.de iure patr.Ferret.cōſ. 230.nu.7.vol.6. Dec.conſ.851. nu.10. Curt.iun.conſ.119.numer.9.conſ.137. num.17.volum.2.& conſ.337.num.27. vol.3.Nat.conſ.595.numer.10.Crauet. conſ.725.num.3 conſ.734.numer.5.& conſ.970.num.7.Purp.conſ.407.nu. 29.& conſ.482.num.4.volum.4. Bero.conſ.115.num.45.volum.1. & conſ. 54.numero 20.volum.3.Rol.conſ.86. num.22.volum.2.Syluan.conſ.25. numero 11. Decian.conſ.13.num.15.conſilio 14.num.88.& conſ.72. numer.8. vol.3.Rim.iun.conſ.15.num.29. conſ. 417.num.6.& conſ.425.nume.25.vol. 4.Menoch.conſ.107.num.94.volum. 1 & de arb.iud.centur.2.caſ.275.Burſ. conſ.20.num.52.volum.2. Oſaſch.deciſ.77.num.3.

Quartò, quia Colloquium non repræſentat vniuerſitatem,populum,& Ciuitatem, & ſic perſonæ in eo congregatæ,conſiderantur,vt ſingulæ, & particulares perſonæ, quo ſtante pœna non eſt niſi in 40.ſolidis,vt principaliter determinat idem ſtatutum in tit.de malef.ſub rubr.34. Et licèt verba fuerint prolata coram Antianis, tamen pœna pecuniaria veniebat triplicanda,non autem alia imponenda, vt ſpecialiter diſponitur per ſtatutum ſub eo tit.in rub.35.

Quintò allegabatur nullitas dicti decreti,quia in dicto loco extat particulare ſtatutum ſub tit.de off.rubr.32. diſponens, quòd contra ſtatuta dicti loci non poſſit diſpenſari, vel ſtatui, niſi fuerit obtentum in Concilio prędicto per quatuor partes ex quinque, & ſi contra factum fuerit, non valeat

ipſo iure; Sed dictum decretum erat contra ſtatuta dicti loci, quia ſi præſens caſus erat comprehenſus in ſtatuto, debebat declarari priuatus, & caſſus ab officiis, non autem ſuſpenſus per annum dictus Innocentius, prout factum fuit, vnde cum fuerit facta diſpenſatio pœnæ ſtatutariæ, & in ea requiſitus conſenſus quatuor partium ex quinque nõ interuenerit, ſequitur neceſſario, decretum diſpenſatiuum
12 fuiſſe nullum, cum † diſpenſatio ſit facienda per habentem auctoritatem. Bero.conſ.5.num.66.& 71.vol.1.

Sextò, ſuppoſito decretum fuiſſe factum præter ſtatuta dicti loci, tamen adhuc fuit nullum.

Tum quia locus, licèt poſſit facere decreta circa adminiſtrationem rerũ
13 ſuarum, non † tamen poteſt imponere pœnas, cum id ſpectet ad habentem iuriſdictionem. Doctor.in d.l.omnes pop.& in l.1.ff. ſi quis iuſdic. non obtemp.vbi Cagn.num.46. & Iaſ.num. 17.Dec.in cap quæ in Eccleſ. num.12. de conſt.Rol.conſ.99. num.3.volum. 2. quam non habebant dicti homines.

Tum quia dictus locus eſt ſubditus Summo Pontifici, & ſubditus locus non poteſt ſtatuta, & decreta iuriſdi-
14 ctionalia facere † ſine confirmatione Superioris. Docto. in d.l.omnes pop. vbi Caccialup.num.7.Corn.conſ.163. columna 3.volum 1.& conſ.172. in fi. volum quarto, & cauetur ſpecialiter in Conſt.Pro.Mar.lib.2.cap.36.

Et circa fundamentum primum ex aduerſo propoſitum fuit replicatum.

Primò, non vigere identitatem rationis, nam Concilium Generale eſt maius, & excellentius Concilio Colloquij auctoritate, & honore, cum ſo-
15 lùm per Concilium †. Generale repræſentetur tota Ciuitas. glo.in rubr. quæ ſit longa conſuet. Dec.conſ.404. colum.1.conſil.407.colum.2.& conſilio 528.in princip.in l.1.numero 39.ff. de iuriſdict.omnium iudic.in l.1. numero 21.ff.quod quiſque iu.& in l.Ciuitas.in princip.ff.ſi certum pet.Ang. conſ.63.Bellon.conſ.38.Menoch conſilio 134.nume.14. volum.2.& † totus 16
repræſentetur populus. Bart.in l.2.in fin.C.de decur.lib.10.Alexand.conſilio 101.in princ.volum.1.& dicit Oldrad.conſilio 66.Item Conciliũ Generale habetur loco domini, & idem poteſt, quod populus, & Princeps. Aym.conſilio 195. numero 8. Angel. conſilio 196. columna 3.Corn.conſilio 39.in princip. conſilio 71.numero 3.& conſilio 148. in princip.volum.1. conſilio 127.in principio.conſ.142.in princ.& conſilio 177.numero 2. & 6. volum.2.Dec.conſ.580. in princip.& conſilio 600.

Aliæ verò † Congregationes, & alia Concilia inferiora, vt ſunt Colloquia, & ſimilia, non dicuntur repræſentare Principem, populum, vel Ciuitatem. Cagnol. in l.2. numero centeſimo quadrageſimoquinto. ff.de orig.iur.Iaſ.conſilio 71.volum.3.& cõſilio 140. volum.4.Etiamſi ad ſonum campanæ homines conueniant; ſed dicitur congregatio particularium perſonarum, & congregati conſiderantur vt ſingulæ, & particulares perſonæ. Curt.iun. conſilio centeſimo ſeptuageſimoquarto, numero 35.volumin.2. conſ.185.numero 9.conſilio 216 numero 8.conſilio 273.numero 4. & cõſilio 312.numero 67.volumine 2.Plot. conſilio 38.numero 8 Roland. conſil. 66.numero 64 volum.2.Burſat.conſ. 159.volum.1. Oſaſch. deciſ centeſima trigeſimaoctaua.Deciſ.Luca.72.num. 16.Clar.in §.finali.quæſtion.decimaſexta. 17

ſexta.verſ.vlterius quæro.

Cum igitur Concilium Colloquij ſit minus Concilio Generali, minus etiam dici debet crimen commiſſum
18 in illo,quàm in iſto; cum † delictum conſideretur maius,& minus reſpectu loci, & perſonarum.Pariſ.conſil.147. num.6.volum.4.Blanch.in l.fin.num. 198.cum ſequent.ff. de quæſt. Bertaz. conſil.crim.116.numero 14. & tantò reputatur grauius, quantũ in digniorem committitur. Bartol. in authent. de non alien.aut permut.§.ſi verò.numero 2.Purpur. conſ.321. numero decimoquinto, volum.1. & iniuria ſem-
19 per grauior reputetur ratione loci,vel ex perſona,vt ſi in præſentia iudicis.§. atrox.inſtit.de iniur.Petr.à Plac.in epit.delict. libro 1. cap.6. numero 15. Menoch.conſilio 244.numer. 40.volum.2.Menoch.de arb.iud.lib.2.cent.
20 3.caſ.263. cum ſimil. Et ſucceſſiuè † maior, vel minor debet pœna eſſe in vno,quàm in alio.gloſſ.in cap.non afferamus.24.quæſt.1.& in cap.ea quæ. de ſtat.Monach. Rol. conſilio 86.numero 24.volum.2.Marſ. in l.final.nu. 22.ff. de ſicar.

Ex quibus omnibus colligitur non
22 eſſe locum extenſioni,cum † illa nunquam fiat de caſu maiori ad caſum, in quo minor ſit ratio licèt non diuerſa.Aym.conſ.450.nu.3.volum.3. conſ. 668.num.12.& conſ.970.num.9. Pariſ.conſ.110.num.22.volum.3.Roland. conſ.55.num.31.volum.1.Rim.iunior. conſilio ducenteſimo octuageſimoſecundo,num.31.volu.3.Gabr.conſ.142.
22 num.14.vol.1.Etiamſi † militaret fauor publicus.Pariſ.d.conſ.110. nume. 23.&in re vtcumque fauorabili.Crau. conſ.368.num. 12.conſ.416.numer.13. & conſ.842.num.5.& in caſu aliàs extendibili, idem Crauet.conſ.668. nu. 12.& Rim.iun.conſ.389.num.69.cum ſeq. vol.3. Quinimò † nec permitti 23
ſolet extenſio, cum dubitatur, an eadem ratio interueniat.Aym.conſ.548. num.25.d.conſ.842.num.5. & conſil. 970.num.9.

Secundò, quia eſſet arguere de maiori ad minus, ſi dicta pœna haberet locum in hoc caſu, quòd argumentum † non recipitur in iure.l.non de- 24
bet.ff.de regul.iur.Grat.conſ 19. numero 8.vol.1.conſ.43.nume 61. conſ. 91.num.16.volum.2. Et in propoſito bene facit,quòd licèt ſit impoſita pœna læſę Maieſtatis contra offendentes Ciuitatem, & patriã etiam recognoſcentem Superiorem.de communi Socin.iun.conſ.105.num.24.volumin.3. Clar.in §.læſę Maieſt. verſ. dubium eſt. non tamen ex hoc poteſt ſumi argumentum, quòd eadem pęna teneãtur offendẽtes particulares perſonas; Hinc nõ licet arguere de crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ ad Maieſtatem humanam, cũ lõgè maior ſit Diuina. Rol.conſ.73.num.17 volum.4. Nec à delicto de committendo ad delictũ de omittendo,quòd † minus eſt deli- 25
ctum.Bart.in l.licèt §.ſi filius.cl 2. ff. de pecul. Oſaſch.deciſ.71.numer.38. Cæterùm Concilium Generale eſt fauorabilius, & maius illo Colloquij, vnde † non valet argumentum. Iaſ.in 26
l.qui quartam.numero octauo.ff.ad l. Falcid.Achil.Perſ de adipiſc. numero 168.

Tertiò,quia extat ſtatutum in eodẽ loco ſub titul.de ciuilibus. rubric.87. quo expreſsè diſponitur, quòd ſtatuta intelligi debeant prout verba iacent, nec recipiant aliquam interpretationem,&c. vnde † dicitur ſublata omnis extenſio, & interpretatio etiam 27
prouenieñs ex diſpoſitione legis, & coniuncta præſumpta voluntate hominis.Pariſ.conſ.117.n.17.vol.1.Natt.

DDd 2

conſ.52.num.10. Menoch. conſ.206. num.32. vol.3. Et † etiam proueniens
28 ex maioritate rationis, vel vnica præſumpta tantùm ratione. Pariſ. conſilio 49. num.9. vol.3. vel ex ſimilitudine rationis. Bero. conſ.38. nu.6. vol.1. & conſ.57. nu.67. vol 3. Rol. conſil.51. nu. 24. vol.3. Item eſt attendendus ſenſus literalis, non autem coniecturalis. Bero. conſ.120. numero 74. volumine 2. Rim. iun. conſilio 401. nume.52. volumine 4.

Et huic tertiæ reſponſioni non ob-
29 ſtaret, quòd ſtatutum † prohibens interpretationem intelligitur de extrinſeca, & extranea, nõ autem de intrinſeca, iuſta, & laudabili. Pariſ. conſilio 16. in fine. vol.3. & conſ.69. in fine, volumine 4. Soc. iun. conſil.1. nume.141. volum.1.

Tum quia, cum in ſtatuto ratio non exprimatur, ſtante d. alio ſtatuto, nunquàm poteſt extendi à paritate ratio-
30 nis, cum ad hoc, vt † extenſio poſſit fieri, requiratur, quòd ratio ſit ſcripta, & expreſſa in ſtatuto, ſecundùm Curt. iun. conſilio 6. numero 11. vol.1. vbi refert, idem tenere Anch. in c.1. col. fin. de conſt.

31 Tum quia illud procederet † vbi ſtatutum ſimpliciter prohiberet interpretationem, ſed quando vlterius procedit, diſponendo, quòd verba intelligantur ad literã prout iacent, tunc etiam legalis interpretatio dicitur ſublata. Socin. iun. conſ.16. n.6. vol.1. Rol. conſ.51. num.21. vol.3.

Circa ſecundum deſumptum à ſimilitudine, fuit replicatum.

Primò, non procedere quando ſumus in materia priuationis, cum
32 † priuationis pœna non imponatur, niſi lex expreſsè dicat, vt ſupra dictum eſt. Euer. in ſua cent. in loco, à ſimili. circa finem. verſ. ſexto non procedit. & poſt eum Bero. conſil.54. nume.20. vol.3. & Curt. iun. conſ.288. nume.27. volum.3.

Secundò, quòd cum in dicto loco extet ſtatutum, verba † fore intelli- 33
genda prout iacent, argumentum à ſimili non procedit. Bald. in l.2. Cod. de pat. qui fil. diſtr. Fel. in c. tranſlato. de conſt. quia ſecundùm Euer. in dicto loco, argumentum à ſimili venit ex coniectura, & ſtante dicto ſtatuto cenſetur reiecta extenſio ex coniectura mente.

Tertiò, quia, vt † argumentum hoc 34
valeat, requiritur, vt non detur diſſimilitudo etiam parua. Doctor. in cap. tranſlato. de conſt. Abb. in cap. cõſtitutus. not.3. de appel. Euer. in dicto loco. verſ. quartò non procedit. Et propterea dicit Menoc. conſ.75. nume.82. volum.1. quòd tale argumentum facile proſternitur. & in conſil.37. nu.177. vol. eod. addit, id eſſe leue, & infirmũ: Sed inter præfata Concilia eſt magna diſſimilitudo.

Et licèt in dicto loco adſit ſtatutum diſponens, quòd procedi poſſit de ſimilibus ad ſimilia: tamen non obeſt in præſenti caſu.

Tum quia illud ſtatutum † debet 35
intelligi, prout re patitur, vnde ſi non patiatur, extenſio non eſt facienda, vt tollatur contradictio ſtatutorum, & vnum cõcordetur cum alio, vt in ſpecie declarat Grat. conſilio 26. num.68. volum.1. Gabr. conſil.14. nume.6. volum.1. Sed hic cum concilia ſint omninò diuerſa, res non patitur extenſionem.

Tum quia dictum ſtatutum debet
† intelligi ſuadente ratione, & vera ſi- 36
militudine. Bald. in l.3. C. de ll. & quòd caſus debeant continere eandem rationem in omnibus, ſecundùm Pariſ. conſi.49. numer.80. & conſilio 107. num.61.

num.61. volum.3. Quia † vbi non eſt
37 eadem ratio, ibi non eſt ſimilitudo. l. qui liberis.& ibi Doctor.ff.de vulg.& pupill. & in propoſito facit doctrina Barto.in l.2.§.equidem.ff.ad Tertull. vbi per illum tex. concludit,ſtatutum loquens de Poteſtate habere locum in Capitaneo, quando circa idem Capitaneus habet ſimilem, vel eandem iuriſdictionem,quam habet Poteſtas, ſecus ſi eſſent inæquales,quia vt dicit Soc.conſ.36.colum.1. volum.4. ſtatu-
38 tum † loquens de vna perſona non extenditur ad aliam,& Bartol.ſententiam ſequitur Aret.conſ.107.in fi. Alex.conſ 106.nu.24.vol.3. Grat.conſ. 122.num.11.volum.1.Oiaſch.deciſ.22. num.9.

Tum demum quia dictum ſtatutum procedere poteſt, vbi in vno caſu facta eſt diſpoſitio,& in altero non,ſed in caſu iſto licèt ſpecialiter ſit prouiſum, ſcilicet quando verba iniurioſa proferuntur in Concilio Generali;tamen eſt etiam prouiſum,quando proferuntur in Colloquiis, & ſic contra particulares perſonas, & coram Dominis Antianis. Et licèt in ſtatuto ſpecialiter non exprimatur de Colloquiis, tamen in illa generali diſpoſitione comprehenditur caſus iſte, per ea,quæ dicunt Doct.in l.1. ff.de vulg. & pup.

Quoad vltimum replicatum fuit.

39 Primò negando, quòd † ſtatuentes ſi fuiſſent interrogati ita diſpoſuiſſent, quia cum de iure pœna ſit commenſuranda delicto, & quilibet cenſeatur ſe velle conformare cum diſpoſitione iuris communis. Doctor. in l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell. veriſimilius reſpondiſſent, quòd maiori pœna eſſet afficiendus delinquẽs in Concilio Generali,quàm in Colloquiis.

Secundò,quia notata per gloſſ.in d. l.tale pactum,procedunt per interpretationem ex coniecturata mente, vt dicit Curt.iun.conſ.224. num.12. vol. 3. ſed in caſu iſto reiiciuntur interpretationes, & coniecturæ, vt ex iam dictis apparet.

Tertiò, quia cum caſus iſte Colloquij fuerit talis,de quo ſtatuentes cogitare facilè potuerunt,non procedũt notata per d. gloſ.in d.l.tale pactum, vt in ſpecie declarat Crot. in rubr. ff. de acquirend.poſſeſſio.quem ſequitur Gabr.conſilio 95.numero 14. volum. 1. quia † ſi voluiſſent, expreſſiſſent, 40
quòd cum non fecerint, cenſentur noluiſſe.Bero.conſil.148.numero 34. volum.2.

Quartò,quia not.per d.gloſ. non † 41
procedunt,nec habent locum in exorbitantibus,& odioſis. Curt. iun.in d. conſ.224.num.22. Bero.d.conſil.148. num.34.Iaſ.conſ.171. in fine. volum. 4. Hic autem ſumus † in materia o-
odioſa, videlicet in priuatione iuris. 42
Bero.conſ.15.num.6.vol.1.Rimin.iun. conſ.211.num.28.volum.2.& conſilio 384.num.55.vol.4.

ARGVMENTVM.

Donatio facta per delinquentem an præſumatur in fraudem Fiſci facta.

Item, Donatio facta propter benemerita eſt valida.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per delinquentem ante delictum an præſumatur fraudulenta,ſi eſt facta de omnibus bonis. Et num.3.*

ctum donat, etſi poſtea delinquat, & contra eum ſequatur ſententia condemnatoria, tamen donatio tenet, nec præſumitur ſimulata, & in fraudem facta. l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi quis poſt. C. de bonor. proſcript. Niſi concurrat legitima ſuſpitio fraudis, & ſimulationis. Paul. de Monte Pico. in l. poſt contractum. col. 3. verſ. ex iſta doctrina. ff. de donat. quia in dubio præſumitur pro contractus veritate. l. cum precibus. C. de probat. Bart. conſ. 65. columna 2. par. 1. Bald. conſ. 389. colum. 2. volumine 4.

Et dum primò per Fiſcum adduce-
2 retur coniectura præſumptiua † fraudis, eo quia huiuſmodi donatio fuerit facta de omnibus bonis. l. omnia. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. & ibi Doctor. prȩſertim cum ſint facta coniunctæ perſonæ. l. data. C. de donat. Bartol. in d. l. poſt contractum. Dec. conſ. 235. colum. 1.

3 Fuit reſponſum, quòd † ex prædictis non indicitur ſuſpitio fraudis, niſi tempore donationis ſubeſſet cauſa inimicitiæ, vel alia, ob quam veriſimiliter deuentum ſit ad maleficium. quæ à Fiſco erant probanda, vt in propriis terminis tenet Bartol. in d. l. poſt contractum. columnn. 2. verſ. & primò. & verſ. ſecunda, & cum Bar. tranſeunt omnes, vt teſtantur Paul. de Monte Pico, ibidem. numer. 17. & 22. & Boſſ. de bon. publ. numer. 45. Quinimò Fiſcus tenebatur etiam probare, inimicitiam fuiſſe capitalem. Doct. in cap. 1. de homicid. in 6. Bartol. in l. 1. ff. de cond. ex lege. Socin. ſen. conſ. 27. col. 7. & conſ. 104. columna quinta, volumine quarto.

Item dum ſecundò diceret Fiſcus, quòd, cum poſt donationem factam vel nulla prorſus, vel nõ ſufficiẽs cauſa interuenerit, præſumitur, animum delinquendi adfuiſſe & ante, & tempore dictæ donationis: nam † de 4
præſenti præſumitur in prȩteritum etiam in delictis. l. ex perſona. Cod. de prob. l. ſi hi, qui. C. de adult. maximè ſtante breuitate temporis. Bart. in d. l. poſt. num. 8. Crauet. conſ. 77. num. 30. & facit doctrina Alciat. de præſumpt. 24.

Primò fuit reſponſum, quòd † re- 5
gulariter de præſenti non præſumitur in præteritum. cap. ſi eo tempore. de reſcript. in 6. Alciat. de præſumpt. d. reg. 2. præſumpt. 26. Vnde contrarium volens, debet illud probare. gloſſ. & Doct. in l. omnis. ff. de regul. iur.

Secundò, quia de prȩſenti nunquàm præſumitur in præteritum, quando præſens ſtatus eſt difformis à ſtatu, qui neceſſariò aliquo tempore fuit in prȩteritum. Alciat. d. præſump. 26. Iaſ. in l. ſi prius num. 44. ff. de nou. op. nunc. prout hîc, cum animus præſentis ſtatus committendi maleficium non habet neceſſariam conditionem temporis præteriti ſaltem tempore infantiæ.

Tertiò, quia ceſſat dicta præſumptio omninò, quando actus licitus redderetur illicitus. Bald. in d. l. ex perſona. Alciat. in d. præſumpt. 26. Sed hic actus donationis licitus prȩſumeretur illicitus, & cum fraude, & ſic redderetur eluſorius.

Quartò, quia ſi vera eſſet dicta oppoſitio, deſtrueretur prorſus ſententia Bartoli communiter approbata, quæ eſt, quòd ſecuto maleficio poſt alienationẽ, Fiſcus teneatur probare tempore dictȩ donationis adfuiſſe capitalem inimicitiam.

Quintò, quia per teſtes fuit probatum, tempore donationis inter offenſum, & offendentem fuiſſe amici-

tiam, Vnde excluditur omnis animus offendendi. Cæpol. conſil. 11. colum.
6 2. in fine. cum † amicitia tollat omnem malam ſuſpitionem. gl. in l. 1. C. de ſicar. Iaſ. in l. 1. col. 4. ff. de leg. Felin. in cap. fin. de homicid.

Inſuper dum tertiò opponeret Fiſ-
7 cus, quòd † dictus donans poſt donationem remanſerit in poſſeſſione, vnde non ſolùm donatio præſumitur facta in fraudem, ſed etiam ficta, & ſimulata. Doct. in d. l. poſt contractum. Dec. d. conſilio 235. & aliàs dictum eſt.

Et, quòd remanſerit in poſſeſſione, ſuadebatur.

Primò, ex clauſula præcarij, & conſtituti appoſita in ipſo inſtrumento donationis. Aret. in l. interdum. ff. de acq. poſ. Soc. ſen. conſ. 106. volumin. 3. Ruin. conſ. 46. num. 13. vol. 4. latè. Tiraq de iure conſt. lim. 1. num. 20.

Secundò, quia, cum per conſtitutum probetur, donantẽ tẽpore donationis
8 poſſediſſe, nã † poſſeſſio cõtinuata præſumitur. Doct. in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Alex. conſ. 133. vol. 1. Rom. conſ. 319. in fine. Aret. conſ. 120. Gemin conſilio 92. quæ præſumptio ne-
9 dum habet locum † vbi conſtitutum allegatur ab ipſo poſſeſſore, ſed etiam à ſucceſſore illius. Rot. Rom. deciſione 124. in nou. Barto. & alij. in l. Pomponius. §. fin. ff. de acq. hęred.

Primò fuit replicatum, ex prædi-
10 ctis † non præſumi donationem factam in fraudem, niſi etiam concurrat cauſa inimicitiæ tempore donationis. Paul. de Monte Pico. in d. l. poſt contractum. num. 23. verſ. quartò limita. Boſſ. de publ. bon. nume. 49. vbi teſtatur, ita ſeruari in practica, & ſupra dictum eſt, num. 3.

Secundò replicatum fuit, per
11 † conſtitutum probari poſſeſſionem, ſcilicet contra ipſum conſtituentem, & ad pręiudicium ipſius, vt declarat Socin. ſen. conſilio 187. columnn. quinta. verſic. ſecunda. volum. 2. & d. conſilio 106. columna prima. volumine tertio. Grat. conſilio 142. columna ſecunda. verſicul. quartò. volum. 2. non autem ad fauorem conſtituentis. ſed ſuper hoc vide Surd. conſ. 28. numero 48.

Tertiò replicatum fuit, quòd poſ- 12
ſeſſio † non præſumitur continuata, quando conſtat, alium medio tempore bona poſſediſſe. Claud. Seiſel. in d. l. Pomponius. §. fin. Dyn. in cap. ſine poſſeſſore. col. 2. de reg. iur. in 6. Balb. in l. Celſus. n. 30. verſ. quòd tamẽ limita ff. de vſucap. ſed mater donãtis poſ-
ſedit † bona donata poſt donationem, 13
ex quo bona ipſa locauit, & fructus ex eis percepit, vt teſtes depoſuerunt. Bart. in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. & l. Titia. ff. de ſolut. Bald. in l. 1. C. de ſeruit. fugit. Corn. conſ. 6. & conſ. 185. volum. 3. Crau. conſi. 107. colum. 2.

Et dum diceretur per Fiſcum, non conſtare, bona locata per matrẽ fuiſſe illamet donata,

Fuit reſponſum, non obſtare, Tum
quia † teſtes deponunt de contractu 14
bonorum donatorum. Alex. conſilio 133. column. 3. ad finem. volum. 1. Tum
quia, cum Fiſcus agat † reuocatoria, i- 15
pſe tenebatur deſignare res petitas per loca, latera, & confinia. glo. in cap. 2. de lib. obl. in l. forma. ff. de cenſ. & l. ſi in rem. ff. de rei vẽd. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. col. fin. inſt. de act.

Inſuper dum diceretur per Fiſcum, 16
quòd † ex contractu locationis non probetur poſſeſſio contra tertium. Rot. Rom. in antiq. deciſ. 187. Felin. in c. inter dilectos. num. 19. de fide inſtr. Lanfr. in cap. quoniam contra. nu. 163. de probat.

Fuit-

17 Fuit reſponſum, cum † locatione concurrere fructuum perceptionem, quo caſu probatur poſſeſſio. gloſſ. & Doctor.in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de acquiren.poſſ.Soc.ſen. conſ.205 colum 3 volum.2. Ruin.cõſ. 46.num.13.& conſ.47.num.4.volum 4.etiam cõtra tertium.Ang.in l.quædam.columna 2.ff.de rei vend. & in l. quamuis.§.1.ff.de acq.poſ. Ruin.conſ. 14.num.5 & conſ.143.vol.4.

Item dum diceretur tertiò per Fiſ-
18 cum, matrem † poſſediſſe iure familiaritatis,iuxta l.qui iure.ff.de acquir. poſſeſſ.

Primò fuit reſponſum, id potuiſſe procedere quando foret probatum, matrem,&filium in communione habitaſſe.Alex.conſ.6.col.4.vol.3.Ruin. conſil.44.colum.5. verſic.nec obſtat. volum.4.

19 Secundò,quia cum† dicta mater haberet titulum præcedentem, dicitur poſſediſſe ex dicto titulo, & ſic iure proprio.l.2. & ibi gloſ. & Doctor. C de acquir.poſſ.& in d l.qui iure. Soci ſen.conſ.60.colum.2. & conſ.131. volum 1.Surd.conſ.19.num.19. & deciſ. 134 num.12.Becc.conſ.12.num.2. Menoch.de adip.poſ.remed.5.nume.171. quod verum eſt, etiamſi titulus eſſet inutilis.Socin.ſen.d conſ.13.Curt.iun. conſilio 168.numero trigeſimoquarto Surd.conſ.16.nu.14. Becc.conſil.6 num 6.cum ſeq.

Vlterius dum quartò diceretur per Fiſcum, teſtes examinatos non probare.

20 Primò,cum † ſint coloni matris Felin.in cap.in literis.de teſtibus.Gabr. de teſtib.concl.10. nume.59.Maſcard. de probat.volum.3.concl.1357.nu.47.

21 Secundò,cùm † ſint vltronei. Bartol.in l.poſt legatum. §. is verò. ff.de his,quibus vt indign. Bart. in l.vxori. ff.de falſ.Maſcard.de probat.volum.3. concl 1358.num.63.

Fuit reſponſum primum non obſtare: Tum quia cum colonis adſunt alij teſtes non coloni, ſed † dictum teſtis 22
minus idonei iuuatur dicto alterius idonei. Doctor.in l.ſi quis ex arg.ff.de eden.Corn conſilio 61.columna quarta.volumine 3.Alexand conſil.24.colum.6.volumi.2.Dec.conſ.133.colum. 3.Tum quia coloni † dicũtur hic idonei teſtes, cum non agatur de eorum 23
commodo. Imol. in cap.in literis.de teſtibus. Ang.in l.quoniam liberi. C. eod.Alex.conſ.57.col.6.vol.7. Socin. iun.conſ.146.col.4.vol.1. vbi teſtatur de communi. Put. deciſ.15.numero 1. parte 3.

Quoad ſecundum reſponſum fuit, teſtes † fuiſſe productos à parte, vnde 24
non ſunt vltronei. Felin. in c.in nomine.num 24.de teſtibus.Maſcard.in d.concl.1358.num.67.

Dum quartò loco principaliter opponeret Fiſcus quòd eius intentio remaneat ſatis probata,ex Conſtitutione Prouinciæ Marchiæ cap.43. libr.2. vbi fictitia † præſumitur alienatio, ſi 25
tempore maleficij alienans bona poſſideret;Neque dicta Conſtitutio dicitur requirere cauſam aliquam inimicitiæ,ne cenſeretur ſuperflua, cum de iure communi ſola poſſeſſio cum cauſa inimicitiæ arguat ſimulationem. Cuman.conſ.155.colum.2.Imol.conſi. 55.Dec.conſ.587.col.3. Soc.ſen. conſil.264.l.b.2.

Primò fuit reſponſum Conſtitutionem præfatam loqui, quando delinquens poſt alienationem tempore maleficij poſſederit bona, quod non fuit probatum per Fiſcum. Vnde cum † ceſſet qualitas, ceſſat Conſtitutio. 26
Bar.in l.1.§.ait.ff.ne quid in loc.publ. Bald.in l.ſi quis nõ dicã. C.de Epiſ.&

cler. Alexand. conſ. 3. & conſ. 79. volum. 4. Dec. conſ. 13. & conſ. 261. Soc. ſen. conſ. 57. volum. 3. Curt. conſ. 16. & conſ 1'.

Secundò fuit reſponſum, dictã Cõſtitutionem eſſe intelligendam, ita vt concordet cum diſpoſitione iuris cõmunis, & ſic quòd concurrat cauſa inimicitiæ.

Et hæc reſponſio ſuadetur; Tũ quia
27 † Conſtitutio ſimpliciter loquens recipit ſemper interpretationem paſſiuam à regulis iuris communis. glo. in l. ſi ſerui. C. de noxal. Curt. iun. conſ. 143. Pariſ. conſ. 95. volum. 1. & conſ.
28 167. volum. 4. Etiam † quando Conſtitutio eſſet correctoria iuris cõmunis. Iaſ. in auth præterea. colum. 6. C. vnde vir, & vxor. Imol. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matrim. Rom. & Alexand. in l. ſi quis. ff. ad Trebel. Ioan. de Amic. conſ. 11. colum. 3 Dec. cõſ. 445. colum. 8. Curt. iun. conſilio 7. num. 8.
29 volum. 1. Tum quia † Conſtitutio eſt ita interpretanda, vt quãtò minus fieri poteſt lædat ius commune. arg. l. præcipimus. in fine. C. de appell. c. quę à iure, de reg. iur. in 6. Anch. conſ 360. in princ. Corn. conſil. 115. colum. 3. volum. 2. Soc. ſen. conſil. 81. columna 3. volum. 3. Dec. conſ. 222. conſ. 275. colum. 7. & conſil. 300.

Neque prædicta Conſtitutio diceretur fruſtratoria.

Primò, quia licèt verum ſit, quòd de iure communi, concurrente cauſa inimicitiæ cum poſſeſſione, contractus præſumatur ſimulatus, nihilominus quando alienans conſtituit, ſe nomine
30 eius, cui fit alienatio, poſſidere, tale † conſtitutum de iure excludit præſumptionem ſimulationis, ac ſi vera traditio interueniſſet. Bart. cõſ. 65. & conſ. 81. lib. 1. Bald. in l. 1. colum. 2. C. de don. an. nup. Ang. conſ. 106. in fine. Fulg. conſ. 41. Caſtr. conſil. 161. volum. 1. Rom. conſil. 5. Cæpol. de ſimul. contr. præſ. 24. Rot Rom. in nou. deciſ. 484. Bellam. deciſ. 716. Cum igitur dicta Conſtitutio velit, alienationem præſumi ſimulatam ſi alienans poſſederit tempore maleficij, etiam quòd conſtituerit, ſe alieno nomine poſſidere, ſatis dicitur operari vltra ius commune, diſponendo, quòd conſtitutum non excludat ſimulationem contractus.

Secundò, quia † caſus dubius eſt, an 31
per conſtitutum excludatur ſimulatio contractus, cum multi Doctores teneant affirmatiuã, & multi teneant negatiuam, vel diſtinguant, vt refert Tiraq de iure conſt. lim 9. nume. 10. Vnde dicta Conſtitutio diſponens ſuper iſto caſu dubio non dicitur ſuperflua, ſed ſatis operari dicẽdũ eſt, prout declarat Imol. in clem. ſtatutum. col. fin. verſ. ex prædictis. de elect. Ant. de Butr in cap. 1. de reſcript. vbi Felin. col. pen. verſ. limita quintò. Alex. in l. 1. col. 3. verſ. refert. ff. ad l. Falcid.

Tertiò, quia Conſtitutio nunquàm debet aliquid addere iuri communi, quando ex hoc affertur præiudicium
parti, imò † debet fieri interpretatio 32
ſecundum ius commune, etiamſi per talem interpretationem Conſtitutio nihil operaretur, ſecundùm gloſ. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. & ibi Doctor. Alexand. conſ. 87. colum. fin. & conſ. 119. colum. penult. volum. 7. Soc. ſen. cõſil. 38. lib. 1. Doct. in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infect. Dec. in c. ſuper eo. de off. delect. Iaſ. conſ. 239. volumine 2. & conſ. 12. volumine 3.

Et amplius dicit Soc. d. conſ. 38. correctionem iuris non induci ex Conſtitutione generali per tacitos intellectus, etiamſi ſtatutum nihil operaretur,

tur, quia opus eſt, correctionem expreſſe fieri. Alexand. conſil.33.colum. 2. lib.2. Soc. cõſ.89. volum.4. & potius
33 debet † aliquod eſſe ſuperfluum, quã iuri cõmuni contrariũ. l.1.C. de pign. & ibi Bald. Curt. iun. conſ. 143. in fine.

34 Quartò, quia dicta Conſtitutio † ſatis dicitur operari, cum ex ea prodita ſit noua ſpecies agendi, videlicet condictio ex d. Conſtitutione. Bar. & alij in l.1.ff. ad l. Falcid. Abb. in rubr. de regul. in fine.

Tertiò principaliter fuit reſponſum dictæ quartæ oppoſitioni, Conſtitutionem non procedere, vbi de veritate contractus fieret plena fides per teſtes fide dignos, vt expreſsè diſponit, ipſa Conſtitutio; hic autem facta fuit pleniſſima fides.

Dũ quintò opponeret Fiſcus, quod,
35 cum † in dicto inſtrumento donationis fuerit adhibita exquiſita diligentia, & nimiæ, ac inſolitæ cautelæ, inducitur ſuſpitio fraudis. Felin. in cap.2. de reſcript. gloſ. & Doct. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſt. Dec. conſ. 348. colum. 3. Marſil. in l. de minore. colum. 4 ff. de quæſt. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſ.122. numero 67. cum ſeq.

Primò fuit replicatum, ſolemnitates adhibitas non fuiſſe inſolitas, & nimias cautelas, ſed neceſſarias, ſecundũ Conſt. Prouinciæ Marchiæ, nam aliàs
36 fuiſſet † nulla donatio vti non ſeruatis ſeruandis. cap. cum dilecta. de reſcrip. cap. quia propter de elect. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. Vnde nõ inducitur aliqua fraudis ſuſpitio. Doctor. in l. teſtamentum. C. de teſtam.

Secundò, quia Fiſcus tenebatur probare, in dicto donationis inſtrumento fuiſſe appoſitas clauſulas inſolitas,
37 vti † fundamentum ſuæ intentionis vt in terminis docet Alex. conſ.28. colum. 4. verſ. nec etiam obſt. volumine 5.

Tertiò, quia id, quod dicitur, quòd † verborum inuolucra & clauſulæ inſolitæ arguant ſuſpitionem fraudis, 38 procedit in clauſulis inſolitis, & quid illiciti redolentibus, nõ autem in his, quæ ad tollendas dubitationes, & corroborationem inſtrumenti apponuntur. Cagn in l. quo dubitationis. ff. de reg. iur.

Dum ſextò opponeret Fiſcus, An † 39 donatio ſit facta in fraudem in hoc caſu, eſſe reſeruatum arbitrio iudicis. Angel. in l. ſi ventri §. fin. ff. de priu. cred. Dec. d. conſ. 235. Paul. de Monte Pico in d. l. poſt. num.29.

Fuit reſponſum, Doctores † allegatos loqui, quando delictum eſt ſecutum incontinenti, vel paulo poſt donationem, quo caſu requiritur etiã causa inimicitiæ Boſſ. de pub bon. numero 51. & Bartol in d. l. poſt. colum.3. ſecus ſi ex interuallo, prout hic, cum poſt annum ſecutum fuerit delictum. 40

Ex parte autem donatariæ pro validitate donationis, illius veritate, ac excluſione præſumptionum quarumcumque fraudis, allegabatur, donationem † prædictam fuiſſe remuneratoriam. Paul. de Monte Pico. in d. l. poſt. columna 17. verſiculo, vnum nota. 41

Et licèt aliàs non † ſtetur aſſertioni 42 dicentis, benemerita interueniſſe, niſi de veritatè meritorum per veras probationes conſtet. Bart in l. ſi fortè. ff. de caſtr. pecul. Alexand. conſilio 44. colum.1. volum.4.

Tamen dictũ fuit, id † verũ eſſe in 43 his, qui regulariter nõ poſſunt liberè diſponere, & donare, niſi propter merita. ſecus in illo, qui liberè poteſt donare, quia tunc ſtatur eius ſimplici, &

generali aſſertioni quoad merita. Bart.in d.l.ſi fortè.Dec conſ.20.Rip. in l.ſi vnquàm.quæſt.10. C. de reuoc. donat.& lib.3 reſp.in tit.de grat. perfic.reſp.9.Curt.iun.conſ.142.nume.3. & conſ.67.col.fin. volum.1. Iaſ. conſ. 154.volum. 2. hic autem non dicitur prohibita donatio. Iaſ. conſ. 154.columna 1.volumine 2. Pariſ conſ. 73.in princip.volum.1.

Circa ſecundum fuit reſolutum,do-
44 nationem fuiſſe validam, prout † in dubio præſumitur. c. in præſentia. de prob.c cum virum.de regul.vbi Abb. not.4.Bald.in l.cum te.C. de prob. & in l. 1. circa finem. C. de precib. Imp. off. eò magis quòd interuenit iuramentum. Doct. in auth. ſacramenta. C.ſi aduer.vẽd. Alc cõſ.125.col.8.vol. 1.Soc.ſen. conſ.279.in princ.volum.2. Dec.conſ.232.col.2.Soc.iun. conſ.79. nu.17.vol.2. Tiraq.de legib. connub. glo.5.num.49.

Et dum primò opponeret Fiſcus,ex
45 procemio dictę donationis, ex quo † colligitur cauſa finalis.l. 1. ff. ad Maced.l.fin ff.de hæred.inſt.Bald.in l.pacta nouiſſima. C. de pact. depromi. cauſam finalem dictæ donationis fuiſſe periculoſam, & longam abſentiam
46 donantis,quæ,cum † ceſſauerit, ceſſare debet contractus. l.1.C.de cond.ob cauſam,& ibi Doctor.Corn. conſ.56. colum.2.& conſ.102.colum.5. volum. 2.Soc.ſen conſ.26.col.fin.lib.3.

Fuit replicatum primò, abſentiam
47 non fuiſſe cauſam † finalem donationis, ſed benemerita expreſſa in diſpoſitione.Bald.conſ.340.vol.3. Soc.ſen. conſ.83.colum.2 lib. 3. Benè verũ eſt, quòd dicta abſentia potuerit eſſe cauſa impulſiua; tum cum ſit cauſa de fu-
48 turo; tum ponderando † dictionem, fortè, quæ importat cauſam impulſiuam.Iaſ.in l.1.§ is,qui. colum. 3. ff.ad Trebell.& in l.ſi pecuniam. colum.6. verſ.item nota.ff. de cond. ob cauſ. & in §. ęquè. inſt.de act.

Et cauſa † expreſſa in procemio tũc 49
præſumitur finalis, quando alia non eſt expreſſa in diſpoſitione,ſecus ſi eſt expreſſa, vt hic, quia tunc illa dicitur finalis.Soc.ſen.conſ.84 colum.2.verſ. ſed alia fit. volum. 3. Vnde cum non ceſſet cauſa,non ceſſat contractus. l.1. §.ſextum.ff. de poſtul. Doct.in l.2.§. fin.ff. de donat. & in cap. per tranſlationem.de renunciat.

Secũdò.quia quatenus abſentia fuiſſet cauſa finalis, tamen negari nõ poteſt,quin liberalitas,merita,& ſeruitia ſint quoque cauſa finalis; ſed quando
† plures ſunt cauſæ, licèt vna ceſſauerit,non tamẽ debet ceſſare diſpoſitio, 50
& effectus. l.ſi non lex.vbi Doct.ff.de hæred.inſt.§.fin.inſt.de nup. glo.in l. liberorum, vbi etiam Doct. ff.de his, qui not.infam.

Tertiò, quia cauſa abſentiæ nõ ceſſauit, ſed ſortita fuit effectum ſuum, cum verè donator abfuerit, & conſequenter de alio non eſt quærendum. Tiraq.in tract ceſ.cau.lim.18.

Dum ſecundò opponeret Fiſcus,inſtrumentum donationis carere decreto requiſito per Conſtitutionem Prouinciæ Marchiæ,nam licèt id interue-
nerit,tamen nullum fuit,cum † incõ- 51
tinenti, ac ſine cauſæ cognitione fuerit interpoſitum.c.1.de reb. eccleſ.nõ
alien. quæ † cauſæ cognitio eſt pro- 52
banda, etiamſi notarius aſſereret interueniſſe.Caſtr.conſ.38.vol.2.vbi ponit practicam, quòd de cauſæ cognitione fiat aliud inſtrumẽtum. Barbat. conſ.104.quod eſt inter cõſ.Alexand. vol.4.cum ſimil.

Primò fuit reſponſum, quòd donatio præſens eſſet remuneratoria,vnde nõ requirebatur decretum, cum dicta Conſti-

Conſtitutio ſimpliciter loquatur de donatione, & ſic non comprehendit
53 remuneratoriam, cum † illa ſit potius quædam permutatio, quàm donatio. Doctor. in l. Aquilius. ff. de donat. Alexand. conſ. 24. in fin lib. 3. & conſil. 142. colum. 6. lib. 4. Aretin. conſil. 27. colum. 6. Bertrand. conſ. 205. volum. 2. Iaſ. in l. ex hoc iure. vbi etiam Claud. ff de iuſt. & iu. quod verum eſt, etiam ſi Conſtitutio vniuerſaliter loquatur. Alber. de Roſ. in prima par. ſtat. quæſtio. 122. Turret. conſ 46. num. 11. & 18. cum ſeq. vol. 1. Clar. §. donatio. quæſt. 16. verſ. fin. Becc. conſ. 55 num. 19. Boccat. ſuper Conſtit. Prouinciæ Marchię. in cap. vt minorum. gloſ. 8. num. 58. & Menoch. de præſumpt. libro 4. præſumpt. 167. num. 32.

54 Secundò, quòd de conſuetudine † decreta interponuntur incontinenti. Vnde validum dicitur decretum, vt ſentit Caſtr. d. conſilio 38. in finalibus verbis, volumine ſecundo, & de ea teſtatur Alb. de Roſ. in l. actus omnes. vbi etiam Caſtr. in fin. C. de fer. Aret. in §. tripli. num. 6. inſt. de act. vbi teſtatur ita Bononiæ ſeruari.

55 Nec eſt † mirum, quia per conſuetudinem induci quoque poteſt, quòd alienatio rei immobilis facta per minorem valeat abſque aliquo decreto iudicis. Iaſ. in l. de quibus. columnn 17. verſ. item aduerte. ff. de legib.

Et dicit Roch. de Cur. in cap. fin. de conſuetud. nume. 470. & 643. de con-
56 ſuetudine † credi notario ſcribenti, fuiſſe decretum interpoſitum cum cauſæ cognitione in alienatione rei minoris, abſque eo, quòd fiat inſtrumentum ſeparatum de cauſæ cognitione: Et dicit Paul. de Caſt. in l. cũ hi. §. ſi prætor. de tranſ. ſufficere, ſi dicatur per notarium, cauſa cognita, licèt non exprimantur particularia. Et in Prouincia Marchiæ conſuetudo talis eſt notoria ex communi obſeruantia inueterata, ſecundùm Pariſ. conſil. 13. columna quinta, volumine primo. Vnde ſufficit allegare. gloſſ. in l. ciues. C. de appellat. Bartol. in l. 1. C. qui, & ad quos. Bald. in l. emptorem. ff. de act. empt. Iaſ in l. ſi vera. §. qui pro. columna finali ff. qui ſatiſd. cog.

Et poteſt † etiam iudex ex officio 57 de tali conſuetudine ſe informare, interrogando tabelliones. Bald. in l. lex Iulia. ff. de teſtibus. Alexand. in l. 1. C. vt quæ deſ. aduoc. Corn. conſ. 274. col. 2. volumine 3. Alex. conſil. 14. volumine 5.

Et licèt aliqui aliter ſeruauerint, tamen eſt attendenda communis obſeruantia, ex qua † conſuetudo induci- 58 tur, ſecundùm Dec. conſilio 11. columna 8. verſic. ſecundò reſpondetur: neque ex aliqua diuerſitate impeditur. Dec. ibidem, colum. 8. verſic. tertiò, & vltimò.

Dum poſtremò opponeret Fiſcus, donationem fuiſſe nullam, quia non fuit inſinuata, prout requirebatur tàm de iure, quàm ex forma Conſtitutionum.

Primò fuit replicatum, in dicta † 57 donatione nõ requiri inſinuationem, cum eſſet remuneratoria. Doctor. in l. Modeſtinus. ff. de donat. Tiraq. in l. ſi vnquàm. C. de reuocan. donat. & ſupra dictum eſt.

Secundò, quòd † fuerit inſinuata, 60 cum fuerit facta coram iudice, & coram eo fuerit ſcriptum inſtrumentum, & celebratum, prout conſuluit in terminis Corn. conſil. 36. volumine 3.

Tertiò, quia † inſinuatio fuit facta 61 poſtea, quod ſatis fuit. l. fin. §. pen. C. de don. an. nupt. Corn. d. conſilio 36. Præſertim cum Conſtitutio loquatur

per verba futuri temporis, videlicet, faciendo in actis, &c.

ARGVMENTVM.

Appellatio Fiſci ab abſolutoria rei non eſt admittenda.

SVMMARIVM.

1 *Ius vindicandi necem defuncti quibus competat.*

2 *Sine actione agentes ſunt repellendi à iudicio.*

3 *Conſuetudo Romana Curiæ eſt vbique ſeruanda.*

4 *Index poteſt capere informationem extraiudicialem ſuper notoria.*

RESOLVTIO XLI.

CVm Vincentius, audito Fiſco, & adhęrētibus, fuiſſet abſolut⁹, dicebatur, appellationē interpoſitā ꝑ Fiſcū, & adhęrētes nullatenus eſſe admittendam, cum quoad perſonas inſtigatorum vrgeat illa iu-
1 ris concluſio, quòd ius † proſequendi iniuriam, & accuſandi ſuper nece defuncti competat proximioribus conſanguineis, excluſis remotioribus. l. ſi plures. ff. de accuſ. l. 2. §. ſi ſimul, & ibi Doctor. ff. de adult. Petr. à Plac. in epit. delict. libr. 1. cap. 39. numer. 4. de communi teſtatur Anton. Gomez. de delict. cap. 1. nume. 35. verſ. item etiam intellige.

Quare cum interfectus vxorem & filios reliquerit, vxori & filiis competit ius accuſandi, & non prædictis adhærentibus. Petr. à Plac. d. libro 1. cap. 40. num. 2.

Quinimò addebatur, fore repellen-
dos † etiam ex officio, vti ſine actio- 2
ne agentes. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Doct. in l. vbi pactum. C. de tranſ. Et talis exceptio impedit litis ingreſſum. Decian. conſ. 2. nu. 49. volum. 1.

Quo verò ad Fiſcum, extare, dicebatur, Motus proprius Pij V. fœl. record. quo cauetur, quòd iudex non admittat appellationem Fiſci ab abſolutoria lata pro reo. Et in Regno eſt prouiſum per plures ritus Magnę Curiæ, vt per Capic. deciſ. 114. Gram. deciſ. 14. Vincent. de Franch. deciſ. 148. numero primo, parte prima. licèt de iure communi Fiſco non denegetur appellatio. Imol. conſil. 142. columna ſecunda. Vincent. de Franch. in dicta deciſ. 148. num. 8. latè Farin. de var. ac diu. quæſt. in quęſt. 101. numer. 30. cum ſequent.

Et dum replicaretur, dictum Motum proprium eſſe localem, & eſſe intelligendum tantùm reſpectu Curiæ Romanæ.

Primò fuit dictum, conſuetudinem
† Romanæ Curiæ vbique locorum 3
eſſe ſeruandam, tanquàm omnium magiſtram. cap. omnes. 22. diſtinct. c. in cauſis. de ſentent. & re iud. Vnde dicit And. Sicul. in cap. ex literis. numer. 97. de conſtitut. quòd ſtylus Romanæ Curiæ facit ius ad inferiores, & idem firmat Grau. ad Veſtr. libr. 5. cap. 3. num. 5.

Secundò fuit dictum, talem conſuetudinem vigere etiam in Curia Generali Prouinc. March. & quidam magnus aduocatus teſtabatur, numquàm ſe vidiſſe, appellationes Fiſci fuiſſe receptas abſoluto reo per diffinitiuam ſententiam. Et de dicta con-
ſuetudine vti notoria pōt iudex † in- 4
formationē capere extraiudicialiter, & in

in camera. Soc. iun. conſilio 65. numero 4. volum. 1. Cœphal. conſ. 108. numero 16. volum. 1. Viu. com. op. in ver. notorium.

ARGVMENTVM.

Ius paſcendi eſt Vniuerſitatis. Item, Quando dicatur illata vis.

SVMMARIVM.

1. *Ius paſcendi quibus competat. Et numero 5 & 7.*
2. *Pœnam nõ meretur, quod fit lege permittente.*
3. *Vis quotuplex ſit.*
4. *De vi ablatiua quando non poſſit agi.*
6. *Turbans quando incidat in pœnam.*
8. *Vis non poteſt eſſe ſine dolo.*
9. *Dolo facere non videtur, qui ſe plus altero diligit.*

RESOLVTIO XXXXII.

AD demonſtrandam innocentiam carceratorum de M.F. præmittebantur plura.

Primò, quòd terræ poſſeſſæ per Cingulanos ex aduerſo principales ſunt in territorio d. M.F.

1 Secundò, quòd ius † paſcendi non eſt ſingularium perſonarum, ſed proprium ipſius Vniuerſitatis dictæ terræ M.F.

Tertiò, quòd ſecundùm formam ſtatutorum nulli licèt facere aliquam reguardatam, niſi à Kalend. Martij vſque ad menſem Auguſti, quo elapſo vnicuique licet paſcere animalia in quocumque loco, factum autem de quo agitur ſucceſſit de menſe Octobris.

His præmiſſis, ad fauorem dictorum carcer iterũ allegabatur illa iuris concluſio, quòd quicquid † fit lege permittente pœnã non meretũr. vulg. l. Gracchus. C. de adult. l. illud. ff. quod quiſque iuris. Terret. conſilio 8. nu. 64 volumine primo. vbi ampliat. Sed dicti carcerati licitè, & iure permittente fecerunt quicquid fecerunt; Tũ quia habebant affidam ab Vniuerſitate Cinguli domina iuris paſcendi; Tum quia de menſe Octobris nulli licebat facere reguardatas. Et ſuper hac materia vide Afflict. ſuper conſtit. Regni. libro 3. rubr. 37. de animalibus in paſcuis affidandis. 2

Et licèt dicti carcerati acceſſerint armati, non tamen tenentur de aliqua vi publica.

Primò, quia † vis aut eſt ablatiua, vel turbatiua, vel expulſiua, vel compulſiua, vel inquietatiua. Bart. in l. quod extat. ff. quod met. cau. Decian. in tract. crim. tom. 2. libro 8. cap. 1. nume. 4. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. in prælud. num. 38. cum ſeq. vbi declarat magiſtraliter. 3

De † vi ablatiua non poteſt agi, ex quo requiſita per l. 2. §. doli. ff vi bon. rapt. non concurrunt: non verificatur enim dolus malus, neque damnum, cũ animalia paſculauerint de menſe Octobris licito. Neque fuerunt ablata bona particularium, cum ius paſcendi ſit Vniuerſitatis. Crau. conſilio 154. 4

De vi turbatiua minus tenentur.

Tum quia non poteſt probari poſſeſſio pro parte illorum de Cingulo, cum † ius paſcendi ſpectet ad Vniuerſitatem. Bartol. in l. 1. §. interdictum. ff. vti poſſid. Turret. conſilio. 5

66. numero 1. volum. 2.

Tum quia vbi nõ adeſt animus turbandi, ſed ſuo iure vtendi, non cadit turbatio. Bald. conſilio 144. volum. primo, & conſilio 406. volum. 2. cum ceſſet dolus in puncto Turret. d. conſilio 66 num. 2. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 8. ca. 20. num. 10. & Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. numero 651.

6 Tum quia † vbi plures ſunt compoſſeſſores, ſi vnus turbat alium, non incidit in aliquam pœnam, vel crimen. Bald. conſilio 431. in fine, volum. 4. Menoch. de retinen. poſſeſſ. d. remed. 3. num. 626. & 629.

Neque inciderunt in vim expulſiuam.

Tum quia illuc ſe contulerunt non ad inuadendam poſſeſſionem fundi,
7 ſed ad paſcendum, cuius † quaſi poſſeſſio eſt Vniuerſitatis. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi, & vi arm.

Tum quia vbi ſunt plures compoſſeſſores non cadit vis expulſiua. Bald. in d. conſ. 431.

Tum quia nõ fuit probatum, dictos carceratos prohibuiſſe Cingulanos in iure paſcendi. l. vim facit. ff. de vi, & vi arm.

Secundò allegabatur principaliter, non poſſe pretendi vim aliquam illatam per dictos carceratos ſiue publicam, ſiue priuatam. Quia licèt dolus
8 poſſit eſſe ſine vi, vis † tamen non poteſt eſſe ſine dolo. l. ſecũda. §. doli mali. ff. de dolo. Decian. in trac. crim. d. tom. 2. lib. 8. cap. 20. numero 10. & 14. Menoch. de retinen. poſſeſſ. d. remed. 3. nu. 612. vbi firmat, adeò requiri dolum, vt non ſufficiat lata culpa. & numero 617. dicit, dolum eſſe probandum ab accuſatore; hic autem non interuenit aliquis dolus.

Tum quia nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur. l. nullus. ff. de regul. iur. l. 1. §. denique. ff. de aq. plu. arc. Decian. in d. cap. 20. numero 10. Oſaſch. deciſ. 17. num. 2.

Tum quia adfuit præſentia Officialium, iuxt. not. in l. tranſactionem. C. de tranſact. Menoch. in d. remed. 3. nu. 640. cum ſeq.

Tum demùm quia † dolo facere 9
non videtur, qui ſe plus altero diligit. Crauet. conſilio octauo, numero 18. ideo carceratis dolo imputari nõ poteſt, ſi immiſerunt animalia ſua ad paſcendum, cum ordinata charitas incipiat à ſe ipſo. l. Præſes. C. de ſeruit. & aq. S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 25. art. 12. & quæſt. 26. art. 4. Foller. in pract. crim. Can. par. 2. cap. 4. numero 22.

ARGVMENTVM.

Priuato quando liceat carcerare aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Carcerans aliquem non tenetur pœna priuati carceris, ſi habeat iuriſdictionem. Et num. 2.*

3 *L. 1. C. de priu. carc. quando non habeat locum. Et num. 5.*

4 *Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo.*

6 *Capere quilibet poteſt malefactorem propria auctoritate. Et vulnerare ſi reſiſtat. num. 9.*

7 *Iniuria facta filio dicitur facta patri.*

8 *Mens depromitur ex verbis.*

10 *Chirurgico an ſit credendum.*

11 *Vulnerare non præſumitur quis ſe ipſum.*

12 *Delictum an probetur per inditium indubitatum.*

Reſo-

RESOLVTIO XLIII.

IN materia carcerationis, & captura duo occurrerunt caſus.

PRimus fuit in quodam Paulo, qui cum retinuiſſet in Eccleſia carceratum Batigellum, fuit dubitatum, An eſſet puniendus pœna priuati carceris.

Et ad fauorem dicti Pauli dicebatur, non poſſe vllatenus puniri dicta pœna.

1 Primò, quia † dictus Paulus habet iuriſdictionem duplici ex capite.

Tum quia erat Locumtenens militum. l.officium. §. officium. ff. de re milit.

Tum quia erat deputatus ad cuſtodiam nundinarum. Bald.in l.j.nume-
2 ro ſecundo. C. de mand. Habens † autem iuriſdictionem non dicitur cōmittere priuatum carcerem, nec in eo habet locum lex 1. C.de priu. carc. vt ibi declarat Fulg.& tenent Azo. in ſum.de priu.carc.Bart.in l.capite. numero tertio.ff.de adul. Grillan.in tractat.de relax.carc. in rubr.de fuga incarcer.quæſt.j.lim.6.num.19.Decian. in tract.crim.tom.2. lib.7.cap.10. numero 16.

3 Secundò, quia † retentio non fuit facta ad effectum carcerationis, ſed ad inuenienda bona extorta, vnde ceſſat diſpoſitio d.l.primæ, & intrat deciſio d.l.capite. Vbi licèt detinere, donec comprobetur, vxorem fuiſſe deprehenſam in adulterio. facit l. verum.ff.de furt.& vide Decian.in d.capit. 10. numero tertio. Corrobora-
4 tur, nam quælibet † cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo. Alexand. conſilio 127. numero octauo, volumine quarto. Gramm. deciſ.10. numero 22.& in dubio res reponitur arbitrio iudicis. Decian.in d.cap.10.numero 17.

Tertiò, quia dicta detentio fuit 5
momentanea, vnde non punibilis, cum ceſſet ratio d.l.primæ, videlicet vſurpatio iuriſdictionis, ob actū momentaneum. Marſ.conſilio 136.numero ſeptimo, volumine primo. Bald.in d.l.prima, numero primo. facit dictum Felin. in cap.cum contingat, in fine. de foro competen. vbi firmat, non intrare diſpoſitionem d.l.primæ, quando quis detinetur in camera ſub cuſtodia. Iaſ.in l.ſi idem. §.fin.lim.3. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. facit dict. Farinac.de delict.quæſtio.27. numero 21. vbi firmat, vſque ad horas viginti licere retinere. Decian. in tract.crim.tom.2.libro 7. cap.10. numero ſecundo. Quantò magis in Eccleſia, quæ, cum ſit domus Dei, non poteſt dici carcer, neque cuſtodia, imò ad eam confugientes ſunt immunes, nec poſſunt inuiti extrahi ab ea. vulg. iuribus, & doctrinis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis.

SEcundus fuit caſus in quodam Antonio, qui vna cum eius parte propria auctoritate appræhendit, & ligauit Petrum, fuit dubitatum, An id eis licitum fuiſſet.

Et fuit reſolutum affirmatiuè, Quia dictus Petrus vulnerauerat prius dictum Antonium, qui ob id eum cepit animo ducendi ad Curiam, & conſignandi eidem, & de iure communi † quilibet poteſt propria au- 6
ctoritate capere malefactorem. Bart. in l.generali.in fi.C.de decur.libr.10. & in l.cum eo.ff.ad leg.Iul.pecul. Alex.in addit.ad Bar.in l.interdū. §.qui furem.ff.de furt. Bald.in c.1. §.ſi quis, de pace iur.firm. in vſib.feud. & in l.

neminem.C.de exhib.re. Bart.in l.capite.ff.de adult. Soc.in tractat. de cit. artic.4. columna 2. imò ſi non cepiſſet, ſecundùm formam bannimentorum potuiſſet puniri. arg. l. non dubium.C.de ll. Vide Farinac.in d.quæſtione 27.num.21.

Et ſi Antonio licuit, eius patri et-
7 iam licuiſſe dicendum eſt,cum † iniuria facta filio dicatur facta patri.Doct. in l.tranſigere.C.de pact.Bart.in l.lex Cornelia.ff.de iniur.

Capturam autem fuiſſe factam animo ducendi ad Curiam, deponunt plures teſtes examinati, dum dicunt, Antonium, & patrem dixiſſe, quòd volebant Petrum ducere ad Curiam,
8 ex quibus † verbis apertè depromitur mens illorum.Soc.ſen.conſilio 10.columna prima,volumine primo. Bald. in l.ad cognoſcendum. C.de ing. & manum.

Nec facere dicebatur,quòd non ſolùm ceperint d.Petrum, ſed etiam ligauerint,& per vim traxerint: Quia id omne licuit ob reſiſtentiam Petri,
9 qui † ob id potuiſſet etiam vulnerari. Bald.in l.1.C.vnde vi. Bart.in l.ſi ſeruus. C.de his,qui ad eccl.confug. Amod.de ſindic.fol.7.Boſſ.tit.de captura.num.12.

Et dum per Fiſcum obiiceretur, in proceſſu non conſtare,quòd dictusPetrus prius vulnerauerit dictum Antonium.

Fuit reſponſum imò conſtare, nam ſuppoſito conſtitiſſe de vulnere ex depoſitione Chirurgici, qui vulneri dicti Antonij medicamen. præbuit,
10 cui † credendum eſt.l.ſemel. C. de re mil.lib.12.l.1.§. ff.de vent.inſp. Specul.in titul.de homicid. §.1.verſ.ſed pone.delictum ipſum probabatur per inditia.

Primum erat, rixa concitata inter dictum Petrum, & Antonium, cum † non præſumatur,quòd dictusAntonius ſibi ipſi vulnus intulerit. Bald. & 11
Salyc.in l.ſciant.C.de probat. faciunt not per Salycet.in l.final. C. eodem. quem ſequitur Socin.ſen. conſilio 54. columna penult. volum.3. Brun. de ind.par.1.quæſt.4.Marſ.in l.fin. ff. de quæſt.& ſing.188.

Secundum erat inditium,fuga dicti Petri.glo.& Doctor. in l.admonendi. ff.de iureiur. & in cap. nullus. de præſumpt.

Tertium erat, quia dum Antonius dicebat Petro, quòd volebat eum ducere ad Curiam, ipſe Petrus nihil reſpondebat. l.de ætate. ff.de interrog.act.

Delicta † autem probantur etiam 12
per inditia indubitata.l.fin.& ibi Doctor.C.de prob.c.afferte. & ibi Felin. de præſumpt.Abb.& alij in cap.tertio loco.de probat.

ARGVMENTVM.

Quinam poſſint puniri de falſo.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit puniri de falſo, ſi omiſerit apponere nomen acceſſoris in inſtrumento.*
2 *Falſa an dicatur apocha caſſata,ſiue immutata.*
3 *Teſtis diuerſa deponens an dicatur falſus.*
4 *Scripturam nullam lacerans an teneatur de falſo.*
5 *Notarius an teneatur de falſo, ſi in teſtamento alium ſcripſerit fuiſſe relictum heredem.*
6 *Teſtes falſi an teneantur ad expenſas,& intereſſe.*

7 Expen-

7 *Expendens falſam monetam quando ſit puniendus.*

RESOLVTIO XLIV.

IN *materia falſi plures occurrerunt caſus.*

1 PRimus fuit in Ioanne notario,qui † in exemplo inſtrumenti omiſit apponere nomen acceſſoris, & inſolidum obligati.Et dicebatur, dictum notarium nō poſſe puniri de falſo.

Primò,ex quo dicta omiſſio fuit facta per errorem, errans autem non dicitur falſum committere.Marſ.in l.1.§.propterea.numero 13.ff.de ſicar.& in conſilio 62.num.8.lib.1.Pariſ.conſ.169.numero 56.volum.4 Becc.conſil.78.num.8.& 33.Bertaz.conſ.8.numer.16.& conſ.140.num.17. Dolus enim requiritur ad committendum falſum. Anchar.conſ.73.Affi.deciſ.404.Clar. in §.falſum.verſ.excuſatur autem.Socin.iun.conſ.37.numer.21.& conſ.38.num.13.volum.2.Pariſ.conſ.151. num.24.& 27.& conſ.169.numero 56. cum ſeq.volum.4.Grat.conſ.151.numer.9. vol.2.Nec lata culpa ſufficit,ex quo in pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo. Pariſ.conſ.161.num.9.volum.4.

Error autem probabatur, tam ex præſumptione iuris,quæ eſt,vt in dubio notarius nō præſumatur falſarius. gloſ.in ca.accedens.de crim.fal.Marſ. conſilio 51.numero 33. Roland.conſil.38.numero 31.volumin.1.Quinimò in notario præſumitur potius error, quā dolus. l.quidam adhibitus. in fine. C. de his,qui ſibi in teſt.adſcrip.Barto.& Bald.in l.quoties.§.1.C.de hæred.inſtit.idem Bald. in l.1.colum. fin. C.de leg.Veron. conſilio vigeſimoprimo. numero vigeſimoquinto. Becc. dicto conſ.ſeptuageſimooctauo,numer.decimotertio. Gabr.de malefic. conclu.2.numero decimoſexto.Farinac.quæſtio.89.numer.6.Pariſ.in d. conſ.169. num.57.

Quàm ex oſtenſione prothocolli,in quo conſtabat de acceſſore, & altero principaliter obligato, vnde fuit error in tranſcribendo, vt in terminis tradit Bart.in l.ſi librarius.nume.9.ff. de reg.iur.& conſ.208.quem ſequitur Iaſ.conſ.162.volum.1.

Secundò, quia non præſumitur falſitas in eo,qui ex actu nullum conſequitur emolumentum. Rub.Alexand. conſ.15.Soc.ſen.conſ.277.volumin.2. Rol.conſ.38.nume.38.vol.1 Bec.in d. cōſ.78.n.27.Soc.iun.in d.conſ.37.numero 30.& conſ.38.nu.12. Marſ.conſ.77.colum.2.volum.1.Crauet.conſ.25. num.27. Cæph.conſ.75.nume.22. vol.1.Farinac.d.quæſt.87.numer.56.Dec. conſ.256.nu.9.vbi dicit, ſtandum eſſe iuramento inquiſiti, ſe non feciſſe animo lucrandi,quod idem firmat etiā Crau.conſ.10.nu.33.

Tertiò,quia dicta falſitas non fuiſſet nociua.Anch.d.conſ.73.Affl.ſuper Conſt.Regni.lib.3.in rub.40. de cōd. falſ.mon.verſ.qui falſitatem.num.1.& in d.deciſ.404.nu.8.Plot.in l.ſi quādo.numero 718.C.vnde vi.Marſ.conſilio vigeſimoſeptimo. numero decimoſeptimo,libro primo.Soc.ſen.conſilio 104 numero 2. & 3. libro primo. vbi dicit, quòd, quando falſitas non eſt apta nocere ob nullitatem actus, excluditur pœna etiam extraordinaria.Soc.iun.in d.conſ.38. nu.15. Pariſ. d.conſ.151.nu.21.cum ſeq. & num.27. & conſ.162.num.30. Felin.in tract. de conatu.lim.2.

Quartò,quia fuit probata bona fama inquiſiti, ex qua tollitur omnis præſumptio, & pœna falſitatis.

Soc.iun.conſ.39.num.30. conſ.61.volum.2.& conſ.45.vol.3.Pariſ.conſ. 28. num.50.volum.2.Veron.conſ.21. numero 34.Rol.in d.conſ.38. numer.33. Bertaz.conſ.71.num.49.Grat.conſil. 60.num.5.volum.2.Rub.Alex.d.conſ. 15.in prin.Becc.d.conſ.78.nu.26. Eò maxime quòd d. notarius erat de Ciuitate celebri.Socin.iun.in d.conſ.39. num.33.

SEcundus fuit caſus in Nicolao imputato de falſificatione apochæ, qui videbatur condemnandus,cũ contra eum extarent aliquæ violẽtæ præſumptiones.

2 Prima erat,quia † à tempore, quo dicta apocha fuit confecta, ſemper permanſit penes ipſum Nicolaum, & apud eũdem fuit reperta, vnde ſi qua caſſatio,aut immutatio reperitur pręſumitur ab ipſo facta.Bal.in l.ſi vnus. verſ. quærit hic. vbi etiam Iaſ.colum. fin.C.de teſtamen. Grat.conſilio 151. num.4.vol.2.

Secunda erat, quia dictus Nicolaus fuit vſus dicta apocha, illam producendo in iudicio: producens autem ſcripturam falſam præſumitur illam feciſſe,ſeu fieri feciſſe. Alexand.conſ. 77.colum.3.volum.1. Boſſ.de fal.numero 126.Eò maximè,quòd dicta immutatio erat vtilis d.Nicolao. Ancha. conſ.24.

Cęterùm fuit abſolutus,quia actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edend.l.qui ſententia. Cod.de pœn.l.cum ſuppoſiti. Cod.de fal.

Prima autem præſumptio ex aduerſo allegata tollebatur; Tum quia illa ſufficeret ſolùm ad capturam, & inquiſitionem, non autem ad condemnationem. Socin.iun.conſilio 61.numero 44.volum.2.& conſilio 45.volum.3. Tum quia ſatis fuit ſublata per bonam famam probatam dicti Nicolai,vt ſupra dictum eſt. Eo maximè quòd auctor dictæ apochæ eſt ſolitus ſimiles facere errores, vt probatur ex libro ipſius, vnde præſumendum eſt, quòd pariter in iſta apocha errauerit, & proinde correxerit, cum à conſuetis præſumptio deſumatur. Iaſ. in l. certi condictio.§ ſi nummos.ff ſi certum petatur.vide l.ſi cui.§.eiſdem.ff. de accuſ. quæ correctio præſumitur facta incontinenti Bald.in l.1.in fi.ff. de his,quæ in teſt.del.

Secunda præſumptio etiam faciliter tollebatur: Tum quia ex ſimplici vſu nõ oritur ſuſpicio falſi,niſi probetur, producentem ſcripturam falsò eam fabricaſſe,aut fabricari feciſſe. Crauet. conſ. 315. Tum quia illa forſan vera eſſet,quando negaretur, apocham eſſe veram,quod hic non fit,ſed dicitur tantùm eſſe ſuſpectam de falſo ob mutationem milleſimi,vnde non poteſt de falſo dictus Nicolaus damnari; Bene verum eſt, quòd in ciuilibus apocha carebit viribus.Soc.iun.in cõſil.61.num.13.vol.2.

TErtius fuit caſus. Quidam Ioannes Baptiſta in primo iudicio examinatus depoſuit, prædium fuiſſe poſſeſſum per Iuliam, in ſecundo autem iudicio depoſuit, illudmet fuiſſe poſſeſſum per Iuliam vnà cum ſororibus pro indiuiſo.

Primò fuit dubitatum, An ob dictam contrarietatem poſſet dictus Ioannes Baptiſta puniri de falſo.

Secundò, cum Lucas teſtis deponat,ſe dixiſſe falſum inductum, & inſtructum à dicto Ioanne Baptiſta, an ex dicta depoſitione poſſit d.Io.Baptiſta torqueri.

In primo dubio,dicebatur † per Fiſcum,d.Ioannem Baptiſtam poſſe puniri 3

niri de falſo, cum deponat contraria. l.cos. ff.de falſ. Marſ. in l.qui falſa.ff. de teſtibus, Clar. in §.falſum.verſi.teſtes.& in §.fin.quæſt.53.verſic.tertius eſt caſus, nam aſſerendo, poſſeſſionem fuiſſe penes Iuliam, in conſequentiam videtur aſſeruiſſe, non ſpectare ad ſorores: proprium enim eſt, quod vni ſoli competit.l.fundus. ff.de ſerui.ruſticor.prædior.§.1.inſtit.de patria poteſt.cap.ſicut.diſtinct.47.cap.nulli.11. quæſt.1.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum, quia etſi vbi in articulis ponitur de tota re, & teſtis dicat, talem poſſediſſe rem contentam in capitulis, dicatur depoſuiſſe de poſſeſſione totius fundi.glo.& Bart.in l.ſi in rem. ff.de rei vend. Aret.in l.Labeo. ff.de legat. 1.etiam inſolidum. Soc.in l.ſi quis cũ totum.ff.de excep.rei iud. Tamen vbi agitur criminaliter, ſi teſtis depoſuerit, aliquem poſſediſſe totum fundum, & poſtea dicat, poſſediſſe tantùm partẽ, excuſatur à falſitate, quia, quod pro parte eſt alicuius, ſatis dicitur totum ſuum. Bartol.in l.2.in fine.ff.de cond. inſt.in puncto Aret.in d.l.Labeo. vbi etiam Rip.num.5.Socin. in d.l.ſi quis cum. Alciat.in l.rectè dicimus.& in l. pupillus. ff.de verborum ſignificatio. Bertaz. conſilio centeſimo nonageſimoquarto, num.3.

Et licèt quod commune eſt, dicatur meum fictè, & impropriè.glo. in l.id, quod noſtrum.& ibi Doct.ff.de regu. iur.Rip.in d.l.Labeo.numer.decimo. Nihilominus, vt dicit Soc. in dict.l.ſi quis. quando agitur de arguendo teſtem de falſo, verba teſtis improprïãtur ad euitandam falſitatem. cap.cum ſic.& ibi Doct.de teſtib.Gram.conſilio 30.num.2.& conſilio 41.numer.9. Et in vno teſte, ne ſit ſibi contrarius, vide Cuman.conſ.92. num.3. Clar.in §.falſum.verſ. ſcias tamen. & Bertaz. conſ.8.num.13.

In ſecundo dubio dicebatur per Fiſcum, poſſe torqueri, per auctoritatem Boſſ.de ind.& con.ad tort.nume.156. vbi dicit, credendum eſſe etiam de cõſuetudine teſti dicenti, ſe falſum dixiſſe precibus alicuius, quoad torturam inferendam præcanti. Clar. in d. §.falſum.verſ.ſubornans. Boer. deciſ. 319.num.5.

Verùm contrarium fuit reſolutum.

Primò, quia de iure verior eſt opinio, quòd dictum teſtis corrupti non faciat indicium legitimum, vt teſtatur Dec.conſ.189.num.9.Burſat.conſ.34. num.22.vol.1.Bertaz.conſ.61.num.14. Rol.conſ.16.volum.1. Et in indiuiduo hanc opinionem vltra ſupradictos tenent Ancharan.conſ.24.Fulgoſ.conſilio 173.Marſ. conſ.79. nu.13. Gram. conſ.35.num.35. & conſ.46.nume.10. Curt.iun.conſ.170.num. 4. volum.2. Bero.quæſt.58.Pariſ.conſ.169.nume. 50.volum.4. Soci.iun. conſ.39.nu.54. volum.2.Ruin.conſ.146.& 147.volumine 2.Natt.conſilio 298.Cæph.conſilio 233.

Quod verum eſt, etiam ſi duo teſtes eſſent, qui deponerent. Anchara. in d. conſ.24.Bertaz.d.conſ.156.Et in articulo mortis, vide Marſ. conſ.79. numero 13.Bertaz.in d.conſ.156. Et ſpõte, Ruin.conſ.147.volum.5.Et in tortura, vide Ruin.in d.conſ.146.Et cum hac opinione concurrit etiam communis obſeruantia, ſecundùm Rol.& Bertaz.in dictis locis.

Secundò, quia dictus teſtis erat periurus, ſed ad faciendum indicium ad torturam requiritur, teſtem eſſe omni exceptione maiorem. Ioan. de Amic.conſ.37.

Et allegatæ ex aduerſo conſuetudini, de qua per Boſſ.& Clar.in d. locis.

Primò fuit reſponſum, Doctori atteſtanti de conſuetudine non credi. Dec.conſil.402.colum.fin. Gabr.de probat.concl.4. Burſ.conſ.16.nu.37. volum.1. Viu. comp.op.in verb.Doctori.Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent. 2.caſ.360.num.94. in puncto Bertaz. in d.conſ.156.Strach.de decoct.par.6. num.6.

Secundò, non eſſe curandum de auctoritate Boſſ. quia ipſe contrarium dicit eſſe tenendum,in tit.de inquiſit. num.45. cum ſeq. Sed contraria,ſeu varia dicenti non eſt credendum. Decc.conſ.108.nu.3.

Tertiò, talem conſuetudinem eſſe contrariam omni iuri,& æquitati,vnde non eſſe attendendam.Crau.conſil. 96.num.3.&conſ.116.num.5.Io.de Amic.conſ.42.num.3.

4 QVartus fuit caſus † in quodam R. Fagnano, in quo fuit dubitatum.

Primò, An ex proceſſu ſufficienter conſtet de aſſerta ſcriptura,ſeu diſpoſitione facta per Tranquillum patrem.

Secundò, An ex deductis in proceſſu poſſet condemnari d. Fagnanus de laceratione dictæ diſpoſitionis.

Tertiò, An ſaltem poſſet torqueri.

Et præmiſſo,quòd iudici nõ licet aliquem torqueri, & minus condemnare,niſi prius conſtet de corpore delicti.Blanc.in l.fin.num.18.ff.de quęſt. Boſſ.de delict.nu.26. Crau. conſ.260. col.j.Farinac.de inquiſit.quæſtione 1. num.6. & quæſt.2.numero 1. cum ſequent.

Et ratio illa præcipua eſt, quia non poteſt præſumi factum ab aliquo,ſi ipſum factum eſt incertum. Iaſ. in l. iuſiur. §.fin.col.7.ff.de iureiur. Clar. in §.fin.quæſt.4.Farinac.in d.quęſt 2. num.1.in fine.

Et ſic,cum de laceratione teſtamẽti tractetur, proculdubio conſtare prius debet de teſtamento, & eius ſubſtantia. l. Diuus. & ibi Bartol. ff.de teſt. mil. facit,quòd not.Iaſ.in l.ſi quando. not.4.C.vnde vi.& Dec. in c. conſuluit.el 1.not.2.de appel.

In primo dicebant Fiſcus, & adhærentes, dictam diſpoſitionem fuiſſe probatam, Tàm per plures teſtes, licèt ad probandum teſtamentum fuiſſe conditum, & factum, ſufficiant ſolùm duo teſtes. Bart.communiter approbatus in l.2. C.de bo.poſ.ſecũdùm tab.Crau.conſ.65.col.2. verſ. circa ſecundum.Quàm ex confeſſione ipſiuſmet Fagnani, quæ ſufficit.Bald.in authen.ſed nouo iure. C.ſi cert.pet.cum ſit excellentiſſima probatio.l.fin.C.de non numer.pecun. cap. per tuas. de prob.Maſcard.de prob.vol.1.quęſtione 7.

Cæterùm ad fauorem dicti Fagnani allegabatur,non conſtare de dicta diſpoſitione, ſiue teſtamento, cum ſupradicti teſtes non probent: Tum quia ſingulares erant. l.iuſiurandum. C.de teſtib. cap.licèt cauſam. de probat. in terminis præſentis caſus Abb. conſilio 93. volumine ſecundo. Natt. in authen.quod ſine.quæſt.10. in fine. C.de teſtamen. Non. conſilio 86. numero 2.Gabr.de teſtib concl.2. Farinac.quæſt.64.num 57.Tum quia vnus ex dictis teſtibus examinatis pro informatione Curiæ dicit, teſtatorem mutaſſe voluntatem, vnde de ea vlterius non eſt quærendum.l.cancellauerat.ff.de his,quæ in teſt.del. Bart in l. ſi iure. ff.de leg.3. Et dicto teſti licèt vnico, ſed approbato,plenè ſtandum eſt,iux.not.in l.ſi quis teſtibus. Cod. de teſtib. Farinac. quæſtione 63 numero

mero 18.cum ſeq.

Præterea in aſſerta confeſſione nullum poteſt fieri fundamentum.

Primò, quia dictus Fagnanus non deponit, clarè, illam fuiſſe abſolutam voluntatem dicti Tranquilli, ſed continere memoriam voluntatis, ſecundùm quam intendebat diſponere: confeſſio autem nihil releuat, & pro confitente in dubio eſt interpretanda. Dec in c.cum venerabilis.num.14. de except conſ.202.col.1. & conſ.529 colum.1.Alex.conſ.115. in princ.vol. 3.& conſ.183.col.2.vol.5. Iaſ.in l.fructus.col.3.ff ſol.matr. Marſ. ſing.218. Pariſ. conſ.99. columna j. volumine tertio.

Secundò, quia confeſſio etiam ſpõtanea non nocet reo, niſi conſtet de corpore, & ſubſtantia prætenſi delicti aliter, quàm per confeſſionem eius. Bal.in d.auth.ſed nouo. C.de ſeru.fugit.Alex.conſ.19.vol.7. Crau.conſilio 260.& 262.col.2. Angel. conſ.22.col. fin. Gramm.deciſ.48.num.4.Marſ.in rubr.de prob.num.104.

Tertiò, quia confeſſio dicti Fagnani fuit facta cum illa qualitate adiecta, ſcilicet lacerationis factæ per ipſummet teſtatorem, ideo dicta confeſſio ſic qualificata debet aut in totum acceptari, aut in totum impugnari, iuxta doctr.Bart.in l.Aurelius. §.idem quæſiit.ff.de lib.leg.Soc.ſen.conſil.294.verſ.tertio, & vltimo. volum. 2.Clar.in §.fin.quæſtione 55.verſ.poſſet quoque.

Et licèt aliquando confeſſio qualificata non proſit confitenti, niſi deinde probet qualitatem, & ſic poſſit pro parte acceptari, & pro parte reſpui. Tamen id verum eſt, vbicumque confitens habet præſumptionem iuris contra ſe, puta ſi confeſſus fuit, occidiſſe hominem ad defenſionem, nam, quia ex homicidio oritur præſumptio iuris, quòd dolo fuerit commiſſum, niſi confitens probaret qualitatem defenſionis, illa confeſſio poſſet pro parte acceptari, & pro parte reſpui, vt latè per Clar. in d. quæſt.55. Contra Fagnanum autem ſe confitentem nulla extat iuris pręſumptio.

In ſecundo videbatur reſoluendum, non poſſe deueniri ad aliquam condemnationem contra d. Fagnanum occaſione aſſertæ lacerationis.

Primò, quia non conſtat de corpore teſtamenti, & ſic delicti, vt ſup. deductum eſt.

Secundò, quia prætenſa diſpoſitio, & ſcriptura nullo iure valuit.

Tum quia erat futuri teſtamenti præparatio, quæ non eſt attendenda, cum multa tractentur, quæ non perficiuntur. Decian. conſ.489.columm. 3. Et, dictam ſcripturam non fuiſſe habitam pro perfecta, & abſoluta voluntate dicti Trãquilli, colligitur ſpecialiter ex depoſitione A.teſtis dicentis [*el teſtamento lo voleua far publicare, dopo ch'haueſſe hauuta la reſolutione de N.*] quod idem eſt dicere, quòd volebat adhiberi teſtes, & notarium, cum publicare teſtamentum nil aliud ſit, quàm teſtamentum in publica documenta redigere. Bart. in l. geſta.circa princ.C.de re iud.Iaſ.in l. publicati. C. de teſtam. Vnde nihil dici poteſt eſſe actũ, quod ſubſiſtat, vt in terminis conſuluit Caſtr.conſ.451. incip.viſa facti narratione. vol.2. quẽ ſequitur Dec.conſ.159.col.2. & conſ. 489.col.2. & in terminis quando teſtator voluit differre, vide Natt. in l. hac cõſultiſſima. §.ex imperfecto.nu. 147.in fine.C.de teſtam.

Tum quia erat nulla ex defectu ſo-

lemnitatis, cùm in diſpoſitione ad pias cauſas ſaltem duo teſtes requiruntur. cap. cum eſſes. & cap. relatum. el 1. de teſtam.

Et licèt cedula ſcripta manu propria teſtatoris continens eius diſpoſitionem ad pias cauſas videatur valere, etiam quòd in ea non interuenenerint aliqui teſtes, neque vlli ipſi cedulæ ſe ſubſcripſerint, ſicut valet fauore liberorum. auth. quòd ſine. C. de teſtam. Tamen magis communis eſt opinio, quòd diſpoſitio d. auth. quod ſine, nõ extẽdatur ad fauorem piç cauſæ, quia maior in hoc eſt fauor liberorum, quàm piæ cauſæ, prout de magis communi teſtantur Soc. iun. conſ. 189. numero 69. vol. 2. Couar. in dicto c. relatum Clar. in §. teſtamẽtum. quæſt. 7. verſ. aliquando enim.

Vnde cum dicta ſcriptura nulla ſit, impunè lacerari potuit, nihil enim eſt, quòd ex eo petitur. l. ſi quis. §. teſtamentum. ff. de pœn. Bartol. in l. ſi quis. col. 1. ff. de falſ.

Tertiò principaliter, quia ad condemnandum in crimine falſi requirũtur plenæ, & concludentes probationes, nec ſufficiunt præſumptiones, & ſuſpitiones gloſ. in l. iuriſgentium. §. quo l ferè. vbi etiam Bald. ff. de pact. Card. con. 56. col. fin. Salic. in l. de tutela C. de in integ. reſtit. Anch. conſ. 24. Fulg. conſ. 173. Alex. conſ. 70. & 74 vol. 1 conſ. 179. vol. 2. & conſ. 190. col. 2. vol. 7. Iaſ. conſ. 62 col 1. volum 1. & conſ. 153. col. 4. vol. 4. Dec. conſ. 101. col 1. conſ. 175. col. 4. conſ. 189. col. 1. conſ. 503. & 615. col. 1. & in l. ſingularia. in fine. vbi etiam Purp. columna 25. ff. ſi cert. pet. Gram. conſ. 30. columna 2. Veron. conſ. 21. Afflict. ſuper Conſt. qui literas. not. 4. libro tertio. Rip. in cap. cum Eccleſia. columna 17. de reſcript. Boſſ. de defenſ. reorum. num. 35. Grat. conſ. 60. col. fin. vol. 2. Soc. iun. conſ. 45. vol. 3. conſil. 39. num. 44. & conſ. 61. num. 9. volum. 2. vbi teſtatur de magis communi. Vide Caputaq. deciſ. 207. par. j.

Et licèt in crimine falſi ſuſpitio habeatur pro veritate. Archid. in cap. in memoria. diſtin. 19. A[illegible]an. in rubric. de crim. fal. col. fi. Alex. conſ. 77. vol. 1. late Gabr. lib. 7. de maleſ. concl. 6.

Tamen id verum eſt, quando ciuiliter agitur, ſecus vbi agitur criminaliter, vt hic: tunc enim ſuſpitiones, & præſumptiones non ſufficiunt ad cõdemnationem, ſed tantùm quoad capturam, & inquiſitionem. Dec. in capit. porrecta. de confirm. vtili, &c. conſ. 102. conſ. 189 colu. 1. & conſ. 615. & hanc eſſe communem declarationem teſtatur Curt. iun. conſil 64. & conſ. 132. Gram. conſilio 30 columnn. 2. Grat. conſ 60. in fine, & conſ. 151. nu. 8. & 26 cum ſeq. volum. 2. Pariſ. conſilio 158. vol. 4. Soc. iun. conſ. 45. volum. 3. Hercul. de prob neg. num. 129. Gabr. in d concl. 26. Hier. Gabr. conſil. 175. nu. 30. vol. 2.

In tertio allegabatur per Fiſcum, extare inditia ſufficientia ad torquendum dictum Fagnanum ſuper pretenſa laceratione.

Primò, quia Laurentius teſtis deponit, Fagnanum ſibi dixiſſe, quòd lacerauerat chartas, in quibus continebatur voluntas dicti Tranquilli, qui teſtis ſi non probat vti vnicus, facit tamen inditium ad torturam. Bartol. in l. fin. ff. de quæſt. Iaſ. in l. admonendi. ff. de iureiũr. Alexand. conſilio 89. volum. 3.

Secundò, quia apud d. Fagnanum fuit repertus liber poſt mortem dicti Tranquilli. Vnde, ſi qua in eo reperitur laceratio, præſumitur facta ab eodem Fagnano. Bald. in l. ſi vnus. verſic.

quærit

quærit hic.C.de teſtam.vbi etiam Iaſ. colum.fin.verſ. limita doctrinã Bart. Et præſertim quia dicta laceratio videtur tendere ad commodum, & vtilitatem dicti Fagnani,per ea quæ not. Bartol.in l.fin.ff.de quæſt.Ang. & Salic.in l.fin.C.eodem.

Tertiò,quia in his.quæ committũtur occultè, prout eſt falſitas, & ſimilia, ſufficiuntur coniecturæ, & præſumptiones, & in his iudex facilior,& promptior debet eſſe ad torquendum. Bald.in l.3.C. de epiſc.aud. Alex.conſ. 77.colum.2.vol.2.Curt.conſil.55. colum.7.

Fuit tamen contrarium reſolutum.

Et præmiſſo in primis, quòd inditia ad torturam debent eſſe certa, probabilia,& veriſimilia.l.2 & l.cum oportet.C.de quęſt.adeo quòd non debent conſiſtere in imaginationibus hominum, ſed debeant cadere in ſenſum cuiuſque prudentis.Bald.cõſ. 259.col. 1.vol.1.& conſ. 515 col.1. vol.5. Crau. conſ.99 col.1.

Secundò præmiſſo,quòd clericus nõ poteſt torqueri ſtantibus etiam inditiis, niſi ſit infamis, & de crimine diffamatus Doct. in cap. 1. de depoſ. Marſ. ſing. 55. de communi teſtantur Dec.in cap.at ſi clerici.num.9.de iud. Viu.com op.in verbo clerici. Boſſ.de ind.& con.ante tort.numero 33. Clar. in §.fin.q 64.verſ.ſed an clerici.

Quinimò quando poſſent clerici torqueri,eorum tortura non debet eſſe ſæua quemadmodum laicorum,ſecundùm communem opinionem, de qua per Viu.& Clar.in ſupradictis locis, cum tortura ſit pœna grauiſſima corporalis. Crauet conſ. 41.in fine,& conſil. 137. colum. fin. & ſit grauior, quàm membri abſciſſio.§.fin.auth. vt nulli iud.Boſſ.de tort.num.12. Dictus autem Fagnanus eſt nobilis, nec eſt diffamatus per teſtes.

Et hæc reſolutio ſatis remanet fundata ex ſupra latius deductis.

Fundamentum autem primum Fiſci tollebatur.

Primò,quia ille teſtis vti laicus non admittitur contra d. Fagnanum clericum.Felin.& alij in cap. 1. & ibi Dec. num.13.de except.vbi teſtatur de magis communi.Oldrad.cõſ.145. numero 3. Clar. in d.§. fin. quæſt. 24. verſ. præterea quæro.

Secundò, quia dictus teſtis occaſione ſolutionis decimarum eſt maleuolus,imò inimicus dicti Fagnani, quia contra eum minatus fuit,vt probatum eſt in proceſſu:maleuoli autem repelluntur à teſtimonio. cap. repellantur. de accuſ.Bald. in l.1. in fine. ff. de his, quibus,vt indign.Gram.conſ.12.Alexand. conſ.99. colum.2 volum.1.Crauet.conſ.9.colum.2.

Eò maximè, quòd omnis minima qualitas & defectus impedit, vt teſtis etiam de viſu non faciat inditium ad torturam.Bartol.& Alexand. in l.1.§. idem Cornelio.ff.de quæſt.Pariſ.conſil.160 num.64. volum.4. Plot. in l.ſi quando.numero 879.C. vnde vi.

Tertiò, quia dictus teſtis deponit de confeſſione,& ſic de inditio remoto ad maleficium, ad quod probandũ requiruntur duo teſtes ſaltem conteſtes.Soc.ſen. conſil. 54. volum. 3. Alciat.conſilio 455 numero 1.Clar.in §. fin.quæſt.22 & in terminis confeſſionis,vide Feller. in pract. par. 2.par.3. Boſſ. de ind.& con.ante tort.numero 21. Grat.conſil. 151. numero 28. volumine 2.

Secundum fundamẽtum pariter tollebatur.

Primò,nam id verum eſſet,vbi conſtaret, quod liber cum teſtamẽto perueniſſet ad manus dicti Fagnani, & ita

præſupponunt Doctores, ſecus autem vbi veriſimiliter alius potuiſſet lacerare, prout hic, vbi potuit lacerare ipſemet Tranquillus, quia tunc ceſſare debet omnis ſuſpicio falſitatis, cum poſſibili veritate in eſſe poſita nulla ſequatur neceſſaria falſitas. Boſſ. de falſ. num. 133.

Eò maximè, quòd aliqui teſtes deponunt, dictum Tranquillum fuiſſe ſolitum cancellare, & mutare: à conſuetis autem poteſt deſumi præſumptio. Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nūmos. ff. ſi cert. pet.

Secundò, id verum eſſe præſumptiuè, non autem probatiuè, ſed præſumptio non ſufficit ad torquendum aliquem, licèt ad capiendum, & inquirendum tantùm, vt in terminis reſpondit Soc. iun. conſ. 61. num. 44. vol. 2. & conſ. 45. vol. 2.

Tertiò, dictam præſumptionē tolli ex bona fama dicti Fagnani, ſecundū Socin. iun. in d. conſilio 61. & d. conſilio 45. Pariſ. conſilio 28. numero 50. volum. 2.

Et ex hac bona fama dicebatur eſſe ſublatum etiam vltimum fundamentum Fiſci, cum bona fama operetur, vt præſumi debeat pro eo, & non cōtra eum, prout in terminis falſitatis voluit Bald. in l. 2. C. de fal. in l. quoties. §. ſed ſi. ff. de hæred. inſt. & in l. ea quidem. colum. pen. C. qui accuſ. non poſſ. Pariſ. conſ. 151. num. 13. vol. 4.

QVintus fuit caſus in Andrea notario, qui in teſtamento per eum rogato omiſerat diem, & ſcripſerat, fuiſſe à Margarita vxore relictum hęredem Vincentium eius virum, & tamen duo teſtes teſtamentarij depoſuerunt, dicto Vincentio fuiſſe relictos ſcutos centum.

Fuit dubitatum.

Primò, An dictum teſtamentum eſſet falſum, & conſequenter dictus notarius teneretur de falſo.

Secundò, An contra d. notarium extarent indicia legitima ad torquēdū.

In primo dubio † allegabatur per Fiſcum, dictum Andream teneri pœna falſi. 5

Primò, quia Menchinus, & Baptiſta teſtes deſcripti in teſtamento, & examinati pro Curiæ informatione, deponunt, Vincentio fuiſſe relictos ſcutos centum, Vnde ſequitur plenè fuiſſe probatam falſitatem: Nam duo teſtes de neceſſariis in teſtamento illi contradicentes ſufficiunt ad illud reprobandum, ita vt teſtamentum poſſit falſum pronunciari, & notarius de eo rogatus condemnari de falſo. Bart. Ang. & alij in l. 1. §. ſi quis. ff. quemad. teſt. ap. Abb. & Fel. in c. cum Ioannes. de fide inſtr. Bald. Salyc. & Caſtr. in l. in exercendis. C. de fid. inſt. Curt. ſen. conſ. 56. vbi de communi. Menoch. de arb. iud. cent. 2. caſ. 105. Ioan. de Amic. conſ. 115. col. 2. Pariſ. conſ. 162. numer. 4. vol. 4.

Secundò; quia hic concurrunt plures præſumptiones falſitatis, vt in reſponſionibus dicetur, in crimine autē difficilis probationis, prout eſt falſitas, ſufficere videntur præſumptiones ad probandam ipſam falſitatem, & cōſequenter ad cōdemnandum. Marſ. cōſ. 20. nu. 8. Soc. iun. conſ. 41. nu. 7. vol. 1. Neuiz conſ. 27. Curt. ſen. conſ. 56. Bertaz. conſ. 91. nu 34. Quia ſuſpicio falſi habetur pro veritate. Arch. in c. in memoria. diſt. 19. Gabr. de malef. conclu. 6. Anan. in rubr. de crim. fal. colum. fi. Alexan. conſ. 77. volum. 1. Marſ. conſ. 27. colum 2. Pariſ. conſ. 162. numer. 34. volum. 4.

Tertiò, quia dictus notarius omiſit apponere in teſtamento diem, & notarius omittēs apponere ſolemnitates requi-

requiſitas in inſtrumento, de quo eſt rogatus, incidit in pœnam falſi in caſibus à iure expreſſis Clar.in §.falſum. ver. pariter & teſtamentum dicitur vnus de caſibus à iure expreſſis.l. iubemus.vbi Iaſ.& cæteri.C. de teſtam.Et in dictis caſibus præſumitur per dolum potius, quàm per errorem facta omiſſio. Curt. ſen. in d. conſilio 56. Plot.in l. ſi quando.numero 6.C. vnde vi. Bertaz. conſ.243.nume.9.vol.2. Foller.in pract. verſ.item quod commiſit falſ.num.60.

Verùm contrarium fuit reſolutum; Tum quia in dubio teſtamẽtum præſumitur verum, & validum. vulg. doctrin. Tum quia ſemper in dubio eſt facienda excluſio delicti. vulg. iur.

Et primo Fiſci fundamento reſpondebatur.

Primò, ex dicto dicti Baptiſtæ nihil reſultare contra dictum teſtamẽtum, imò coadiuuari, cum expreſsè depoſuerit, dictum Vincentium fuiſſe inſtitutum hæredem.

Et licèt dictus Baptiſta in primo examine dixerit,neſcire pręter dictos ſcutos centum fuiſſe aliud relictum dicto Vincentio, Tamen non reſultat aliqua contrarietas in ipſo.

Tum quia in primo examine depoſnit de relictis, & legatis particularibus,non autem de vniuerſali hæredis inſtitutione, quæ differunt inter ſe, ſecundùm Doctor.in rubr. ff. de leg. 1.ex diuerſis autem non licet inferri. l.Papinianus. ff. de min. & illa dictio; aliud; eſt repetitiua ſimilium. glo. & Doct.in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug. Alexand.conſ.204,volum. 2.Dec. conſilio 282.

Tum quia non conſtat, dictum teſtem fuiſſe interrogatum de dicta hęredis inſtitutione, propterea cum reſponſio ſua ſit tantùm reſpectu relictorum particularium,præſumendum eſt ſolùm de illis fuiſſe interrogatum, cum ex reſponſione colligatur qualiſ fuerit interrogatio. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus.ff.de interrog.act.§. præterea.inſt.de inut.ſtip. Natt. conſ. 98.num.22. Menoch.conſ.47.& conſ. 53.volum.1.

Similiter in dicto Menchini non poteſt fieri aliquod fundamentũ. Quia in dicto teſtamento ſunt deſcripti ſeptem teſtes, qui omnes præter Menchinum ſunt conteſtes, & deponunt pro teſtamento.

Et licèt vnus ex dictis ſeptem mortuus ſit, tamen ille dicitur ſtare pro teſtamento.Dec. conſ. 101.col pen. Crau.conſ.56.

Sed quando vnus teſtis contradicit, ſi perfectus numerus teſtium in teſtamenti confectione neceſſarius adhuc ſupereſt,non nocet eius contradictio, nec teſtamentum reprobatur, nec minus ſuſpectum redditur. Doctor.in l. 1. §.ſi quis neget. ff. quemad. teſt.ap. Dec.d.conſ.101.col.2.Menoch.de arb. iud. cent.2.caſ. 105, nume. 11.verſ.ſecundus eſt caſus.

Quæ concluſio vera eſt,etiãſi plures teſtes deſcripti cõtradicerent,modo conſtituentes perfectum numerũ comprobent in teſtamento contenta. Alexand.conſ.17. vol 3.Crau.conſ.56. col.pen. Alciat. ſecũdùm primam impreſ.conſil 518. & conſil. 594. Ioan.de Amic.conſ.115.col.2. Soc. iun. conſil. 88. volumine.3. de communi Ferran. Garz.inter conſ.crim.tom.1.conſ.126. num.44.Menoch.in d.caſ. 105. nume. 27. verſic.declaratur primò.

Præterea dato, quòd teſtamentum eſſet nullum; tamen notarius nõ poſſet redargui de falſo.Grat.conſil. 60. num.6.volum.2.

Et licèt remaneant tantũ ſex teſtes,

dempto dicto Menchino, Tamen adhuc remanet perfectus numerus pro teſtamento, quia teſtamentũ fuit conditum in terris Eccleſiæ, in quibus ſeruatur ius Canonicum. Doctor. in cap. 2. de arb. in 6. Alexand. cõſ. 99. colum. 1. volum. 5. De iure autem Canonico ad validitatem teſtamenti ſufficit numerus quatuor teſtium, etiam ſine Presbytero Parochiano, vt tradunt Doct. in cap. cum eſſes. de teſtam. vbi Anton. de Butr. dicit, iſtam opinionẽ in practica ſeruari, & de magis communi teſtantur Dec. conſ. 283. Io. Dilect. de arte teſt. tit. 2. de teſt. ord. caut. 2. numero 4. & hanc reſponſionem in propriis terminis conſiderat Alexand. in d. conſil. 17. num. 15.

Nec obſtare dicebatur, dictos ſex teſtes non plenè probare, cum inter ſeſe ſint varij.

Tum quia nulla in effectu legitur variatio in eorum depoſitionibus.

Tum quia, quando varietas non eſt circa ſubſtantialia facti principalis, ſed circa circunſtãtias pænitus extrinſecas, vt hic, non attenditur talis variatio, nec infringitur dictum quoad factum principale. Alex. conſ. 5. num. 10. volum. 1. Gram. conſ. 33. numero 11. Quinimò nec noceret falſitas. Doctor. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. petat. Gram. conſ. 19. numero 4. & conſ. 41. num. 12. Pariſ. conſil. 162. num. 17. cum ſeq. vol. 4.

Et quoad præſumptionem deſumptam ex eo, quod dictus Vincentius extraiudicialiter faſſus fuerit, in actu inſtitutionis ſubortam eſſe altercationẽ inter ipſum, & eius vxorem, prout de hac confeſſione deponit dictus Menchinus.

Fuit dictum, non obſtare.

Tum quia Menchino non creditur, cum ſit vnicus, & ad confeſſionem extraiudicialem probandam requiruntur duo teſtes conteſtes. gloſ. & Bart. in l. fin. C. fam. herciſc. & in l. fin. ff. de quæſt. Alex. conſ. 18. volum. 1.

Quinimò ſi duo eſſent teſtes, & vnus deponeret de confeſſione, & alter de altera confeſſione, nihil probarẽt. Foller. in 2. par. 3. par. verſic. etſi confitebantur.

Tum quia depoſitio dicti Menchini non eſt veriſimilis, & teſtis nõ veriſimilia deponens dicitur ſuſpectus de falſo. Abb. in cap. quia, de præſumpt. Crau. conſil. 115. numero 12.

Accedit; nam dictus Vincentius negat, ſe dixiſſe, quod dicit Menchinus, Vnde neutri ſaltem eſt credendum. Crau. conſ. 13. & conſ. 84. volumine 1.

Præterea præſumptio illa, quòd noluerit matrem priuare, & maritum hæredem inſtituere, tollebatur.

Tum quia maior eſt affectio vxoris erga maritum, quàm erga matrem, cũ vir, & vxor ſint vna caro, & vnũ corpus. c. debitum. de bigam. c. idonei. 4. quæſt. 1.

Tum quia multoties relinquuntur hæredes amici, extranei, & perſonæ pænitus ignotæ teſtatori, & tamen teſtamentum non redditur ſuſpectum. §. fi. & ibi Doct. inſt. de hæred. inſt.

Tum quia de veritate inſtitutionis conſtat per teſtes, vt ſupra, Vnde cum de veritate conſtet, ceſſare debet inueriſimilitudo, nam in certis non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff de verbor. oblig. cum vulg.

Inſuper circa præſumptionem deſumptam ex iuramento præſtito de non reuelando contenta in teſtamento.

Fuit reſponſum, illud iuramentum non eſſe aliqua lege improbatum, & non valet allegatio illa, vt plurimùm

hoc

hoc non ſit, ergo fieri non debet, cum fienda curſu temporis non tollantur. cap. cum ex officij, & ibi Bald. de præſcript. l. ſed licèt. ff. de off. præſid.

Et facit, quia in teſtamentis non eſt ſolitum præſtari iuramẽtum teſtibus, & teſtatori, tamen ſi præſtetur, nulla ſiniſtra oritur ſuſpicio, imò dicitur corroboratum teſtamentum. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo. numer. 29. ff. de verb. oblig. Io. Dilect. de arte teſt. tit. 10. caut. 1.

Vlterius quantum ad præſumptionem deſumptam ex depoſitione Sanctis dicentis non audiuiſſe, d notariũ interrogaſſe teſtatricem, ſi contentaretur de tali hæredis inſtitutione, ſeu bene cum interrogaſſe de aliis relictis.

Fuit reſponſum, poſſibile eſſe, quòd notarius interrogauerit, & tamen ipſe non audiuerit. l. 1. §. fin. & ibi Barto. ff. de auct. tut. Bald. Ang. & Imol. in l. hęredes palam. in fin. ff. de teſtam. Alex. conſ. 5. col. pen. vol. 1.

Quinimò ex dicta depoſitione magis comprobatur ipſa hæredis inſtitutio, cum tutius ſit, vt illa explicetur ore proprio teſtatoris, quàm ad interrogationem notarij. Iaſ. & Doct. in l. iubemus. C. de teſtam.

Præſumptio deſumpta ex eo, quòd dictus notarius conuincatur de expreſſo mendacio, ex quo in primo examine dicit, tempore ſtipulationis teſtamenti matrem petiiſſe a teſtatrice filia campum rotundum, in ſecundo autem aſſerit, hoc fuiſſe antè ſtipulationem, & dum per eum teſtamentum ſcriberetur.

Primò tollitur, nam, quando ſecunda depoſitio ſe compatitur cũ prima, nunquam inducitur mendaciũ. Imol. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. verſic. not. ex text. ff. de dam. infe. Clar. §. fin. q. 53. verſ. quartus eſt caſus. Vtráque autem depoſitio inſimul ſe compatitur, & ſaluatur, iuxta tradita per Bald. in l. diuortio. in princ. ff. ſolut. matr. iuncta gloſ. quæ dicit, id fieri tẽpore vindemiæ, quod factum fuit parum ante vindemiam, & Rom. conſil. 301. qui allegat l. prædium. in prin. ff. de incend. ruin. &c.

Secundò tollitur, notarius enim in ſecundo examine ſe correxit, dum dixit, ſe erraſſe in primo examine, & talis correctio admittitur hîc, cum fuerit facta ante completa examina. c. præterea, de teſtibus cog. Bald. in l. Presbyteri. la 1. C. de Epiſc. & cleric. I ſ. in l. lecta. column. 4. ff. ſi certum petatur.

Ad quod facit, nam confeſſio poteſt declarari per confitentem. c. dilecti. & ibi Doctor. ff. de accuſ. Foller. in praxi crim. Can. 1. par. 3. par. verſ. & ſi confitebuntur. num. 130.

Pręſumptio deprompta ex mala fama dicti notarij, qui aliàs ſe rogauerat de inſtrumento vſurario, pro quo incurritur pœna falſi. Clar. in §. falſum. verſ. adde.

Primò tollitur, nam dictus notarius fuerat reſtitutus, & gratiatus per Gubernatorem à dicta imputatione, delictum autem extinctum non facit præſumptionem contra abſolutum. Roman. conſil. 236. Dec. in l. bona fides. verſicul. & iſta concluſio ff. de regul. iur. cum de cętero non poſſit pro illo moleſtari. cap. de his. de accuſ. l. ſi cui §. idem. eodem tit. Quòd verum eſt etiamſi delinquens fuerit ex gratia abſolutus. gloſ. in d. c. de his, & ibi Archid. col. 1. Dec. conſil. 137. in princ.

Secundò, quia, cum fuerit per teſtes ꝓbata plenè bona fama dicti notarij, ceſſat omnis præſumptio mali. Cor-

ſet.in ſing. in verbo prçſūptio. Rom. in d. cōſ. 236. n. 6. Grat. cōſ. 60. n. 5. vol. 2.

Præterea pro confutatione ſecundi fundamenti fuit dictum, in crimine falſi vti grauiſſimo non poſſe deueniri ad condēnationem ex præſumptionibus, ſed requiri plenas probationes. Dec. conſ. 175. colum. 4. conſ. 602. & conſ. 615. col. 1. Gram. conſil. 19. conſil. 30. & conſil. 41. nume. 11. Crau. conſ. 75. num. 8. Alex. conſ. 70. colum. 2. & conſil. 84. col. 1. vol. 1. Gabr. conſ. 169. nume. 13. vol. 1. Cœph. conſ. 230. nume. 20. volum. 2. Burſat. conſ. 101. nume. 11. vol. 1. Becc. conſ. 88. nume. 11. Boſſ. de falſ. num. 14. Soc. iun. conſ. 39. vol. 2. Iul. Scarl. conſ. 120. tom. 1. conſ. crim. vbi teſtatur. hanc eſſe æquiorem, & communiorem ſententiam.

Præſertim quòd allegata ex aduerſo non ſunt præſumptiones, ſed imaginationes, quæ in iudicando nullius ſunt virtutis. Bal. in rubr. C. de probat. colum. 2. Et ſuſpitio falſi non habetur pro falſo, quando agitur criminaliter. Gabr. de malef. concluſ. 6. Pariſ. conſ. 158. nume. 33. volum. 4. vel id verum eſt quoad capturam tātùm, ſecundùm Grat. conſil. 60. numero 17. volumine 2.

Circa tertium fundamentum pro reſponſione. Præmittebatur, de ſtilo & more notariorum quoad rogitum ſeruari, vt primò conficiatur, & ſcribatur contractus in folio, ſecūdò ſcribatur deinde extensè in prothocollo; tertiò ex tali prothocollo extrahatur; Et quando prima ſcriptura eſt completè reſcripta in dicto prothocollo ſolet illa caſſari, & lacerari per notarios. Bal. in l. noſtram. col. 2. C. de teſtam. Soc conſ. 272. col. 3. volum. 2. & Pariſ. conſ. 28. cum ſeq. vol. 2. Farin. q. 95. numero 11. cum ſeq. item quod cōſuetudo etiam contra ius liberat à pœna falſi, vt per Grat. conſ. 49. num. 16. & conſ. 151. num. 23. vol. 2.

Et dicebatur, Aut prætenditur, notariū incidiſſe in falſum, quia omiſerit apponere dicta in primo folio; Et non benè dicitur.

Tum quia cum hoc ſit teſtamentum nuncupatiuum, non erat opus ſcriptura, ſed ſolùm poterat tunc de eo rogari, illudque poſtea ſcribere. Alexand. conſ. 73. num. 7. vol. 1. nam conficere ſcripturam tempore actus non eſt neceſſe in teſtamento nuncupatiuo, prout etiam dicit Gabr. conſil. 169. num. 83. vol. 1. Vnde multò fortius potuit omitti dies, dummodo in prothocollo apponatur.

Tum quia apponere in inſtrumentis indictionem, annum, & diem pertinet ad notarium, qui ſcribit, vnde ſi omittat, poteſt quandocumque apponere. Bart. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. antequam tamen exemplum inſtrumenti publici tradatur partibus. Gabr. in d. conſ. 169. nu. 29. Vel antequàm in iudicio inſtrumentum producatur. Imol. & Felin. in c. ex literis. de fide inſtr. Pariſ. conſ. 28. nu. 42. vol. 2. Soc. conſ. 98. vol. 3. Anchil. Perſ. in tract. de adip. poſ. num. 148.

Aut prætenditur, notarium incurriſſe pœnam falſi, quia in prothocollo appoſuerit vnam diem pro altera, & ſic tractatur de cōmiſſione; Et ſimiliter non benè dicitur, quia fuit error, qui non fuit emēdatus propria auctoritate, & abſque iudicis licētia à dicto notario, ſed expectabatur emendatio cum cauſæ cognitione. Bartol. in d. l. ſi librarius. Felin. in d. c. ex literis. Rim. iun. conſ. 209. num. 33. vol. 2. Foller. in pract. verſ. item cōmiſit falſitatē. n. 62.

In ſecūdo dubio licèt diceretur per Fiſcum, ſatis eſſe legitimum inditium ad torquēdum d. notarium depoſitionem

rem dicti Menchini, qui etſi vnicus, ex quo tamen eſt vnus de neceſſariis, ſufficit ad torturam irrogãdam. Bald. conſil.156. volumine ſecundo. Gram. conſilio 51. nume. 5. Eò maximè cum concurrant aliqua adminicula.

Tamen fuit reſolutum contrarium.

Primò, quia verior eſt ſententia, quòd vnicus teſtis ex neceſſariis non faciat inditium ad torturam, prout firmant Cum. conſ. 136. Menoch. in d. caſ.105. & Burſ. conſ.18. vol.1.

Secundò quia vbi ſententia contraria verior eſſet, illa intelligenda foret, quoties dictus teſtis vnicus eſſet omni exceptione maior. Ioan. de Amic. conſ.37. num.6. Marſ. conſ.101. nume. 37. Crau. conſ. 6. numero 12. conſ. 56. num.20. & conſ.80. nume.4. de communi Clar. in §. fi. q. 21. verſ. vnus teſtis, & q.22. circa finem. Bald. in d. cõſ. 156. Dictus autem Menchinus patiebatur aliquas exceptiones: erat enim ſpurius, & ſibi ipſi contrarius, & licèt perſeuerauerit in tortura in ſecundo dicto, tamen ei diminuitur de fide. Clar. in d. §. fi. q.53. verſ. quartus eſt caſus. in fine.

Nec obſtare dictum fuit; quòd Mẽchinus ſit teſtis omni exceptione maior in hoc caſu, cum ſit deſcriptus in teſtamento, prout conſiderat Curt. in d. conſ.56.

Tum quia id poſſet eſſe verũ, quando plures teſtes ex neceſſariis contradicerent, ſecus ſi vnus tantùm. Crau. in d. conſ.56. num.10.

Tum quia id verum eſſe poſſet, vbi inter partes ageretur ſolùm de validitate teſtamenti, ſecus vbi etiam ageretur contra notarium de falſo, vt hic, quia notarius non cenſetur approbaſſe teſtes contra ſe ipſum, prout in terminis tradit Cæpol. conſ. 21. numero 7. Alex. conſ.70. numero 6. vol. 1. Boſſ. in tit. de fal. numero 46 Anch. q.71. numero 8. par. 1. Natt. conſ.394. num.29. vol.2.

Tertiò, quia ad torturã non eſt deueniendum, quando plenè, & ſufficiẽter conſtat de actu, de quo agitur, cum tortura ſit remedium extraordinariũ ad veritatem indagandam, quando illa aliter haberi non poteſt. Bald. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. ma. Caſtr. in l. ſi quis hoc. C. de Epiſc. & cler. Gram. vot.2. numero 6. Carrer. in pract. in princ. numero 188. ſed per teſtes conſtabat de veritate teſtamenti.

SExtus fuit † caſus. ſuper refectione expenſarum, & intereſſe contra Angelum, & Dominicum, qui falsò depoſuerunt, Iulium vnà cum bannitis interfeciſſe Victorium. 2

Et fuit reſolutum, dictos teſtes teneri ad expenſas, & damna petita, ex quo dictus Iulius probauit per octo teſtes omni exceptione maiores tempore commiſſi delicti, & ante, & poſt, fuiſſe abſentem à loco commiſſi delicti, & permanſiſſe in ciuitate N. Caſtr. conſ.380. vol.2. Crau. conſ. 1. in fine. Hercul. de prob. neg. numero 195. Vnde dicti teſtes verè dicuntur conuicti de falſo, cum falſitas teſtiũ probetur per alios teſtes. Abb. in c. licèt. de probat. Addit. ad Alex. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur.

Ex quolibet autem delicto, à quo oritur accuſatio criminalis ad pęnam, oritur actio in factum ad intereſſe, vt in materia falſi eſt tex. in l. qui nomine. vbi Bart. & l. hodie. ff. de falſ. Clar. in §. falſum. §. pœna autem. Et in puncto vide Farinac. de oppoſit. contra teſtes. q. 67. num.209. & 215.

Accedit, nam etiam tacens veritatem punitur pœna falſi. cap. 1. de falſ. Farinac. in d. quæſt.67. nu. 220. & 232.

Et dum ad fauorẽ dictorũ teſtium

diceretur, quòd vbi eſt contradictio teſtium inter ſe datur materia inquirendi, non autem puniendi de falſo, iuxta tradita per Gram.vot.26.numero 13.

Fuit reſponſum, dictam doctrinam Gram.eſſe intelligendam, quando teſtes, qui inuicem ſibi cõtradicunt, ſunt numero pares, ſecus ſi vnus, vel pauciores reprobantur per plures, prout hic contigit, nam tunc ille vnus, vel pauciores dicuntur omninò conuicti de falſo. Aret. conſ. 13. verſ. præterea. Boſſ.in tit.de falſ.numero 22. & in tit. de oppoſ.contra teſt.num. 13. Clar. in §.falſum.verſic.conuincitur.

Vlterius dum ad fauorem Dominici diceretur, ipſum non poſſe puniri de falſo, cum eſſet impubes quãdo depoſuit in dicta cauſa, in qua ætate nõ cadit dolus.l. impuberem.ff. de falſ.c. illud.15.q.1.c.2.de delict. puer. Farin. de pæn.temp.quæſt.92.num.58.

Et præterea depoſitio impuberis eſt nulla in criminalibus ipſo iure, & parte etiam non opponente. Farin.de oppoſ.contra perſ.teſt.q.58.num.12. Teſtis autem nulliter deponens non punitur de falſo. Clar. in §.falſum. verſ. item excuſatur. Pariſ.conſ. 151. nu. 27. volum.4. Farin.d.quæſt.67. num.187. cum ſeq.

Primò fuit replicatum, d. Dominicum tempore depoſitionis fuiſſe proximum pubertati, vnde erat doli capax, & ſucceſſiuè pænæ.l. excipiuntur. ff.ad Syllan.Doct. in d.l. impuberem, & in l.pupillum.ff.de reg.iur.Farin.in d.q.58.numero 15.& quæſt.92. numero 60.

Secundò, dictum impuberis eſſe ſufficiens quoad inſtructionem.& inquiſitionem, licèt non quoad pœnã. Bartol.in l.maritus.ff.de quæſt.Bald. in l. fin.C.de his, quibus vt indign.Boſſ.de inquiſit. numero 62. de communi Blanc.in l. fi. numero 346.ff.de quæſt. Farin.quæſt.37.num.25. & d.quæſt.58. num.18.

Tertiò, impuberem eſſe idoneum teſtem in caſibus, in quibus veritas veriſimiliter non poterat aliter haberi, prout hic, cum ageretur de homicidio commiſſo de nocte. Alexan.cõſ. 24.nume.8. volum.2. Blanc.in d.l.fin. numero 237. Farinac. in d. quæſt. 58. numero 29. & 34. vbi dicit, non eſſe integros teſtes impuberes etiã in dictis caſibus.

Quartò, teſtem etiam nulliter deponentem poſſe puniri de falſo, licèt pœna extraordinaria iudicis arbitrio. Clar.in d.§. falſum.verſ. item excuſatur. Farin.in d.quæſt.67. numero 193. 209.& 219. Pariſ.in d. conſ.151. numero 29.

SEptimus fuit caſus. Quidam clericus ætatis ſuæ annorum xvj. fuit à iudice ſæculari captus in flagranti, quòd expenderet falſam monetam, & cum fuiſſet reſtitutus Curiæ Eccleſiaſticæ vnà cum proceſſu, fuit dubitatũ, An eſſet puniendus, tanquam ſi commiſiſſet crimen læſæ maieſtatis, pæna ordinaria.

Et videbatur negatiuè reſoluendũ, ex pluribus.

Primò, quia non fuit per Curiam ſæcularem cõſignata moneta falſa reperta pænes d. Clericum, & ſic non conſtabat de corpore delicti, prout requirebatur in hoc crimine aliter, quàm per inditia. Farinac. de inquiſit. q.2.num.23.

Secundò, quia examinatus indicauit auctorem, à quo d. monetam habuit, quo ſtante non videbatur puniendus aliqua pæna. Grat.conſ.151. nume.20. vol.2. Decian.in tract.crim.tom.2.lib. 7.cap.25.nu.12.& c.27. nu.9. Vinc. de

Fran-

Frãchis deciſ. 401. numero tertio, parte 2.

Tertiò, quia per Fiſcum non fuit probatum, d. Clericum expendiſſe d. monetam, cum ſciret eſſe falſam. Decian. in d. c. 25. num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 351. num. 2. par. 2. nam requiritur dolus in expendente. Decian. in d. lib. 7. c. 26. num. 5. & c. 27. num. 1. Crauet. conſ. 244. num. 4.

Quartò, quia non poteſt agi de crimine læſæ maieſtatis in pręſenti caſu, cum dictus clericus non ſit ſubditus Principis ſæcularis. Decian. in d. cap. 27. numero tertio. Farinac. quæſtion. 8. num. 28.

Quintò, quia abſolutum eſt in iure, expendentem falſam monetam non poſſe puniri niſi pœna extraordinaria. Pariſ. conſ. 169. num. 29. & 32. vol. 4. Clar. in §. falſum. verſic. fin. Cæpol. conſ. crim. 77. Decian. in d. lib. 7. cap. 28. num. 18.

Quod præſertim firmandum eſt in præſenti caſu, cum dictus reus eſſet clericus, pro quo præſumitur bona opinio. Decian. in d. cap. 17. num. 17. & minor. latè poſt alios Farinac. qu. 92. num. 41. cum ſeq.

ARGVMENTVM.

Propter impoſitionem ſecundæ pœnæ poſt primam an cenſeatur receſſum à prima.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio inducitur in pœnalibus ſtipulationibus eo ipſo.*
2 *Et quando.*
3 *Nouatio probatur ex coniecturis. Et num. 4. & 5.*
6 *Nouatio arguitur, quando ſecunda obligatio continet quid diuerſum à prima.*
7 *Et quando.*
8 *Pœna corporalis eſt maior quacumque pecuniaria.*
9 *Pœna vna tollit aliam. Et numero decimo.*
11 *Cauſa ciuilis quando dicatur.*
12 *Pœna maior eſt attendenda.*
13 *Remiſſio pœnæ non præſumitur.*
14 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
15 *Pœnæ hodie ſunt arbitrariæ.*

RESOLVTIO XLV.

FVIT condemnatus in pœnam exilij per quinquennium à Ciuitate, & Diœceſi Papięſi R. Merulus, ea conditione adiecta, vt, ſi reperiretur in Diœceſi, remigare deberet per biennium eo ipſo, &c. & cum d. Merulus vellet in d. Ciuitate lauream doctoralem aſſumere, fuit ſibi conceſſa facultas accedendi ad dictam Ciuitatem, & ibidē permanendi per menſem, præſtita tamen per eum fideiuſſione de interim bene viuendo, & de ſeruando d. exilium ſub pęna ſcutorum centum, prout pro eo fideiuſſit quidam Præpoſitus: Et cum in termino exilij fuiſſet captus in dicta Ciuitate d. Merulus, & carceratus, fuit dubitatum.

An fuiſſet receſſum à pęna triremium ob pœnam ſcutorum centum vltimo loco promiſſam, & ſic inducta nouatio, ita vt nequiret d. Merulus condemnari in dictam pœnam triremium, ſed ſolùm in dictam pœnam pecuniariam.

Et ad fauorem d. Meruli allegabatur per eximium eius D. Aduocatum.

1 Primò, nam † in pænalibus ſtipulationibus inducitur nouatio abſq; eo, quòd expreſsè agatur. Bart.in l.ita ſtipulatus.numer.27.cum ſeq.vbi etiam Iaſ.nu.19.ff.de verb.oblig.& de magis communi teſtatur Gabr.de nouat.lib. 3.concl.1.num.67.vbi alios citat.Maſcard.de prob.vol.2. concluſ.1107. numer.24.

Sed reſpondetur, id verum eſſe in lucratiuis, non autem in onerofis, vel in quibus agitur de delicto, ſeu con-
2 temptu: nam † tunc ſecunda pœna cenſetur appoſita ad maius robur, ſecundùm Bartol.& Iaſ. ibidem. Non. conſ.82.nu decimoſeptimo.Quicquid dixerit Gabr.in d.concl.1. num.68.ex mente Lofredi. faciunt dicta per Rot. Rom.in nouiſſ.deciſ.30.nu.3 par.2.

3 Secundò, quia † nouatio pręſumitur ex coniecturis. Oſaſch.deciſ.142. nu. 11. Gabr. in d. concluſ.1. numero 57. Surd.conſ.145.num.26. Maſcard.in d. concluſ.1107.num.18.Menoc.de præſumpt.libr.3. præſumpt. 134. numero 35.cum ſeq Gail. obſeruat.30. num.3. libro 2.Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.562. num.1.par.1.

4 Sed reſpondetur, † id verum eſſe, quando illæ coniecturæ deſumuntur ex verbis expreſſis in diſpoſitione, vel ex aliis, de quibus per Gabr. in d. concluſ. 1. numero 58. cum ſeq. Maſcard. in d. concluſ. 1107. numero 19. cum ſeq. Menoch. in d. præſumpt. 134. numero 39. Rot.Rom. in nouiſſim. deciſ. 262. numero quinto,par.2. & deciſ.797.numero 10.parte 1. Quæ omnia hic ceſſant.

5 Additur, quòd † coniecturæ ſunt repoſitæ in arbitrio iudicis. Menoch. de recup. poſſeſ. remed. 9. numero 388.

6 Tertiò, quia † nouatio arguitur, quando ſecũda obligatio cõtinet quid diuerſum à prima, prout hic. l. pacta nouiſſima.C.de pact. Crauet.conſilio 167.numero nono.Non.in d.conſilio 82..num. 15. Maſcard.. in d. concluſ. 1107.num.21..

Verùm reſpondetur primò,diuerſitatem † pænæ non arguere hîc nouationem, cum illæ ſint compatibiles, quando autem primus, & ſecundus contractus ſunt compatibiles non dicitur facta nouatio, ſcilicet extinctiua.l.pen. ff. de præt.ſtipul. Alexand. conſilio 193.numero tertio,lib.6.Menoch.in d præſumpt.134.numero 40. Surd.in d.conſ.145. numero 23. cum ſeq.Gabr.conſil.170.numero quinto, volum.2.benè autem dicitur facta nouatio accumulatiua, ſecundùm Iaſ. in l.1.num.14.C.de iud. 7

Reſpondetur ſecundò,non argui nouationem, quando ſecunda obligatio continet minus prima. l. ſi pupillus.§. qui actum.ff.de nouat. Iaſ. in d. l.ita. ſtipulatus. num.19.& in l.fin.nume.3. ff. ſi quis in ius voc.non ierit. Bertaz. conſ.crim.236.num.5.libro 1.Gabr.in d.concluſ.1. numero 54. Menoch. in d.præſumpt.134.numero quinto,& 11. Sed ſecunda obligatio vti continens pœnam pecuniariam dicitur continere minus, prima continente pœnam corporalem, cum † pæna corporalis ſit maior quacũmque pœna pecuniaria.Becc.conſi.67.num.28.& conſilio 85.num.22.Farina.quæſt.198.numer. 122.. 8

Reſpondetur tertiò,eſſe animaduertendum, quòd hîc non poteſt agi de prima obligatione, & ſecunda, cum quoad pœnam corporalem non interuenerit aliqua expreſſa obligatio: illa enim fuit impoſita per iudicem, abſque eo, quòd ad eam ſe expreſsè, & verbis obligauerit d.Merulus. faciunt dicta per Iaſ.in d.l.ita ſtipulatus.num. 19.verſ.

19.verſ.aut loquimur in contractibus. ſed bene reſultat obligatio ex re, ſeu delicto.

9 Quartò, quia † vna pœna tollit aliam, cùm pœna duplex nō poſſit imponi pro eodem delicto. Bart. in l.ſenatus.colum.2.ff.de accuſat.Menoch. de recup.poſ.remed.9.n.374. cum ſequen.& num.399.Farin. de var.ac diuerſis crim.q.111.num.81.cum ſeq.vbi declarat, id verum eſſe, quando ambæ pœnæ ſunt pro eodem facto, & cauſa,vt hîc.& de inquiſit. quæſtio.4. num.11.

10 Et hoc fundamentum dicitur † omninò verum, quando imponeretur duplex pœna abſolutè, nam tunc eſt aſſumenda illa benignior interpretatio,vt vna tantùm pœna imponatur, ſecundùm Bart.in l. quid ergo.§.pœna grauior.nu.3. ff.de his, qui not.infam.Menoch.dict.remed.9.nu.385.

Cæterùm reſpondetur primò, id procedere,quādo pęnæ eſſent incompatibiles,ſeu repugnantes.Menoch.in d.remed. 9. numero 390. & ſupra dictum eſt, quod non eſt hic. Et cum clarum ſit, vigere duas pęnas compatibiles,non eſt recurrendum ad interpretationem benigniorem,ſecundùm Menoch. in dict. remed. 9. numero 387.

Secundò,quoad pœnam triremium cauſam dici criminalem, quoad verò
11 pœnam pecuniariam dici † ciuilem, cum illa applicetur locis piis ex forma Sacrorum Canon.& Conſtitutionum,ac Conciliorum, præcipuè Tridentini. Vide Clar.in §.fin.q.1.ciuilis autem actio non tollit criminalem. Bald.in l.1.§.hoc autem iudici.num.3. ff.de calumn.Farin.in d.quæſt.111. numero 95.

Tertiò,in omnem euentum dicen-
12 dū eſſet,ꝙ foret attendēda pœna † corporalis vti maior,& principalior. Farin.in d.q.4.num.10. & quæſt.22. numer.25. Vel hoc eſſe repoſitum arbitrio iudicis, iuxta dicta per Felin. in cap.ſicut Iudęi. n.3.de Iudæis.

Et his ſtantibus inclinatum fuit per D. iudicem ad opinionem negatiuā, quæ vltra iam dicta coadiuuabatur, nam † in dubio non dicitur facta re- 13
miſſio pœnæ. l. pen. ff. de bon. rapt. Menoch.in d.remed.9.numero 143 & 372.

Præterea quia dictæ pœnę ſunt impoſitę ipſo iure.Felin.in c.quod olim. num.3.de Iudæis.

Demùm quia d. Merulus acceptauit etiam ſecundam pænam, vnde ſibi imputandumeſt. vulg.iurib.

Benè verum eſt, quòd dicta pœna triremium videbatur commutanda in pœnam pecuniariam;Tum quia in eo non arguebatur dolus, cum bona fide comparuiſſet coram iudice, tenens, exilium ſeu bannum expiraſſe Gabr.de malefic.libro 7.concl.8.Tum quia delictum principale non erat ita graue, vt poſſet pro eo dicta pœna triremiū imponi, pæna † autem eſt commen- 14
ſuranda delicto,prout legitur inDeuter.c.25.Farin. in d.quæſt.4.nu.10. & quæſt.17.num.9.

Quamuis hodie pœnæ † ſint in ar- 15
bitrio iudicantis. Farin.in d.q.17. nu. 7.& num.34.vbi dicit,vſque ad mortem extendi d.arbitrium.

ARGVMENTVM.

Sodomię crimen poteſt coniecturis probari : Atque per Eccleſiaſticum iudicem puniri : Ac ſeparari matrimonium quoad thorum,

vnà cum reſtitutione dotis.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia probatur coniecturis. Et n. 2.3.& 4.*
5 *Sodomiæ crimen eſt mixti fori.*
6 *Inditiato crimine, poteſt iudex Eccleſiaſticus procedere per cenſuras & capturas, vt ſibi videbitur. Et num. 7.*
8 *Separatio matrimonij quoad thorum conceditur ob dictum crimen. Et num. 9.*
10 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cogere laicum ad reſtitutionem dotis. Et numero 11.*

RESOLVTIO XLVI.

N. Mulier querelauit M. eius virum coram iudice Eccleſiaſtico, quòd eam per vim ſodomitaſſet, & cum fractura, prout ex viſitatione conſtitit, & proinde petiit ſibi concedi ſeparationem thori, cum reſtitutione ſuæ dotis.

Fuit dubitatum.

Primò, An conſtaret de dicto crimine.

Secundò, An iudex Eccleſiaſticus poſſet d.M. punire.

Tertiò, An eſſet concedenda dicta ſeparatio thori.

Quartò, An iudex Eccleſiaſticus poſſet d. M. cogere ad reſtitutionem dotis.

In primo dubio dicebatur, conſtare
1 de d.crimine, cum † id vti difficillimæ probationis probetur coniecturis. & præſumptionibus: nam lex in occultis eſt contenta de eo, quòd haberi poteſt. c.præterea. de teſtibus, in puncto Maſcar.de prob. vol.3. concl. 1313.in ver.Sodomiæ. nu.4. & † d.cō- 2
iecturata probatio habetur pro plena, & ſufficiēti ad condemnandū. Ferret. cōſ.51.n.15. Crau.cōſ.75.n.19.& conſ. 178.n.2.Clar.in §.fi. q.20. verſic.ſcias tamen. Maſc. d.tract. vol.1.cōcl.57.n. 7.Farin.q.2.n.12.q.43.n.78.q.47. nu. 82.q.50.n.37.& q.86.n.29.Roias.ſing. 112.nu.9. Quamuis tunc ſit imponenda pœna extraordinaria, ſecúdùm eūdem Farin.in d.q.86.num.110. Roias. ſing.164.num.3.cum ſeq.

Et hæc concluſio † multò magis 3
procedit, ſi ageretur ad probationem d. criminis ad effectum ſeparationis coniugij quoad thorum. Corn.conſil. 192.n.11.vol.4. Crau. conſ.205.nu.20. cum ſeq.Georg.Mor.tract.de diuort. p.2.c.4. quæ ſeparatio quoad thorum differt à diſſolutione matrimonij. Natt.conſ.24.num.1.

Prima autem coniectura depromebatur ex contumacia ipſius M. citati. Menoch.de præſumpt. lib.2. præſ.70. n.12.& lib.3.præſ.124.num.59. Farin. quæſt.11.num.2.cum ſeq.

Secunda deſumebatur † ex inſpe- 4
ctione fracturæ. Foller.in pract.crim. verſ. capiat informationem. n.13. quē refert Maſc.in d.concl.1313.nu.5. cum ſeq. Accedente præſertim depoſitione d.N. vxoris cum iuramento, iuxta dicta per Maſcar.de prob.vol.1. q.9.nu. 46. & cum ſolus M. cohabitaret, & dormiret cum d. N. eius vxore. facit quòd dicitur de filio nato ex vxore, qui præſumitur ex marito generatus. l.filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.&c Doctor. in c.per tuas.de probat Surd.conſ.1.num.54.Menoch. de arbitr.iud.lib.2.caſu 9.numer.10.& 20.

In ſecūdo fuit reſolutū affirmatiuè, cum.

5 cum † crimen ſodomiæ ſit mixti fori. c.clerici.de exceſſibus prælat.de communi teſtatur Clar.in §.fi. qu.37.ver. item quæro.& in §.Sodomia.verſicu. hoc crimen.Caualc.deciſ.13.nu.23.p. 5.Decian.in tract.crim.tom.1. libr.4. c.26.num.11.Farin. q.8.numer.129.& 156.

6 Et quamuis ſoleat apprimè dubitari, An † iudex Eccleſiaſticus poſſit contra laicos ſodomitas procedere per cenſuras tantum, vel per capturã quoque, & carcerationem, ſuper quo vide Clar.in d.q.37.verſ.fin. Add. ad Diaz.in c.88.ver.laicus verò.Menoc. de arb.iud.lib.2.cent.3.caſ.286.nume. 2.Farin.d.q.8.nu.154. Couar. pract.q. c.10.num.2.

7 Tamen mihi ſemper placuit, vt † poſſit procedere etiam per carcerationem, tam ex conſuetudine, quæ præſertim viget in Curiis Eccleſiaſticis Status Mediolani, prout teſtatur Cuch.inſt.ma.lib.2.tit.6.de Epiſc. n.112. & notorium eſt. Et in Epiſcopatibus Hiſpaniæ,quòd adſit talis vſus,&conſuetudo præſcripta,teſtatur Roias.ſingul.108.nu.2.quã de iure,nam habentur iura clara, nempè,c.contra idolorum.26.q.5.c.attendendum.17.q.4.& c.2.de adult.Et hanc opinionẽ tenuerunt Aufrer.in clem.1.nu.105.cũ ſeq. de off.ord.Cuch.in d.tit.nu.112.Abb. in c.grauem.nu.5.de pœnis.& alij relati per Sbroz.de off.Vic.lib.2.c.152. num.1.& per Berret.conſ.5.nu.4.Capel.Thol.deciſ.379.

Nec obeſt c.clerici. de exceſ.præla. Tum quia illud ca. loquitur de pena, non autem de modo procedendi, & cognoſcendi,qui modus eſt potius latè interpretãdus, ne delicta remaneãt impunita.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aqu. Marſ.conſ.24.n.4. lib.1. & propterea poſſet etiam deueniri ad torturam.faciunt dicta per Marant.diſput.5.n.17. præſertim ſi crimen eſſet atroce,&deteſtabile, prout eſt crimen ſodomiæ, ſecundum S.Thom. 2.2.q.154. art.12. Menoch.in d.caſ.286. Pariſ.conſ.163. num.1.vol.4. Addit.ad Diaz.in d.cap. 88.Tum quia iudex Eccleſiaſticus poteſt coadiuuare Canones addẽdo nouam pęnam ad exemplũ aliorũ. Abb. in c.licèt.de pęnis.Marant.in d.diſpu. 5.num.15. cum ſeq. Tum demùm quia olim per ſacros Canones inchoabatur à pęna excommunicationis,ſed hodie per S.Conc.Trid. ſancitum eſt, vt in cauſis criminalibus prius executio fiat perſonalis,deinde deueniatur ad gladium ſpiritualem in delinquentes,vt in ſeſſ.25.c.3.de reform.

In tertio † fuit pariter affirmatiuè 8
concluſum.per tex.in c.omnes 32.q. 2.& quia ſic tenuerunt Dec.in l.ſi qua mulier.nu.8. C.de ſecund.nupt. Clar. in §.Sodomia.verſicu.item propter. Lamb.de iurep.lib.2.par.1.q.9.princ. art.18.nu.18.Caualc.deciſ.18.nu.26.p.
2.Quinimò dicta ſeparatio † venit cõ- 9
cedenda vxori,etiamſi fuiſſet tantùm à viro tentata ad d.crimen. Menoch. in d.caſ.286.nu.14. Addit. ad Diaz.in d.c.88.verſ.&propter hoc ſcelus contra naturam, Quod intellige verum, ſi fuiſſet deuentum ad actum propinquum,prout exemplificat Pariſ.in d. conſ.163.nu.2.

In quarto, & vltimo dubio fuit ſi-
militer † affirmatiuè concluſum, ex 10
quo dotis reſtitutio veniebat acceſſoriè ad ſeparationem matrimonij. Caualc.d.deciſ.18.n.30.p.2. & deciſ.21.n.
27.p.4.qui alios citat.Quamuis † di- 11
cta mulier potuiſſet agere ad reſtitutionem dotis principaliter coram Eccleſiaſtico iudice,cum eſſet pauperrima,& miſerabilis. c.de prudentia.ca. nuper.c. per veſtras, & ibi Abb. nu.2.

de donat.inter virum.& vxo.Rip.in l. 1.nu.24.& 48 ff.ſol.matr.Fel.in c.Eccleſia.nu.58.de conſt. Marant.de ord. iud.par.4.verſ.ſæculare.nu.9.Aufrer. de poteſt.Eccleſ.in ſæcul.num.27.vbi firmat eſſe indubitatum inviduis,quia viduæ dicuntur miſerabiles perſonæ. l.1. C.quando imp.pup. & ſic vidiſſe ſeruari in Curia Archiepiſcopali Tholoſæ,teſtatur.

ARGVMENTVM.

Quibus quis conuincatur de mandato ad occidendum, etiam per venenum. Quaque pœna plectendus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens an ſit ſuperior iniuriæ ſibi illatæ. Et quando. numero 10.*

2 *Confeſſio extorta per tormenta abſque indiciis nulla eſt. Et quando. num.11.*

3 *Copia indiciorum danda eſt ante torturam. Et quando.num.12.*

4 *Ratificatio quo tempore ſit facienda. Et num.13.*

5 *Mandans non tenetur niſi conſtet de mandatariis. Et quando.numero 14.*

6 *Conatus punitur non ſecuto effectu in aſſaſſinio.*

7 *Idem in veneficio.*

8 *Idem in parricidio.*

9 *Idem in crimine læſa maieſtatis.*

15 *Confeſſio quando ſuppleat defectus ſubſtantiales proceſſus. Et nu.16.*

17 *Pœna ordinaria non poteſt imponi, quando actus, ſeu delictum non eſt conſumatum.*

18 *Et qundo. Et num.19. & 20.*

RESOLVTIO XLVII.

B.Monachus Ordinis Heremitarum S. Hieronymi confeſſus fuit in tormentis, ſe mādaſſe quibuſdam laicis, eadem data, ac promiſſa pecuniæ quantitate, vt occiderent Reuerendiſſimum Priorem Generalem dicti Ordinis, & cum effectus non eſſet ſecutus, ſe paraſſe venenum ad eundē necandum; fuit in hac cauſa dubitatum principaliter de duobus.

Primò, An dictus Monachus ex deductis poſſet condemnari.

Secundò, ſuppoſito poſſe condemnari, Quanam pœna foret puniendus.

In primo dubio ad fauorem dicti Monachi proponebatur.

Primò,quòd proceſſus fuerit nullus, vti factus à iudice deputato per d.Generalem, qui erat † iudex incompetens, cum ageretur de cauſa propria: 1 videtur enim vnum,& idem tribunal d.Generalis,ac deputati ab eo. c.inſinuante.de off.deleg.cap.2.de conſuetud.in 6.Crau.conſ.6. numero trigeſimotertio.Rol.conſ.16.nu.6.volum.2.Surd.conſ.47.nu.2.Menoch.in cauſa Finanien.reſp.2.nume.90. Oſaſch. deciſ.15. Lancel.de attent. p.2.c.6.nu.38.cum ſeq.Sbroz.de off.Vic.lib.3.qu.14. Neque talis nullitas potuit ſanari ex deputatione iudicis facta per Illuſtriſſimum D.Protectorem dicti Ordinis, quia coram dicto iudice ex integro debebat formari proceſſus, & noua acta inchoari.Innoc in c.in literis.de off.deleg.Barto.in l conquerebatur.ff.de re iudic. Vant.de nullit.in rub.quot,&quibus modis nul.in iudicio proponi,&c.num.128. Clar.§.fin. q.55.verſ.item poſſet.

Secundo,quia aſſerta † confeſſio e- 2

ma-

manauit per tormenta illata abſque indiciis, vnde fuit nulla, neque confitenti præiudicat. l. 1. §. Diuus. ff. de quæſt. Clar. in d. q. 55. ver. ſi verò confeſſio. latè Farin. de reo confeſſo. q. 83. n. 1. cum ſeq. Quod verum eſt, etiamſi dicta confeſſio eſſet ratificata pluries, ac geminata. Clar. in d. q. 55. verſ. ſi verò. Farin. in d. q. 83. nu. 9. q. 37. nu. 110. vbi plures cumulat, & teſtatur de cõmuni, & q. 43. n. 193. Becc. conſ. 70. n. 5. Menoch. de arb. iud. libr. 1. q. 84. nu. 3. Grat. conſ. 45. n. 13. cum ſeq. vol. 2. vbi ampliat, etiamſi iudex haberet liberũ arbitrium, largum, & generale, quod ſequitur Farin. in q. 37. nu. 71. Maſc. de prob. vol. 1. concl. 353. per tot.

3 Tertiò, quia dicto Monacho ante † torturam erat danda copia indiciorũ cum termino competenti ad faciendũ ſuas defenſiones. l. deſertorem. §. ſi ad diem. ff. de re milit. Farina. de indit. & tortura. q. 38. n. 3. & q 39. nu. 1. cũ ſeq Quod verũ eſt etiam in atrociſſimis. Farin. in d. q 39. nu. 41. Et procedit, etiamſi non fuerit petita dicta copia. idem Farin. in d. q. 39. nu. 36. & 90. cum ſeq. & nu. 98. Quamuis hic fuiſſet facta præuentoria, quæ ſperni non poterat, & propter confeſſio fuit omninò nulla. clem. paſtoralis, de ſent. & re iud. Farin. in d. q. 39. num. 84.

4 Quartò allegabatur, quòd † non fuerit expectatum vnius diei ſpatium ad ratificandum extra tormenta. Clar. in d. §. fi. q. 64. verſ. & circa hanc ratificationem. Marſ. conſ. 31. num. 21. lib. 1. Præſertim cum d. Monachus eſſet nimis delicatus, timidúſq; torturę, prout depromitur ex eius examine vltimo loco facto coram iudicibus delegatis, & teſtes deponunt, vnde adhuc videbatur durare dolor tormentorũ, & vehemens animi perturbatio. Et tradit Direct. Inquiſit. part. 3. cõment. 39. col. 7. fol. 485. benignius eſſe, vt ratificatio fieret poſt duos, vel tres dies ab inflicta tortura: quod omninò ſequendum puto in Religioſis, & ſimilibus Sacerdotibus, vt hic.

Quintò nam † mandans non poteſt puniri, niſi conſtet de mandatario. l. ſi is, qui rem. la 2. §. ſi tu Titium. ff de furt. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap 33 numero 2. Farinac. de inquiſit. quæſtio. 3. numero primo, cum ſeq. Surd. conſil. 40. numero. Turret. conſilio 94. numero primo, cum ſeq. volumine primo. Hic autem dicebatur non ſolùm eſſe incerta nomina mãdatariorũ, ſed etiam perſonas & ſic ceſſat opinio Nattæ, de qua per Surd. in d. cõſ. 40. n. 10 & Fari. in d. q. 3. n. 10. 5

Cæterùm licèt hic ſupponeretur tãtùm conatus, nihilominus videbatur tenenda contraria opinio.

Primóque ſuadebatur, quia hìc agitur † de aſſaſſinio, in quo punitur conatus, licèt non ſit ſecutus effectus. Gabr. de malef. concluſ. 1 num. 8. cum ſeq. libr. 7. Menoch. de arbitr iud. caſ. 360. nu. 39. cent. 4. lib. 2. Gram. deciſ. 38. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 9. c 30. num. 13. & cap. 36. numer. 4. Farinac. de inquiſit. q. 3. numer. 7. Roias ſing. 17. nu. 4. 6

Secundò, quia † in crimine veneficij, ſeu veneni parati punitur pariter conatus. Pariſ. conſ. 167. n. 1. cũ ſeq volum. 4. Dec. in d. tom. 2. lib 9. cap. 23. n. 3. & cap. 26. numero 11. Menoch. in d. caſ. 360. numer. 21. & 46. & in propria materia Monachorum, qui voluerunt venenare Abbatem eorum, vide Bart. in l. 1. ff. ad legem Pomp. de parricid. 7

Tertiò, quia † dictus Monachus dicitur parricida, cum Generalis vnius Religionis dicatur pater ſpiritualis, contra quem dicitur committi parricidium. glo. in cap. aut facta. de pœnit. 8

diſtinct.1.cap.2.30.quæſt.3.Gabr.conſil.196.num.8.vol.1.& facit d.l.1.dum loquitur de patrono: Et Monachus actiuè, & paſſiuè ſeruo comparatur. Nauar.de regul.lib.3. conſilio 20. numero 8. in crimine autem parricidij punitur conatus. Menoc.in d.caſ.360. num.63.Decian.in d.tract lib.9. cap. 9.num.3 & cap.12.

9 Quartò,quia † dictus Monachus videtur commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis ſaltem largè, ſecundùm dicta per Clar.in §.læſæ maieſtatis.verſ.dubium eſt.Decian.in d.tom.2.libr.7. c. 4.num.8.& cap.5.num.4.in dicto autem crimine punitur conatus. Clar.in d. §.læſæ maieſtatis verſ. ſcias autem. & in d.q.92.verſ.ſcias tamẽ. Decian. in d.libro 7.cap.35. & cap.37. numero 32.

Verùm hoc fundamentum non videbatur tutum, cum in dicto Generali non cadat maieſtas, prout nec in Epiſcopo habente temporalem iuriſdictionem. Decian.in d.cap. 4.nume. 8.Item quia offenſio ſupponitur hic ob priuatam inimicitiam, prout ob eam de iure præſumitur, ſecundùm Decian. in d.c.5.nu.5. Demùm quia dictus Generalis non aſſiſtit Principi, faciunt dicta per Decian. in d.capit.5. num.7.

Et his ſtantibus, ad primum reſpõ-
10 detur, Superiorem † poſſe cognoſcere de iniuria ſibi illata Surd.conſil.50. numero 17 Clar.§.fin.q.35. verſ.fin. Sbroz.de off.Vic.lib.3. quæſt.fin. Farin.de delict.quæſt.17.numer.45.cum ſeq.Præterea dictum Monachum non feciſſe debitas proteſtationes in quibuſcúmque actibus, iuxta cumulata per Lancel.de attent.in d.par.2.cap.6. num.30. Poſtremò ceſſare hic omninò obiectum,ex quo dicta cauſa alteri fuit delegata partibus non ſuſpecto, prout ſic faciendum eſſe dicit Oſaſch. in d.deciſ.15.in fine, per tex. in l.prætor.ff.de iuriſd.omn.iud.

Ad ſecundùm reſpondetur, d. Monachum fuiſſe tortum † ob eius variationes, & mendacia, quæ dicuntur 11
ſufficiens inditium ad torquendum. Marſ.conſ.15.n.15.lib.1.Non.conſ.99. num.11.& 20.Farin.de indit.q.52.n.2. Turret.conſ.9.nu.90. vol.1. Præterea obiectum nõ procedit in delictis difficilis probationis,& atrociſſimis,put hic.latè Farin.in d.q.37.n.150. cũ ſeq. & nu.154. vbi alios citat. & Maſcard. in d.concl.353.num.30.

Ad tertium reſpondetur, d.Monachum fuiſſe tortum ob variationes, & eius mendacia, de quibus conuincebatur ex ſuo proprio dicto,& propterea † non erat danda copia inditiorũ. 12
Farin.de indit.& tort. q.39. num.130. 134.cũ ſeq.& n.147. Quod præſertim videtur tenendum hic, cum agatur de delictis atrociſſimis. Farin. in d.q.39. n.97.Nec reus dictam copiam petierit.Farin.ibidem. nu.90. Ambroſ.de modo form.proceſ.libro 3.c.1.numero tertio.

Ad quartum reſpondetur, tempus † ad ratificandum eſſe arbitrarium iu- 13
dici, prout dicunt vnanimiter omnes Doctores allegati, & præſertim Farinac.in quæſtione 83. numero 73. cum ſequen. qui latè pertractat hanc concluſionem.

Ad vltimum reſpondetur, in crimine † aſſaſſinij poſſe contra mandan- 14
tem procedi, non conſtito de mandatario,ſecundùm Farinac.in d.quæſt.3. num.7.cum ſeq.

Præterea hic conſtat de certis mandatariis ex confeſſione dicti Monachi, dum nominat Georgium Soliſium, & Franciſcum Caneparium: Et licèt in denunciatione, & per alios teſtes nomine-

nominetur Scipio de Leonibus, Tamen ſtandum eſt dictæ confeſſioni, quæ præfertur dictis teſtibus. vulg. iuribus, & in dubio confeſſio præſumitur vera. Farin. q. 81. num. 23. vbi alios citat.

Et pro corroboratione præmiſſorum proponebatur, ex dicta † confeſ-
15 ſione ſuppleri omnes defectus ſubſtantiales, qui poſſunt allegari in proceſſu. Clar. in §. fi. q 55. & qu. 65. Vant. de nullit in rubr. quibus modis nullit. repar. poſ. num. 1-6. March. Delph. q. 439. num 2 par. 2. Becc. conſilio 70. num. 1. Farin. q. 1. nume. 35. q. 2. num. 7. q. 24 num. 174. quæſt. 81. num. 5. 13. & 66. cum ſeq de communi Maſcard. d. vol. 1. concl. 357. num. 3.

16 Verùm non † videbatur hoc attendendum: Tum quia dicta confeſſio fuit extorta per tormenta. late Farin. in d. q. 81. num. 83. & Maſcard. in d. concl. 357. num. 4. Tum vti facta coram iudice delegato. Farin in d. q. 81. num 88.

In ſecundo dubio inclinabant Domini Iudices delegati, vt dictus Monachus non poſſet puniri, niſi pœna extraordinaria. & arbitraria.

17 Quia † quando actus non eſt conſumatus: vt hic omnes ferè Doctores tenent, non poſſe deueniri ad pœnam ordinariam, etiã in atrociſſimis, prout formarunt Gramm. deciſione 2. numero 16. cum ſeq. & num. 32. & in deciſ. 74. num. 15. Menoch. in d. caſ. 360. numer. 43 55 95 & 110. Gabr. in d. concluſ. 1 numero 8. Decian. in d. tom. 2. lib. 7. cap. 35. num. 12. Foller. in pract. crim. Can. par. 2. cap. 23. numer. 4 Afflict. ſuper Conſtit. Regni. lib. 3. rubr. 41. de malis. & noxiis medicamentis. verſ. mala noxia. numero 5. Addit. ad Diaz. in pract. crimin. Can. cap. 96. Clar. in §. homicidium. verſic. punitur etiam. & in §. fin. quæſt. 92. verſ. ſcias tamen. Monticell. in praxi crim. reg. 7. de mandat. numero 78. & regul. 8. de aſſaſſinio. numero 14. Farinac. quęſtio. 3. num. 8. & quæſt. 30. numero 31. Qui Doctores loquuntur in veneno, aſſaſſinio, & crimine læſæ maieſtatis.

Et licèt pœna extraordinaria ſecundùm receptiorem opinionem ſit pecuniaria. Farinac. de reo confeſſo. quæſt. 81. num. 159. & quæſt. 86. nu. 82. Nihilominus inclinabunt dicti Domini ad pœnam triremium, attenta qualitate delictorum, iuxta dicta per Farinac. in d. quæſtio. 86. numero 114. & inſpecta perſona dicti Generalis, quæ pœna triremium morti æquiparatur, ſecundùm cumulata per Addit. ad Diaz. in d. pract. crimin. Can. cap. 139.

Neque obſtaret ſi diceretur, d. Monachum eſſe puniendum pœna or- 18
dinaria, ex quo fuit data pecunia, & mandatarij ſe poſuerunt in inſidiis, nec ſtetit per eos, quin homicidium perfecerint. Menoc. in d. caſ. 360. num. 42. Plat. in epit. delict. cap 19. nu. 11. vbi alios allegat. Iodoch. in pract. crim. cap. 83. num. 8.

Primò, quia ex proceſſu non conſtat, quòd aſſerti mandatarij ſe poſuerint in inſidiis, & præſertim de tẽpore, ac loco inſidiarũ non reſultat legitima probatio, & tamen de dicta circunſtantia aggrauante debuerat plenè conſtare. l. Titius ff. de mil. teſt. Pariſ. conſ. 62. num. 40. vol. 4.

Secundò, quia, vt † in crimine ve- 19
neficij dicatur deuentum ad actum proximum, requiritur, vt ſit porrectum venenum ad bibendum, ſeu comedendum, licèt mors non eſſet ſecuta. Gram. in d. deciſ. 38. nu. 2. & 8. Addit. ad Diaz. in d. cap. 96. in crimine

autem aſſaſſinij nõ ſolùm requiritur, vt ſit deuentum ad locum maleficij, ſed etiam ad principium offenſæ, ſecundùm Decian. in d.tom 2 lib.9.c. 30.num.38.vide Felin. in tract.de conatu lim.3.Gabr.in d.concl.1.num.11. cum ſeq.Menoc.in d.caſ.360.num.20 43.60.63 & 120.

Tertio ſuppoſito, aſſertos mãdatarios ſe poſuiſſe in inſidiis, adhuc ta-
20 men † cum delictum non fuerit conſumatum, non poteſt imponi pęna ordinaria, cum de generali cõſuetudine totius mundi in quibuſcúmq; delictis etiam atrociſſimis nõ imponatur pæna ordinaria, prout de dicta generali conſuetudine teſtantur Gram. in d. deciſ.2.nu.14. Afflict. in d. verſ.mala noxia.n.5.Clar.in d.q.92.verſ.ſcias tamen Oſaſch.deciſ.19.num.3.Farin.de delict.q.17.n.49.& q.37.num.130.vbi alios citat.Quicquid dicat Gabr.in d. concluſ.1.numer.10.cum ſeq.qui verè loquitur contra communem Doctorum ſententiam, à qua in iudicando non eſt recedendum, vt aliàs dictum eſt.

ARGVMENTVM.

Cognoſcere an aliquis ſit clericus ſpectat ad ſolum iudicem Eccleſiaſticum.

Item, Quando clericus captus per iudicem laicum gaudeat fori priuilegio, & remittendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere, an clericus incedat in habitu.*
2 *Idem, an deferat tonſuram.*
3 *Idem, an ſit clericus.*
4 *Idem, an gaudeat priuilegio fori.*
5 *Clericus eſt ſtatim remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum.*
6 *Clericus, ſi non eſt in ſacris, quando, & in quibus caſibus non gaudeat hodie fori priuilegio. Et num. 7.8. 9.cum ſeq.*

RESOLVTIO XLVIII.

CAPTVS fuit pro delicto graui per Miniſtros Curiæ ſæcularis quidam clericus Ianuenſis degens cauſa ſtudij in vniuerſitate P.& cum per Curiam Eccleſiaſticam peteretur illius remiſſio, fuit dubitatum de pluribus.

Primò, An dicta remiſſio eſſet facienda.

Secundò, Quando iudex ſæcularis incurrat excommunicationem, ſi differat clerici remiſſionem.

Tertiò, Quomodo eſſet petenda dicta remiſsio, & qualiter facienda.

Vtque hæc reſolutio poſſit aliis caſibus contingentibus inſeruire.

Præmittitur primò, quòd licèt aliqui Doctores tenuerint, iudicẽ ſęcularem poſſe cognoſcere, an quis incedat in habitu Eccleſiaſtico, vt per Guidop.deciſ.138.& conſ.110.n.2. & Clar. in §.fin.q.36 verſ.dixi clericũ.in fine. Nihilominus verior, & cõmunior eſt opinio ſcribẽtium, dictã † cognitio- 1
nẽ ſpectare ſolùm ad iudicẽ Eccleſiaſticũ, prout firmarũt Gemin.in c.1.de cleric.coniug.in 6. Zabar. in clem.2. de vit & hon.cler. Aufr. de iuriſd.in rub.de poteſt.ſæcul.in Eccl.fall.20. & poſt alios Farin.de inquiſ.quęſt.8.numer.34.vbi vlterius teſtatur, opinionem Guidop. & Clari eſſe cõmuniter reprobatam. Turret.conſ.5. per tot. volum.

volum.2.Tut.alleg.17.nu.15. latè Caualc.deciſ.10. num. 12. cum ſeq.& deciſ.21.num.21.& 18.par.5.

Quæ opinio ſuadetur primò, nam clericis non eſt per Sacros Canones determinatus certus habitus. Guidop. q.138. num.1. cum ſeq.Clar.in d.q.34. verſ. dixi clericum. Farinac. in d.q.8. numero 69.Caualc.d.deciſ.10. numero 17.

Secundò, quia aliàs per indirectum omnes clerici poſſent ſubiici cognitioni iudicis ſæcularis. Farinac. in d. quæſt 8.num.58.

Tertiò, etenim dicta cognitio iudicis ſæcularis videtur fruſtratoria, ex quo clericus captus ſine habitu adhuc gaudet priuilegio fori, niſi præceſſerit trina monitio, vt infra dicetur.

Quartò, quia in caſu dubio ſemper maior iudex præfertur, & ſic Eccleſiaſticus. Oſaſch.deciſ.103. num.4. Fel.in c.paſtoralis.num. 4.de reſcript. Lancel de attent par.2.c.20. in præfat.nu. 78. Decian.in tract. crim.tom.2.lib.6. cap.36.num.12.

Præmittitur ſecundò, cognitionem,

2 an † clericus deferat tonſuram, ſpectare pariter ad iudicem Eccleſiaſticum.

Primò, quia ſi cognitio habitus ſpectat ad eum, multò magis ſpectare debet cognitio tonſuræ, cum illa reſpiciat perſonam, quæ dignior eſt rebus. vulg.l.2.ff.de ſtat.hom.& maximè hoc eſt verum in perſona clerici qui dicitur de ſorte Domini. cap. cleros. diſtinct.21.

Secundò, nam magis videtur excuſabilis non deferens tonſuram, quam habitum, vt pote, ob carentiam barbitonſoris, vel ob infirmitatem, vel ob nimiam excreſcentiam capillorum. gloſ.in c.1. de apoſt. Cappel. Tholoſ. q.257.num.4, cum ſeq.

Tertiò, in pũcto extat doctrina Caualc in dicta deciſ.10. num. 12.cũ ſeq. & in d.deciſ.21.num 18.& 21.

Præmittitur tertiò cognitionem, an 3
† aliquis ſit clericus, ſpectare ſimiliter ad iudicem Eccleſiaſticum. cap. ſi iudex de ſent.excomm.in 6.Rip. in cap. decernimus.nu.4.de iud. Did.Couar. pract.quæſt.cap.33.nu.1.Clar. in §.fin. q.36.verſ.dixi clericum, & verſ. regulariter autem. Farinac. in d. quæſt. 8. nume.33. præſertim ſi ſumus in clauis. Tut. alleg.17.num.4. & 14. Dum autem pendet iſta controuerſia, eſt ſuperſedendum in cauſa per iudicẽ ſæcularem, d. cap. ſi iudex in fin. & voluerunt Farin.in d.quæſt. 8.num.35.ac Turret.d.conſ.5 num.1.cum ſeq.

Premittitur quartò, quòd cognitio, 4
an † clericus gaudeat priuilegio fori, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum dũtaxat.d.c.ſi iudex. Farinac.in d.quæſt. 8.nume. 33.& 37.Et licèt Clar.in d.q. 36.verſ. regulariter. dicat, ſeruari in Ducatu Mediolani, quòd clericus adhibeat iura coram ſæculari iudice, qui eis viſis ſolet eum remittere ad Eccleſiaſticum.

Arbitror tamen dictum Clari non eſſe attendendum ſaltem à timoratis iudicibus.

Primóque ſuadetur, quia eſt attendenda forma præſcripta per d.c. ſi iudex. non autem aliqua conſuetudo in contrarium, quæ eſt reprobata à iure etiam diuino, cum laicus ſit incapax iuriſdictionis in clericos. Gabr. de præſcript.concl.1.num. 17. Aufrer.in clem.1.nume. 86.cum ſeq. de off.ord. Farin.in d.quæſt.8.num.3.

Secundò, quia dicta aſſerta conſuetudo eſſet forſan ſeruanda ſolùm in caſu poſito per Farinac.in d. quæſt. 8. numero 36.

Tertiò eſt animaduertendum, aliud

eſſe remittere reum, aliud eſſe declarare, quòd gaudeat priuilegio fori, & ex diuerſis non fit illatio. l. Papinianus.ff.de min.

5 Præmittitur quintò, quòd † ſi fuerit lata ſententia per iudicem Eccleſiaſticum, aliquem eſſe clericum, vel fori priuilegio gaudere, ſtatim eſt remiſſiò facienda per iudicem ſæcularem, non expectato aliter quòd illa tranſiuerit in iudicatum, ſecundùm Farin.in d. quæſt.8. num.36, Et quàmuis contrarium teneat Couar.pract.q. d.cap.33. nume. 3. Tamen eius opinio non eſt ſequenda, cũ ex ea nimis præiudicaretur immunitati Eccleſiaſticæ, & vileſceret clericalis dignitas. facit d.cap.ſi iudex.

In primo dubio pro clariori, & veriori reſolutione, plures caſus ſunt cõſtituendi.

Primus quorum eſt in clerico habente primam tonſuram, ſed non beneficiato à Curia ſæculari capto ſine habitu, & tonſura.

In quo fuit ſic reſolutum.

Aut etenim loquimur ſecũdùm ius commune ante Sacr. Concil. Trident.

6 Et tunc dicitur eſſe † remittendum omninò; Tum quia de iure communi ad amittẽdum priuilegium fori requiritur, quòd præceſſerit trina monitio iudicis Eccleſiaſtici. cap. in audientia. de ſent. excomm. Farin.in d. quæſt.8. num.60. Thom. Triuiſ. deciſ.48. num.16.cum ſeq.lib. 2. Couar. pract.quæſt. c.32. nume. 2. Tum quia requirebatur in clerico tanta perſeuerantia in non deferendo habitum, & tonſuram, vt publicè laicus exiſtimaretur, ſecundùm Farin.in d. quæſt. 8.num.68.

Sed hoc limitatur primò, in clerico coniugato, in quo non requiritur aliqua monitio. Couar.pract.quæſt.cap. 31.num.9. & cap.32. num.1. Clar. in d. quæſt.36.verſ. hæc autem. Farin.in d. quæſt. 8. nume. 6. & habetur in dicto Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.23.cap. 6.in fin.de reform.

Limitatur ſecundò, in clerico in enormitatibus ſe immiſcente, in quo neque requiritur dicta monitio. Clar. in d.quæſt.36.verſ. quinto modo. Nauarr.de priuileg.conſ.17. lib. 5. Farin. in d. quæſt.8.num.56.

Aut loquimur poſt formam traditã à Sacr. Conc. Trident. dicta ſeſſ. 23. cap. 6. Et tunc dictus clericus non † 7 eſſet remittendus, vti non gaudẽs priuilegio fori, nam per dictum Concilium fuit derogatum iuri communi, ſaltem vt non requiratur hodie trina monitio, prout firmarunt Cucch.inſt. ma.lib.3.tit.9. de priuil. cler. numero 66. qui teſtatur, ita obſeruari de conſuetudine. Zach. de republ. Eccl. tit. de cler. numero 6. verſ.amittant autẽ. Et ita pluries fuiſſe deciſum per Sacram Congregationẽ vidi in quibuſdam manuſcriptis.

Quod tamen declaratur, non procedere ſi probaretur, dictum clericum captum ſine habitu, & tonſura fuiſſe ſolitum illa deferre, tunc enim gauderet fori priuilegio, prout cenſuit dicta Sacra Congregatio de anno. 1586. in quodam clerico cum armis deprehenſo ſine habitu, & tonſura. facit dictum Baldi in l.ſi qua.numero 2.C.de Epiſc.& cler.

Secundus eſt caſus, quando † clericus non deferret tempore delicti cõmiſſi habitum, & tonſuram, ſed poſtea reaſſumpſerit. 8

Et fuit reſolutum, gaudere priuilegio fori.d.c.ſi iudex.Clar. in d.quæſt. 36.verſ.ſed hic quæro, & verſ.ſed quid ſi.Farinac.in d.quæſt.8.num.66. verſ. item quid. vbi idem firmat in clerico gerente

gerente habitum, & tonſuram tempore delicti, ſed non poſt, vel ante; quod durum videbatur ob fraudẽ,quæ argui poteſt, vide Couar.pract.quæſt. cap.32.num.4.Vinc.de Franch. deciſ. 396. par. 2. Caualc. deciſ.10. cum ſeq. par.5.& Cappel.Tholoſ.quæſt.144.

9 [illegible]ius eſt caſus in clerico † non beneficiato capto ſine habitu,ſed cum tonſura.

In quo fuit reſolutum, gaudere priuilegio fori,& ſucceſſiuè eſſe remittẽdum etiam poſt dictum Concilium; Tum quia cõtrouerſia habitus eſt terminanda per iudicem Eccleſiaſticum, vt ſupra dictum eſt;Tum quia ſufficit delatio vel habitus, vel tonſuræ,ſecũdùm Zab.in cap.perpendimus.de ſen. excomm. Farinac. in d.q. 8. numero 65.

10 Et licèt dictum † Concilium in d. cap.loquatur per copulam,&,quæ requirit concurſum copulatorum. Gemin. in d.cap. ſi iudex, & de quo latè per Caualc. in d.deciſ. 10.numero 20. Guidop. in d. quæſt.138. numero ſecundo.

Tamen reſpõdebatur primò, quod etiã in dicto cap. ſi iudex. legitur copula, &, circa dictam delationem, & tamen de iure communi ſufficit delatio alterius,dictumque Gemin. poteſt ſaluari in clerico coniugato, iuxta dicta per Farinac.in d.quæſt.8. numero 65 Caualc.d.deciſ. 10. numero 23. qui nititur declarare d.Cõcil.ſed eius declaratio non videtur tenenda, cum nõ conueniat menti,& verbis,neque ſuũ ſit declarare Concilium.vulg.l.fin.C. de leg.

11 Secundò reſpondebatur, per † dictum Concilium in d.cap. 6. non induci correctionem iuris communis; Tum quia loquitur per verbum, deferens, quòd, cum ſit participium præſentis temporis, non inducit aliquam formam nouam, ſecundũ Bartol. communiter receptum in l. 1. nu. 35.ff.de cond. & demonſtr. Tum quia in dubio † quantum fieri poteſt vitãda eſt correctio iuris communis. Iaſ. 12 in auth.quas actiones.nume. 21. C.de ſacroſ.Eccl.Pariſ.conſ.2.nu. 205. volum.4.Surd.deciſ.239.num.4.Caualc. d.deciſ.10.num. 22.Et eò maximè hic cum nimis reſtringeretur libertas, & immunitas Eccleſiæ.

Tertiò reſpondebatur per Caualc. in d.deciſ. 10.num. 23. dictum Concilium intelligendum eſſe in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, ſed ſine captura perſonæ; quod idem firmat in deciſ.21. num.26.par.5.

Sed nec iſte intellectus placet, cum Concilium loquatur generaliter. in puncto Theſau. fori Eccl. par.3. cap. 38.num.133.

Et idem dictum fuit, reſoluendum eſſe in ſimili Clerico capto ſine tonſura, ſed cum habitu; Imò à multò magis,cum magis ſit excuſabilis Clericus repertus ſine tonſura, quàm ſine habitu, qui omnibus patet, vt ſupra dictum eſt.

Et licèt Maſcard. relatus per Farin. in d.quæſt.8.num.34. dicat,eſſe † denegandam remiſſionem per iudicem 13 ſæcularem,ſi denudato capite Clerici cognouerit non deferre tonſurã; Tamen eius dictum non eſt attendendũ, Tum quia requiritur prius trina monitio, vel perſeuerantia, Tum quia de iure cõmuni ſufficit delatio alterius; vt ſupra concluſum eſt.

Quartus eſt caſus in clerico nõ beneficiato deferente habitum, & tonſuram,qui nõ docuit ſe inſeruiſſe Eccleſiæ,cui eſt adſcriptus.

In qua † licèt quidam doctus vir teneret, dictum Clericum non gaudere 14

priuilegio fori, & ſucceſſiuè non eſſe remittendum, cum dictum Cōcilium requirat pro forma dictam ſeruitutem Nauar.de priuil. conſilio 17. numero 2. & 6.lib.5 Maſcard.de probat. concl.302.numero 14.volum.1. Tamē non poteram induci ad ita ſentiendū: Tum quia videbatur nimius rigor, cum aliàs de iure communi Clericus, licet non ſeruiat Eccleſiæ, gaudeat priuilegio; nam dictum priuilegium eſt datum principaliter Clericis in honorem ordinis Clericalis, non autem immediatè propter ſeruitia. Bal. in l.qui ſub prætextu.num.2.C.de ſacroſ.Eccl.

Tum quia poſſunt concurrere plures cauſæ excuſationis à ſeruitio non præſtito, de quibus cognoſcēdum eſt coram Eccleſiaſtico, vt patet.

Quintus eſt caſus in clerico ſimili capto cum habitu & tonſura degente in aliqua Schola, vel Vniuerſitate, ſed non docente de licentia ſui Ordinarij in ſcriptis habita, Et fuit reſolutum, gaudere priuilegio fori.

15 Primò, quia licet † dictum Concilium in d.c.6. videatur requirere pro forma quòd degat in Vniuerſitate, & excuſetur à ſeruitute Eccleſiæ; Non tamen videtur requirere pro forma licentiam ſui Ordinarij, cum quoties degit in Vniuerſitate ſit in via ad maiores ordines, quod eſt finalis ratio dicti Concilij, & quæ ratio eſt potius attendenda, quàm ipſa diſpoſitio. Alex.conſ.129.num 5.lib.7. Becc. conſ. 41.num.6. Turret.conſ.76. nume.27. volum.1.

Secundò, nam quatenus dicta licentia Ordinarij eſſet de forma, non tamen eſſet de forma, illam eſſe obtinē-dam in ſcriptis, cum id non dicatur in
16 d.c.6. ſed ſatis † erit, probari per teſtes, dictam licentiam fuiſſe conceſſam ab Ordinario oretenus, cum paria ſint, aliquid probari per teſtes, vel per ſcripturam l. in exercendis. C. de fide inſtrum. Natt.conſ.609. num.21. Surd.deciſ.71.num.6.Maſcard.de probat.concl 303. numero 5.vol.1. Sbroz. de off. Vic.libr.1.quæſt.64.numero 1. Et ita cenſuit dicta Sacra Congregatio in hoc caſu nempe ſufficere licentiam, quamuis oretenus habitam, vt gaudeat Clericus priuilegio fori.

In hoc quinto caſu exorta fuit controuerſia inter Curiam Epiſcopalem P.& ſæcularem, occaſione dicti Clerici, qui pro obtinenda remiſſione exhibuit literas teſtimoniales Vicarij Generalis Ianuę Sede vacante, quibus aſſerebatur, dictum Clericum ſe contuliſſe ad Ciuitatem P.cauſa ſtudij de licentia ſui Vicarij Generalis tunc temporis; Et dictis † literis dicebatur 17
plenè credendum eſſe, tam de iure communi, vt latè per Maſcard.de probat.conclu.305.volum.1.& concl. 627. numero 2.volum.2. & in puncto Put. deciſ.144 nume 5.par.2 quàm ſecundùm conſuetudinem vniuerſalem. idem Maſcard.de probat. conclu.1216. num.9.volum.3. Rot.Roma.deciſ.22. in nou.Sbroz.de off.Vic.libr.1.quæſt. 64.num.15.

Tamen dicta Curia ſæcularis dicebat, dictis literis non eſſe credendum.

Primò, quia ſe referebant ad licentiam iam conceſſam, referenti autem non creditur niſi conſtet de relato. vulg. iuribus & doctrin.

Secundò, quia dictus Clericus examinatus à dicta Curia ſæculari depoſuit, ſe receſſiſſe abſque eo, quod obtinuerit licentiam ab Ordinario, ſed ſolùm illam à D. Archidiacono obtinuiſſe.

Cæte-

Cæterùm fuit replicatum, primum fundamentum non obeſſe, nam referenti creditur † ſi eſt perſona digna. Put.d. deciſ.144. in fi. quod maximè verum eſt in dependentibus ab eius voluntate,& arbitrio. Menoch.de recup.poſſeſſ. remed. 12. nume. decimo quarto.

Et ſecundum etiam facillimè fuit ſublatum.

Primò, cũ non entis nullæ ſint qualitates.l.eius, qui. ff.ſi cert. pet. Pariſ. conſil.5. num.220. volum.4. ſed † aſſerta confeſſio dictiClerici erat nulla; Tum vti † facta coram iudice ſæculari pænitus incompetenti. c. ſi clerici. de iud.Surd.deciſ.26.num.4. & 5. Farinac.in d.quæſt.8.nume. 11.& quæſt. 81.num.193.cum ſeq.Maſcard.de probat.concl.33.num.24. volum. 1. Tum vti facta coram iudice excommunicato ob retentionem dicti Cleriti.c.nuper.c.in audientia.de ſen.excom. & in Bulla Cœna Domini,num.19;

21 Secundò,quia † dicta confeſſio poterat facillimè concordari cum dictis literis teſtimonialibus, ſed poſſibili veritate in eſſe poſita, nullà ſequitur probatio mendacij, & falſi. Boſſ.de falſ.numero 133.in pract.crim.

Sextus eſt caſus in Clerico capto ſine habitu,& tonſura, ſed beneficiato;

22 Et dictum fuit, gaudere † priuilegio fori, cum in hoc caſu dictum Concil. in d.cap. 6. non corrigat ius commune, ſed intelligatur eſſe cum eo conforme.Farinac.in d.quæſt. 8. numero 70. de iure autem communi requiritur trina monitio. Farinac.d. quæſt.8. numero 60. Et in hoc eſt vnum animaduertendum, quòd licèt Clar.in d. quæſt.36.verſ.hæc autem. & verſ. regulariter, dicat, talem beneficiatum teneri docere de titulo ſui beneficij, & quaſi poſſeſſione, quem refert Farinac.in d.quæſt. 8.num.70.

Tamen verior eſt opinio,quòd ſufficiat docere de titulo tantùm.

Primóque ſuadetur ex verbis eiuſdem Concilij in d.c. 6. & maximè ex illo verbo, habeat, quod propriè pertinet ad dominium,non autem ad poſſeſſionem.l.habere.ff.de verb.ſign.facit,cum ex ſola collatione quis dicatur beneficiatus, ſicut hæres ex ſola aditione.Iaſ.in l.Pomponius. §.1. numero 9.ff.de acq.poſſ.

Secundò, quia per indirectum Curia ſæcularis cognoſceret de perſonis, & titulis beneficiatorum, non ſine graui etiam diſpendio Clericorum: iudici autem ſæculari non licet cognoſcere de beneficialibus cauſis, ſeu titulis.Guido Papa d.quæſt.138.numero 3. Accedit, cum non præſumatur pluralitas prouiſorum in vno, eodemque beneficio. Item ipſa ſola collatio aliquando trahit ſecum poſſeſſionem, ſeu quaſi, beneficij abſque aliqua appræhenſione. gloſ. in c. 2. vbi etiam Abb.& alij. de conſuetud. Doct. in l. 1.ff.de acq.poſſ.

In ſecundò fuit reſolutum, iudicem † retinentem vltra certum terminum, nempe xx. horarum, Clericum incurrere excommunicationem Papalem.d.c. ſi iudex.c. in audientia. & c. nuper. de ſent. excom. conſilio 44. libro quinto. Caualc. deciſ. decima. numero decimo octauo. cum ſeq. par quinta. Quod præſertim verum eſt, ſi clericus capiatur in habitu clericali.d. c.ſi iudex.Farinac.in d.quęſt.8.numero 1.& 36. 23

In tertio. Prima fuit reſolutio, docendum † eſſe coram iudice Eccleſiaſtico de clericatu, & aliis neceſſariis, citatis tamẽ iudice, & Fiſco ſæcularis Curiæ, & verificãdis verificatis iudex Eccleſiaſticus poterit declarare,N e c e- 24

clericum, & gaudere priuilegio fori, & deinde eſt petenda remiſſio cũ intimatione dicti decreti, iux. dictum c. ſi iudex, cuius forma omninò ſeruanda eſt, ſecundùm Farinac. in d. quæſt. 8.numero 37. Tut. alleg. 17. numero 16.& Caualc.d.deciſ.21.nume.20. cum ſeq.

25 Secunda fuit reſolutio, quod † dicta remiſſio ſit facienda ſine clerici dedecore, & ignominia, ob reuerentiam Clericalis dignitatis, vt per Clar. in d. quæſt. 36. verſ. quæro quomodo. expenſis tamen dicti Clerici petentis remiſſionem, ſecundùm Couar. pract. quæſt.c.33.nume.5.& Foller. in pract. crim.Can.par.fin.cap.37.nu.50. Quod intellige ſecundùm cumulata per Farinac. de inquiſit.quæſt.7.num.39. & Decian.in tract.crim.tom.1.lib.4.cap. 19. num.19.

Tertia fuit reſolutio, quod Fiſcus ſæcularis teneatur docere, non concurrere in clerico capto requiſita per dictum Concilium, cum id ſit fundamentum ſuæ intentionis, ſecundùm. Tut.d.alleg.17.num.17.

ARGVMENTVM.

An ſententia in cauſa hæreſis poſſit ferri à die feſto.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in cauſa hæreſis an poſſit ferri in die feſtiuo. Et num.*14. 18. 19.*&* 20.

2 *Cauſa matrimonialis dicitur cauſa pia.*

3 *Cauſa fidei poteſt tractari in eccleſia.*

4 *Idem in cauſa ſpirituali.*

5 *Cauſa hæreſis dicitur ſpiritualis.*

6 *Argumentum quando valeat de loco ad tempus, & è contra. Et numero* 7.

8 *Inquiſitor hæreticæ proaitatis poteſt conficere proceſſum in die feſtiuo.*

9 *Et an ab aliis idem poſſit in certis criminibus.*

10 *Conſuetudo Papæ quando ſeruanda vbiquè. Et num.* 11.

12 *Stylus quando dicatur.*

13 *Stylus eſt particularis, nec extenditur.*

15 *Citatio requiritur in ferenda ſententia hæreſis.*

16 *Citatio facta in die feſtiuo pro die non feſtiuo non valet.*

17 *Stylus ſeruandus eſt.*

RESOLVTIO XXXXIX.

FVit propoſita non leuis difficultas, Nũ poſſit ferri ſentẽtia in die Dominico in cauſa hæreſis.

Pro affirmatiua opinione adducebatur.

Primò tex.in cap.fin.de feriis.in illis verbis, [Niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat] cauſa autem hæreſis dicitur reſpicere pietatem, cum tendat ad defenſionem S. Fidei, & ad ſalutem animarum.

Sed reſponderi † poſſe videbatur, 1
cauſam pietatis intelligi in d.cap. fin. eam ſolùm, quæ reſpiciat opera miſericordiæ, iuxta dicta per Abb.ibidẽ, num.14. Armil.in verb. feſtum.num. 3.& 14.Nauar.in Man.cap.13.num. 4. Tolet. in ſum. lib.4.cap. 25. nume.7. alioquin ſi dicta verba eſſent intelligenda de omni cauſa pia, infinita propemodùm poſſent fieri in die Dominico, cum pia cauſa dicatur multipliciter,

citer, prout congerit Tiraq. in tracta. de priuil. piæ cauſæ. in præfat.

Quæ reſponſio vera reddi poſſe addebatur tam ex dictis per gl. in clem. ſæpè. de verbor. ſign. in verbo, ob neceſſitates. dũ concludit, non poſſe procedi in diebus feriatis in honorẽ Dei in cauſis matrimonialibus, &c. & ta-
2 men † cauſa matrimonialis dicitur cauſa pia. Tiraqu. in d. tract. priuil. 56. circa finem. quàm ex cumulatis per eundem Tiraq. ibidem priuil. 56. circa finem, dum firmat, cauſas pias poſſe tractari in diebus feriatis in vtilitatem hominum, ſed non in honorem Dei.

Accedebat, quòd cauſa hæreſis dicitur criminalis, & tendit ad pœnam, vnde dici poſſet non reſpicere pietatẽ ſaltem principaliter, ſicut cauſa vſurarum, licèt tendat ad exonerationem conſcientiæ, tamen non poteſt tractari in diebus feriatis in honorẽ Dei, ſecundùm gl. in d. clem. ſæpe.

3 Adducebatur ſecundo loco, nam † cauſa fidei non ſolùm poteſt in Eccleſia tractari. c. ſi. 2. q. 2. c. conuenior. 23. q. 8. c. quoties 24. q. 1. Roias ſingu. 113.
4 ſed † etiam quælibet cauſa ſpiritualis. Nau. in ſecunda par. decreti. c. 6. de o-
5 ratione. nu. 9. Cauſa autem † hæreſis dicitur cauſa fidei, & præ omnibus aliis ſpiritualis. Nauar. in d. c. 6. num. 9. cum ſeq. Vnde dicendũ eſt etiam poſ-
6 ſe tractari in die Dominico, cum † de loco ad tempus valeat argumentum. Bart. in l. vinum. nume. 2. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. admonendi. num. 201. ff. de iureiuran.

7 Verùm reſpondebatur, non † valere dictum argumentum, quando ſubeſt ratio diuerſitatis. Iaſ. in l. etſi inutiliter. nume. 10. C. de fideicom. prout hîc ſubeſt, nam, quòd Eccleſiaſtica iudicia poſſint in Eccleſia tractari, fuit per Sacros Canones expreſſè permiſſum, vt in c. qua fronte. de appel. gloſſ. in c. decet. de immu. eccl. in 6. in verb. ſæcularium. Sed cauſas ſpirituales poſſe tractari in diebus feriatis in honorem Dei fuit expreſſè per Sacros Canones prohibitum, prout inferius dicetur, & voluit gl. in d. clem. ſæpe.

Tertiò allegabatur, Inquiſitores † 8
hæreticæ prauitatis poſſe conficere proceſſus in die feriato in honorem Dei. Armil. in verb. feſtum. num. 3. & 17. & in verb. Inquiſitor. nume. 19 Tabien. in verb. feriæ. numer. 2. Roias. de hæret. par. 2. num. 414. Vnde & ſententias poſſe proferre dicendum eſt, cum ſententia dicatur de proceſſu. Iaſ. in l. is apud. num. 4. C. de iud. Abb. in c. quoniam contra. num. 5. de probat. Bald. conſ. 137. vol. 3.

Cæterùm reſpondebatur, etiam † in 9
aliis criminibus grauiſſimis, & enormibus, quos enumerat Iaſ. in l. Diuus. num. 5. ff. de feriis. licèt conficere proceſſum, & torturam inferre in diebus feſtiuis etiam Paſchalibus. l. prouinciarum. C. de feriis. Abb. in d. c. fi. nu. 14. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 9. c. 29. num. 20. Farin. q. 38. num. 108. Tiraq. in d. priui. 156. Et ratio eſt, vel periculum in mora, vel neceſſitas vrgẽs, ſecundùm Tolet. in d. ſum. lib. 4. cap. 24. nu. 16 & 17. Iaſ. in l. 2. num. 15. ff. de iuriſd. omn. Bald. in l. 3. nu. 2. C. de epiſc. aud. Sed dicta ratio, ſeu cauſa militans in confectione proceſſus non videbatur militare in prolatione ſententiæ, Vnde diuerſum ius eſt ſtatuẽdum. vulg. iuribus. Præterea ſententia propriè non dicitur eſſe de actis. l. pe. C. de ſent. quæ ſine cert. c. ne aliqui. de priuil. in 6. Addit. ad Abb. in d. c. quoniam contra. num. 5. in lit. B.

Quartò proponebatur, in Vrbe cõſuetũ eſſe, proferri ſententias in cauſa

GGg

hæreſis in diebus feſtiuis in honorem Dei ad exemplum , & terrorem
10 aliorum,ordo † autem, & conſuetudo Vrbis eſt regulariter ſeruanda ab aliis Ciuitatibus. cap. in cauſis. de re iud. Nauar. in d. cap.6. numero 10. Io.de Amic.conſil.20.num.21. Curt. iun.de feud.in par.1. quæſt.1. num.16. quem refert Maſcard. de probat. volum.1.concl.428.num.2. cum ſeq. Pariſ.conſil.25.num 43.vol.4.

Neque dubitandum eſt,Papam poſſe ex cauſa diſpenſare, ſiue potius interpretari circa præceptum morale affirmatiuum , Sabbatha ſanctifices, ſecundùm Abb. in cap.3.num.3. de feriis.

11 Atqui replicabatur , dictam † conſuetudinem eſſe ſequendam quoad articulos fidei , ſed non quoad alia, niſi mandetur expreſsè , ſecundùm glo.in cap.1. ad ſum.Trin. & fide Cathol.& in c.noli.9.diſt. & Abb.in c,2. nume. 6.de feriis.

Præterea conſuetudinem , quæ ſit contra, vel præter ius non extendi de loco ad locum. Menoch. de retin. poſſeſ. remed.5. numer.62. & id quod dicebatur de conſuetudine Vrbis videbatur eſſe intelligendum de generali,non de particulari. Maſcard. in d. concl.428.num.5.

12 Poſtremò ille potius diceretur † ſtylus , quàm conſuetudo , cum reſpiciat modum procedendi.Alexand conſilio 63.numer.9. volumine 2. Menoch. de præſumpt.lib.2.præſumpt.8.numer.4.
13 Stylus † autem eſt tantùm particularis.Felin.in cap.2.num.18. de reſcript. Menoch.d.præſ.8.num.5. Neque extenditur. Lancell.de attent. parte 2. cap.6.num.3.

Pro opinione negatiua adducebantur.

14 Primò † plura iura, nimirum cap.1. & cap.fin.de feriis.cap.1.de conſecrat. diſtinct.3.l.dies feſtos. C. de feriis.in quibus iuribus diſponitur , non poſſe in diebus feſtiuis exerceri actus , in quibus iudiciarius ordo exigitur , & interuenit ſtrepitus iudicialis.

Secundò , nam dictam opinionem tenuerunt in terminis ſententiæ ferendæ.Vant.de nullit.in rubric.ex def. iuriſd.numero 131. Guido Papa deciſ. 215.Theſaur.fori Eccleſ. par.2.cap.16. numero 28.Aſin.in praxi.§.17. cap.10. numero quarto.Iaſ.in l.2.numero decimoquinto. ff. de iuriſdict.omn. iudic. vbi dicit,quòd in dicto die feriato in honorem Dei iudex eſt incompetens quoad exercitium iuriſdictionis. Et in ſententia criminali firmat expreſsè Tolet.d.lib.4. cap,24. numero 17.

Quinimò neque executionem ſententiæ in criminalibus poſſe fieri in dictis diebus,voluerunt Clar.in §.fin. quæſt.97.verſ.quæro etiam.

Tertiò,etenim † in proferenda ſen- 15
tentia hæreſis requiritur citatio,licèt non peremptoria.l.conſentaneum. C. quom.& quando iud. Vant. de nullit. in rubr.an quælibet ſent. numero 14. Gabr.de citat.concl.1.nume.9.Armil. in verb.Inquiſitor.num.19.Tabien.in dicto verbo Inquiſitor. numero 39. Citatio autem ad ſententiam non poteſt fieri , vt cadat in die Dominico. Bald.in d.l.dies.num.6.Abb.in d.cap. fin.num.21. Vant. de nullit.in rubr.ex def.citat.numer.66. Tiber.Decian.in tract.crimin. lib.5. de ſentent.cap.38. num.27.

Quinetiam † neque citatio facta 16
die feriata in honorem Dei poteſt fieri pro die non feriata. Abb. in d. cap fin.numer.20.Vant.in d.rubric.ex def.citat.nu.46.circa finem.vbi teſtatur de communi.

Quartò,

Quartò videntur facere dicta per Eymer.in 3.parte Directorij. in rubr forma feren.ſententiam. in fine. & eius verba ſunt hæc, videlicet[Non cō ſueuere ferri ſententias in die feſtiuo, vel ſolemni, & honeſtius id eſt, cum dies feſtiua, & Eccleſia ſint Domino dedicata.]

Pro reſolutione iſtius difficultatis videbatur eſſe recurrendum ad talem diſtinctionem.

Aut conſtat de conſuetudine, ſiue potius de ſtylo loci;Et ille † ſeruandus
17 eſt,cum pro lege habeatur. Dec.in l. edita.num.2 C.de eden.l.3. ff.de teſt. Vant.de nullit.in rubric.ex def. citat. num.80. Menoch.in d.præſ.8. nu.14. & in propriis terminis Pegn. in d.3 par.Direct. comment.45. verſ.quantum ad primum attinet.Dec.in tract. crim.tom.1.lib.5.cap.26.num.6.

Aut non conſtat de dicto ſtylo, ſed agitur de facienda abiuratione tantùm;Et ſuſtineri poteſt, illam † poſſe
18 fieri in die feſtiuo,cum abiuratio poſſit præcedere ſententiam, ſecundùm Dec.in d.c.38.num.21.Quamuis contrarium de conſuetudine ſeruari teſtetur Pegn.in d.3.part. comment.41. in lit.D.& in puncto eſt videndus Direct.in d.3.part.in rubr.forma diſponendi ad abiurationem.§.in primis.

Aut agitur de proferenda ſententia condemnatoria; Et videbatur verior dicta opinio negatiua, ſaltem de honeſtate, niſi neceſſitas, aut qualitas cauſæ, vel loci aliud ſuaderet.d.l.prōuinciarum. Tolet.in d.libr.4.cap.24. num.17.

Quæ opinio † teneri poſſe, dicebatur,præſertim in die Dominico,cum 19
ille dicatur feſtum præcipuum, & ſolemne. Abb.in c.2.nu.2.not.4.de fer. Quinimò ſit dies feſtiuus de iure Diuino, ſecundùm communem opinionē,de qua teſtatur Sylu.in verb. Dominica.num.3.verſ.ſeptimum.Quamuis contrarium teneat Nauar.in Man. cap.13.num.1.cum ſeq.

Aut agitur de publicatione ſententiæ iam latæ; Et dicitur, illam † poſſe 20
fieri in dicto die, ſecundùm Decia.in d.c.38.num.10.16.& 29.

Cæterùm cum multa ſint ſpecialia in crimine hæreſis, fuit ſuper hac difficultate conſultum Supremum Tribunal Sanctæ Vniuerſalis Inquiſitionis Vrbis, fuítque ab eo deciſiuè reſcriptum ſub die xxvj.Iulij 1605.Sententias condemnatorias in cauſis Sancti Officij poſſe ferri in die Dominico,& in aliis diebus feſtiuis.

Quæ autē à nobis in hac difficultate allata ſunt,gratia diſputationis ſcripſimus,& correctioni,ac S.Romanæ Eccleſiæ,ſupremíq; Tribunalis S.Officij determinationi ſubiici volumus,prout etiam totum hoc opus ſubiicimus.

LAVS DEO.

Finis Libri Tertij.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM OMNIVM
PRACTICABILIVM,

QVAE IN TOTO HOC OPERE continentur:

Ita compoſitus, vt numerus prior, librum: alter Reſolutionem, tertius periodum marginali numero diſtinctum, vel caſum deſignet.

ABBAS an poßit benedicere campanas. Vide, Benedictio.

Abbatiſſa an poſſit conferre beneficia, etiam curata. lib.1.reſol.63. num.3.& 5.

Abiuratio poteſt præcedere ſententiam, & poteſt fieri in die feſtiuo lib. 3. reſol. fin.num.18.

Abſentia eſt probanda, cum de iure præſumatur præſentia. lib.2.Reſol.5.numero 3.

Abſens ſolatij cauſa habetur pro præſente. lib.3.r.4.num.6.

Abſolutio ab excommunicatione. Vide, Excommunicatio.

Abſolutus quis præſumitur ob non probatum crimen. Vide, Sententia.

Abſolutio à iuramentis an requirat citationem partis. lib. 1. reſolut. 104. numer.17.

Abſolutio à iuramento excludit periurium, non tamen tollit vires iuramenti. Vide, Iuramentum.

abſolutio à iuramentis quando proſit periuro. Vide, Periurus.

abſolutio à iuramento non eſt petenda, ſtante enormiſſima læſione. lib.2.re.24. num.20.

Et reſol.59.caſu 24.

abſolutione à iuramento prius non obtenta, non poteſt quis agere ad reſciſionem

contractus. lib.3. reſolutione 17.numemer.10.

Abſurdum vt euitetur, receditur à proprietate verborum.lib.2.ca.19.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. lib. 1. reſolutione 48. numero 10.

Et Re.72.num. 6.

Accidens eſt, quod poteſt adeſſe, & abeſſe prater ſubiecti corruptionem. lib.2.Re. 39. nu.1.

Accidentale quando dicatur pactum.ibidem. num.2.

accidentalia qua dicantur in iudicio.ibidem, nu.3.

accuſandi ius ſuper nece defuncti quibus competat. libr.3. reſolutio n. 41.numero 1.

Acta facta coram Arbitratoribus non probant coram iudice Ordinario, cùm non ſint facta in forma iudicij. lib.1.r. 42. num.8.

Et an acta, & atteſtationes facta coram Ordinario probent coram Arbitratore. libr.2. reſolution. 2. numero 5. & 15.

acta quando faciant notorium. lib.1.r.50. num. 37. & 38.

acta integra ſunt tranſportanda. ibidem, num. 55.

actorum ratificatio vim habet mandati.ibid.num.57.

acta facta coram vno iudice probant coram alio inter eaſdem perſonas. lib.1. r.94.num.8.

Non tamen acta facta coram iudice laico, probant coram Eccleſiaſtico, etiam inter eaſdem perſonas. lib.3. re.1.num. 8.cum ſeq.

Sed quid in teſtibus. libr. 3. Re.6.numero 19.

Et R. 37.num.19.

actorum reproductio quando ſit neceſſaria. libro primo. Et Reſolutione 94.numero 9.

De actis qua dicantur eſſe.lib.3.Re.1.numer. 29.

Et ex actis non conſtare, conſtat ex inſpectione actorum. ibidem. numero 45.

acta ſemper iudici patent. lib.3.re.29.numer.19.

actione carens non eſt audiendus. Vide Agere.

actiones hereditaria ſunt diuiduæ. lib. 1. r.83. num.10.

actio qua competat contra vendentem rem captam vigore Saluiani interdicti. lib.2.r.20.nu. 23.& 24.

actio perſonalis non ſequitur fundum.lib. 2.r.55.num.20.

Et re.fin.caſu 42.

actio perſonalis praſupponit reum obligatum ex contractu, vel quaſi. lib. 2. reſol.57. num.4.

actio reuocatoria quando competat, & contra quem. ibidem. numero 19. 20. & 23.

actiones veniunt appellatione rei. ibidem num.69.

actio perſonalis an detur contra ſingularem ſucceſſorem. lib. 2. re. final. caſu 42.

actio negotiorum geſtorum quando competat.lib. 3. reſolutio. 1. numer.51.cum ſequ.

actio hypothecaria. Vide, Hypothecaria.

actio via executiua. Vide, Executiua.

actio realis per rei vendicationem, vt competat, qua requirantur. Vide, Rei vendicatio.

actor quiſnam dicatur in cauſa appellationis. Vide, Appellans.

actore non probante, reus abſoluitur. Vide Reus.

actor ſequitur forum rei. libr. 1. re. 15. num. 1.

Actor, & reus ſunt correlatiua, lib. 3. reſol.93

ſol.9.num.3.
actum inter alios alteri non nocet eo non citato.lib.1.re.82.num.9.
Licet præſumptionem faciat.li.3.re.1.numer.7.& 8.
Actum intelligitur non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè. lib.2.reſolutio.43.numer.2.
actus nullus an validetur ex conſenſu ſuperueniente. lib.1.re.21.numer.20.& 21.
actus nullus non eſt habendus in conſideratione.lib.1.reſolutione vigeſimaquarta,num.10.
Et ſuper eo nullum poteſt fieri fundamentum.re.37.num.10.
Et nullum præſtat impedimentum.lib.2.r.18.num.3.
Actus violentus,vel clandeſtinus nullum ius tribuit. lib.1.reſolutione 70.numero 24.
Actus alicuius particularis an acquirat ius Vniuerſitati, ibidem, numero 25.
Actus vt valeat in dubio eſt præſumendum. libr. 1. reſolutione finali, caſu 53.
Et præſumitur factus tempore licito.li. 2. r.29.num.7.
actus legitimi qui dicantur.lib.2.r.41.nu. 15.& 16.
actus quando dicatur factus nomine proprio. libr.2.reſolut.43. numer.14.15.& 17.
actus tribuitur committenti, non autem exequenti. libr.3.reſolut.19. numer.5.
actus ſubſequens præſumitur factus ex cauſa præcedenti. ibidem, numero 6.
actus indifferens præſumitur potius ad bonum tendere. lib.3.reſolut.35. numero 12.
Adæquatus proſequitur priuilegia eius, cui adæquatur.lib.3.r.fin.caſu 63.
Adiuncti ratione conceditur, quòd aliàs non concederetur. libr.2.reſolut.9.numero 6.
Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ licèt ſit laicus,poteſt ab Epiſcopo compelli ad reddendam rationem. lib.1.reſol.final. caſu 45.
Adminiſtrator tenetur reddere rationẽ. lib.2.r.46.num.12.
Adulterium quomodo probetur. lib. 1.r. 35.nu.2.
Adulterium quando remittatur per commixtionem coniugum.ibidem.numer.3. & 4.
adulterium an probetur per famam.lib.3. reſol.7.num.10.
Affinitas ſpiritualis. Vide, Cognatio.
Agere non poteſt ille, de cuius intereſſe non tractatur.lib.1.reſolut.110. numero 18.
Lib.2.reſol.1.num.6.
Et lib.3.r.41.num.2.
Agens ex vna cauſa, & ſuccumbens, non poteſt ex alia obtinere.lib.2.reſol.15.numer.19.
Agere non poteſt, qui prius non impleuit. lib.2.r.17.num.12.& 13.
Et probare debet,ſe adimpleuiſſe. re. fin. caſu 20.
agens ſine actione repelli debet iudicis officio, etiam parte non petente. dicta r. 17. nu.16.
agere quis non poteſt pro iure alterius.lib. 2.r.43.n.1.
agens ad totum, cum habeat ius tantùm in parte,ſuccumbere debet.ibid.
Et r.51.per totam.
agitur mitius cum lege, quàm cum homine.lib.1.r.19.n.5.
Aggreſſor quis,& quando præſumatur.li. 3.r.26.per totam.
Aggreſſus quãdo,& ex quibus præſumatur.lib.3.r.37.per totam.
Alienatio rei Eccleſiaſticæ infructuoſæ nõ

requirit ſolemnitates. lib. 1. r.5. numero 3.

Alienatio rei Eccleſiæ hominis prohibitione eſt prohibita etiam in caſu aliàs permiſſo.ibid.nu.14.& 24.

Et r.25.nu.10.

alienatio bonorum Eccleſiæ copulatiuè requirit ſolemnitatem, & cauſam, dicta r. 5.num.6.& 7.

Et pro cauſa ſufficeret neceſſitas. ibid. num. 9.

Vel vtilitas,ibid.num.10.

Non putatiua,ſed nota,& euidens, ibid. num.11. & 12.& r.21.num.3.4.& 5.

Et illa duo copulatiuè requiruntur,etiamſi alienatio eſſet facta cum euidenti vtilitate.reſol.50.nu.29.& 43.

alienanda quando ſunt bona Eccleſiæ qui ſint vocandi,dicta re.5.num.31.

alienari quouis modo non poſſunt bona Eccleſiæ ſine ſolemnibus iuris. lib. 1. re. 21.num. 1.& 11.

Et quæ ſint ſeruanda, ibidem per totam.

Et quid in re modici valoris. r.25.nu.2. & 13.

alienationis ratificatio quando inducatur ex canonis receptione. dicta reſol. 25. num.1.

alienari ſolitum non requirit ſolemnia. ibidem, num.3. & 17.

Et ratio.lib.2.reſol.24.num.24.

alienatio rei Eccleſiæ de iurepatronatus an requirat conſenſum Patroni. dicta re.25.num.8.

alienans quando poſſit contrauenire ſuæ alienationi. libr.1.reſol.38.numer.17.& 18.

Et pretium receptum quando ſit reſtituendum. ibidem, numero 19. 20. & 21.

alienationis nomen continet permutationem.libro 1.reſolutio. 50. numero 29. & 44.

alienatio rei Eccleſiæ requirit auctoritatem ſaltem Epiſcopalem. ibidem, numero 42.

alienatio via publica requirit conſenſum Principis. lib.1. reſolutione 70. numero 2.

alienatio comprahendit retrouenditionẽ. lib.1.r.99.num.1.

alienatio an dicatur receptio ſolutionis. ibid.num.4.

alienatio, ſiue permutatio permiſſa per teſtatorem in bonis relictis Eccleſiæ an requirat ſolemnitates, &c. ibidem, numero 5.

Et re.final.c.44.

alienata bona Eccleſiæ emens, vt ſit tutus, debet ſoluere pecuniam de auctoritate Ordinarij. dicta r.99.num.6.

Et dicta pecunia dicitur res ſtabilis Eccleſiæ, quæ ideò non poteſt implicari ſine conſenſu Epiſcopi. ibid.num.8.

Et quomodo ſit implicanda in vtilitatem Eccleſiæ. ibidem, num.10.& 11.

alienans bona Eccleſiæ dicitur periurus. lib.1. reſol.fin.c.73.

alienari non poſſunt bona Eccleſiæ cum decreto Vicarij. Vide, Vicarius,

alienatio per tranſactionem. Vide, Tranſactio.

alienare dicitur tradens poſſeſſionem. Vide Poſſeſſionis.

alienatio rerum minoris. Vide, Minor.

Ibique dicta inſeruiunt pro alienationibus rerum Eccleſiæ.

Alimenta futura dicuntur à die motæ litis. lib.1.r.93.num.2.

alimenta non admittunt appellationem. Vide Appellatio.

alimenta ſunt præſtanda per maritum vxori. Vide, Maritus.

Ambitioſus quando quis dicatur. lib. 1. r.51.nu.6.

Amicitia tollit malam ſuſpicionem offendendi. lib.3.r.40.num.6.

Anima cunctis rebus præferenda eſt. lib.2. caſu 37.

Animus præmeditatus ad delictum excluditur ex inſultu. lib. 3. r. 22. numero 11.

Annalis regula. Vide, Regula.

Anterioritatis concluſio vera eſt, etiamſi ſit in hora, vel in puncto. lib. 1. r. 8. numero 7.

Antiquitas temporis facit præſumere ſolemnia iuris. lib. 1. r. 25. num. 4.

Et r. 38. num. 8.

antiquum dicitur inſtrumentum xl. annorum. lib. 1. r. 80. num. 3.

Apocha. Vide, Scriptura.

Appellatio ſuſpendit vires ſententiæ. lib. 1. r. 26. nu. 13.

appellatio an detur ab inſtitutione. lib. 1. r. 39. num. 17.

Et re. 104. num. 3.

Appellatio non datur niſi à diffinitiua, vel eius vim habente, ſecundùm Sacr. Concil. Trid. tàm in cauſis Eccleſiaſticis, quàm prophanis. lib. 1. r. 42. numero 1.

Appellatio aliud eſt, & aliud querela. ib. num. 12.

appellatio quando dicatur deſerta. lib. 1. r. 44. nu. 16.

appellatio datur à ſententia declaratoria. lib. 1. r. 50. num. 4.

Et r. 52. num. 9.

appellatio datur à ſententia priuationis. ibid. num. 5.

appellatio datur à proceſſu mixti executoris. ibid. n. 6.

appellatio denegatur conuicto, & confeſſo. ibid. num. 16.

appellationi an dicatur renunciatum, vel an ſit deſerta, ſi non redeatur pro apoſtolis. ibid. num. 19.

Et lib. 2. reſolutione 12. numer. 16. 17. 18. & 22.

appellationis cauſa expoſcit, vt integra acta transportentur. dicta r. 50. numero 55.

appellatio non datur ab electione, ſi iam eſt publicatum ſcrutinium. lib. 1. r. 51. num. 9.

appellatio an detur ab executione iuris, ſeu ſententiæ ipſo iure à lege promulgatæ. li. 1. r. 52. n. 1. & 2.

appellatio quando detur à ſententia lata in poſſeſſorio. ibidem, numero tertio, & 11.

Et quid ſi cum poſſeſſorio eſt complicata alia cauſa. lib. 2. re. 9. numer. 4. cum ſeq.

Et re. 37. num. 1. cum ſeq.

appellatio quando detur à notorio, d. reſolut. 52. num. 4. & 12.

appellatio an detur à decreto, & licentia de aſſociando. ibid. num. 5.

Et lib. 2. r. 12. num. 2.

appellatio à quacumque ſententia quoad vtrumque effectum cenſetur permiſſa, niſi repertatur prohibita. dicta r. 52. numer. 6.

Lib. 2. r. 4. num. 3.

Et r. 32. num. 1. & 2.

Appellatio datur de iure Canonico à quocumque grauamine, dicta r. 52. numero 6.

Lib 2. r. 4. num. 3.

Et r. 9. num. 9.

Appellatio an detur à ſententia de exequendo. ibid. num 10.

Lib. 2. re. 4. num. 2. 9. & 10.

Et re. 32. num. 9. cum ſeq.

Appellatione non interpoſita infra decem dies à die intimationis ſententiæ, ſententia dicitur in iudicatũ tranſacta. lib. 1. r. 57. num. 1.

Et re. 77. n. 5.

Appellatione pendente quando ſententia ſit nulla. dicta re. 57. numer. 14. & 19.

Appellationis deſertio quid operetur. lib. 1. r. 61. num. 15.

Appellatio an detur à declaratione excommunicationis. Vide Excommunicatio.

Appellatio denegatur contumaci. Vide, Contumax.

appellatione pendente nihil eſt innouandum.lib.1.r.72.nu.4.

appellatio an detur à decreto facto per iudicem per modum prouiſionis,& ad euitanda ſcandala.lib.1.r.81.numer.10. cum ſeq.

appellatio prohibetur quoad vtrumque effectum per clauſulam, appellatione remota. ibidem.

appellatio friuola eſt reÿcienda. ibidem, num.14.

appellatio an detur à decreto Viſitatorũ, & præſertim in materia reſidentiæ. Vide, Reſidentia.

appellatio non datur ab alimentis. lib. 1. r.93.nu.1.

appellatio licèt deſerta ſit, quando fatalia non currant. Vide Fatalia.

appellatio non datur à ſentẽtia ſuper primitiis, decimis, & expenſis. lib.1.r.fin. caſu 17. Et Vide, Decima.

appellatio an detur à ſententia immiſſionis in poſſeſſionem virtute litterarum Apoſtolicarum. ibid.caſu 66.

appellatio an detur ab executione laudi, Vide, Laudum.

appellatio non datur à cauſa mercedis. lib. 2.r.4.num.1.

appellatio datur ab exceſſu, ibidem, numer.10.

appellatio non datur à decreto, quòd poſitiones habeantur pro confeſſatis. Vide, Poſitiones.

appellationis cauſa commiſſa à grauamine, dicitur etiam commiſſa cauſa negotij principalis. lib.2.reſolut.8.num.1. 2. & 3.

appellatio requiritur à proceſſu ad vlteriora pro nullitate ſententiæ. ibidem. num. 49.

appellabilis an efficiatur ſententia inappellabilis ratione connexitatis cauſarum. lib.2.r.9.per totam.

appellatio admiſſa cum clauſula: niſi ſi, & in quã tũ, cenſetur admiſſa quoad vtrumque effectum.ibidem.num.1.

Sed cum clauſula: ſi & in quantum, non cenſetur admiſſa. reſolutio. 12.numer.5.

appellatio datur à ſententia lata ſuper deſertione appellationis. dict.reſ.9.numer. 4.

appellatio an detur ab interlocutoria. ibid.n.16.& 19.

Et reſol. 12. numer. 1. cum ſequ.& numer.20.

appellatio an detur à ſpolio attentato, ſiue attentato cum ſpolio. lib. 2. reſol.10. num.1.cum ſeq.

appellatio an detur à ſimplici ſpolio. numer.2.

appellare debet quis à delegato ad delegantem.ibid.num.15.

appellatio non datur à decreto de ſubhaſtando.lib.2.r.12.num.3.

appellationis admiſſio in caſu non appellabili non nocet parti, ſed iudici à quo. ibid.num.4.

appellatio an detur à condemnatione expenſarum. ibidem, numer. 19. 23.& 24.

appellatio dicitur deſerta, ſi infra tempus requiſitum ex forma Conſtitutionum non fuerint obtentæ literæ inhibitoriales, & repræſentatæ.ibid.num.21.

appellationi interpoſitæ eſt inhærendum infra decem dies.lib.2.reſolutio.14.numer. 2.

appellans poteſt præuenire appellantem, obtinendo cauſam committi, & inhiberi.ibidem,num.3.

appellatio licèt eſſet nulla, inhibitione pendente nil eſt innouandum. ibidem.numer. 4.

appellare quando poſſit minor pars creditorum à remiſſione facta per maiorem partem.lib.2.r.18.num.1.

appellatione deſerta an poſſit dici de nullitate.

litate. Vide, Nullitas.
Appellatio debet interponi ab admiſſione probationum, & proſequi. lib. 2. r. 22. num. 6.
appellationem eſſe deſertam ſi iudex pronunciat, & reſeruet exceptiones competentes appellanti, talis reſeruatio nihil operatur. d. re. 22. in fi.
Appellatio an ſit nulla, ſi in ea non inſeratur tenor, & cauſa ſententiæ. lib. 2. r. 32. num. 7. & 8.
appellationem tollere à ſententia diffinitiua nullus poteſt, niſi Princeps, ibidem, num. 14.
appellationem admiſſibilem ſi iudex non vult admittere, nil refert, quia ſatis eſt, quod de iure teneat appellatio, ex quo ſumus in caſu permiſſo. Et tunc dicitur inhibitum à iure. ibid. num. 15.
Appellatio non datur ſi agatur via executiua, ſecus ſi via ordinaria. ibidem, num. 19.
Appellationi dicitur eſſe renunciatum, ſi redeat appellans ad eundem iudicem lib. 2. r. 36. nu. 1.
appellationi an poſſit renunciare procurator. ibid. num. 2. & 3.
appellatio an detur à mandato de reſpõdendo præcisè. ibidem, num. 4.
appellatio ab interlocutoria dicitur ſublata per appellationem à diffinitiua. ibid. num. 7.
appellatio alternatiuè, aut copulatiuè interpoſita, dicitur deſerta, ſi infra decem dies non fiat declaratio, ad quem voluerit appellans appellare. lib. 2. r. 38. n. 1. cum ſeq.
appellatio omiſſo medio valet, ſi talis eſſet conſuetudo, ibid. num. 10.
Appellatio an detur à ſententia lata ſuper remedio leg. diffamari. C. de ingen. & manum. lib. 2. r. ſolution. 47. numer. 25.
Appellationem qui nõ vult proſequi, ſententiæ acquieſcere dicitur, & ei parere habet neceſſe. ibid. num. 16.
Appellatio interpoſita per vnum prodeſt alteri conſorti: Idem ſi proſequatur per vnum tantum. Idem quoad plures appellatos. lib. 2. r. 58. n. 1. 2. & 3.
Appellatio an detur à ſententia declaratoria, aliquem eſſe periurum. lib. 2. reſ. fin. caſu 7.
appellationi in dubio eſt deferendum. ibidem.
appellatio datur à declaratione pœnæ incurſæ. ibid.
appellatio datur à ſententia lata poſt iuramentum in litem, licèt non detur ab ipſo iuramento. ibid.
appellatio an detur à iuramento delatorio. ibid. caſu 9.
appellatio non datur ab executione obligationis in forma Cameræ quoad effectum ſuſpenſiuum. ibid. caſu 18.
appellans dicatúrne actor, an appellatus in cauſa appellationis. ibidem, caſu 19.
appellatio non conceditur contumaci. Vide, Contumax.
appellatio an detur à non conceſſione Remiſſorialium. libr. 3. reſolut. 25. nume. 6. & 14.
appellatio Fiſci à ſententia abſolutoria rei an ſit admittenda. lib. 3. reſolut. 41. num. 2.
Approbatum cenſetur, ſi non fuit oppoſitum. lib. 2. reſol. 12. num. 14.
Approbatum ſemel non poteſt amplius reprobari. libr. 2. reſolutione 30. numero 25.
Arbitri ſunt eligendi in caſu controuerſiæ inter Epiſcopum, & Conſeruatorem. Vel recurrendum eſt ad Papam. lib. 1. reſol. 15. num. 7.
Idem ſi controuertatur inter ipſos Conſeruatores. reſolutione 64. num. 4.
Arbitratores dicũtur procedere de facto, & ideò litis conteſtatio non dicitur coram ipſis fieri. Nec acta facta coram

ipſis probant in iuditio ordinario, cum non ſint facta in forma iudicij. lib. 1. r. 42. num. 8. & 9.

arbiter electus poteſt cognoſcere de cauſis ſuſpitionum. lib. primo. reſolutio. 50. numer. 34.

arbiter poteſt prorogare terminum compromiſſi, non autem arbitrator. li. 2. r. 2. num. 13.

Arbitrator potius quis præſumitur pro validitate laudi. ibid. n. 14.

arbitratoris dictum an probet. lib. 2. r. 4. num. 8.

Arbitrium debet eſſe regulatum à iure communi li. 3. r. 7. nu. 14.

Et etiam ab æquitate. r. 25. n. 13.

Argumentum de conſuetudine ad ſtatutum valet. lib. 1. r. 1. n. 3.

argumentum valet à contrario ſenſu. ibid. num. 4.

argumentum à veriſimili non valet, vbi conſtat de clara mente. lib. 1. r. 40. numer. 2.

argumentum de feudo ad emphyteuſim valet. li. 1. r. 40. n. 2.

argumentum de minore ad Eccleſiam valet. li. 1. r. fin. c. 44.

argumentum à ſimili valet, ibidem caſu 62.

Et quando procedat. li. 3. r. 39. num. 33. cum ſeq.

argumentum ab abſurdo remouendo eſt concludens. lib. 2. r. 32. nu. 12.

Et r. 59. c. 19.

argumentum de loco ad tempus, & è contra, quando valeat. lib. 2. r. 40. numer. 8.

Lib. 2. r. 30. num. 6.

Et r. fin. num. 6. & 7.

argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet. lib. 2. r. 41. n. 4.

argumentum de maiori ad minus non valet. lib. 3. r. 39. num. 24.

argumentum ex diuerſis non valet. Vide, Illatio.

Armis alterius quando quis poſſit vti. Vide, Inſig. ibid.

Articuli in ſummariis cauſis ſuccedunt loco libelli. lib. 1. r. 42. num. 10.

Et lib. 2. r. 11. num. 48.

Articulans fatetur, & non dicta re. 11. numer. 45.

Aſſaſſinus clericus. Vide, Clericus.

Aſſaßinium quomodo debeat probari. lib. 3. r. 2. num. 10.

Et quando dicatur agi de aſſaßinio. re. 6. num. 6.

Aſſecurator quando teneatur ex caſu fortuito. lib. 2. re. 26. per totam.

Aſſertioni deponentis in cauſa propria, & ad proprium commodum non creditur. lib. 2. r. fi. c. 14.

Aßiſtere ad delictum quando quis dicatur. Et quando teneatur de aßiſtentia, & auxilio. lib. 3. r. 5. numero 14. cum ſequent.

Et r. 10. per totam.

Et an aliqua pœna ſit puniendus. r. 8. per totam.

Aſſociationis remedium conceditur non citata parte lib. 2. r. 12. num. 6.

Attentata poteſt tollere Princeps. lib. 1. r. 50. n. 11.

attentatum dici non poteſt in caſu, in quo non admittitur appellatio. ibidem. numero 16.

Et lib. 2. r. 32. n. 9.

attentata an ſint reuocanda quando conſtat de bono iure agentis, & non iure rei dicta r. 50. nu. 18.

Lib. 2. re. 32. num. 19. 20. & 21.

Et re. 36. num. 8.

attētata non ſunt reuocanda, ſi appellatio ſit deſerta. dicta re. 50. numero. 20. cum ſeq.

attentatis dicitur renunciare relaxans poſſeßionem. ibid. num. 54.

attentatum non dicitur lite pendente, ſi lis eſt ſuper re diuerſa. lib. primo, r. 64. num. 1.

Attentatus quando dicatur proceſſus ſecundi iudicis. ibid. num.5. & 7.
Attentatum non dicitur per procuratorem, niſi habeat ſpeciale mandatum. ibid. num.6.
Vel niſi adfuerit ſpecialis ratificatio. lib. 2. reſol.29. num.8.
Attentatum non dicitur, quod fit lege permittente. dicta reſol.64. num.7.
Attentata in primis, & ante omnia ſunt reuocanda. ibid. num.10.
Et lib.2. reſol.9. in principio.
Attentare non dicitur, qui cōtinuat ſuam poſſeſſionem. Vide, Poſſeſſionem.
Attentata quando ſit publicatio excommunicationis. lib.1. reſol. fin. caſu 74.
Attentata dicuntur facta poſt inhibitionem. ibid.
Attentata dicitur executio, ſi eſt facta pendente appellatione. Vel ſi eſt facta poſt inhibitionem. lib.2. reſol. 9. numero 2. & 3.
Attentatum cum ſpolio quando dicatur. Et an ab eo detur appellatio lib. 2. reſ. 10. num.1. cum ſeq. 277.
Attentata dicuntur facta poſt inhibitionem, etiam in caſu non appellabili. ibid. num.11. & 12.
Et reſol.14. num.4.
Attentata non dantur ſine litis pendentia. dicta reſol.64. num.5. cum ſeq.
Attentata dicuntur facta pendente termino decem dierum ad appellandum. libro 2. reſ.32. nu.3. & 7.
Attentans non eſt audiendus, donec non purget attentata. ibidem, num.4.
Attentata non dicuntur facta pendente appellatione nulla, friuola, & inualida. ibid. num.7.
Et reſol. 36. num.5.
Attentare non dicitur iudex, niſi ſit inhibitus. dicta reſol.36. num.6.
Atteſtatio extraiudicialis non probat. lib.1. reſol.46. num.3.
Audiendus non eſt, de cuius intereſſe non agitur. Vide, Agere.
Audientiam denegare quid importet. lib. 2. reſ.32. num.5.
Et vide, Silentium.
Augumentum rei cedit fundo. lib.1. reſ.23. num.12. 46.
Auocatio cauſæ eſt facienda citata parte. lib.1. reſol.29. num.5.
Auxilium ferre ad delictum quando quis dicatur. Vide, Aſſiſtere.

B

BAnniti ſunt incapaces omni beneficio legitimo. Sed an ſint priuati iis, quæ deſcendunt ex iure gentium, & an poſſint contrahere, emere, conuenire, conueniri, teſtari, & c. lib.2. reſol.41. num.21. cum ſequen.
Bannitum occidens an ſit tutus in foro conſcientiæ. lib.3. reſol.15. num.1.
Et quiſnam Bannitus poſſit impunè offendi. lib.3. reſol.32. per totam.
Bannitos alloquens, aut alens, aut comedens cum eis, quando ſit puniendus. lib. 3. reſol.19. per totam. 455.
Bannitus captus quando ſit remittendus ad ſuum iudicem. Vide, Remiſſio.
Baptizare ſolemniter ſpectat ad ſolum Sacerdotem. lib.3. reſol.16. num.4. & 5.
Baptizatus an ſit puer aſperſus aqua in parte retro corporis. ibidem, num.12.
Benedictio Campanarum eſt Ordinis Epiſcopalis, & ideo non ſpectat ad Abbates, præter vſum ſuarum Eccleſiarum. lib.1. reſol. fin. caſu 3.
Benedictio aquæ, & illius Exorciſmus ſpectat ſolum ad Sacerdotem. lib.3. reſol.16. num.7.
Beneficij valor eſt probandus per obtinentem literas derogatorias iuriſpatronatus. lib.1. reſ.3. nu.22.
Quomodo probandus. reſ.39. num.12. 13. & 15.
Et eſt probandus etiamſi non opponatur. reſol.ult.55. num.13.

Ac omninò probandus , ſi pars opponat. 104.*num.*25.
Beneficium ſi [illegible] *plex, aut de iurepatronatus an poſſit habere minor xiiij.annorum. lib.*1.4.*num.* 9.
Et reſol.ſi.i.caſu 51.
Beneficium ſimplex ex generali conſuetudine non requirit reſidentiam.dicta reſ. 4.*in deciſ. Rotæ Rom.*10.
Secus iure communi attento. 85. *numero* 1.
Quæ conſuetudo circa non reſidentiã non extenditur ad celebrationem Miſſarum.ibid. 4. *num.*6.
*Beneficium ſimplex poteſt obtineri à clerico habente ſolùm primam tonſuram. lib.*1.19.*num.*8.
*Beneficium quando dicatur Regulare.li.*1. 20.*num.*1.2.*&* 3.
Beneficia in dubio præſumũtur ſæcularia. ibid.num. 4.
*Beneficium Regulare quando efficiatur ſæculare.ibi.nu.*5.
*Beneficia Regularia ſunt conferenda Regularib.ibi.num.*9.
Beneficij vltimus ſtatus eſt attendendus. ibid.numero. 14. *Et* 55.*num.*6.
*Beneficij bona non recuperans peccat, & alias incurrit pœnas.lib.*1.21.*nu.*2.
*Beneficium an obtinere poſſit proceſſatus de criminibus.lib.*1.53.*num.*1.
Et quid in iurepatronatus. reſ.ſi.caſu 49. *in fin.*
Beneficium in dubio præſumitur ſimplex. ibid. 53. *num.*2.
*Beneficium Canonicatus requirens perſonalem reſidentiam eſt compatibile cum beneficio ſimplici.ibid.num.*3.
Beneficium Curatum habitu tantùm eſt compatibile cum Canonicatu habente perſonalem reſidentiam, vel alio Curato habitu,& actu.ibidem.num. 4.
*Beneficium Curatum non arguitur ex iure ſepeliendi, Nec baptizandi. ibidem, num.*5.*&* 6.
*Beneficia incompatibilia habenti quando concedatur Optio.ibidem, num.*7. *&* 8.
*Beneficium reſignatum coram Papa de menſe Epiſcopi poteſt conferri per Epiſcopum, ſi interim ſequatur mors.lib.*1.*r.* 78.*n.*1.
*Beneficij maior valor ſi ſit expreſſus, gratia eſt nulla.ibidem, n.*2.*cum ſeq.*
*Et in valore quæ ſint deducenda. ibi.n.*8.
*Beneficij reſignatio eſt publicanda. Et quomodo.ibid. n.*9.
